Digitized by Google

Digitized by Google

# PAVLI BENII
## EVGVBINI

Sacræ Theologiæ & Philoſophiæ Doctoris,

QVIQVE TRES IAM AC VIGINTI ANNOS
Eloquentiam in Prima Patauini Gymnaſij ſede profitetur,

## IN ARISTOTELIS POETICAM
### COMMENTARII.

AD SERENISS. FEDERICVM VBALDVM
VRBINATIVM PRINCIPEM
Optimum & Ornatiſſimum.

*IN HIS VERO COMMENTARIIS AD OBSCVRA QVAEQVE Decreta planius adhuc dilucidanda, CENTVM POETICÆ CONTROVERSIÆ interponuntur & copioſiſſimè explicantur.*

QVIBVS DE POESIS ARISTOTELEÆQVE POETICÆ vtilitate atque præſtantia præponitur Oratio.

*HIS OMNIBVS ACCESSIT PLATONIS POETICA ex eius Dialogis ſummo ſtudio, fideliterque collecta.*

Cum duplici Indice, Controuerſiarum vno, rerum memorabilium altero.



VENETIIS, Apud Io. Guerilium, CIϽ IϽC XXIIII.

*Facta à Superioribus Poteſtate: cum Priuilegio.*

Digitized by Google

QVI
VARIIS POPVLIS REGENDIS
SERENISSIMO DVCI
ET PARENTI OPTIMO;

Non ſecus atque Atlanti Hercules, ſucceſſiſti: atque illius pietatem, diligentiam, æquitatem, tibi non modò imitandam & æquandam, verùm etiam, ſi fieri poſſit; ſuperandam propoſuiſti: &, vt à teneris annis Heroicum huiuſmodi opus vrgere cœpiſti, non ſine optima perficiendi ſpe id conaris,

Vnde ſenis complent Genitoris gaudia Mentem;

Ne graueris noſtros etiam, quos in Ariſtotelis Poëticam conſcripſimus Commentarios, ac Parenti Sereniſſimo dicauimus, in tuo ære & clientela excipere. Præſertim verò cum multis partibus aucti ſint. Nam præterquam quod Platonis Poëticam, quam ex varijs illius Libris fideliter diligentérque collegimus, illis addidimus:

Virgilianæ inſuper Æneidis explanatione ac perfecti Herois demonſtratione, ne dicam oſtentatione, eoſdem cumulauimus, vt cum præceptis exempla, & praxim cum Theoria, iungeremus.

Ita fore ſperamus, vt Muſarum ſtudioſis gratificemur: tibi verò tuorum Maiorum veſtigia ſectanti, & ad Heroicam gloriam contendenti, pulcherrimum & admirabile extet exemplum.

Vale Princeps Optime, téque Feltriæ Familiæ, tuis Populis, Chriſtianæ Reipublicæ, vnà cum Parente Optimo diu ſerues incolumem.

Dat. Patauij Kal. Sextilis, Anno CIↃ IↃC XXIIII.

BIBLIOTECA ROMA

# AD LECTOREM. AVTHOR.

QVI in hoſce noſtros, quos in Ariſtotelis Poëticam ſcripſimus, Commentarios incidiſti, LECTOR CANDIDISSIME, pauca quædam, quiſquis es, accipito priùs, vnde tibi & de vigilijs ac labore noſtro conſtet planiùs, & ad legendum accedas inſtructior. Græco igitur Ariſtoteleæ Poëtica codici tum vulgatam Paccij, tum poſteriorem Riccoboni, interpretationem ſubieci; illam quòd & Robortelli & Madij inſerta ſit commentarijs: hanc quòd ſæpe accuratior videri poſſit ac tutior. Vt omittam cum Victorij interpretatione, a qua maxima fluxit ex parte, magnopere conſentire. Tametſi nos Græci codicis rationem inprimis habebimus, & vt ne latum quidem vnguem ab eo diſcedamus, diligenter curabimus. Particulæ verò quibus Poëticam diſtribuimus, quaſque paſſim citabimus (vt ſcilicet ſtatim loca inuenire & conſulere poſſis) Madij quoque particulis planè reſpondent. Atque hinc licebit etiam eorum interpretum & loca & ſententias faciliùs adire ac recognoſcere, qui per incuriam nec Ariſtotelis literam, nec ſuos illi Commentarios, numerorum diſtribuunt notis. Quanquam ne in Ariſtotelis particulis, aut interpretum atque adeò authorum, quos atteſtabimur, locis recitandis producendiſque nimij ſimus, ea plerunque è regione collocabimus. Quod ſi interim ex Græcis authoribus non pauca græcè attulero, ea ſanè continenter latinè reddam. Ita enim ijs qui græcè neſciunt, optimè conſultum erit: cæteris incommodi accedet nihil. Denique cum hactenus ab hoc labore ſuperſederint huius monumenti interpretes, ac propterea dum multa paſſim græcè afferunt, huiuſmodi lingua ignaros tyroneſue nouis innoluãt tenebris, & a lectione deterreant; equidem mihi à tenebricoſo hoc ſcribendi genere abſtinendum, ac noſtratibus hoc quoque labore conſulendũ, decreui. Atque hac etiam de cauſa, quæ in hoc libro difficiliora videbuntur (huiuſmodi verò ſe ſe offerent plurima) ea non quidem diſſimulabo, aut curſim & per tranſennam attingã, ſed diſtinctè omnia apertèque referam, ac dubitationum momentis commonſtratis & æſtimatis, pro virili parte mea dilucidabo & explanabo. Quin etiam, ne quid prætermittam, vnde tua ſtudia iuuare poſſim Candide Lector, omnino enitar (enitar inquam & elaborabo: num enim id perfecero, aliorum erit iudicium) vt ex noſtris Cõmentarijs non modò ſummi Authoris decreta perdiſcere, & ad omne Poiſis genus copioſè erudiri, verùm etiam orationis munditiam atque adeò eloquentiam, ſi qua tamen in nobis eſt, haurire valeas. Denique tantum abeſt vt grauiſſimas, quæ in hoc Ariſtotelis monumento occurrũt, dubitationes mihi (quod aliqui faciunt) clauſis oculis aut ſiccopede prætereundas exiſtimem, vt Centum Poëticas Controuerſias interpoſuerim, quibus difficillima quæque loca, & argumenta diſceptarem & explanarem. Hac te paucis monere volui, vt noſtrum ſiue in Græcis Latiniſve codicibus diſponendis partiendiſve, ſiue in Ariſtoteleis decretis explanandis, conſilium & œconomiam perſpectam habeas totam. Quid plura? cum ſat ſcirem Platonem quoque in Poëticis egregie verſatũ eſſe, omnino mihi faciendum putaui, vt ex varijs illius Dialogis ac locis eius documenta & ſenſa colligerẽ, quibus Platonicã Poëticã conflarem, ac tuis ſtudijs etiã atque etiã tanti Authoris, tantaque Poëticæ incremento & acceſſione proſpicerem. Nam qui de Poëtica quoque commodis ſigillatimque de Ariſtotelea præſtantia, doceri cupiat antequam in arenã deſcendat, huic ſanè quam hac de re Orationem habui (hac tibi iam iam occurret) conſulere licet. quam eò legas vtiliùs, quòd poſſit eodem tempore te non docere ſolùm quàm multas Poëtice habeat vtilitates, quamque plena ſit iucunditatis; verùm etiam de noſtro conſilio altiùs informare, fortaſſe etiam ad Ariſtotelica præcepta noſtrumque hoc monumentum ſumma voluntate peruolutandum incendere. Quod ſi interdum viſus fuero non tam Commentarios tibi legendos obijcere, quàm publicè Auditoribus verba facere, ac propterea vberiùs manabit Oratio, illud, obſecro, tecum reputes optime Lector, me quidem librum hunc reuera in Patauino Gymnaſio publicè explanaſſe: ita factum eſſe, vt in præſens multa eodem tenore orationis legentium oculis, quo audientium auribus, obtulerim: quod tamen, vt ſpero, nec vtilitatem minuet, nec voluptatem. Vale.

# DE POESI ATQVE ARISTOTELEÆ POETICÆ PRÆSTANTIA ET VTILITATE ORATIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Habita in Patauino Gymnaſio cum Ariſtotelis Poëtica eſſet explananda.*

ARISTOTELIS Poëticam rurſus explanandam aggredior: hoc eſt opus longè præclarum & nobile: ac veſtris auribus & ſtudijs, Auditores, veſtro ingenio ac nobilitate, ſummo etiam eloquentiæ præconio, immortalitate ipſa, digniſſimum. Siue enim in otio iucundam occupationem adamatis, ſiue in negotio honeſtam animorum relaxationem expetitis, nihil eſt, quòd Poëticæ facultatis tractatione aut iucundius ac dulcius, aut honeſta vtilitate cumulatius, requiratis. Denique Poëticis exercitationibus ac ſtudijs nihil aptius inueniatis ad animum non oblectandum modò & recreandum, verùm etiam omni virtutum genere, Ariſtotele præſertim magiſtro ac duce, imbuendum & exornandum. Quapropter hæc maximè ſtudia, ſi veterum monumenta repetamus, ab Hebræis orta atque adeò diuinitùs accepta, a Græcis mirificè culta; & ad nationes reliquas tranſmiſſa & propagata, mortalium omnium aures atque animos excitarunt, & ſupra quàm dici poſſit ad ſe conuerterunt. Hæc, ſi M. Tullio credimus, adoleſcentiam alunt: ſenectutem oblectant: ſecundas res ornant: aduerſis perfugium ac ſolatium præbent: delectant domi: non impediunt foris: pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Hæc, ſi Ariſtotelem audiamus, certam mortalibus ideam offerunt ac normam: vnde humanæ vitæ officia pro ſingulis vitæ generibus colere, atque ad benè beatéque viuendum contendere, valeant. Atque hinc, ſi quis attentiùs æſtimet, fluxit tripartita illa Poëtici muneris atque adeò Poëſis varietas, qua infimi homines, medij, ſummi, ad virtutem informantur. Hinc etiam viri non indocti cenſent, Poëſim non ſolùm eſſe præclaram quandam vitæ emendatricem, verùm etiam morali philoſophiç omnino affinem eſſe, ac tanquam ex altera parte reſpondere: quaſi verò Poetæ induſtria omnium hominum ordines & ad omne officij genus inſtruendi ſint: atque id planè ipſum fictis exemplis ac ſermonis numerorúmque ſuauitate præſtandum ſit Poëtæ, quod moralis philoſophus rationum momentis ſeuerioribúſque præceptis moliri ſolet. Denique eâdem de cauſa a multis, quæ in actione poſita eſt philoſophia, auſterior Poëſis, Poëſis contrà blandior philoſophia, appellatur. Atque inde apud Græcos fabulæ illi fuit locus, qua Orpheum dicerent cantus ſuauitate immanes belluas permulſiſſe: Amphionem verò lapides ipſos teſtudinis ſono mouiſſe ac blanda prece. Significabant enim Poëtas iſtos vſque adeò valuiſſe carminis ſuauitate, ac poëtica virtute & facultate, vt efferatas gentes illas, quæque belluarum more degerent, a ſolitudine ad frequentiam & ſocietatem, ab agris & ſyluis ad vrbes ciuilémque cultum, & vt me ſemel explicem, a ferocia & immanitate ad manſuetudinem & humanitatem traduxerint & informarint.

*PROPOSITIO qua Poëticæ facultatis præſtantia ſumma tim indicatur.*

*Laudatur Poeſis ab honeſta & delectatiõe & vtilitate.*

*Recenſentur delectationes vtilitateſque multæ.*

*Commemorantur ac demõſtrãtur magnæ eiuſdẽ vtilitates ex Ariſtotele & alijs: atque illa præſertim quòd morali Philoſophia ſit maximè affinis.*

Sed quoniam carminum ac poëticæ ſuauitatis mentionem feci, iam Poëſis decus inde etiam commonſtrare lubet, quòd eius oratio ſplendoris pleniſſima eſt ac dignitatis. Etenim doctrinæ fermè reliquæ & facultates humili planè dictione pedeſtríque oratione vtuntur; atque ita vtuntur, vt non modò nitore careant & elegantia, ſed munditia propè omni & cultu. ita ſanè illarum ſermo horridus paſſim apparet & ſqualore obſitus: ſæpe etiam vulgi atque imperitiſſimæ plebis oratione ſubdurior & inquinatior: Poëſis contra admirabilem refert nitorem: nullam dicendi virtutem non ſectatur: nullum orationis lumen & ornamentum non amplectitur. Denique quantum abundat Ver floribus, Autumnus pomis, Aurora coloribus, cœlum luminibus, tantum ſuauiſſimis Orationis quaſi

*Commẽdatur iam ab orõnis ſplẽdore; atque idcirco cæterarũ doctrinarũ dictioni etiã hiſtoricæ et oratoriæ anteponitur.*

floribus pomíſque referta eſt poëſis, & pulcherrimis coloribus luminibúſque diſtinguitur ac variatur. Vt mihi quidem cæteræ illæ artes atque doctrinæ pedeſtres atque humiles incedere, poëſis veluti quadrigis inuehi ac triumphum agere videatur. Neque verò Hiſtoriam mihi commemoret quiſpiam aut Oratoriam dictionem: quaſi verò illa nec munditiam abijciat & elegantiam, nec ornamentis ac nitore careat: hæc luminibus ac pigmentis mirificè delectetur, & de pulchritudine ac venuſtate certet cum poëſi. Hiſtoria enim, vbi munditiam quãdam amplexa fuerit, mirum eſt, quàm infœliciter ſectetur culturam, & maiora ornamenta referre geſtiat: cultus enim minuit hiſtoriæ fidem; & quò lautior atque ornatior eſt eius dictio, eò ſuſpectior & incredibilior videri ſolet. Denique hiſtoria grauis matronæ inſtar eſt, quæ ſi paulò cultior appareat, ac munditiæ nitorem addat, minùs pudica, laſciua etiam & petulans, habeatur. At poëſis quò magis coloribus diſtinguitur, & excolitur ornamentis, eò gratior accidit mortalium oculis atque iucundior. eſt enim venuſtæ puellæ ac ſponſæ perſimilis, quam nullum decus, nullum ornamentum, nullus ſplendor dedeceat: quin margaritis, auro, gemmis, purpura magna cum dignitate vtitur ac laude. Nam de eloquentia & oratoria dictione nihil attinet dicere, cum a poëſi magnam ſplendoris, ac decoris partem mutuetur: & ſuum illa decus Poëtis acceptum fermè referat, quorum virtutes in humiliori puluere imitatur. Vt omittam ne iſti quidem tantum ſplendoris concedi & lucis, vt a poëſis ſplendore & luce non longo interuallo ſuperetur. eſt enim Eloquentia inſtar matrisfamilias, quæ plus ſatis matronæ imitari debet inceſſum ac ſpeciem, quàm ſponſæ decus ac maieſtatem. Ita fit vt exquiſita venuſtas & elegantia in Oratore odioſa ſit atque ſuſpecta: in Poëta ſuauis accidat & admirabilem conciliet dignitatem.

Sed imprudens ſim ego, qui dum externum poëſis decus commemoro, interiorem illius pulchritudinem prætererim, aut certè non maiorem illi dignitatem tribuerim, quàm quòd morali philoſophiæ ſit affinis atque illius virtutes æmuletur. Ergo requiramus, ſi placet Auditores ornatiſsimi, quantum poëſis dignitas ac ſplendor in ijs luceat, quæ contemplatione continentur. Qua in re equidem, quoad reſpicere animo poſſum, ac priſcorum ætates & monumenta repetere; ſentio a primis ſapientiæ incunabulis vnos Poëtas fuiſſe, qui contemplatricis Philoſophiæ campos colerent & peragrarent. Neque enim alij tractabant philoſophiam, alij pangebant poëmata: nec Poëtæ ac Philoſophi munus diuulſum erat atque diſtinctum: ſed Poëtæ Σοφίαν æquè ac Muſas complectebantur: ita vt in vnius Poëtæ ſinu ac fide Muſarum & Sapientiæ décora & munera conquieſcerent. Hinc Zoroaſter, Democritus, Parmenides, Empedocles, Thales, Solon aliique ſexcenti, quos deinde philoſophis viſum eſt inter philoſophos ac ſapientes numerare, Poëtæ fuerunt; & quicquid ſcripſerunt, carminibus commendarunt. Quin etiam antiquiores Orpheus, Linus, Eumolpus, Muſæus aliique non pauci, qui inter Poëtas primarios numerantur, non minùs tractare ſapientiam ac philoſophari quàm verſus condere, &, vt cum Ennio loquar, poëtari viſi ſunt. Nec ſanè Homerus alia de cauſa dictus eſt ſapientiæ Oceanus ac parer, quàm quòd doctrinarum omnium præcepta ſi non omnibus expreſſa coloribus, ac certè inchoata (ſi multis credas) & adumbrata in eius poëmatis deliteſcerent. Nam Muſas, quibus poëſis ortum & gloriam acceptam referunt Græci, reuera non carmine ſolùm, ſed doctrinis etiam claruiſſe, hiſtoriarum monumentis compertum eſt. Neque verò illud eſt prætereundum, Viri Ornatiſſimi, quod in noſtra hac palæſtra ferè caput cenſeri debet: poëtarum ſcilicet tractatione ad ſolutam orationem omnem, maximè verò ad eloquentiam, tanquam copias parari: verè enim dici poteſt oratoriam dictionem, vbi poëtarum lectionem planè contempſeris carminíſque virtutes, frigere omnino ac veluti exareſcere. Quin etiam poëmatis ſtudio eodem tempore mentis aciem acuimus atque intelligentiam attollimus. Neque enim diffitendum eſt, Poëtas eſſe intellectu difficiliores quàm Hiſtoricos: Oratorum verò difficultatem multis partibus ſuperare. Ex quo fit, vt ſi quos in poëtica dictione labores ponimus, ij faciliorem nobis aperiant viam ad hiſtoricos, multóque magis ad Oratores, intelligenter peruolutandos. Nec profectò vtilitates prætermittendæ ſunt & opportunitates, quæ poëticæ propriæ videri ſolent: imò verò inter primarias ſunt recenſendæ, ac toto pectore amplectendæ. ea enim eſt facultas hæc noſtra, vt inde mirificè iuuemur ad poëmata ipſa, quantumuis eorum varietas permagna ſit, ſcienter vtilitérque tractanda: faciliùs namque in tanta poëmatum varietate ſiue fabulæ genus imitationíſque rationem, ſiue ſententiæ elocutioniſque

*Cũ ea Philoſophiæ parte, quæ in contemplatione poſita eſt coparatur: quòd huius quoque virtutes ſuo coerceat ſinu.*

*Iam laudatur ꝑ eloquentiæ ſolutæq; orationi vniuerſæ ſuppeditet copias. Quòd inſuꝑ ingeniũ acuat mirificè.*

*Ad bonum & commodum Poëticæ maximè propriũ de-*

niſque

nisque characterem ac formam, ſiue metrorum vim ac numerorum, ſiue τὸ πρέπον ac mores denique, ſtylum, artificiúmque vniuerſum dignoſcimus. ex quibus etiam fit, vt poetas ipſos acutè diiudicare, & quid quiſque valeat, quibus vel Artis, vel exercitationis, vel ingenij Naturaéque præſidijs inſtructus fuerit, cernere liceat. Atque hîc tandem, ne inter ſpectatores numeremur ſemper, optimos Poëtas carmine æmulamur & imitamur, poëmata pangentes ipſi quoque ac pertexentes. Ad extremùm ex cæteris artibus atque doctrinis certum quæque vſum habet: Grammatica vt emendatè loquaris: Hiſtoria vt perdiſcas memoriam vetuſtatis: Rhetorica vt ad fidem dicas appoſitè: Dialectica vt diſſeras probabiliter, & vt dicam paucis, rebus ferè ſingulis opportunæ ſunt ſingulæ. Poëſis res multas ac magnas continet: quo quò te verteris præſto eſt: quicquid mediteris, opportuna & tempeſtiua. Itaque non aqua, non igne pluribus in rebus vtimur quàm Poëſi. Memini me aliquando nobile atque adeò regium theatrum ingredi, in quo poëſis egregio expreſſa opere ac magnifico cerneretur. Hæc Reginæ inſtar in ſublimi conſederat ſolio, regio ſceptro, diademate, purpura præterea, auro gemmiſque conſpicua; ſed egregia in primis forma ac ſpecie, in qua ſummum decus elucebat, admirabilis dignitas, incredibilis pulchritudo. Hanc circumſtabant puellæ aliquot ac matronæ, honeſta illæ quidem forma & liberali, ſed quæ tamen Reginæ illi venuſtate plurimùm concederent ac dignitate. hæ igitur certatim Reginæ roſas floréſque ſuauiſſimos, aurum gemmáſque pulcherrimas, offerebant, quibus adhuc illius diadema & caput exornaretur, ac regiæ maieſtati nouus nitor ac ſplendor adiungeretur, Ita ſanè poeſis omnium quotquot ſpectatum admitterentur, oculos mirificè capiebat, delectabat, recreabat. Quæ cùm ita ſint, quis non facilè animaduertat, poëſim eſſe liberalium artium doctrinarúmque Reginam? nam quæ illi famulantur ſiue puellæ ſiue matronæ, eſſe Hiſtoriam, Eloquentiam, Aſtrologiam, vno verbo liberalium artium ac diſciplinarum chorum, facilè, vt opinor, intellexiſtis.

*ſcēditur: & in poematis tum intelligenter tractandis diiudicandiſve, tum verò condendis, poſitũ eſt.*

*Cæteras doctrinas & facultates certos habere vſus: poeſim per multos ac varios.*

*Poeſis effigies & dignitas icone declaratur.*

Sed o me miſerum: dum enim pulcherrima detinet me poëſis imago, atque illius recordatio ſuauitatis, ingentes audio clamores noſtræ huic Reginæ inlulrantes. Sed quæſo clamores iſtos ac voces tantiſper audiamus. Cur obſecro priſci illi ſapientes pronunciarunt, Sirenes prætereuntium aures permulcere quidem, ſed eos tamen ad naufragium adigere? Cur ſapientiſſimum Græcorum Vlyſſem iſtarum cantus obſtructis auribus prętervectum ferunt, vt ſe ſocióſque ſubtraheret naufragio? eo, eo inquam, hæc protule-
6 runt conſilio, vt mortales admonerent, poëtarum carmina & cantus eſſe illecebram iuuentutis, morum corruptelam & peſtem: nec poſſe illis hominem præbere aures, atque animos adiungere, quin morum virtutiſque naufragium conſequatur. Declarant hoc ſatis fœdi Lyricorum amores, qui à Græcis poëtis ad Latinos, ab his ad Italicas gentes exteráſque nationes multas, maiore ſemper cum obſcœnitate pernicieque manarunt. Declarant Comicorum, ſiue noſtrates velis atque recentes, ſiue exteros & antiquos percurras, ſcurriles ioci ac turpitudines. eò enim multorum prouecta eſt licentia, vt ad omnem dicacitatem & impunitatem nati & ficti videantur. Itaque minimè mirum videri debet, turpes ſcenæ dicacitates ac iocos, orcheſtras & caueas, ſed quid dico caueas? vrbes, complere totas. Nam Tragicorum ſæuitias & proditiones, ne dicam carnificinas & immanitates, horrendum quid inſonare auribus, ac fictis etiam inſidijs viam communire ad veras, nemo non fateatur. Denique Epicorum carmen ſuperſtitioſis deliramentis atque anilibus ſæpè fabulis eſſe pleniſſimum, paſſim etiam facta incredibilia ac portentis ſimilia canere, ac ſummatim poëmata iſta omnia mortalium animos ſupra quàm ferri poſſit permiſcere ac perturbare, compertum eſt. ſic ſanè poëſis vlcus eſt tota ac venenato melle infecta. Quapropter ſapienter, vt ſæpè ſolet, vertex ille Philoſophorum Plato, poëtas inſſit a ſua Rep. exulare, ac τραγικώτατον καὶ ποιητικώτατον Homerum coronatum dimiſit: lauream illi ſine dubio detracturus, atque in extremas vſque inſulas eum amandaturus, niſi Græcorum, quos poëtarum Homerique maximè præſtigijs deliniros intelligebat & occupatos, inuidiam veritus eſſet. Sed quid moror? egregia Regina iſta quàm calamiſtrata incedat ac picta, quàm ſpiret laſciuiam vndique & libidinem, quàm huc illuc procaciter conijciat oculos & cantus, vt incautos alliciat decipiátque mortales, nemo non experitur. Vt mihi quidem videatur petulantis meretricis ſpeciem veriùs referre, ac dignior quæ ab honeſtarum illo puellarum matronatúmque, hoc eſt diſciplinarum, choro excludatur, quàm Reginæ mereri nomen ac ſedem.

*Afferũtur aduerſariorum argumenta, vt quę Poeſi conflãt inuidiam diluantur.*

*Iam propoſita aduerſariorũ argumenta refelluntur ac […]muntur.*

Audiſtis, opinor, accuſationem, atque eam ſanè grauiſſimam, ſed calumniæ tamen plenam quæque facile in authoris recidat caput. Ac primùm videte, Auditores optimi, quę & quanta ſit aduerſariorum iniquitas ac fraus. Poëtarum princeps Homerus Sirenarum introduxit fabulam; hanc ſubinde poëtæ alij cecinerunt & carmine nobilitarunt ſuo: & erunt qui Sirenas naufragio infames quod mortalibus perpetuò moliuntur, poëtas ipſos deſignari affirment? quaſi verò ſibi illi inuidiam conflare ac ſuo Muſarúmque nomini infamiam inferre molirentur. Quantò æquiùs cum viris doctis, id quod eſt, confeſſi eſſent: nimirum Sirenis meretrices, quippeque blanditijs ac dulcium lenocinio verborum amantes delinirent & caperent, eoſdémque ad fortunarum honoriſque naufragium impellerent, deſignari & commonſtrari? Atque has ſanè obſtructis auribus declinauit Vlyſſes: has poëtæ Vlyſſis exemplo declinari a nobis iubent ac deſeri. Neque verò ob inſanos lyricorum quorumdam amores & obſcœnitates culpanda eſt Poëſis & explodenda: ſed illi culpandi explodendique, qui per ignauiam & intemperantiam abutuntur Poëſi. alioquin diuitiæ quoque, corporis robur, pulchritudo, quin eloquentia, rei militaris ſcientia, artes denique doctrinæque omnes culpandæ & explodendæ ſunt, cùm ijs etiam interdum abutantur mortales. Atque id planè ipſum de dramatico poëmate, quin de Epico etiam, iudicandum, ſi quando a virtutis norma deflectant: ijs enim non ars, quæ caſta eſt & ſolers, ſed artificis ſiue laſciuia & improbitas, ſiue inſcitia & ſuperſtitio, apud probos viros & ſapientes conflauit inuidiam. Quocirca non ſtatim ego Platoni aſſentirem, niſi arbitrarer, eum non tam arti ac Poëſi quæ per ſe optima eſt, quàm artificum poëtarúmque multorum petulantię & improbitati fuiſſe infenſum, atque in primis vehementiore poëtarum illorum imitatione, quæ reuera moderatione egeret plurima, permotum & exaſperatum, Reip. timuiſſe ſuæ. ſic ſanè vbi moderationem adhibueris Poëſi, atque ita adhibueris, vt ornata quidem incedat & culta, non laſciua, feſtiuitatem ſpiret & iucunditatem, non libidinem, alliciat etiam, ſed ad honeſtam voluptatem & hilaritatem alliciat, nihil erit cur Poëſim cum meretrice conferas, atque honeſtarum illam puellarum choro regiáque ſede arceas: ſed morum emendatricem vitaéque magiſtram optimam eſſe fatearis, ac toto pectore colas, diligas, amplectaris.

*Ab Poëſis laudib. ad Ariſtoteleæ Poëticæ commendationẽ deſcenditur. Sic tamen laudatur vt non diſſimuletur eius obſcuritas.*

Quod cum ita ſit, iam ad Ariſtoteleæ Poëticæ monumentum alacriùs noſtra deſcendet oratio. Etenim illud mihi videor tutò ac veriſsimè affirmare poſſe, in hoc monumento admirabilem Ariſtotelis induſtriam ac ſolertiam elucere, ita vt quantumuis magnus hic author in cæteris diſciplinis excellat, ac ſummi ingenij commendationem ac laudem apud omnes inuenerit, in hoc tamen accuratiſsimus ac ſolertiſsimus, ſibi denique ipſi ſimillimus, appareat. Quamquam illud etiam ingenuè fatendum eſt, Auditores, cum admirabili illa pręceptorum copia & varietate, parem ferè difficultatem atque adeò obſcuritatem coniunxiſſe. Is enim eſt Ariſtoteles, qui quicquid fermè ſcribit, id ingenioſè quidem ac doctè, ſed laconicè tamen ac preſsè, dicam planiùs, conciſa breuitate ſcribit: quaſi verò ſegnes arcendos longiùs, ingenioſos contrà excitandos & inflammandos, ac ſummatim ſibi tantùm ſuíque ſimillimis canendum putarit.

*Quos hoc monumentum habuerit interpretes.*

Hinc videas ſummorum virorum, quot quot perbreuem hunc libellum interpretati ſunt, ingenia mirificè ſemper exercuiſſe: non rarò etiam diffidentibus mutuóque confligentibus ſententijs implicaſſe. Etenim compertum eſt Franciſcum Robortellum Vtinenſem, mox etiam Vincentium Madium Brixianum, nobiles ſanè ac variæ literaturæ viros, ſic Ariſtotelis Poëticam ex hoc ipſo loco priùs, tum publicis literis & commentarijs, vnà cum Bartholomæo Veronenſi explanaſſe, vt Mutinenſi interpreti, Petro Victorio, Alexandro Piccolominco, Antonio Riccobono diſſentiendi etiam, & nouas ſæpè interpretationes excogitandi, ampliſsimum locum reliquerint. Vt Minturnos, Scaligeros, Patritios, Mazzonios alióſque multos prætercam, qui etſi alio ſcribendi genere delectati, poëticis Ariſtotelis præceptionibus, quaſi nouas ſemper tenebras in eis offenderent, aliquid lucis afferre conati ſunt. Certè Franciſcus Patritius tam multa nouauit in Poëſi; tam frequenter a Madio ac cæteris explanatoribus illis diſceſsit, vſque adeò varias eorum opiniones & interpretationes exagitauit, vt veriùs (ſi ei credas) operam illi ſuam luſiſſe, quàm poëtica Ariſtotelis decreta illuſtraſſe, dicendi ſint.

*Adhuc tamen labori amplum ſupereſſe locum.*

Haud itaque erit cur florentiſsimi Patauinæ Academiæ auditores mirentur, ſi me quoque ſenſerint ex hoc ipſo loco eumdem Ariſtotelis librum explanandum ſuſcipere. etſi enim non ego iſtorum conatus atque vigilias ſperno, quin mirificè probo ac laudo, imò

verò

Digitized by Google

verò earum authores, quippe eloquentiæ ac doctrinæ gloriæ claros ac de ingenuis doctrinis egregiè meritos, in oculis fero; verumtamen (vt ingenuè fatear) haud omninò futurum deſpero, vt ampliſſimum quoque campum nobis reliquerint, in quem non ſine auditorum meorum iucunditate, ſpero etiam fructu & vtilitate, noſtra excurrat oratio. Ac profectò, Auditores, multa ſunt, quæ princeps ingenij & doctrinæ Plato cum alibi ſæpè, tum in Phædro & in libris de Rep. de poëſi nobis præcepit: quæ cum exinde Ariſtoteles partim vſurpauerit ac pro ſuis vſus ſit, partim etiam de more oppugnarit ac repudiarit, operæpretium ſanè feciſſent Peripatetici interpretes, ſi ea diligenter expendiſſent, mutuóque contuliſſent. Multa quoque ſunt quæ Græcus Platonis interpres Proclus, Plutarchus item atque alij quidam veteres, idémque nobiles authores, de poëſi vltrò citróque diſſerunt, quæ ab Poëticæ ſtudioſis magna cum vtilitate ac dignitate agnoſci & cũ Ariſtotelicis decretis coniungi & poſſunt & debent. Denique dum Ariſtoteles de poëſi in vniuersùm præcipit priùs, mox ſigillatim diſſerit de Tragœdia, paulò pòſt de Epopœia, ac tandem ad Comœdiam, ac ſi quod eſt aliud poëmatis genus, ſe comparat: dúmque in-
8 terim cæteris non facilè aſſentitur, ſed de more obſiſtit, ac mira in primis breuitate & ſubtilitate diſputat, incredibile profectò eſt quàm multas & graues nobis controuerſias ac dubitationes obiecerit, in quibus explanandis noſtra vtiliter deſudet induſtria. ſic ſanè quam cæteri interpretes Ariſtotelis dictionem declarant, copiosè, nos quoque, ne honeſtum laborem ſubterfugiamus, ac rei benè gerendæ occaſionem amittamus, non indiligenter; quantum tamen patietur ingenij noſtri tenuitas; examinabimus & dilucidabimus: ac ſimul quas iſti nobiles controuerſias partim ſicco pede, partim etiam clauſis oculis, prætereunt, accuratè omnino vberiúſque tractabimus: CENTVM interim POETICAS CONTROVERSIAS afferentes, quas in eruditiſſima hac terrarum orbis ſcena explicemus, & in clariſſimorum adoleſcentium gratiam literarum etiam monumentis, ſi opus fuerit, conſignemus.

*Ad propoſita ſtudia excitantur Auditores & perorantur.*

Verùm enimuero vt labores noſtri fœliciter cadant, & quem optamus fructum & iucunditatem vobis pariant, vnum vos hortor Auditores, nec hortor ſolùm, ſed enixè obſecro, cupidiſſimè flagito, ſummis precibus obteſtor. At quid hoc tandem? Illud, illud inquam, ornatiſſimi Adoleſcentes, quod veſtra ſtudia mirificè iuuare, veſtros conatus promouere altiùs, poteſt. nimirum vt antequam huc accedatis Doctorem audituri, domi quotidie eam ipſam Ariſtoteleæ poëticæ partem, quæ a me proximè ediſſerenda eſt, per vos ipſos diligenter agnoſcatis, ac pro virili parte veſtra excutiatis: tum verò aures mihi vacuas, vacuos item animos, præbeatis. Ita enim fiet, vt præparato animo ad Doctorem accedentes, mira facilitate illius præcepta ac documenta percipiatis: imò verò abditos quoque ſenſus & grauiores quiſque difficultates intimè peruadatis animo: ſæpè etiam de re aliqua cum Doctore ipſo ſtrenuè ingenioſéque certetis. Ipſe enim (vt verè fatear) nauos induſtrióſque auditores optarim, qui vbi attentas mihi præbuerint aures, méque è ſuperiore loco dicentem alacriter audierint, mox deſcendentem percunctentur, vrgeant argumentis, laceſſant diſputationibus. Hac enim ratione excitantur auditorum ſtudia, hac acuuntur ingenia, hac effloreſcit induſtria, hac delectatio & æmulatio, quæ ſanè duo doctrinis parandis plurimùm valent, gignitur & excitatur. Ego ſanè, Auditores optimi, niſi vererer arroganter aliquid de me prædicare, omnino affirmarem ac profiterer, in me ſi quid eſt ingenij aut doctrinæ, quæ ſat ſcio quàm ſint exigua, id totum ab huiuſmodi exercitationibus eſſe profectum. Dum enim adoleſcens in hoc ampliſſimo doctrinarum theatro ac Muſarum domicilio Philoſophiæ ac Theologiæ operam darem, nihil antiquius habui, quàm vt rerum explicandarum auditionem diligenti commentatione anteuerterem: mox Doctori attentiſſimas planè aures & vacuas darem: ad extremùm cum peroraſſet, multa de eo ſuſcitaret, aliqua etiam obijcerem, & moderata contentione vrgerem ac diſputarem. Ita ſanè rudem linguam, exile impolitúmque ingenium, inexercitatam memoriam acuebam, excitabam, perpoliebam, excolebam. Hoc igitur eſt, quod in meis auditoribus exopto, atque a vobis ſummis precibus contendo ac flagito. ita enim fore ſperó, vt nec vos temporis, nec me laboris, vnquam pœniteat. Alioquin quemadmodum nec fruges colligit agricola, qui terræ cultura ſationem non anteuertit: nec tutò curſum intendit nauta, qui ventorum haud captauerit opportunitatem: nec ſanitatem recuperat ægrotus, qui non benè præparato pectore hauſerit medicinam; ita nec optatos doctrinarum fructus colliget adoleſcens, qui ad Doctorem imparatus accedat, ac



Digitized by Google

nulla quaſi cultura animi ſationem anteuertat. Nam hoc planè ipſum, imparatum inquam in poëtica præcepta ac myſteria proſilire, eſſe *ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν, ἢ ἀμυήτοις χερσὶν τοῖς ἁγίοις ἑαυτοὺς ἐπεισάγειν*, illotis inquam pedibus ingredi, aut profanis manibus ſe immiſcere ſacris, veteri ſanè prouerbio ac recepta multorum teſtificatione compertum eſt.

Quamquam meliora de vobis ominari iuuat, lectiſſimi Auditores: quin etiam optima quæque de vobis ſperare ac prolixè omnibus polliceri. Iam enim intueor frontem, oculos, vultus mira in vobis alacritate incenſos: animos ipſos nobili ac generoſa cupiditate inflammatos, ac paratos in primis ad propoſitos labores ſuſtinendos omnes; vigilijs parcendum nullis, vt excitatam de vobis expectationem non cumulatè ſolùm expleatis, ſed longo interuallo ſuperetis. Atque hac ſanè ſpe & cogitatione erectus ipſe ad receptum Ariſtoteleæ Poëticæ munus, quod fœlix fauſtúmque ſit, accedam propiùs, ab inſcriptione, vt par eſt, initium interpretandi faciens.

# Α'ΡΙΣΤΟΤΕ'ΛΟΥΣ

## ΠΕΡΙ' ΠΟΙΗΤΙΚΗ'Σ.

# ARISTOTELIS

## DE POETICA.

HAEC eſt Ariſtoteleæ Poëticæ inſcriptio: perbreuis illa quidem & concisa, addo etiam perobſcura; ſed frugifera tamen tota: quæ-que cum obſcuritate & breuitate multas ac magnas habet vtilitates. Obijcit enim nobis pulcherrimas quaſdam dubitationes & controuerſias, quæ ſi rectè explicentur, non parum habeant momenti ad Poëticam ipſam cùm intelligenter tractandam, tum verò cum cæteris liberalibus diſciplinis vtiliter coniungendam. Porrò autem dubitationes, vt eas ex ordine referam, hæ ſunt.

*INSCRIptionis gratia X CONtrouerſiæ proponuntur explicandæ.*

Prima, An hic Liber ſit germanum ac legitimum Ariſtotelis opus & monumentum, an verò ſpurium & adulterinum; neque enim deſunt qui hac de re magnopere dubitent: quin, ſi Deo placet, eiuſmodi librum ex Ariſtotelicorum librorum numero planè excludant. I.

Altera; Num idem liber ſit perfectus atque omnibus numeris abſolutus; an verò inchoatus; ſiue mauis decurtatus & mancus. ſiquidem ne id quidem caret dubitatione: quæ alias item dubitationes & controuerſias pariet non contemnendas; atque in primis inſtituto huic noſtro accommodatas inprimiſque inſcriptioni planiùs declarandæ percommodum offeret locum. II.

Tertia: Quæ ſit materia huic operi ſubiecta, ſiue quid ſit id de quo diſputatur. Nam id quoque a Peripateticis vocatur in controuerſiam. III.

Quarta verò: Quæ ex tertia maximè pendet, quale ſit Ariſtotelis ſiue authoris conſilium & inſtitutum: ſiue quem ſibi ſcopum ac finem propoſuerit. hæc enim eſt res maximè omnium neceſſaria, quæ explicetur antea & conſtituatur. IV.

Quinta: Ad quod doctrinæ genus ſit reuocanda Poëſis, ſiue quem locum obtineat inter cæteras doctrinas & facultates. V.

10 Sexta, Quæ quintam appoſitè conſequetur: Num reuera vtilis atque frugifera cenſenda ſit humanæ ſocietati, et, vt ſentiunt aliqui; morum emendatrix ac vitæ magiſtra. Nam certum eſt Poëſim aliquibus non probari, quòd cenſeant ad delectandum potiùs quam ad iuuandum eſſe comparatam; aliquibus etiam morum corruptelam ac peſtem videri, tantùm abeſt, vt emendatricem morum ac vitæ magiſtram appellari patiantur. VI.

Poſtrema: Quæ tandem ex his quę de Poëſis fine, materia, ac vi naturáque vniuerſa fuerint conſtituta, Poëſis definitio colligi poſſit. VII. Et per hanc occaſionem doceri poterit, VIII. Num hæc doctrina ſit Ars, an verò ſcientia. IX. Quo etiam tempore non incommodè ceciderit ſi doceamus, Num hæc facultas ante Rhetoricam explicanda ſit. X. Atque idem dixerim, ſi quis quærat; Num ante Dialecticam aut diſſerendi artem ſit attingenda, an verò poſt.

Hæc

Hæc ſunt quæ tractanda erunt & explicanda antequam in Ariſtoteleæ Poëticæ campum pedem inferamus. Nam qua methodo ac docendi ratione vtatur interim Ariſtoteles: quas in partes diſtribuendus ſit liber, quæ ſit earumdem partium ſumma (quoniam interim quas offert dubitationes Inſcriptio, eas tantummodo proponimus hoc tempore) tunc opportunè docebimus, cum & Ariſtotelicæ Diſputationis initium attingemus, & alia deinceps ex ordine proſequemur. *Vide in par. 1. & alibi ſæpe.*

Dicamus autem primùm de prima; ac videamus

N V M

*CONTROVERSIA* I. HIC Liber ſit germanum Ariſtotelis opus & monumentum.

*An his liber ſit Ariſtotelis. Non eſſe probatur* I. Multa ſunt, Auditores, quæ efficere videntur ac demonſtrare, hunc librum nullo modo Ariſtoteli acceptum eſſe referendum. Ac primò Plutarchus grauis author ac nobilis in eo libro, quem de Homero inſcripſit; hiſtoriam quamdam, atque eam benè longam, de Homeri ortu & educatione recenſet, quam profitetur ſe deſumpſiſſe ex Ariſtotelis Commentarijs περὶ ποιητικῆς: cum tamen in noſtro hoc Ariſtotelis Commentario, qui περὶ ποιητικῆς inſcribitur, huiuſmodi Hiſtoria reperiatur nuſquam. II. Deinde Laërtius cum in libro V. diligenter pertexeret Ariſtotelicorum librorum numerum, ac ſingulorum indicem inſcriptionémque notaret, monuit quidem ab Ariſtotele & Tragœdiam quamdam & poëticas quæſtiones fuiſſe conſcriptas: monuit etiam librum vnum ποιητικὸν ſeu mauis περὶ ποιητῶν, duos item περὶ πραγματείας τῆς τέχνης ποιητικῆς fuiſſe exaratos. at libri qui Ἀριστοτέλους περὶ ποιητικῆς inſcribatur, ne verbum quidem. Nam ſi contendas a Laërtio ſaltem in Socratis vita Ἀριστοτέλους περὶ ποιητικῆς mentionem fieri; atque hunc ipſum III. eſſe librum, quem in præſens deſumpſimus explanandum, iam præterquam quod interim ſui immemor ac præpoſterus erit Laërtius, qui huius libri proprio in loco nullam mentionem fecerit, profectò Laërtius in eo loco quamdam de Homero hiſtoriam perinde ac Plutarchus refert, quæ ſanè hiſtoria in noſtro hoc Commentario non extat. Adde quod tertium περὶ ποιητικῆς vſurpat Laërtius, cum noſter hic Commentarius vnicus ſit non tripartitus.

IV. *Idque tripartito argumento.* Sed quid ego externis argumentis vtor, cum ipſemet Ariſtoteles perſpicuas nobis offerat rationes, quibus demonſtremus hunc librum ſibi nullo modo eſſe tribuendum? etenim libro 1. Rhetoricorum ſcribit ſe περὶ τῶν γελοίων, hoc eſt de ridiculis, egiſſe in ijs, quæ περὶ ποιητικῆς. idem apertiùs repetit libro III. vbi teſtatur ſe περὶ γελοίων καὶ πόσα εἴδη γελοίων, *de ridiculis, & quot ridiculorum genera,* diſputaſſe ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς; *in his quæ de poeticis.* At de ridiculorum generibus ſeu partibus aut etiam de ridiculis in vniuersùm non modò non diſputat Ariſtoteles in noſtro hoc libro, ſed ne diſputare quidem potuit: cum ridicula tractanda eſſent in gratiam Comœdiæ, cuius tamen tractationem in hoc libro non eſt perſecutus. Et huc etiam pertinet quod idem Ariſtoteles in poſtremo libro Politicorum ſignificat, ſe σαφέστερον τὴν τῶν ψυχῶν κάθαρσιν, animorum inquam purgationem, perſpicuè atque dilucidè explicaſſe ἐν τοῖς περὶ ποιήσεως, cum tamen in hoc libro vix paucisſimis quibuſdam verbis eam attigerit. nam neſcio quid de Tragœdiæ purgatione indicauit quidem, at de purgatione vniuerſa, de qua in Politicis, ne verbum quidem. *Cap. xi.* 11

V. Ad extremum his omnibus addi poteſt generale quoddam argumentum, quod librum hunc noſtrum eximit ab Ariſtotelis monumentis vnà cum cæteris libris omnibus, quos ipſi Ariſtotelis nomine vſurpamus ac terimus: cum enim Ariſtotelis (quantum ex Plutarcho, Athenæo, Laërtio & alijs intelligere licet) è viuis decedens ſuam ille bibliothecam Theophraſto reliquiſſet, Theophraſtus Neleo, Neleus denique eam Alexandriæ Regi Ptolemæo vendidiſſet, tandémque Alexandriæ vnà cum vrbe ac Regia ipſa conflagraſſet, quî fieri potuit, vt libri quos Ariſtotelis nomine terimus, ſint Ariſtotelis? quod ſi non ſunt Ariſtotelis, neque hic Ariſtoteli erit tribuendus. Eſt itaque præſens hic liber ſpurius & adulterinus. *Vide li. 1. in Timæum Plat. p. 28. ad 40. et p. 77. p.*

*Contraria ſententia ſuadetur.* I. Quamquam ſi res paulò æſtimetur attentiùs, nihil eſt quòd eiuſmodi Commentarium ex Ariſtotelis monumentis eximamus. quæ res proprijs argumentis ſuaderi poteſt, tum verò contrariorum (quod rem hanc continet vniuerſam) confutatione. Ac primò quidem locutio ipſa non obſcurè indicat huiuſmodi librum eſſe Ariſtotelis. eſt enim eius elocutio preſſa, conciſa, obſcura: ſed grauis tamen, pura, propria, ſignificantiſſima, quæcque vndique Atticam referat ſiccitatem. quod dicendi genus Ariſtotelis eſt ferè perpetuum:

Digitized by Google

tuum : alterius, quod ſciam, nullius. Atque huc ſpectat quòd huius libri author agit pri- II.
mò de Poëſi in vniuersùm : tum progreditur ad partes : atque inter partes complectitur
priùs principes ac magis communes, tum deſcendit ad proprias. Huc etiam quòd diui- III.
ſionibus frequenter vtitur, deſcriptionibus item ac definitionibus, in primis verò argu-
mentorum pondere ſua confirmat decreta. quæ omnia Ariſtotelis ingenium artificiúm-
que mirificè redolent.

Neque verò minus valet ad hanc ſententiam confirmandam. quòd huius libri author IV.
viſus eſt non ſolum ea diligenter peruolutaſſe ac perueſtigaſſe, quæ ſparſim de Poëſi tra-
duntur a Platone, verùm etiam eadem pro ſuis vſurpare, vel inuertere, magna etiam ex
2. Lib. de parte labefactare & oppugnare; quod Ariſtoteli fuit vſitatiſſimum. Quapropter (vt ali-
Rep. quod nobis extet huius rei ſpecimen) decernere videtur Plato carmen eſſe poëmatis fun-
amentum : cum ecce tibi ſententiam hanc oppugnat huius author libri, omninóque
atuit, Poëmatis vim ac naturam non modò in carmine non eſſe ſitam & collocatam, ve-
im etiam poſſe poëmata quædam ſine metro conſiſtere : quin etiam ſine metro aliqua
uiſſe conflata : ita vt Empedocles verbi gratia è poëtarum numero arcendus ſit, quam-
is carmine conſcripſerit : Xenarchi verò ſermones aut certè Socratis dialogi poëmatis
omnine ſint concludendi, etſi expertes metris. Ad hæc docere videtur Plato, fabulam
on omnino eſſe neceſſariam ad Poëſim, vel certè poëmata aliqua poſſe fabularum eſſe
xpertia. Contrà noſter hic author vſque adeò neceſſariam reputat fabulam, vt hac vel
axime contineri velit poëma. ſed & Epopœiam cæteris omnibus poëmatis anteponit
lato : author hic ſententiam iſtam oppugnat multis, ac tragœdiæ tandem tribuit prin-
patum. Poeticam quoque imitationem, quam Plato voce ac perſona concludit, author
e longè aliter æſtimat, atque in ſuam Poëticam alijs quaſi inſignibus introducit. Hæc
: alia id genus, quæ recenſere longum eſſet, quæque nos ſuis quæque locis obſeruabi-
mus, noſter hic author. Quapropter cum ſatis conſtet, hunc ſcribendi morem redolere
omnino Ariſtotelis morem, ſolúſque Ariſtoteles reperiatur, qui quicquid ſcribit, id Pla-
12 tonis decretis conſultis, exagitatis, labefactatis, clam etiam aliqua ex parte vſurpatis, ſcri-
bat, quis non intelligat libellum hunc noſtrum ex Ariſtotelis officina prodijſſe? Sed con- V.
iecturas mittamus, vbi Ariſtoteles ipſe non obſcurè indicat hunc libellum a ſe conſcri-
ptum eſſe. Etenim illud videor mihi affirmare poſſe, nuſquam Ariſtotelem in alijs libris
ad ſuum de Poëſi monumentum prouocare (prouocat autem ſæpiſſimè) quin hunc ip-
ſum librum intelligat. Ita vt ea, ſiue in noſtro hoc libro extent, ſiue (quod perraro con-
tingit) deſiderentur, optimè in hunc librum conueniant, ac ſententiam noſtram confir-
ment egregiè. Sed loca illa omnia, ſi placet conſulamus. Ac primò Ariſtoteles in lib. III.
Rhetoricorum ait a ſe de altero illo elocutionis genere dictum eſſe ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς.
in ijs quæ de poetica : at de poetica locutione in noſtro hoc libro fusè. addit paulò poſt ſe
de nominibus, quæ non humilem ſed ornatam & cultam faciunt orationem, dixiſſe in ijs
quæ de poëtica; vbi intelligit verba tranſlata, iuncta, peregrina, quæ ſunt poëticæ elocu-
tionis propria : at hæc omnia in hoc libro diligenter tractantur & copioſè. 1. Idem III.
item Rhetoricorum ſcribit ſe in his quæ de poetica, docuiſſe de nominibus quàm multas
habeant ſpecies : & rurſus ſe de ſpeciebus tranſlationis, & quam vim habeant tum in
Poeſi, tum in orationibus, dixiſſe ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς *in his quæ de Poëtica*. at in hoc libro
tum iſtam hominum varietatem, tum quot modis tranſlationes fiant, & quantam ſiue
poetis ſiue Oratoribus afferant vtilitatem, perſecutus eſt diligenter.

*Ir. c. 2. ad init. Vict. p. 220. Maior. p. 348. 2. p. Ric. ... cod. uet. p. 152. quare & c. Maior. p. 349. f. 1 m. Ric. 221. p. & ... uet. cod. 455. 411. 412.*

At enim valent quidem plurimùm iſtæc ad tuam ſententiam confirmandam : verùm
quæ his è veſtigio opponuntur, plurimùm quoque valent ad eãdem infirmandam. Cum
enim alia quædam percenſeat Ariſtoteles, quæ in ſua Poëtica complexus ſit, & tamen in
noſtro hoc libello non extent, quis non videt vel Ariſtotelem dormitaſſe aliùs, vel certè
præſens hoc monumentum nullo modo eſſe Ariſtoteli tribuendum? Imò verò tantùm
abeſt vt iſtinc liceat noſtram ſententiam labefactare, vt magis ac magis confirmetur. Ete-
nim rem nouam dicam, quæque alicui incredibilis videri poſſit & abſurda, ſed tamen
perſpicua ratione confirmabitur, nimirum reliqua loca illa atque ſententias, in quibus
Ariſtoteles ſic prouocat ad Poëticam, vt in noſtra hac reperiãtur nuſquam, tum demum
efficere poſſe hunc librum non eſſe Ariſtotelis, cum in eo reperiantur : contrà verò ſi in
eo nuſquam extent, argumento eſſe, librum eſſe germanum Ariſtotelis opus. etenim cer-
tum eſt, non exiguam huius monumenti partem (id quod luce meridiana clarius conſta-
bit

*1 Maior. p. 352. Ricc. p. 222. Cap. 20. lat. c. 21. p. ὀνομάτων & c. de trãsl. c. 6. lat. c. 20. Græcè 21. paulò poſt init.*

*Iam mutuò conflig entiũ rationum vis expẽditur.*

*Nũc ſigillatim ad IV.*
*Quod attinet ad ridicula.*

bit paulò pòſt) temporis iniuria interiiſſe, ſigillatímque ea intercidiſſe omnia; quę author ſcripſit de Comœdia. Cum igitur tractatio ridiculorum pertineat ad Comœdiam, & vnius Comœdiæ gratia ſuſcepta eſſet (neque enim Epopœiæ inſeruiunt ridicula, multò minùs Tragœdiæ) neceſſe profectò eſt, vt cum comica tractatione ridiculorum quoque tractatio interierit: & ideò cùm comica tractatio interierit omnis, tantùm abeſt vt colligere liceat, hunc librum non eſſe Ariſtotelis, dum in eo ridiculorum diſputationem non offendimus, vt potiùs, quoniam ea pars quæ deſideratur, ridiculis continebatur, colligere liceat, hunc librum eum planè eſſe, in quo teſtatur Ariſtoteles ſe egiſſe de ridiculis, quique περὶ ποιητικῆς appellatur. ſic ſanè ſiue locum illum ſpectes, in quo Ariſtoteles ait, ſe de ridiculis egiſſe ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, ſiue alterum conſulas, in quo ait ſe in ijs quæ περὶ τῆς ποιητικῆς docuit ὅσα ἐστι τῶν γελοίων εἴδη, *quot ſint formæ ſeu ſpecies ridiculorum*, ad hunc planè horum prouocandorum ratione ſit, cum hic planè de ridiculis (id quod iactura ipſa clamat) & eorum formis ageretur. Atque idem dixerim dum in poſtremo Politicorum libro ſcribit Ariſtoteles ſe περὶ τῆς τῶν ψυχῶν καθάρσεως, *de purgatione* inquam *animorum*, egiſſe in his, quæ de Poetica. ſiquidem de purgatione (præſertim explicatè atque diſtinctè, vt profitetur ſe egiſſe) in hac monumenti parte haud agit; quin ne agere quidem potuit, cum de purgatione explicatè agere haud liceret in Epica aut Tragica tractatione: (alij enim affectus purgantur Tragœdia, alij Comœdia, alij alijs poëmatis generibus) & ideò propria diſputatione totum hoc argumentum eſſet explicandum; quod quidem in ea tantùm quæ interijt monumenti parte, effici potuit. Ita vt hinc quoque non ſolùm colligi haud poſſit, hunc librum non eſſe Ariſtotelis, dum doctrina de purgatione in eo non extat, ſeu coniectare liceat Ariſtotelicum eſſe, atque eum ipſum qui περὶ τῆς ποιητικῆς inſcribitur: cum ea ipſa libri pars, in quam ipſa etiam purgationis diſputatio cadere debebat & poterat, temporis interierit iniuria. 23

*Quod attinet ad purgationem.*

Sed dum ego meam ſententiam tueor atque confirmo, dum aduerſarijs reſiſto, diſputationis ordinem neſcio quo pacto perturbaui: quæ enim priore loco propoſui argumenta, præteruectus ſum: quæ poſteriore, dilui. Sed referam me ad ordinem, atque ad Plutarchum, quoniam ab eo dubitationum manauit initium, redibo.

*Cap. 3.*

Ergo Plutarchus, ſi quis rectè æſtimet, non facilè dicendus eſt obeſſe ſententiæ noſtræ, dum teſtatur, ſe hiſtoriam illam deſumpſiſſe ex tertio (tertium enim enumerat) Ariſtotelis libro περὶ ποιητικῆς. ſiquidem, vt mittam Ariſtotelem quoque Cyrenaicum de Poëtica ſcripſiſſe, teſte Laërtio in Ariſtotele; ita vt verendum ſit, ne hunc intelligat Plutarchus; primò ne illud quidem ſatis conſtat, an περὶ ποιητικῆς vnicum monumentum, an varia conſcripſerit Ariſtoteles; ac propterea non ſatis concludere liceat, noſtrum hoc haud eſſe Ariſtotelis, quòd quæ ex tertio de Poëtica repetit Plutarchus, non reperiantur in hoc noſtro. Deinde eſto vnicum de Poëtica monumentum (quibus tandem eſſet ſeu libris ſeu partibus diſtributum) reliquerit Ariſtoteles; at certum eſt, noſtrum hoc monumentum eſſe decurtatum & mancum, & poſteriorem eius partem eámque benè longam deſiderari (id enim iam iam apertè conſtabit) & ideò nihil mirum ſi hiſtoria iſta non extet in præſens, cum huiuſce monumenti, quod facilè tripartitum erat ac multò longius, multæ partes interierint. Quamquam obijcies ſtatim; liber iſte, quantum ex Plutarcho, quin ex Laërtio quoque intelligere licet, hiſtorias continebat: nec conciſè ſcriptus erat ac preſſè, ſed manabat latiùs, quapropter cum & argumento & elocutione ac ſtylo diſſideret a libello hoc noſtro, qui preſsè ſcriptus eſt, & non hiſtoriam ſed præcepta continet, non videtur cohærere potuiſſe cum hoc noſtro. Sed quid prohibet Ariſtotelem in eo libro tertio ſiue poſteriore huius monumenti parte ad exempla & hiſtorias diuertiſſe, quemadmodum facit in tertio quoque Rhetoricorum, cum tamen in primo & ſecundo præcepta tradat? ſanè cum exemplis iam egeret & hiſtorijs, elocutionem ac ſtylum aptaſſe potuit & verò debuit rebus tractandis, ac de preſſo illo dicendi genere aliquid remittere. Certè Laërtius qui ipſe etiam tertij περὶ ποιητικῆς inijcit mentionem, inde hiſtoriam quãdam ac de Homero ipſo repetere videtur non ſecus atque Plutarchus. Adde quod in Phyſicis etiam ſolet interdum elocutionem ſtylúmque variare. quare libri de naturali auditione obſcuriſſimi ſunt & preſsè ſcripti: libri de cœlo paulò manant latiùs, ac longè minùs habent obſcuritatis: ſubinde tamen in libris de ortu & interitu ad priorem obſcuritatem recurrit: & tamen è veſtigio in tribus primis meteorologicis libris dilucidè diſputat & copiosè. quid plura? cum tres iſtos libros Meteororum perſpicuè exaraſſet, ecce

*Ad primum.*

tibi

tibi in quarto (neque enim loco mouendus eſt, vt perperam exiſtimarunt aliqui; ad ingenium redit Ariſtoteles, ac mira diſſerit obſcuritate. Vt propterea vnum elocutionis genus, niſi aliæ quoque notæ accedant & coniecturæ, longè infirmum ſuppeditet argumentum.

Atque hinc licet argumento occurrere, quod ex Laërtio ſumebatur: quaſi verò cum Ariſtotelis libros accuratè omnes percenſuerit, eorúmque notarit indices, nec tamen noſtri huius mentionem fecerit, Ariſtoteli perperam tribuatur. *Ad ſecundum, & tertium.*
14 nam primò quid prohibet librum illum, qui περὶ ποιητικῶν, de rebus poëticis, aut duos illos, qui περὶ πραγματείας τῆς τέχνης ποιητικῆς, inſcripti eſſent, eſſe hoc ipſum Ariſtotelis monumentum, quod περὶ ποιητικῆς inſcribitur, & cuius partem aliquam tenemus? nam quod ille περὶ ποιητικῶν, ille περὶ πραγματείας τῆς τέχνης ποιητικῆς, noſter περὶ ποιητικῆς, hoc eſt non eodem planè titulo inſcribatur, ille rurſus vnicus ſit; noſter hic, ſi Robortello ac Madio credimus, in duos libros, ſi Victorio in tres, eſſet diſtributus, nihil eſt quòd nos perturbet. nam Ariſtotelicorum librorum & inſcriptiones & partitiones ab interpretibus & ſectatoribus manarunt ferè omnes, atque illæ pleræque variæ; ita vt Laërtius non tam recenſuerit Ariſtotelis libros qua ſiue inſcriptione, ſiue partitione prodijſſent ab initio (ſi tamen non ijs carebant plerique) quàm eas omnino & partitiones & inſcriptiones ſecutus ſit quæ vel ab alijs hiſtoricis, quos ſequitur, vulgabantur, vel in vulgus circumferebantur: ac ſummatim res ipſas complecti maluerit, quàm inſcriptionis vocibus curioſiùs hærere, ac tanquam verba dimetiri. De qua re, quoniam eam in ſequenti diſputatione vberiùs confirmabimus, hæc ſatis in præſens.

Sed iam expectatis fortaſſe, Auditores, vt poſtremo argumento, quoniam grauiſſimum eſt, & non hunc libellum tantummodo, ſed Ariſtotelis monumenta omnia in ſuſpicionem vocat, imò notha eſſe oſtendit, ac falsò tribui Ariſtoteli, prolixè ſatisfaciam. *Ad quintum.* Ego verò cum rem hanc vniuerſam copiosè perſecutus ſim in primo libro in Platonis Timæum, nolim hoc tempore hoc argumentum diſputare, præſertim quia paucis expediri haud poteſt. Quapropter ad eum librum vos reijciens, vnum tantùm dicam in præſens, quod noſtri huius Commentarij ſigillatim intereſt. nimirum libros de Poëtica pertinere ad libros exotericos potiùs, quàm ad acroamaticos: ac proinde cum exoterici ſine vlla dubitatione nunquam in arcanis fuerint apud Ariſtotelem, ſed vulgati ac proditi omnes, nihil eſt quòd dubitemus num ante Ariſtotelis mortem in vulgus promulgati eſſent, & in multorum manibus verſarentur. Vt propterea, quamuis bibliotheca illa conflagrarit, exempla Athenis ac Græcia tota iam ſparſa eſſent, quæ ad nos peruenerint. Sic ſanè noſtrum hoc monumentum Ariſtoteli meritò tribui, & Ἀριστοτέλους inſcribi compertum ſit.

Venio ad ſecundam dubitationem: quæ tripartita erit, vel potiùs quadripartita, etſi breuiſſima. *CONTROVERSIA II. Quæ eſt quadripartita.* Etenim videndum eſt primò, NVM reuera integrum ſit hoc opus néne; *I.* etſi fortè pars illa deſideretur, interciderítne illa temporis iniuria, an verò nequaquam fuerit ab Ariſtotele abſoluta: & ſi fuit abſoluta, num vnus tantùm interciderit liber, quemadmodum Robortellus ac Madius ſentit, ac vnus & alter, quemadmodum pugnat Victorius. *Pars II.* Ex quibus etiam de tota Inſcriptionis ratione ac vi conſtabit vberiùs. *III.* Denique illud videndum erit vel certè requirendum (alibi enim definietur opportuniùs) quæ ſint tandem ea quę deſiderantur in poſteriore hac parte, quam interijſſe oſtendimus, & quàm graues extent huius rei conquirendæ rationes & cauſæ. *IV.*

Quod pertinet ad primam partem interpretes omnes, vno Mutinenſi excepto, fatentur ac docent, noſtrum hoc monumentum eſſe diminutum. *Explicatur I.* Sic Robortellus, Madius, Victorius in procemio, ſic Alexander, ac fusè, in annotationibus particulæ primæ: quod mihi quidem luce meridiana clarius videri ſolet. Siquidem Ariſtoteles ſtatim ad initium ponit agendum tum de poëſi in vniuersùm, tum de partibus ſeu ſpeciebus. idem è veſtigiò enumerat huiuſmodi partes, atque ait eſſe Epopoeiam, Tragœdiam, Comœdiam, Dithyrambicam ac (ſi placet) Aulericam & Cythariſticam. Cum itaque poſuerit agendum de partibus ſingulis, ac ſigillatim de Comoedia, quis non videat, huiuſmodi monumentum eſſe diminutum, cum ſubinde Comœdiæ tractatio extet nuſquam? Quid plura?
15 cum in III. capite de Tragœdia diſſerens, ſic ſcribat, *Ac de imitatione quidem, quæ fit hexametro, ac de Comœdia poſteriùs dicemus*, quis non ſentiat deſiderari Comœdiæ tractationem, ac proinde hunc librum non eſſe integrum? Atque huc etiam pertinet, quod diſputatio

tum

tum de ridiculis, tum περὶ τῆς τῶν ψυχῶν καθάρσεως, hoc eſt de purgatione animorum, ad quam nos in Rhetoricis & Politicis reijcit, non extat in hoc libro. nam loca iſta valent quidem ad demonſtrandum eiuſmodi librum eſſe mancum, at non eſſe Ariſtotelis, nullo modo. Hæc de prima iſta dubitationis parte; quam haud quidem in controuerſiam reuocare auſus eſſem, niſi animaduertiſſem a Mutinenſi interprete, hoc eſt ab eo qui plurimùm in hoc opere interpretando deſudauit, pro mutilo hunc librum non agnoſci. vt enim non germanum poëticæ artis librum haberi vult, ſed commentarium memoriæ cauſa comparatum, ac fermè ex tumultuarijs ſententijs atque præceptis conflatum, nullam partem excidiſſe fatetur. Quamquam negat etiam egregius iſte vir, hoc monumentum, etſi Ariſtoteleum, eſſe illud ipſum, quod περὶ τῆς ποιητικῆς ab eo paſſim appellatur, & ad quod tam ſæpè prouocat. Quod perfugium præterquam quod eâdem facilitate euerti poteſt, qua aſtruitur (rationem ſiquidem affert nullam, qua ſuum iſtud confirmet commentum) profectò inde planè conuellitur, quòd Ariſtoteles (quemadmodum dicere cœperam) in III. capite pollicetur ſe paulò pòſt dicturum cum de Epopœia, tum de Comœdia: cum tamen de Epopœia ſubinde agat quidem, de Comędia nullo modo.

II. Venio ad ſecundam, in qua quæritur verène hanc partem abſoluerit Ariſtoteles, prout receperat, iniuria verò temporis perierit; an verò occupatus morte, extremam illi manum non admouerit. Cui dubitationi præcisè reſpondeo, fuiſſe abſolutam. etſi enim in Politicis ſcribit, ſe dicturum de purgatione animorum, verumtamen in Rhetoricis ſemel atque iterum ac perſpicuis ſanè verbis ſcribit, ſe de ridiculis & eorum formis ac partibus egiſſe in poëticis. Vt propterea ſatis conſtet, quæ de Comdia ſcripſerit, intercidiſſe.

III. Sed iam dicamus de tertia, an inquam vnus tantùm liber, quemadmodum ſentit Roborellus & Madius, an vnus & alter, ſecundus ſcilicet & tertius, quemadmodum opinatus eſt Victorius, deſideretur. Quam ſanè rem paulò altiùs repetere cogor. Ergo ſciendum eſt, Ariſtotelis monumenta ab initio non in libros planè digeſta ac diſtributa prodijſſe, qualia nunc cernuntur, ſed integra. Quare quemadmodum XII. Platonis libri de legibus vnico libro ſeu volumine continebantur antea, eodémque modo X. de Rep. libri vnicum conflabant volumen: cum tamen deinde à ſectatoribus commoditatis gratia illud in duodecim, hoc in decem diſtributum ſit, ita Ariſtotelis monumenta ab Authore illa ſuo integra manarunt fermè omnia, cum tamen a Theophraſto, Andronico, vno verbo a ſectatoribus in libros, mox in capita, ad extremùm in particulas, quod fecerunt Græci, ſeu in contextus, quod fecit Auerroes, commoditatis gratia digeſta ſint & diſtributa. Atque hinc fit, vt nunquam Ariſtoteles (dicam Auditores. rem fortaſſe nouam & inauditam, quæque παράδοξον videri poſſit, ſed veriſſimam tamen) ad libros prouocet. quare qui Ariſtotelem Græcè legerit, ſentiet eum nuſquam ferè non prouocare ad alia monumenta, atque ad ea lectorem paſſim reijcere: & tamen ad libros reijcit numquam, nec libri vllius vſquam mentionem facit: ſed ſemper in his quæ de principijs, inquit, in his quæ de Natura, in his quæ de motu, in Phyſicis, in poſtnaturalibus, in Politicis, in Ethicis, & in his quæ de poëtica, & his ſimilia. at in primo ſiue ſecundo, vel rurſus in hoc, vel in illo libro, nuſquam. Atque hinc factum eſt, vt quemadmodum libri non vno eodémque modo apud omnes ſunt in capita diſtributi, ſed ſæpè illa tam Latini quàm Græci & Arabes varient, ita monumenta ipſa non apud omnes in eundem librorum numerum recidant. Quare libri de naturali auditione (vt rem exemplo illuſtremus) apud aliquos ſeptem erāt 16
ab initio, nobis octo, Iuſtino Martyri ac Philoſopho nouem. hic enim in eo commentario quem ſcripſit contra Ariſtotelem, priorem octaui partem facit octauum, poſteriorem verò nonum: atque hoc nomine ex noſtro octauo quamplurima ad verbum deſcribit, quæ apud eum nonum continent librum. atque eodem ferè modo libri tum œconomici, tum de hiſtoria animalium, tum alij nonnulli variantur. Et conſimili de cauſa factum eſt, vt plerique Ariſtotelis libri, quippè qui ab initio ab authore illi ſuo certis ac fixis indicibus haud inſigniti eſſent, aut etiam ab eodem non vno eodémque ſemper nomine ac titulo nuncuparentur ac deſignarentur, (nam libros de naturali auditione verbi gratia modò de principijs, aliquando de Natura, interdum de motu, appellari ſentias) non eandem inſcriptionem referant apud omnes. Atque hinc ſanè (ne digrediar longiùs) quatuor colligere licet.

*Quatuor colligũtur ex tertia hac Parte.*

I. primum eſt, noſtrum hunc commentarium facilè fuiſſe vnicum ab initio, atque vnigenam ab authore ſuo prodijſſe. id enim cum ea ſuadent, quæ docuimus hactenus, tum verò illud quòd nuſquam ad huiuſmodi monumentum ſic prouocauit

Ariſto-

Ariſtoteles (prouocauit verò frequenter) vt potiùs indicet in varios libros diſtributum,
quàm vnum fuiſſe & ſingulare. Alterum eſt decurſu temporis facilè contigiſſe, vt a II.
Theophraſto, Andronico & ſectatoribus, vt in varias ſubinde ſectas diuiſi ſunt, variè fue-
rit diſtributum, ac proinde tripartitum in Plutarchi inciderit manus: Laërtio bipar ti-
tum occurrerit. Sic ſanè Madius ac cæteri ille partim reprehendendi ſunt, partim excu-
ſandi. reprehendendi quia in hac controuerſia prima huiuſce monumenti incunabula
ſpectanda erant, & quale ex authoris manibus prodijſſet, non quale progreſſione tem po-
ris atque aliorum opera ſe ſe in conſpectum dederit, ita demum intellexiſſent poſterio-
rem huius libri partem, non ſecundum ac tertium librum, deſiderari. Excuſandi, quòd
dum illud cognitum non haberent, non ab Ariſtotele, ſed a ſectatoribus fuiſſe hoc mo-
numentum in libros diſtributum, facilè fuit ant bipartitò illud cum Laërtio, aut etiam
tripartitò cum Plutarcho, quin cum Laërtio quoque, diſtribuere, ac ſecundum, vel etiam
ſecundum & tertium, requirere. Tertium eſt videri omnino ab Authore fuiſſe inſcri- III.
ptum περὶ ποιητικῆς. licet enim ſemel ab eodem authore appelletur περὶ ποιητῶν, in reli-
quis tamen locis omnibus περὶ ποιητικῆς nuncupatur. Vt omninò eximimem non ab
Ariſtotele, ſed ab alijs deinde τέχνης (quod aliqui libri habent) aut πραγματείας, quod ha-
bet Laërtius, inter ſcribendum fuiſſe additum, perinde ac Madius μεθόδου addi iubet non
τέχνης, Alexander contrà non μεθόδου, ſed τέχνης cenſet eſſe ſupplendum. Atque hinc ſa- *Ale. Piccol. i proœ. pag. vlt.*
nè animaduertere licet, Auditores (atque ita de tota inſcriptionis ratione conſtabit vbe-
riùs) vter magis a veritate aberrarit Madiúsne an Alexander, dum ille περὶ ποιητικῆς με-
θόδου inſcribi iubet, hic περὶ ποιητικῆς τέχνης. Etenim vnum ſumunt interim ac tanquam
certum arripiunt: aliud pugnant & altercantur. Sumunt inſcriptionem non omninò eſ-
ſe abſolutam, ſed deſiderari aliquid: pugnant μεθόδου, quod Madio placet, aut τέχνης, quod
Alexander ſentit, addendum eſſe. Ego verò Auditores magnopere vereor ne interpretes
iſti nodum in ſcirpo quærant, & in rei neceſſariæ habeant loco, quod non modò non ne-
ceſſarium, ſed otioſum eſt ac ſuperuacaneum. ſiquidem ποιητική, ſeu poëſis ex eorum
nominum ordine eſſe poteſt (neque enim verebor Grammaticum tantiſper agere, cùm
videam id planè ipſum a ſummis eruditiſſimíſque Philoſophis Alexandro & Madio fa-
ctitari (quæ tum per ſe optimè conſiſtunt, tum commodè cum alio cohærere poſſunt.
quare ſi quis dixerit, Poëſis eſt animi ornamentum, is interim poëſim in eorum nomi-
num loco habuerit, quæ per ſe conſiſtunt: non ſecus ac ſi quis dixerit, Rhetorica eſt Reip.
27 firmamentum, Grammatica rectè loquendi ars. Quòd ſi quis dixerit, Poëtica facultas eſt
animi ornamentum, iam nomen iſtud ex ijs effecerit, quæ cum alio cohærent: perinde
omninò ac ſi quis dixerit, Rhetorica facultas eſt Reip. præſidium, Grammatica facultas
eſt rectè loquendi ars. Cùm igitur id ita ſit, non video cur viri iſti ποιητικὴν ſeu poëticam
poſteriore modo vſurpare malint quàm priore: cùm, ſi priore modo vſurpetur, non ne-
ceſſe ſit quicquam addere ac ſupplere: vox etiam ſit propria & ſignificantiſſima, Ariſto-
teli etiam hoc eodem nomine vſitata, &, quod caput eſt, id planè ipſum planiſſimè repre-
ſentet, quod iſti addentes faciunt: Vt omittam eam inſuper Ariſtoteli inuidiam conſla-
ri, quòd tam facilè ſtatim ac citra neceſſitatem indigentiámque vllam poëſim inter ar-
tes numerauerit. Quapropter non negarim aliquid aliud ſupplendum adhuc, aut tacitè
intelligendum; puta ἔργον vel βιβλίον, opus inquam aut librum ſeu diſputationem, aut
quid huiuſmodi. hoc enim ex ipſæ voces Ἀριστοτέλους περὶ ποιητικῆς clamant. Conceſſerim
etiam ἔργον vel βιβλίον, vel quid tale elegãter adhuc reticeri potuiſſe ſi vox Ἀριστοτέλους abeſ-
ſet: nihil enim aut ſupplendum foret, ſi quis rectè æſtimet, aut tacitè ſupplendum, quem-
admodum Cicero etiam de Officijs, de Morte contemnenda, de Gloria, de Natura Deo-
rum ſua dum inſcribit monumenta, eleganter reticet aut omittit diſputationem ſeu li-
brum & conſimilia. Sed artem vel methodum aut tacitè adhuc intelligendam aut ſup-
plendam, nullo modo conceſſerim. Atque hęc dicta ſint, Auditores, vt de tota Inſcriptio-
nis ratione conſtet. Nam eſt quidem perbreuis, addo etiam conciſa, ſed tamen eleganter
conciſa, & cui planè nihil addendum ſit. Denique Ariſtotelis ingenio atque ſcriptione
digniſſima.

Venio iam ad poſtremam dubitationis partem, quę ſanè grauiſſima eſt ac multis ma- *Iam explicatur*
gniſq. de cauſis digna quæ accuratiſſimè pertractetur. Cauſæ verò, ne vos lateãt Audito- 
res, ſunt quæ ſequuntur; Prima eſt, vt ſciamus, an præter Tragœdiam, Epopœiam & Co- *Pars IV.*
mœdiam (nam de hac quoque tanquam de poëſis ſpecie ac forma egiſſe Ariſtotelem

 conſtat

conſtat ſatis) Dithyrambica ſit inter Ariſtotelicas poëſis ſpecies retinenda, vel certè, quoniam id in præſens videtur clariùs affirmari, quàm vt diſſimulari poſſit, quo pacto non Lyrici poëmatis ſpecies quædam ſit ac forma, quemadmodum hymnus aut ode. Ex quo fieret, vt de toto genere, hoc eſt de Lyrico, non de eius particula ſeu forma, ſibi dicendum proponere debuiſſet.

II. An legum poëſis inter eaſdem formas ac ſpecies, vel certè ſub forma aliqua ſit numeranda, cum enim ſtatim ab initio primas Poëſis formas recenſere viſus ſit Ariſtoteles, nec tamen huius mentionem fecerit vllam, videndum eſſet, cur eam numeret in progreſſu, & quo poëſis genere comprehendatur.

III. Vtrum Auletica & Cythariſtica inter eaſdem ſit collocanda, an excludenda potiùs.

IV. Vtrum Melici (nam a Lyricis, ſi multis credimus, ſegregandi ſunt) inter Ariſtotelicæ poëſis ſpecies vllum obtineant locum.

V. Num Tragicomœdia ſit inter eaſdem excipienda. Conſtat enim Plauto, Comico non ignobili non inuſitatam eſſe.

VI. Quid de Tragiſatyricomica, quam nonnulli introduxerunt in Scenam.

VII. Quid de carmine quo iamdiu apud nos Martyrum ſanctiſſimorúmque virorum facta celebrantur & repreſentantur, etſi enim huiuſmodi facta ſunt tum imitationi obuia, tum digniſſima quæ repreſententur, vix tamen videntur vllam Ariſtoteleæ poëſis formam ſubire poſſe.

VIII. Quid de maiori Ecloga, quam Paſtoralem Comœdiam rectiſſimè appellaueris: nam fuiſſe hanc quoque introductam, in Scenam & miro etiam cum plauſu receptam, ſatis conſtat.

IX. Quid de minori Ecloga aut etiam Idyllijs: niſi enim hæc in poëmatum ordinem referamus, iubendum erit vt Theocritus, Moſchus, Bion, aliqua etiam ex parte Virgilius poëtæ deponat nomen.

X. Quid item de tanta poëmatum varietate qua ſiue Heſiodus Opera & dies, ſiue 18
Empedocles & Lucretius res naturales, ſiue Virgilius Georgica, ſiue Aratus Phœnomena, ſiue Ouidius Faſtos, ſiue alij alia penè innumera cecinere: neque enim non hæc quoque in controuerſia verſantur ob Ariſtotelem.

XI. Num Satyra, quæque huic affinis eſt epiſtola, elegia etiam, ſint ex Ariſtotele in poëmatum habenda loco.

XII. Quid denique de tota Lyrici poëmatis varietate: hac enim non modò hymni aut odæ, ſed epithalamia, emblemata, epigrammata, exaſtica, tetraſtica, diſtica, hemiſtichia, continentur. Hæc inquam requirenda viderentur, dum Ariſtoteles Epopœiam tantummodo, Tragœdiam, Comœdiam & Dithyrambicam facit Poëſis formas ac ſpecies. Quinetiam vt planiùs adhuc de alijs quibuſdam conſtaret dubitationibus quas iamdiu excitauimus, peruestigandum quoque eſſet quid de ridiculis, quid de purgatione animorum, quæ duo intercidiſſe diximus, ſummatim præceperit Ariſtoteles; quid item ſpectaret Hiſtoria, quam vnà cũ poſteriore huius libri parte interijſſe diximus, etſi quid huiuſmodi. Et iiſdem planè de cauſis præſtaret explorare diligenter & peruestigare, quæ tandem interierint iniuria temporis ex Ariſtotelis poëtica: alioquin de tanta poëmatum ſeu carminum varietate iudicium ferre non commodè liceat ex Ariſtotele. Vt de alijs quibuſdam paulò obſtruſioribus carminum ac metrorum aut etiam poëmatum generibus ſileam: quæ, etſi a laudatiſſimis authoribus Platone, Plutarcho, Strabone, Proclo aliiſque fiat eorum mentio, libenter prætereo, quòd metro ſaltem eſſent conflata, ac recenſitis conſimilia videri poſſint. Quibus omnibus Socratis quoque dialogi addi potuiſſent, ac ſi quid eſt aliud dictionis genus, quod ſoluta oratione imitetur. At enim ſi ita eſt, ac tot tantáſq. vtilitates habet & opportunitates iſtiuſmodi conquiſitio, ad eam omni cunctatione abiecta aggredere.

*Vide Scal. poetic. lib. 1. cap. 3. & Pat. Decadis Hiſtor. lib. 2. & 3.*

Ego verò, Auditores, non committam vt rem vſque adeò grauem ac perdifficilem minùs commodo loco, fortaſſe etiam planè alieno & inopportuno, aggrediar. Huius enim rei cognitio ex multis pendet, quæ toto hoc libro ſparſa ſunt, in primis verò ex iis quæ de poëſi eiúſque partibus ac formis quibuſdam, de imitatione item ac varijs huius inſtrumentis, de poëſeon quoque ortu & incrementis, differentur ab Ariſtotele. Ex his enim maximè coniecturæ & argumenta petenda erunt, ex quibus res dijudicetur & dignoſcatur.

*Ca. 1. & 2.*

gnoſcatur. Nec ſanè ipſe eo conſilio de cauſis ac neceſsitate huiuſmodi conquiſitionis vos admonebam, quòd rem optarem in præſens aggredi ac moræ impatiens anteuertere; ſed potiùs vt ex propoſita dubitatione intelligeretis non tam in eo perſtandum vt requiramus, an libri vlli quótve deſiderentur, quàm vt explicemus (opportuno tamen loco) quæ deſiderentur, ſiue quæ ſint ea, quæ ex hoc monumento iniuria temporis interierint. Itaque dabitis mihi hanc veniam Auditores, vt rem hanc totam ad alia loca reijciam, in quibus non incommodè tractari poſsit. Quòd ſi interim dilationem peto, fidem quoque meam liberabo aliquando, &, vt ſpero, cum fœnore liberabo.

*CONTROVERSIA III.*
*Quæ ſit materia huic monumẽto ſubiecta.*

NVNC de materia Ariſtoteleæ Poëticæ ſubiecta agendum eſt. cuius materiæ cognitio ad huius libri præcepta intelligenter vtilitérque tractanda, inprimis verò ad Ariſtotelis conſilium & inſtitutum agnoſcendum, eſt pernecesſaria. Denique ea ignorata, vix ac ne vix quidem rectà licebit curſum intendere: hac cognita, facilè ſtatim Authoris conſilium percipiemus, ac poëticæ curricula commodiùs peragrabimus. Multa verò ſunt, quæ hanc ſibi laudem videntur depoſcere, quæ ſuos illa fautores aut etiam authores habent ſingula; Oratio falſa, fabula, poëma, poëtica præcepta.

*Pro falſa Oratione.*

Ac falſa quidem oratio in materiæ loco ſtatuitur ab Vtinenſe interprete. qui ſanè eandem
19 dem Auerroi & Philopono ſententiam tribuere ſuo potuiſſet iure, quæ enim affert, vt doceat, falſam orationem eſſe materiam poëticæ facultati ſubiectam, ea ſanè Auerroes
f.1.A.m. priùs ac multò antea Philoponus docuerat luculentè. Verùm ſi placet, ipſius Vtinenſis verba audire ne grauemini, vt de re tota conſtet planiùs. *Subijcitur (inquit) tanquam materies poëticæ facultati oratio, ſicut & alijs omnibus, quæ circa orationem verſantur. Eæ autem ſunt quinque numero, Demonſtratiua (ſic enim ἀποδεικτικὴν licet appellare) Dialectice, Rhetorice, Sophiſtice, Poetice. nam de Grammatice, quæ minutiora quædam conſiderat, non eſt in animo quidpiam dicere. Omnes hæ ſubiectam ſibi habent orationem. Verùm quoniam oratio diuerſam accipit vim & formam, tum ex genere rerum quas tractat, tum ab eo, qui ipſa vtitur ad aliquid ediſſerendum & probandum, ideò diuerſam quoque omnium oportet eſſe orationem. Orationis maximè proprium & genuinum munus eſt proferre id, quod verum eſt, & quia aliter ſeſe habere non poteſt, neceſſarium. Quantùm autem orationis quodque genus a vero recedit, tantò propiùs accedit ad id, quod eſt falſum. Inter verum ſanè & falſum medio quodam interuallo poſita ſunt, τὸ ἔνδοξον, τὸ πιθανὸν τὸ φαινόμενον, quæ ſic libet Latinè proferre, probabile, ſuaſorium, & apparens verum, ſeu probabile quod videtur. Ex his quælibet facultas vnum arripit genus, Demonſtratoria verum, Dialectice probabile, Rhetorice ſuaſorium, Sophiſtice id quod probabilis ſeu veriſimilis habet ſpeciem. Poetice falſum ſeu fabuloſum. Talem igitur orationem*
f.1.B.m. *ſuſcipit Poetice.* Sic iſte. Qui tamen non pauca adhuc ſubnectit, quibus ſententiam confirmet ſuam: ac tandem ſic concludit. *Iam ſatis* (vt puto) *declaratum eſt, qualem habeat ſibi ſubiectam materiam poetica facultas, orationem ſcilicet falſam ſeu fabuloſam & mendaciorum plenam.* Potuiſſet verò, vt dicebam, eandem Auerroi & Philopono tribuere ſententiam: ſiquidem ille in Commentario 1. prioris Analyticorum libri, & rurſus in Epitome Logices, hic verò in Commentarijs priorum Analyticorum ad initium, propoſitis facultatibus conſociandis aut etiam ſeiungendis conſimilem planè rationem ac viam ſecutus eſt. Ea verò poſſet ratione ſuaderi hæc opinio, quòd cum Philoſophia in rerum omnium varietate contemplanda occupetur (in vniuersùm tamen, ita vt ab rebus ſingulis contemplandis ſuperſedeat, quaſi in illis ſcientia non ſit poſita) hiſtoricus verò rerum ſingularum, a quibus abſtinet Philoſophus, veritatem perſequatur, Poëtæ vnum ſuperſit mendacium, in quo verſetur, quódque aptè confugere doceat. Certè Ariſtoteles Homero, quem poëtarum anteſignanum dixeris, eam tribuit laudem, quòd docuerit qua ratione ſit aptè comminiſcendum atque dicendum mendacium.

*Refellitur.*

Quæ tamen ſententia probanda non eſt, vel quia non tam poëſis quàm Poeticæ materiam quærimus in præſentia: Poëtica verò, ſi quis rectè æſtimet, vera atque germana Poëmatis condendi præcepta docet: vel quia mendacium patet latiùs quàm vt cum poëmatis argumento reciprocetur, & in Poëticæ materiæ loco ſtatui poſſit. quandoquidem in omnibus planè rebus videas mortales interdum effutire mendacium & comminiſci, vt verbi cauſa in Phyſicis aut eloquentiæ Medicinæve diſputationibus, quæ tamen ad poëtam minimè pertinent, cuius fabula & mendacium in certis quibuſdam hominum actionibus occupatur. Vt omittam non dum ſatis compertum eſſe, num fabula carere poſſit interdum poëma: & ſi carere haud poſſit, num, quoniam ab Ariſtotele pro actionis conſtitutione vſurpatur, veritati quo-

que inniti poſſit aliquando & carere mendacio.
*Pro fabula* Huic verò ſententiæ altera illa eſt affinis, quæ fabulam noſtræ huic ſubiicit facultati. Et
quidem cum poëſis, Ariſtotele ipſo teſte, tum demum ſe rectè habeat, cum fabula rectè
fuerit conſtituta, totum poëticæ munus in fabulæ tractatione verſabitur. fabula itaque
erit tanquam campus huius facultatis. quæ ſententia poſſet ex Plutarcho etiam confir- *part. 2.*
mari. Etenim in eo libro, in quo quærit bellóne magis an pace claruerint Athenienſes,
teſtatum reliquit Corinnam huius artis munus conſueuiſſe fabula coërcere, quaſi nil
*Refellitur* aliud ſit artis huius niſi fabulam ſermonibus miſcere. Sed hæc quoque ſententia, etſi mi- 20
nùs quàm prior videri poſſet abſurda, ex dictis refellitur; quandoquidem non poëſis ſed
poëticæ materiam quærimus, quæ ſunt præcepta ipſa atque illa & ſolida & vera, non fa-
bulæ inſtar ficta & commentitia, quemadmodum ab iſtius ſententiæ authoribus ſumi-
tur. Vt omittam, ne ſiquidem poëſis quæreretur materia, facilè conſtituendam eſſe fa-
bulam, idque ſiue quia non dum conſtitit, num rectè ſentiat Plato, qui poëſim viſus eſt in-
terdum ſpoliare fabula, ſiue quia, vbi Ariſtoteli aſſentiamus, qui eam cenſet eſſe neceſſa-
riam (quamquam, vt dixi, de actionis conſtitutione loquitur interim, quam fabulæ vo-
cat nomine) videndum erit num Ariſtoteles ſic fabulam poëmati neceſſariam eſſe velit,
vt nil aliud ei ſubiiciat pertractandum. certè dum partes qualitatis recenſet, præter fabu-
lam numerat etiam mores, ſententiam & alia non pauca. Ita vt ex Ariſtotele neceſſe qui-
dem ſit vt fabulam rectè conſtituat, qui poëma pro dignitate pangere moliatur; ſed ta-
men huic in aliis quoque adhuc multis ſit deſudandum. Denique a Corinna materiam
non tam poëticæ quàm poëſis, quæ ipſam poëmatis efficientiam ſignificat, vel etiam ip-
ſius poëtæ munus, fuiſſe deſignatum, dum huius artis munus fabula coërceret, atque id
etiam quia hæc ſit poëmatis vertex & caput, is ſentiet qui Plutarchi locum legerit ac-
curatiùs.
*Pro Poeſi.* Paulò fortaſſe Ariſtoteleæ doctrinæ accommodatior ea videri poteſt opinio, quæ ſta-
tuit poëſim noſtræ huius facultatis eſſe materiã. etenim quicquid demum hîc pertracta-
tur, id vel ad poëſim vniuerſim, vel ſigillatim ad partes pertinet: ac propterea quicquid
inſtituitur ac docetur, poëſis gratia inſtituitur ac docetur. Denique (vt rem planiùs ex-
plicem; iam enim ſentio dicturum aliquem iſtinc videri finem potiùs quàm materiam
apparere) aliud in hoc libro explicatur nihil, quàm poëſis natura in vniuerſùm & partes
ſingulæ, ac quicquid demum ad poëſis attinet cognitionem. Quid multa? ipſa Ariſtotelis
propoſitio rem ſic declarat, vt nullus relinquatur dubitationi locus. Ait enim Ariſtoteles
ſibi dicendum eſſe de poëſi poëſiſque partibus quam vim habeant: de fabula etiam non
alio conſilio quàm vt rectè ſe habeat poëſis: ex quibus etiam & qualibus hæc ſiue illius
formæ ac ſpecies, partibus conſtent, quod eſt poëſim, quoniam eius cauſa tota ſuſcipitur
tractatio, eſſe materiam & veram germanámq. & adæquatam quam vocant & propriã.
Atque in hanc quidem ſententiam deſcendit eruditiſſimus huius libri interpres Madius.
qui etſi in procemio, vbi ſem diſſerit de induſtria, viſus eſt pugnare ſtratam huic libro *pag. 15. poſt m.*
materiam (ſunt ipſius Madij verba) quâ de agit, nullo determinato genere, veluti nec
Rhetorices, claudi (quod ſanè dictum non poſſum non demisaſi, cum poëtices præce-
pta, quæ huic monumento, & humanas actiones, quas poëſi, ſubijci tanquam mate-
riam nemo non videt, & nos iam iam docebimus certis generibus concludi, ea certa ſint
ac definita) verumtamen in fine dicti Commentarii, cum in hanc ipſam dubitationem
incidiſſet, *Quaret autem aliquis* (inquit) *cur de Poëſi, non autem de arte Poëtica, voluit agere*
*Philoſophus, cum in Rhetorica de arte item Rhetorica pertractarit. aut enim de oratione illic, quæ ar-* *pag. 37. m.*
*tis Rhetoricæ eſt opus, agere, vel etiam hîc de arte ſcribere, debuiſſet. An, quod Ariſtotelis tem-*
*peſtate multi de Rhetorica arte ſcripſerunt: quæ quamquam eſſet imperfecta, iam tamen extabat:*
*Poëticæ verò nulla prorſus ars erat conſcripta. cùm autem ars ex naturæ animaduerſione colligatur,*
*Ariſtotelem oportuit de Poëſi eo itidem conſilio pertractare, vt artem eliceret. Egit tamen de poëſi po-*
*tiſſimùm, fortè ob Platonem atque alios multos, qui poetis erant infenſi: vt Poeſeos tum dignitatem,*
*tum vſum oſtenderet. Et quamquam hoc in libello Poëſeos leges edoceat, dum tamen leges docet, illum*
*ex parte agere de Poëſi nihilominus aſſeueramus. nam rationem rectè conficiendæ Poëſeos præſcribe-*
*Refellitur* *re, de Poëſi, quod ad eius conficiendæ rationem attinet, eſt agere. Quòd ſi de legibus, tantùm, vt fe-*
*cit in Rhetoricis, hîc ageret, iure ſanè liber hic de arte Poëtica eſſet inſcribendus.* ſic iſte. In quo
tamen (vt cætera taceam) illud mihi non probatur, quod quærimus in præſentia. Cen- 21
ſeo namque poëtica præcepta eſſe huius libri materiam, non poëſim: ac proinde hoc
in loco

inloco eádem de cauſa de poëſi & eius partibus (de Epopœia ſcilicet Tragœdia & parti-
bus cæteris) differi, vt de earum rerum natura conſtaret, quibus præcepta decerneban-
tur. quî enim Epopœię verbi gratia Tragędiaéve regulas rectè tradere potuiſſet, niſi priùs
conſtituiſſet, quid Epopœia ſit, quídve Tragœdia? Et quamuis præcepta operis gratia hoc
eſt ad Tragœdiam, Epopœiam aliáque poëmata conficienda tradantur; attamen poëtica
non hæc neceſſariò conficit atque molitur. & ideo præceptis traditis conquieſcit noſter
author, ita vt poëmata verè præceptorum gratia conſideret, vt ſcilicet hæc accommo-
datè præſcribat: ſed is deinde qui præceptis & arte vtitur, poëma ſibi elaborandum, vnde
etiam materia efficitur, proponit. & ideo poëſis ſeu poëma eſt externus poëticæ finis, non
propria poëticæ materia.

Sic mihi quidem non poëſis, ſed poëtica præcepta videntur hanc ſibi laudem vindica- *Pro Poeti-*
re. verè enim id vnum ſibi proponit hæc facultas, vt præcepta tradat; & ideo his traditis *cis præce-*
receptui canit Ariſtoteles & conquieſcit. Nec obſtat quod hic poëſis tum in vniuersùm, *ptis.*
tũ per partes ſeu genera, explicetur, aut poëſis initia, partes & affectiones hîc conſiderari
videantur; nam (vt dicere cœperam) poëſi aut eius partes & affectiones, quæcunque illæ
ſint, hîc non tam conſiderantur eo conſilio, vt quid ſint, intelligatur (quamquam id etiam
ſpectatur) quàm vt declaretur quî tandem conſtitui poſſint ac fingi vt Poëma aptè con-
ſentientérque ſe habeat ac pro dignitate. Et idcirco cum rerum dicendarum propoſitio-
nem clauderet Ariſtoteles, ὁμοίως, inquit, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς αὐτῆς ἐστι μεθόδου λέγωμεν.
*Similiter & de alijs dicamus, quæ ad hanc docendi rationem ac viam pertinent.* Vbi ſatis declara-
uit, ſe hæc omnia doctrinæ gratia tradere, & vt de præceptis conſtaret quibus poëmatum
pertexendi ratio continetur. Vt omittam huc etiam ſpectare, quod ſe ait & de Fabula &
de partibus Poëſeos ſeu Poëſeos formis & partibus eſſe dicturum. hæc enim proponit non
quòd hoc in loco poëma condendum ſit aliquod, ſed vt de illius condendi aut ſaltem di-
iudicandi ratione doceamur. Neque verò illud rurſus obijciat mihi quiſpiam, poëtica *Dubitatur.*
præcepta, vel eſſe ipſam poëticæ artem, vel eam maxima ex parte conflare: ita fieri vt ſi
poëtica præcepta ſint huius artis materia, ſeipſam poëtica habeat pro materia. Nam fa-
teor quidem eius mentem, qui poëtica ſit imbutus, præceptis poëticis eſſe imbutam, ita *Reſponde-*
vt poëtica præceptis ipſis poëticis conſtet. Sed tamen illud quoque eſt veriſſimum, eum *tur.*
qui artem hanc tradat, præcepta docere vel exarare atque adeò alijs ſubijcere & commu-
nicare perinde atque ignis, qui & calorem & vim vrendi continet, & calorem adurendí-
que vim exerit atque alteri communicat materiæ. quapropter quæ in præſens a docente
præcepta explicantur ac diſcenti traduntur, ea præceptis ijs quæ in doctoris mente inſita
ſunt, reſpondent quidem, non tamen eádem omnino ſunt. Neque enim doctor alio con-
ſilio ea tradit præcepta quàm vt conſimilia in diſcentis animo præcepta gignat, perinde
atque ignis nouum ignem in externa gignit materia. Adde quod reuera ars ſignificat
mentis rationem, præcepta complectentem & euoluentem. ita vt præcepta non idem
planè ſint quod ars, ex quo fit, vt nihil prohibeat quò minùs ars poëtica in materiæ loco
præcepta poëtica habeat, quæ mens tanquam faber tractet ſiue ea doceat ſiue medite-
tur. Vt propterea non poëmata ſint proxima materia (remotam enim non magnopere
22 negarim; etſi in poëtica finis dicenda ſunt potiùs) ſed poëtica præcepta. Nam ſi quem il-
le ſcrupulus angat, quòd materia debet eſſe vna, poëtica præcepta ſint multa, éaque inter
ſe longè varia, intelligat is talem materiam non in ijs eſſe requirendam, quæ humanis
inſtitutis potiùs quàm Natura continentur. Quare licebit fortaſſe in phyſicis doctrinis
aut vniuerſim aut pro partibus ſingulis vnam huiuſmodi materiam reperire (quãquam
ne id quidem forſitan niſi adminiculo aliquo; rationem formalem appellant Peripateti-
ci, quam in noſtra hac facultate non difficile eſſet excogitare, vt ſi quis diceret, materiam
eſſe poëticam præceptionem) at in ijs quę tota humano ingenio elaborantur, non eſt hoc
neceſſarium. Denique ſi quis diſputationem de poëticis præceptis inſtituat, an non hic
certam habebit materiam quam tractet, videlicet poëtica præcepta? ſic ſanè, etſi multa
ſint ac varia. quid igitur prohibet, hanc planè eſſe Ariſtoteleæ poëticæ materiam ſubie-
ctam? Nam ſi quis rurſus obijciat, præcepta non per ſe quæri, ſed alterius gratia, nimi-
rum poëmatis pangendi aut dijudicandi cauſa; ac propterea materiam ex ijs quæ per ſe
quæruntur, æſtimandam eſſe, iam hoc pacto diſſerendi ars ſeu Logica, quæ Philoſophiæ
gratia inuenta eſt, ac non tam ſui quàm Philoſophiæ gratia perdiſcitur (ideo enim Philo-
ſophiæ dicitur inſtrumentum) Philoſophiam ipſam haberet pro materia, quod tamen

falſum eſſe ignorat nemo. Vt proptérea cum Logica, quæ tamen alterius gratia inſtituta
e ſt tota, propriam habeat materiam, multò magis id Poëticæ arti ſic concedendum, quæ
ſi non per ſe expetitur & quæritur, at ſaltem non vnius poëmatis condendi cauſa onini-
no eſt comparata; cum alienis poëmatis intelligenter tractandis dijudicandisve referatur.
Nam ipſam præceptorum cognitionem per ſe ſatis expeti poſſe, non pugno; cum mens
in cognitione ſine aliqua poëmatis tractatione vix ac ne vix quidem poſſit conquieſcere,
ſed iam de fine & ſcopo.

CONTROVERSIA IV. De fine.

Nemo ferè eſt ex Interpretibus, qui finem & ſcopum Authori noſtro, aut etiam huic
libro propoſitum, non declarandum & commonſtrandum ſuſceperit. Sed quàm appoſi-
tè, non ſatis video: vſque adeò facilè a proprio & germano poëticæ fine ad poëſis ſeu
poëmatum finem & ſcopum per inconſiderantiam præteruolant & aberrant. Itaque
Robortellus cum ſtatim ab initio illud inter cætera explicandum poſuiſſet, quis ſit Ari-
ſtoteleæ Poëticæ propoſitus finis, ecce tibi dum rem proſequitur, ab artis fine ad externũ
finem, qui Poëmatis proprius eſt, dilabitur ſtatuítque eſſe oblectare, etſi prodeſſe etiam.
Madius quoque, licet non tam oblectationem quàm vtilitatem iu finis loco habet, quaſi
verò ſuaui ſermone prodeſſe debeat Poëta, ac propterea non planè eum Robortello ſen-
tiat, a poëticæ tamen, quem ipſe quoque requirebat, deflectit ſcopo. ſic ſanè & Mutinen-
ſis Interpres, qui vnam delectationem, & Alexander qui vtilitatem, ſtatuit finem, ab ip-
ſius poëticæ artis fine receſſit. Vnus tamen Veronenſis interpres viſus eſt proximum *In præf.*
poëticæ finem ac munus ab poëmatis munere & fine appoſitè ſeiugare. cùm enim do- *p. 7.*
ceret, poëticam eſſe rectam quamdam pangendi rationem ac methodum, indicare quo-
que viſus eſt proximum huius artis finem eſſe tradere rectam poëmatis pangendi ratio-
nem, ſiue nos ad poëma rectè pangendum informare. & huc etiam pertinere poteſt, *Vide p.*
quod de poëtica item non multò poſt ſubijciebat. *Etenim Poetica (inquit) eſt facultas vi-* *9. f.*
*dendi quodcumque accommodatum eſt ad imitationem cuiuſque actionis, affectionis, moris ſuaui ſermo-*
*ne ad vitam corrigendam, & ad benè beatéque viuendum comparata.* Vbi ſanè (vt mittam in præ-
ſens an quamlibet actionem iure ſubijciat poëſi) Ariſtotelem imitatus, qui Rhetoricam
ſcripſit eſſe facultatem videndi quid in vnaquaque re ſit ad perſuadendum accommoda-
tum, eleganter ſanè (eleganter inquam; num enim rectè, videbimus ſuo loco) Rhetori-
cæ definitionem paucis mutatis ad poëticæ definitionem tranſtulit; & quamuis hoc in
loco externum quoque poëticæ artis finem commemorare libuit, quíque eſt poëmatis
proprius, haud tamen proprium ac proximum artis finem reticuit. Denique operis fi-
nem niſi poſt finem artis haud commemorauit. Quamquam quoniam alibi ſcribit poë- *Vid. p. 8.*
ticæ vſum eſſe humanæ beatitatis mentisque perfectionem, rurſus verò voluptatem ei-
dem proponit tamquam ſcopum, atque vno verbo in cæterorum ſententiam delabi vi- 23
detur, ego quidem (vt aperiam quid ſentiam) de re hac tota ſic ſtatuo. Triplex ab huius
facultatis doctore ſpectari poteſt finis, nobiliſſimus vnus ac ſummus, ſed remotus tamen
ac longo interuallo diſiunctus: proximus alter & cum ipſo doctoris munere coniunctiſ-
ſimus ſed qui ſuperiori plurimùm concedat nobilitate: tertius qui & dignitate & quaſi
interuallo medium obtineat locum. primus eſt beata vita; quandoquidem quemadmo-
dum eloquentiæ ac reliquis artibus, quæ ciuili inſeruiunt facultati, ſic poëticæ propoſi-
tum eſt hominem ad benè beatéque viuendum dirigere, vel cominus ac proximè quod
Philoſophia profitetur ac ciuilis ſapientia; vel eminus, ídque ciuili facultati propoſiti fi-
nis gratia inſeruiendo, & hac de cauſa ciuilis facultatis eſt diligenter perſpicere quæ ar-
tes & facultates retinendæ, & quatenus vſurpandæ in ciuitate, vt eatenus retineantur &
attingantur, quatenus aliqua ratione conferre poſſunt ad beatam vitam. Alter quem me-
dium eſſe diximus, eſt animorum perpurgatio & cultura, quę a Poëtica adhibetur animo
Poëſis ope & miniſterio. poëſis ſiquidem proximus finis eſt immoderatos animorum
affectus perpurgare ac vitia euellere, ſimúlque moderatos affectus, & (vt dicam paucis)
virtutes ipſas inſerere, quibus tandem beatam vitam adipiſcamur. Poſtremus finis &
proximus eſt, animum ijs præceptis imbuere, quæ ad poëmata rectè pangenda diiudican-
dáve ſiue intelligenter tractanda conferunt. & hic eſt proprius, intimus ac germanus no-
ſtræ huius facultatis & doctrinæ finis. Vt propterea quamuis non temerè (quod iſti fa-
ciunt) fuerint fines huiuſmodi permiſcendi & confundendi, cùm vnus tantùm artis poë-
ticæ ſit proprius, alter operis ſeu poëmatis; poſtremus ciuilis facultatis, quæ & arte &
opere vtitur: verumtamen authores iſti vtcumque componi ſiue ad bonas fruges reuo-

cari

cati poſſint, dum de Poëticæ fine diſſentiunt. Atque hæc de Poëticæ fine, quem eſſe diximus iis animum præceptis imbuere, quibus poëmata rectè pangere, adde etiam, diiudicare & tractare poſſimus. Nam vtrum poëtæ ſeu poëmatis finis ſit delectare, quod alieno planè loco interpretes hîc diſputant, an verò prodeſſe, dicemus opportuniore loco, in quo totam hanc controuerſiam copioſè proſequemur.

*Vide in fi. c. 2.*

*CONTROVERSIA V. Ad quod doctrinæ genus ſit reuocanda Poëſis.*

Iam verò quam ipſi quinto loco poſuimus dubitationem, ea nos ad ſui conquiſitionem vocat. Dubitabamus autem quam veluti ſedem obtineat Poëtica in diſciplinarum choro, ſiue ad quod doctrinæ genus tamquam ad caput & fontem ſit reuocanda. Qua in re idem fermè accidit in præſentia ſiue Poëſi, ſiue Poëticæ huic facultati, dum eius ortum & genus quærimus, quod Græcorum Poëtarum Principi, Homero inquam, olim contigiſſe legimus. Vt enim Homerum

*Cice. in Orat pro Arch.*

*Colophonij ciuem dicebant eſſe ſuum;*
*Chij eundem ſibi vendicabant;*
*Salaminij repetebant,*
*Smirnei ſuum eſſe confirmabant;*

ſic Grammatici, Hiſtorici, Logici, Politici ſuam quique ciuem faciunt Poëticam facultatem, atque a ſe deriuatam eſſe pugnant.

*Lib. 1. c. 5. & li. 2. c. 1. m.*

*Pro Grammatica, quaſi ad eam ſit reuocanda.*

Et quidem Grammaticorum ſententia inde videtur ſuaderi poſſe, quòd Quintilianus tum aliarum quarumdam artium ſupellectile inſtruit Grammaticum, tum verò Poëticam Grammaticæ finibus concludit, ac ſummatim reuocat ad Grammaticam. Sed quid Quintilianum memoro? M. Tullius qui pro omnibus eſſe poteſt, idem docuit. nam lib. 1. de Oratore. *Omnia* (inquit) *quæ ſunt concluſa; nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerant.* quod vt probet, ſubiicit ferè è veſtigio. *In Aſtrologia cæli conuerſio, ortus, obitus motúsq. ſiderum. In Grammaticis Poetarum tractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam ſonus.* Vt cum verborum interpretatio & pronunciatio ſit Grammatici maximè propria, Poëtarum quoque tractatio, quam æquè Grammatici concludit munere, cenſenda erit propria. Denique quemadmodum ea quæ reuocat ad Aſtrologiam,

24 cœli, inquam, conuerſio, ortus, obitus, motúsque ſiderum verè ac propriè pertinent ad Aſtrologiam, ita etiam (ne Ciceronis ratiocinatio nutare videatur) pertractatio Poëſis erit Grammatici propria. Et huc etiam ſpectare videtur quod M. Tullius in priore libro de Diuinatione Grammaticos appellat interpretes Poëtarum. & ſanè cum in libro 1. de Oratore dicat, vim ac materiam Grammaticæ eſſe per ſe infinitam, quis miretur, ſi Poëſim inter Grammaticæ fines coërceat?

*pag. 135. D.*

Neque verò eò confugiat quiſquam vt dicat, a M. Tullio non tam Poëticam quam poëſim reuocari ad Grammaticam, & Grammaticæ quaſi cancellis cohiberi. Ego enim, vt tibi conceſſero reuera poëticam a poëſi diſtingui, efficiam adhuc ad eundem quaſi fontem reuocandam eſſe poëticam, ad quam reuocatur poëſis. cum longè ſit abſurdum, vt opus non ſub eodem genere collocetur, quo ars continetur ipſa. Poteſt etiam ad extremum ratio afferri. ſiquidem Poëta oratione vtitur perpetuò, atque ita etiam vtitur, vt hac vna vel maximè totum expleat munus. Quapropter cum orationis tractatio ſit Grammaticæ propria, videtur poëſis niſi ad Grammaticam non eſſe reuocanda. Atque huc pertinet quod Ariſtoteles in poëtica de nomine agit, de verbo, ſententia, metaphora, & ſi quid huiuſmodi, quæ cum Grammatici munere ſunt coniunctiſſima. Sed iam audire mihi videor, Auditores, Hiſtoriam acriter Grammaticam increpare, quòd hanc ſibi laudem arrogare audeat, cum ipſa Hiſtoria ſit cui Poëticæ ortus, propagatio, educatio, vis denique tota & natura accepta ſit referenda. Et ſanè quemadmodum vmbra ſequitur corpus, atque ab eo tamquam dimanat, ita etiam fabula poëſiſque ipſa Hiſtoriam conſequitur, & ab ea dimanat tota. Quapropter dum Hiſtoricus res ab hominibus geſtas percenſet, ac mortalium facta dictaque perſequitur, ecce tibi Poëſis, quæ & Herorum fortiſſimorúmque Ducum facta, & Regum ſummorúmque virorum inſortunia & euentus, & ciuium populariúmque amores, riſus, fraudes, iurgia, facta denique dictaque penè omnia repreſentat, ita vt ne mulierculæ quidem aut mancipij mores ac res geſtas imitari atque referre vereatur. Vt propterea Poëſis nil aliud eſſe videatur, quàm hiſtoriæ vmbra & imago, meritóque illud dici poſſit & vſurpari, Poëſim eſſe fictam hiſtoriam, hiſtoriam eſſe veram Poëſim.

*Pro Hiſtoria.*

Neque verò illud obiiciat mihi quiſquam, Poëſim interim in mendaciis fermè niti, Hi-

ſtoriam

ſtoriam veritatem ſectari amplectique pro virili. quandoquidem illud quoque veriſſimè affirmari poteſt, in eo maximè enitere Poëtæ laudem, vt quæ repræſentat facta, vel ex hiſtoria deſumpſerit ac deriuarit, quod Epici ac Tragici proprium eſt: vel ſi ſuo ille fingat ingenio, quod Comico maximè conceditur, veriſimili id planè reſpergat. Sed quid dico veriſimili reſpergat? imò verò ad veritatis imaginem ſic effingat atque ante oculos ponat, vt ea non tam repræſentari, quàm in præſentia geri videantur. Ac ſanè nobiles Poëtæ ita res ſuo illi artificio ponunt ante oculos, ita ſenſim a repræſentationis memoria abducunt auditorum aures atque animos, vt ij ſibi non tam fabulæ intereſſe, quàm res veras oculis cernere videantur. Atque hinc ſanè crebræ auditorum lachrymæ, iræ, commiſerationes, timores, indignationes cæteraéque animorum affectiones ac perturbationes, quæ niſi veritatis ſpecie ſpectatorum aucuparentur animos, excitarentur nunquam. Ita ſanè Hiſtoriæ ἀντίστροφος videri debet Poëſis, ac rerum verè geſtarum ſolida imago & ſimulacrum. Atque hæc fortaſſe eſt ratio, cur aliqui non modò ſtatuant poëſim tamquam germen prodire ab hiſtoria, atque ad illius planè exemplum effingi, ita vt Hiſtoria ſit tamquam poëſis vel parens vel idea, poëſis contrà hiſtoriæ germen, fœtus & ſimulacrum, verùm etiam eò dilabantur, vt vana futura fuiſſe cenſeant poëſis præcepta, ſi hiſtoriæ conſcribendæ præcepta pro dignitate extarent literis conſignata.

*Pro Logica.* Sed pro Hiſtoria ſatis. Nunc Logicæ tantiſper ſeruiendum, mox etiam Ciuili ſcientiæ. Igitur ad memoriam eſt reuocandum doctrinas primò a multis in rationales (ſic enim loquuntur ipſi) & reales diſtingui, in eas inquam quæ vel ſolo ſermone aut ratiocinatione continentur, vel etiam in rebus ipſis occupantur. Quare Grammatica verbi gratia & Dialectica inter rationales referuntur, quia ſermone tantummodo aut ratiocinatione ſuum exercent munus: contrà verò Aſtrologia exempli cauſa aut Phyſica inter reales referuntur, quia illa in cœleſtium corporum motu ac ſiderum curſu, hæc in rerum corporatarum vi & natura, verſatur, quod eſt, ùtraque in rebus ipſis occupatur. Quæ cum ita ſint, ſanè aliqui reuocarunt Poëticen ad illud diſciplinæ genus, quod ſola oratione vel etiam ratiocinatione continetur ac rationalis diſciplina ſeu facultas dicitur. Alij ad illud quod occupatur in rebus, & realis appellatur. Atque in priore quidem ſententia videtur fuiſſe Philoponus, Auicenna, Auerroes & ex recentioribus Robortellus, Lombardus, Riccobonus & Zabarella; Madius etiam ac Franciſcus Piccolomineus non improbarunt. In poſteriore fuit idem Madius, qui etſi nutat interdum, ac modò hoc, modò illud affirmat, in hanc tamen inclinat magis. Patricius quoque & Mazzonius paribus ferè ſtudijs hanc amplectuntur. quibus item Franciſcus Piccolomineus fauet non parùm.

Ac prior quidem ſententia inde poteſt ſuaderi, quod quemadmodum Analytica doctrina ea de cauſa reuocatur ad rationalem facultatem quia tractat ἀποδεικτικὸν λόγον, atque eâdem de cauſa dum ſiue dialectica ἔνδοξον proſequitur, ſiue Rhetorica πιθανόν, ſiue Eriſtica φαινόμενον, hæ quidem facultates ad rationalem item facultatem reuocantur, ſic Poëtica, quoniam ψευδῆ λόγον, falſum inquam tractat ſermonem ac paralogiſmum vſurpat, omnino videatur ad Logicam ſeu rationalem facultatem reuocanda. Quam ſanè rem inde confirmant alij, quòd poëſis exemplo vtitur, atque exemplis propemodum referta eſt tota: quidam quòd enthymemate, alij demum quòd non παραλογισμῷ ſolùm, ſed etiam ſyllogiſmo vtatur. Atque ob id etiam clamant, poëtam præter falſum arripere tum verum, tum veriſimile, tum ambigua & abſurda. quod eſt τῷ λόγῳ, ratiocinatione inquam, quæcumque illa ſit ſiue vera ſiue falſa, ſiue perfecta rurſus ſiue decurtata, qualis eſt enthymema, ſiue etiam exemplo conſtet aut ſimili. ſic iſti, vt eam ad rationalem ſeu logicam facultatem reuocent poëſim. nam de ijs, qui Logicæ facultati poëſis quaſi ortum acceptum referunt, quòd τῷ λόγῳ hoc eſt ſermone vtatur, cùm diximus ſupra, tum (quoniam ipſi quidem libentiùs eam ſermonis comprehendimus genere) dicemus poſtea. Supereſt vt pro Ciuili facultate diſſeramus: pro qua afferri poſſunt non pauca.

*Robort. f. 1.*

*Zab. in ope. log. de qua Ric. p. 375. Lōbard. in proœm. Ricc. p. 376. & deinc. Lōbar. l. cit.*

*Pro Ciuili facultate.* Ac primò quia Ciuilis facultas, teſte Ariſtotele, cæterarum artium ac doctrinarum, eſt moderatrix, &, vt Peripatetici loquuntur, architectonica: quo ſanè fit, vt ijſdem etiam præſcribat leges atque eas doceat quid & quatenus illis tractandum ſit, quid & quatenus prætermittendum: inprimis verò illarum complectatur finem. Ex quo etiam fit vt quemadmodum poëſis finis ſub ciuilis fine continetur, ſic poëſis ipſa ad ciuilem facultatem tanquam ad proprium genus reuocanda ſit. Deinde in poſtremo Politicorum libro ad puerorum educationem ac diſciplinam ciuilem facultatem deriuat Ariſtoteles,

*Vide in fi. huius Controu. & in fi. cap. 2.*

atque

atque ita eam definat, vt de Muſica eiúſque partibus præcipiat Ciuilis. Sic ſanè, quoniam
interim & poëſim numerat inter Muſicæ partes, & de eâdem Poëſi multa ſatis præcipit,
vim, vſum, partes, finem, & ſi quid huiuſmodi attingens, videtur Poëſis cum Ciuili coniun
genda: præſertim verò quia & de fabulis, quibus poëſis ratio coërcetur, differit, & poëſim
otij & recreationis gratia, aut etiam honeſtæ cuiuſdam ac liberalis exercitationis nomi-
ne, videtur in ſuam Remp. inducere, ita vt cum de ludis & iocis, déque gymnaſtica figu-
randique peritia & huiuſmodi alijs quibuſdam agat, poëſis etiam quæ ſiue otij ſiue iucun
di negotij gratia introducitur, ad ciuilem tractationem pertineat. Certè Franciſcus Patri-
26 tius hac ipſa de cauſa cenſuit librum hunc poëticæ eſſe nonum Politicorum librum; at-
que ad ciuilem facultatem pertinere. Madius etiam, etſi nihil certi audet ſtatuere, ac non
ægrè ad Logicam eam reuocari patitur, veruntamen, quoniam Morali Philoſophiæ inſer-
uiat Poëſis, ad Moralem ſcientiam & poëſim & poëticam libenter refert. Quod Lombar-
do etiam vtcumque probari dixeris, cum ſaltem ex ciuilibus quoque initijs certa quadam
ratione conflari velit poëſim. In quam ſententiam Franciſcus Piccolomineus etiam viſus
eſt deſcendiſſe; qui etſi Auerroëm ſectari videtur, atque ad Logicam reuocare poëſim;
tamen paulò poſt, quaſi mutata ſententia, poëſim cum Ciuil coniungit. Sed maximè om
nium hanc tuetur Iacobus Mazonius. quam neſcio an ſubtilibus magis & acutis quàm
ſophiſticis argumentis (etſi perſpicuis ac certis ſe rem demonſtraſſe profitetur) docuerit
& comprobârit. Ducit autem argumenta ex libro VIII. Politicorum, ſtatuens eamdem fa-
cultatem verſari in contrarijs, ac proinde fieri vt quoniam Ariſtoteles in Politicis tractat
quæ ad habitum pertinent ſiue negotium, debeat etiam ea complecti quæ pertinent ad
priuationem & otium, cuius cauſa inuenta ſit poëſis, quemadmodum, ne repetere éa-
dem cogar, prolixius dicam non multò poſt, vbi iiſdem argumentis ſatisfaciam. Sed iam
ſi placet quid de re hac perdifficili ſentiendum ſit, videamus. Ac primùm quidem nihil
eſt quòd Grammaticæ hanc laudem tribuamus: ſiquidem, ſi quis rectè æſtimet, Gram-
maticus eo tantùm conſilio tractat poëtas, vt ex bonis authoribus rectè & emendatè lo-
quendi exempla depromat ac formulas. Debet enim, niſi velit ſibi tamquam Delphico
oraculo haberi fidem, quæ tradit præcepta, probatorum authorum, qui ſiue ſoluta ora-
tione ſcripſerint ſiue carmine, exemplis illuſtrare & confirmare. Hinc autem non ſequi-
tur poëſim eſſe reuocandam ad Grammaticam: alioquin Oratores, Hiſtorici, Medici
etiam aliqui, vno verbo, quotquot emendatè ſcripſerunt, omnes quicquid ſcripſerint, ad
Grammaticam eſſent reuocandi, & Grammatici munere & finibus concludendi. Nec ſa-
nè aliud ſibi vult Quintilianus, dum tam multiplici artium doctrinarúmque veluti ſupel
lectile inſtruit Grammaticum: eò enim ſpectat, vt intelligamus Grammatico optimo-
rum Hiſtoricorum, Oratorum, Poëtarum authorum denique omnium qui emendatè
ſcripſerint, exemplis confirmanda eſſe præcepta. quin, ne ſi illud quidem omnino aſſir-
maſſet, eoſdem authores diligenter omnino atque adeò intelligenter eſſe illi peruolutan-
dos aut etiam percipiendos, magnopere commouerer. Cauendum enim illi eſt, vt ne oſci
tanter illos pertractet, aut etiam parùm intelligenter, ne interim ſententiarum vi, ignora-
ta, germanæ quoque vocum notiones ac proprietates, phraſes denique ipſæ ac loquendi
modi præpoſterè vſurpentur. Et hoc eſt quod ſibi voluit M. Tullius dum diceret, Gram-
maticos eſſe interpretes poëtarum. intelligebat enim Poëtarum voces ac dicendi modos
locutionémque vniuerſam interpretari, eſſe Grammatici. & hac etiam de cauſa infini-
tam penè materiam & quaſi ſyluam ſubiecit Grammatico. nam præterquam quod ver-
cum locutionúmque varietas & multitudo eſt propemodum infinita, quin authores ip-
ſos, quos terere neceſſe habet. ſunt penè infiniti, res etiam earúmque rationes ſpectandæ,
atque ab illis pro opportunitate terendæ ſunt, ne vocum & locutionum quæ explican-
tur, vis ignoretur.

Paulò difficilior eſt alter Ciceronis locus, in quo videtur peræquè poëtarum tracta-
tionem ac verborum interpretationem ad Grammaticum reuocare. nam ſi dicas verbo-
rum interpretationem verborum gratia tantùm reuocari ad Grammaticam, quaſi verò
ex ſe non ſit Grammaticæ propria; Ciceronis ratio, quemadmodum paulò ante demon-
ſtratum eſt, nutaret, ac nos æquiuocatione (vt cum Logicis loquar) ſiue Amphibologia
27 eluderet. Ego verò faciliùs crediderim M. Tullium, quoniam non in Dialecticorum ſcho-
la ſed in Rhetorum ſpatijs verſabatur, vbi voces non ſunt ad viuum reſecandæ, poëtarum
tractationem concluſiſſe Grammatica, quòd etſi non ſit huius artis propria, ſit tamen illi
maxi-

*Mad. p. 16. p. Lomb. p. 9. Piccol. in introduc. ad ſcientiã de Nat. Mazon. p. 248. et 249.*

*Non eſſe reuocandã ad Grammaticam.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

maximè neceſſaria: atque eodem planè conſilio, vt opinor, reuocauit ad Grammaticam
hiſtoriarium cognitionem. Quòd ſi ægrè id vobis probetur, cum non modò Aſtrologiæ
ſed Muſicæ etiam, Geometriæ & Rhetoricæ exemplo rem illuſtret adhuc, ac pro ſingulis
artibus ea commemoret, quæ ſunt propria ſingularum, ego ſanè ad ipſummet Cicero-
nem prouocarim: ipſe enim eſt qui in eodem libro 1. de Oratore non multò pòſt Gram-
maticæ Poëſim opponit, non modò vnam ab altera diſtinguit. *Quare ſi Muſicus* (inquit) *ſi
Grammaticus, ſi Poeta quæratur, poſſim ſimiliter explicare, quid eorum quiſque profiteatur*: & quæ
ſequuntur. Vbi ſanè vniuſcuiuſque & munera diſiungit & diſſociat facultates. Imò verò
in libro III. de Oratore ſententiam noſtram mirificè confirmat, vbi, *Grammatica* (inquit)
*puerilis quadam præceptio, ſed quam tamen ſubtilior alat cognitio & conſuetudo ſermonis quotidianæ
& domeſtici libri confirment, & lectio veterum Oratorum & Poetarum.* Quid? an non Grammati-
ca profecta eſt ex probatorum poëtarum aliorúmque authorum, qui ſiue carmine ſiue
ſoluta oratione ſcripſerunt, notatione? ſic ſanè. dum enim ex ijs aliqui emendatè ſcribe-
rent, aliqui minùs emendatè aut etiam corruptè, ecce tibi Ars emendatæ locutionis ra-
tiones obſeruauit præceptiſque concluſit; vnde extitit Grammatica. quî igitur fieri po-
teſt, vt cum Grammaticæ ortus ſit poſterior quàm poëſis, poëſis ab Grammatica profe-
cta ſit? aut cur non temerè poëſis ad Grammaticam reuocetur, quæ ex campis poëtarum
ſit magna ex parte orta, educata, propagata? Quamquam iſtinc, dicat aliquis, confirmatur
quidem tua ſententia, atque altiùs confirmatur, non tamen grauis ille Ciceronis locus ex-
plicatur & aduerſario argumēto fit ſatis. ergo ne tam videar Ciceronem inuoluere quàm
explicare, atque inuidiam proinde ſubeam potiùs quàm declinem, ſic habetote. M. Tul-
lius ſic fermè diſputare ſolet, vt in vtramque partem diſſerat ferè omnia; idque vt eloquen
tiæ neruos oſtentet, dum quid in vnaquaque re probabiliter dici poſſit ſumma cum elo-
quentia in medium affert. Id in libris de Natura Deorum, id in Academicis quæſtioni-
bus, id in libris de Finibus & alibi ſæpè. Atque hoc ipſum eſt quod factitauit in libris de
Oratore: vbi, vt vela pandat eloquentiæ, quam ſub Craſſi perſona admirabili quadam vi
dicendi tuetur ſententiam, hanc paulò poſt ſub perſona Antonii non impari infirmat elo-
quentia. ita vt non quicquid diſſerit Craſſus id omni ex parte ratum haberi velit & con-
ſtans. Dum verò ratio illa arripiebatur ad propoſitam ſententiam confirmandam, quia
poëta oratione, cuius tractatio Grammatici eſt, vtitur perpetuò ac neceſſariò vtitur, iam
hoc pacto Rhetorica quoque & Dialectica ad Grammaticam eſſent reuocandæ, cum ipſæ
quoque oratione perpetuò vtantur, nec ſuum ſine hac munus explere queant. Denique
non oratione ſolùm continetur poëſis, ſed numero fermè ac metro, ſabula, imitatione &
huiuſmodi alijs, quæ poëtæ ſunt propria, & in quibus poëtica virtus elucet, nec a Gram-
matica hauriuntur. Nam quòd Ariſtoteles in hoc libro quædam ſcribat de nomine &
verbo, de ſententia quoque & metaphora, hæc verò & poëticæ dictionis ſeu locutionis
gratia traduntur, quæ locutio (vt ſignificare cœpimus) longè abeſt vt totam poëſim con-
ſlet; & ex Grammaticæ ſpatijs vberioris doctrinæ cauſa, quemadmodum in libro priore
de interpretatione, deriuantur: non quòd poëſis ſint propria.

*Non ad Hiſtoriā.* Venio ad Hiſtoriam, cui ſanè, vt me paucis explicem, omnino contendo per iniuriam
I. acceptum referri poëſis ortum. Ac primo eſto poëſis eſſet repreſentatio rerum geſtarum
atque hominum tum dicta tum facta imitaretur. Ob id igitur poëſis erit Hiſtoriæ ger-
men? minimè verò: ſiquidem dubitandum quidem erit ne cum hiſtoria reciprocetur:
II. (quamquam alia occurrerent interim quibus diſtinguerentur vt carmen, vel imitatio) at
cur illius cenſeatur germen, erit nihil. Deinde non facilè concedendum eſt, poëtam res ge 28
III. ſtas imitari: ſiquidem vel fingit omnia, vt fermè in Comœdia, aut pleraque variat, com-
mutat, oneratque mendacijs, vt in Epopœia & Tragędia. Ad hæc neque in his, quæ non
omnino fingit ac mentitur, quicquam valet aduerſaria ratio: nam ſi quæ tandem ex hiſto
riarum arripit monumentis, ea non prout geſta ſunt repreſentat, ſed prout geri debue-
runt: ad quaſdam enim veluti Ideas reuocat omnia, vt ſint vel Heroum fortiſſimorúm-
que ducum exempla, vel humanis perturbationibus in quocunque vitæ genere mitigan-
dis perturbandiſque inſeruiant. Quapropter non tàm molitur vt res geſtas imitetur,
IV. quàm cauet, ne prout geſtæ ſunt eas exprimat & imitetur. Denique in Hiſtoria ſumma
laus veritatem perpetuò ſectari, ac ne latum quidem vnguem ab ea recedere. In poëſi
ſumma laus oculos fallere atque animos, & auditoribus pro veris falſa ſupponere. Sic ſanè
poëſis non ea proportione attingit hiſtoriam, qua vmbra attingit corpus: ac proinde for-

taſſe

taſſe acutè potiùs quàm verè dicatur, poëſim eſſe fictam hiſtoriam, cum ſit commentitia fabula (vt cum Cicerone loquar) ac poëtæ ipſi verbis, ſententijs, numeris, canticis, ſi accedant, fictis locis, fictis perſonis, geſtu, fronte, mentiantur egregiè; ac noſtras interim illudant aures, perſtringant oculos, decipiant animum, totos denique mendacijs onerent. Nam hiſtoriæ leges (vt iam aduerſarios refellamus)' nec poëticis numeris aut modis, nec poëticæ dictioni inſeruire, quin neque ad moratam orationem, multò minùs ad chorum, apparatum, pronunciationem pertinere, nemo non videt. De qua re, quoniam in noſtro de Hiſtoria commentario egimus copioſè, non facio longiùs.

Sed quoniam ſemel hiſtoricos euaſimus, videamus modò an Logici laqueos effugere aut declinare valeamus. Et quidem ſi eo nomine ſtudium aliquod & exercitatio ad logicam ſit reuocanda quòd oratione vtatur, nec ſine illa ſuum obire munus valeat, ſatis conſtat fore vt quoniam interim λόγος pro oratione ac logica pro locutione vſurparetur, non ſolùm poëſis, ſed Analytica quoque, Dialectica, Rhetorica, Sophiſtica etiam ſit ad ſermonem & λόγον atque adeò ad Grammaticam reuocanda. quo nihil fingi poteſt abſurdius. Sed de hac re diximus multò antea. Nunc videamus quid ſit ijs reſpondendum, qui eo nomine ad logicam referunt poëſim, quòd ratiocinatione vtatur.

*Non ad logicam ſeu ratiocinatricem artem.*

Hos itaque cenſeo ipſe toto cœlo aberrare, ſiquidem nouus Protheus euaderet Poëſis, atque vnum planè idémque poëma ſæpè ad Rhetoricam, non raró ad Dialecticam, plerumque ad Sophiſticam, aliquando etiam ad Analyticam eſſet reuocandum. quis enim neſciat in Epico poëmate (idem tu de Tragico, Comico, quin de Lyrico etiam colligas) perſæpè offendi exempla? ad Rhetoricam igitur eſſet referendum? quis rurſus non in probabiles rationes incidat aliquando? erit igitur adiungendum Dialectico? Idem dixerim vbi paralogiſmum, qui frequens eſſe ſolet in poëſi, aut exploratum planè omnibúſque numeris abſolutum ſyllogiſmum, vſurpatum inueneris: erit enim tum ad ſophiſticam, tum verò ad analyticam impellendus: quòd ſi enthymema rurſus offenderis, ad Rhetoricam denuò neceſſe erit illum arceſſere. Quamquam ne tam videar ſuo iſtos argumento exagitare, ac ſua in illos tela conuertere, quàm rectà illis occurrere. ſic habetote. Priſci illi Philoſophi ac ſapientes, qui primi exercitationes ac diſciplinas in reales partiti ſunt & rationales, ea demum ſtudia cenſuerunt ad pulcherrimum rationalium facultatum chorum eſſe reuocanda, quæ documentis atque præceptis, arte denique ipſa continerentur: alioquin ſi ſtatim ac quiſpiam ſermone vtitur, Grammaticus cenſendus eſt, ruſtici & imperitiſſimi quíque inter Grammaticos numerandi erunt. Ita etiam ſtatim atque idem ruſticus aliquid pronunciat, quod accommodatum ſit ad fidem faciendam, orator planè erit; Dialecticus vbi aliquid efferat probabiliter; & tamen ridiculum eſſet, hæc de ijs ſentire, qui
29 Grammaticam & cæteras iſtiuſmodi artes ne a limine quidem vnquam conſalutaſſent. Quæ cum ita ſint, nihil eſt quòd poëtam in Rhetorem Dialecticúmue tam facilè conuertamus, multò minùs Analyticum cenſeamus; dum ſiue exempla & enthymemata ſiue ſyllogiſmos, quales tandem illi ſint, vſurpauerint. Siquidem trito more ac modo & ex cōſuetudine quadam, vt fit, incidunt poëtæ in iſtam rationum varietatem, & ideo Ariſtoteles in lib. 1. Rhetoricorum nos ad monebat, omnes homines paſſim etiam ex imperitorum multitudine, quæſtionem interdum aut ſententiam tueri aut oppugnare, ſeu accuſare aliquem vel defendere, quod eſt ad perſuadēdum verba facere, ac proinde tum exemplis, tū interdum enthymematis ac ſyllogiſmis quoquo modo ac tacitè ſaltem & poteſtate vti: cum tamen id non ex arte, ſed ex conſuetudine quadam aut etiam caſu ac temerè faciant. Atque hinc etiam profecta eſt ea Logicæ diſtributio in naturalem & artificioſam: quæ in Rhetoricam quoque, imò & in Grammaticam, optimè conuenit. Vt propterea non neceſſe habeam Homerum, Sophoclem, Plautum, Horatium, atque alios huiuſmodi multos, etſi eorum poëmata varijs iſtis probationum formulis ſparſa ſint atque referta, modò ad Rethores, modò ad Dialecticos, modò etiam ad Sophiſtas, perpetuò etiam ad Grammaticos reuocare. Venio ad poſtremos aduerſarios: ad eos inquam, qui noſtram hanc facultatem cum Politica ſeu Ciuili facultate coniungunt.

*Capit. 1. ad init.*

Qua in re expectet fortaſſe aliquis vt tantiſper conniueam illorum opinioni: cum tam honorifico loco, hoc eſt, cum omnium artium ac doctrinarum moderatrice ſapientia, collocent poëſim. Ego verò, Auditores, malim veritatem ſectari quàm aſſentari.

*Non ad Ciuilē facultatem.*

Ergo, ſi me audias, longo interuallo diſſociatæ ſunt poëſis ac Ciuilis ſcientia. hæc enim vera eſt ſcientia, atque inter eas, quæ in actione verſantur, nobiliſſima: poëſis quippe quæ

in re-

in rebus ſingulis verſatur (etſi paulò aliter quàm hiſtoricus, vt ſuo loco explicatur) & indiuiduis nullo modo.

Nec ſanè refert quicquam, Auditores, quod Ciuilis ſcientia, id quod primo Ethicorum docet Ariſtoteles, ſit omnino artium doctrinarúmque Architectonica, hoc eſt regina & moderatrix, atque iiſdem ſæpè præcepta tradat ac leges. nam Aſtrologiæ quoque ac Mathematicæ, quin & Naturalis Philoſophiæ, eſt moderatrix; ita vt tum Aſtrologos ac Mathematicos tum Philoſophos vrbe interdum pelli vel excipi iubeat; & tamen nemo dixerit, naturalem Philoſophiam aut Aſtrologiam aut Mathematicam, quæ totæ in contemplatione poſitæ ſunt, atque ab actione abhorrent, eſſe ad Politicam reuocandas. ſic ſanè in diſciplinas artéſque omnes dominatur, iiſdémque imponit leges, non quòd ab ea dimanet earum vis atque natura, ſed quia pro poteſtate, quas Reipub. prodeſſe aut obeſſe iudicat, has ſiue retinere præſtet, ſiue arcere, & hoc vno nomine dicitur Ciuilis complecti Poëticæ finem, quia ſcilicet Poëticam ordinat ad publicum ac ciuile bonum, vt vtiliter in ciuitate retineatur. Ex quo non efficitur poëſim, quod pertinet ad cognitionem & naturam, pendere ex Ciuili, ſed tantùm extrinſecus dirigi, quia, vt dixi, Ciuilis pro poteſtate artes omnes ordinat ad publicum bonum. alioquin ſi hoc planè quod ad publicum bonum ordinatur a Ciuili, ab hac in cæteris pendéret omnibus, idem de reliquis artibus fatendum eſſet, cum tamen quæ in contẽplatione ſunt poſitæ, natura ſint præſtantiores. Paulò difficilior videri poteſt alter ille Ariſtotelis locus, quem ex poſtremo Politicorum vrgent aduerſarij, & in quo maximè exultat Mazonius. Quo cum equidem, quoniam cæteri qui eiuſdem ſunt ſententiæ, argumentis vtuntur nullis, atq; ex iis quæ aduerſus Mazonium demonſtrauerim, vno eodémque tempore refelluntur, ſine cunctatione vlla congrediar. quamquam cum cæteris etiam, ſi quo modo opus fuerit, poſtea. Ac primùm quidem optatim vt docuiſſet Mazonius poëſim priuationis locum obtinere in ciuilibus actionibus, éſſeque ciuilis actionis, quod ille ſtatuit ceſſationem.

At enim probat, poëſim priuationis rationem ſubire, quòd cũ Ariſtoteles negocio opponeret otium, labori & exercitationi ceſſationem & relaxationem, iubebat poëſim otij ſeu relaxationis & ceſſationis cauſa attingi & vſurpari. id quod antea docuerat Plato etiã, qui in x. de Rep. ſcribit poëſim eſſe iocum potiùs quàm rem ſeriam. & in libro II. & V. de legibus, laboribus relaxandis adhibendam ait poëſim. Rectè quidem iſthæc: ſed tamen non idcirco poëſis otium eſt aut etiam ceſſatio & relaxatio, ſed cum iis coniungitur animi exhilarandi cauſa, quod ſcilicet, quantumuis ſit germana exercitatio (eſt enim, ſi Ariſtoteli credimus, imitatio quædam atque humanarum actionum repreſentatio) verumtamen nõ tam laboris & ſolicitudinis habet, quàm hilaritatis plena eſt ac iucunditatis; & ideo otio & ceſſationi conuenit mirificè. quapropter quemadmodum ludi & ioci exercitationes quædam ſunt ac pléræque laborioſæ, ſed tamen ob feſtiuitatem & iucunditatem, qua excellunt maximè, in otio vſurpantur & ceſſatione, hoc eſt in grauis laborioſæque & negotioſæ exercitationis locũ ſufficiuntur; ita etiam poëſis ſeriæ exercitationi ſufficitur & graui, quæque iucunditatis & hilaritatis ſit expers aut minùs particeps: quòd tametſi exercitatione ac labore aliquo contineatur, feſtiuitátis habet plurimùm, & cum otio, quod recreandi hominis cauſa & exhilarandi quæritur, mirificè congruit. Quid multa? An non Pla-
*In Phæd. & alibi.* to humanæ quoque inſtitutioni ac ſapientiæ comparandæ adhibet poëſim? Adhibet ſanè. quin Ariſtoteles ipſe cum poëſim adhibuiſſet otio & hilaritati, continuò monebat etiam ad vtilitatem quoque eſſe referendam, quòd in actione & negotio plurimùm momenti habeat, & ad perturbationes ſedandas excitandáſque, virtutes denique comparandas, magnopere valeat? Non igitur tam facilè in priuationis habẽda eſt loco, vt quoniam Politicus explicat (ſi tamen explicat) varias exercitationes & quaſi habitus, quibus occupandi ſint ciues, eidem priuatio atque ceſſatio conſideranda ac veluti tractanda ſit. Sed videat obſecro Mazonius quàm liberaliter cum illo agam. Eſto, poëſis ſit tanquam ciuilium exercitationum relaxatio atque priuatio; verumtamen illud tandem fateatur neceſſe eſt, priuationem, quoniam habitus gratia conſideratur, non maiore, fortaſſe etiam minore, cura ac ſtudio verſandam, quàm ipſum habitum, ac proinde non maiorem Politico curam ſuſcipiendam otij & poëſis quàm negotij: vt verbi cauſa bellicæ exercitationis, de qua in negotio præcipitur ciuibus. At Ariſtoteles in Politicis militarem ſcientiam decernit ciuibus. Fateor. ſed tamen decernit etiam Grammaticam, Rhetoricam, Philoſophiam, artes ac diſciplinas multas ac ſexcenta pacis ſtudia; nec tamen ea ſentit a Ciuili facultate promana-

re,

re, aut eorum proſequitur doctrinam in Politicis libris, ſed a ſuo quodque artifice ſtudium deriuari atque extrinſecus aſſumi contentus eſt. Cur igitur vna Poëſis erit, quam a Ciuili facultate omnino promanare ſtatuamus, eamdémque cum Ciuili facultate coniungendam (quaſi verò perperam diſiuncta ſit) docendam, tractandam, vno verbo, germanam Ciuilis facultatis partem ac membrum habendam? profectò ſi tua iſta ratio valet, Mazzoni, (ſat enim ſcio te hac propemodum triumphum canere) fingendi figurandíque ars erit ciuilis facultatis pars, atque illa in Ciuili ſcientia explicanda & pertractanda, cum æquè adhibeat Ariſtoteles picturam & ſculpturam otio & relaxationi ac poëſim ipſam. & tamen tu quidem, vir egregiè atque omnium penè humanarum diuinarúmque diſciplinarum excultus ſcientia, non vereris tam leuem tam abſurdam ac rationi diſſentaneam opinionem introducere. Vt mihi quidem cum alia multa ſatis indicent, te ad ingenij ſubtilitatem eruditioníſque varietatem oſtentandam potiùs quàm veritatis tuendæ cauſa Aldigherij poëmatis ſuſcepiſſe patrocinium, vnde in futiles iſtiuſmodi leuitates incidiſti. Atque hinc eſt vt ne illud quidem ſtatuere dubites, ſeptem priores politicos libros ad ciuiles actiones pertinere, octauum & nonum, quem tu librum poëticæ facis, ceſſationes complecti. Atque ex his Patritius etiam & Franciſcus Piccolomineus refelli poſſunt, qui, etſi hac in re minùs peccarunt, peccarunt tamen. nam quod ait Patritius, noſtrum hunc librum eſſe nonum Politicorum, ac propterea Politicæ partem; rectè quidem diceretur, atque a Mazzonio retineretur, ſi Ariſtoteles iuberet Politicum totam poëticam rationem explicare, atque otij cauſa & relaxationis, quibus negotio & labori eſt occurrendum, ciuibus explanare. at non id iubet Ariſtoteles, ſed tantùm poëſim adhibendam otio & relaxationi (quamquam actioni etiam paulò pòſt) ſed tamen extrinſecùs aſſumi & a proprio illam artifice peti & deriuari. Piccolomineus verò tum inconſtans videri poteſt, qui non multò antea poëſim inter organicas diſciplinas, quod eſt inter rationales, redegerat, ídque eo nomine, quia fabulam & imitationem addat rationali facultati, quod eſt Dialecticæ ſeu Logicæ; & tamen in præſens ciuili adiungit illam, ídque quia ciues ad virtutem inſtituat, & ſit iuſti & iniuſti ſcientia; tum id poſtremum ſine cauſa ſtatuit: cũ Aeſopi quoque fabulæ, hiſtoria item, maxima etiam Theologiæ pars, nos inſtituat ad virtutem, & tamen, quoniam alia planè ratione id facit ac via, hoc eſt ſibi propria non a Ciuili arrepta, Ciuilis ſcientiæ pars cenſeri nullo modo debet. Ad quem igitur fontem reuocas tu poëſim? vel certè, quoniam eos redarguis qui id faciunt, qui ſolitariam audes eam ſtatuere atque adeò ab recepto diſciplinarum choro eximere? ſi enim diſciplinæ primò in reales, vt Peripatetici loquuntur, & rationales diſtribuuntur, vel tu tertium membrum temerè ſtatuis, quo poëſim comprehendas, vel ipſam poëſim è numero diſciplinarum eximis: quæ duo videntur longè abſurda. Ego verò non modò non improbo bipartitam iſtam diſciplinarum partitionem ſed laudo. etſi enim haud ſatis habeo cur illos probem qui diſciplinas adhuc in principales & organicas vel alia huiuſmodi ratione diſtribuentes, tandem poëſis organicáne ſit, an principalis, non facilè ſtatuere audent, dum tamen humanæ diſciplinæ bipartita illa ratione diuiduntur, commoda hæc mihi videri ſolet partitio. At enim ſi probas, neceſſe quoque eſt, vt poëſim ad vnam aut alteram partem reuoces. Reuoco ſanè. Sed antequam proferam ad quam partem, videndum eſſet ac ſtatuendum, quæ ſit ratio & cauſa, vnde aliqua diſciplina ad hanc aut illam reuocetur partem; num finis quem ſpectat, an materia in qua verſatur, an inſtrumenta quibus vtitur, an ſimilitudo quæ illi cum altera intercedit. qua in re non quæro de ſubalternatione illa Philoſophorum: hæc enim eſt doctrinarum propria, vbi materia alicui ſcientiæ ſubiecta, materiæ ſubiicitur alterius ſcientiæ; ita tamen vt differentiæ cuiuſdam acceſſione diſtinguatur, quod in præſens non euenit Poëtæ qui ſuo ille ingenio excogitat materiam ac veluti fingit, non ab alio artifice arripit: aut ſi aliquando ex medijs rerum geſtarum humanarúmve actionum ſpatijs, ſed mirificè commutans illam ac miſcens, arripit, nulli propterea ſcientiæ ſubijcitur, cum humani euentus, quippè ſingulares, ad ſcientiam pertineant nullam; præſertim verò vbi ad fabulam redigantur. Itaque reuoco illam ad rationalem: quid enim id recuſem? ſed tamen non ea, qua cæteri faciunt ratione. Etenim poëſim pertinere ad rationalem facultatem, vna poteſt atque altera ratione concipi. Prima eſt, quã Riccobonus, Zabarella, Lombardus ac cæteri illi excogitarunt. nimirum quia tum exemplo vtatur & enthymemate vnde Rhetoricæ ſubijciatur, tũ ſyllogiſmo aut paralogiſmo, vnde ad Dialecticam aut So-

31 (margin, beside "incidiſti")

32 (margin, beside "tem, vna poteſt")

*Autoris ſententia.*

*Lib. 1. de prin. c. 3.*

phiſticam redigatur,tum denique perpetua oratione,ob quam Grammaticæ hereat tota:
& hanc ſanè rationem reijciendam putamus: cum poëtæ, vt Homerus, Sophocles, Ariſto-
phanes, & ex Latinis Horatius, Catullus, Virgilius etiam & alij, more maiorum oratio-
ne vterentur, ad exempla confugientes interdum, aut in enthymemata & tacitos quoſ-
dam ſyllogiſmos aut paralogiſmos, vt fit, incidentes; non autem orationem ad Diale- 32
cticorum atque aliorum, quos recenſebam, normam præſcriptúmve, de induſtria præ-
ſertim atque arte duce, conformarent. Et ſanè qui nobilem illum diſciplinarum cho-
rum effinxerunt, de Rhetorica, Dialectica & huiuſmodi artibus loquebantur, quæ præ-
ceptis excultæ ſunt atque perfectæ, & ideo artes appellantur. At poëtæ, qui non Diale-
cticorum aut Rhetorum præcepta, excolunt & campos, (præſertim data opera & ex ar-
tis præſcripto) ſed Regum & Ciuium dicta & facta imitantur, ij ſanè pro humana condi-
tione, & trito modo & more inter ſermocinandum, quemadmodum voces atque ſen-
tentias, ita exempla aliquando & enthymemata aut tacitos ſyllogiſmos, aut etiam para-
logiſmos vſurpant. & ideo non debet horum ſermo ad perfectas illas diſciplinas reuoca-
ri: alioquin ruſticorum quoque oratio, cum ij etiam vtantur exemplis, & in paralogiſ-
mos, enthymemata & ſyllogiſmos incidant; ad Dialecticam, Rhetoricam & huiuſmodi
alias facultates eſſet reuocanda, quod eſt dictu ridiculum. Altera ratio eſt, quia dum
Poëſis ſermone, colloquijs, contentione vtitur, ac more maiorum vtitur, rationalis qui-
dem dici poſſit, ſed primigenia, quaéque non ab altera pendeat (præſertim verò quia eſt
illis antiquior) ſed cæteris rationalibus facultatibus è regione collocetur. & hoc pacto
ad rationalem diſciplinarum partem eam nos reuocamus. Nam quemadmodum Diale-
ctica non a Rhetorica pendet aut a Sophiſtica, ſed illis tanquam è regione reſpondet, ita
Poëſis & Hiſtoria rationales cenſendæ ſunt, cum totum ſuum munus ſermone expleant
ac diſputatione, nec tamen ſint cæteris ſubijciendæ, ſed primigeniæ habendæ. Et hoc ſine
dubio ſibi voluit tum Philoponus, tum maximè Auerroes; quos mirum eſt a Robortel-
lo etiam & Franciſco Piccolomineo peruerſi, quorum prior poëſim ſubijcit alteri, quia
paralogiſmo vtatur, poſterior quia rationali facultati, hoc eſt Dialecticæ, carmen ad-
dat & fabulam. ſic ſanè ſententiam habetis, quæ quantùm a recentioribus recedit, tan-
tùm inhæret antiquitati. Veteres enim pulcherrimum illum diſciplinarum chorum
conſtituentes, Grammaticam, Hiſtoriam, Poëticen, Rhetoricen, Dialecticen, Analyti-
cam, Sophiſticam tanquam ſeptem ſorores, etſi authoritate ac dignitate impares, pro-
tulerunt. Quòd ſi rurſus ob affinitatem quæ poëſi ſiue ob materiam intercedit cum Hi- (Auer. 5.
ſtoria, ſiue ob inſtrumenta, rhythmum inquam & harmoniam, intercedit cum Muſica, ſed ſup.
nialis poëſim quoquomodo Hiſtoriæ partim, partim Muſicæ ſubijcere; equidem de Hi- cũ cat.)
ſtoria, quoniam ipſe meam iamdiu ſententiam expoſui, tu verò non propriè ſed ſimilitu-
dine quadam, quæ ſexcentis ſtatim diſſimilitudinibus variatur, Hiſtoriæ poëſim ſubij-
cis, non altercabor. De Muſica verò vel quia a Platone & Ariſtotele poëſis & Muſicæ
pars, non Muſicæ ſubijcitur (quamquam quo nomine appelletur Muſicæ pars, alte-
rius eſt diſquiſitionis) vel quia non propter materiam, vnde ſubalternatio maximè gi-
gnitur, ſed propter inſtrumenta cum Muſica conſociatur, id pernegare non dubita-
rim. Hæc ſanè ſunt quæ in præſens diſſerenda exiſtimaui de genere ac veluti campo,
in quem ſiue Poëma ſiue Poëticam (facilè enim patiar vt poëtica facultas eodem
quo opus comprehendatur genere, dum non per ſe quæritur aut ſpectatur quic-
quam ſed propter opus) reuocandam putamus. Certè Ammonius in Categoriarum
procemio viſus eſt quidem poëſim inter Organicas diſciplinas ſeu facultates refer-
re; ſed tamen Rhetoricæ, Dialecticæ, Sophiſticæ illam non ſubijcit, ſed collo-
cat è regione. Quamquam, ne te illud perturbet quòd iam antea poëticen non artem
aut ſcientiam fecimus ſed organicam appellauimus (quia ſcilicet ordinatur ad poëſim)
hic verò inter diſciplinas cum Grammatica & huiuſmodi aliis eam numeramus; illud
æſtimandum eſt diligenter, nos ex Ariſtotelis principijs ac propriè locutos fuiſſe cum
inter organicas facultates eam retulimus perinde ac Dialecticam ſeu etiam Logicam.
Nunc verò ad diſciplinas eamdem redegiſſe tum more maiorum, tum inprimis quòd
nomine diſciplinarum non perfectam artem interim aut ſcientiam intelligam, ſed,
quæ ſermone vtuntur, facultates. Alioquin hiſtoria quoque (Hiſtoriam dico, non hi- 33
ſtoriæ conſcribendi rationem ac viam) Ars vel ſcientia efficeretur dum inter diſciplinas
perinde ac Poëtice collocatur quòd vtatur ſermone. Quid plura? Analytica ipſa quam
item inſtrumentum fecimus, ars vel ſcientia cenſenda eſſet dum propterea quòd ſer-
mone

Digitized by Google

mone vtatur, in hoc diſciplinarum ſtatuitur choro. Ita quidem dum in eodem collocatur Poëtica, nihil prohibet quominùs adhuc ex Ariſtotelis initijs Poëmatis, perindeac Logica Philoſophiæ, inſtrumentum iurè ac meritò cenſeatur.

*CONTROVERSIA VI. Num hæc facultas reuera vtilis cẽſenda ſit, & in quo ſit poſita eius vtilitas.*

Nunc de Poëſis acproinde de Poëticæ, quoniam illi ſeruit, vtilitate, ſi tamen vtilis reuera cenſenda eſt, diſſeramus. Quid eſt enim, Auditores, vt tantum operæ ac ſtudij in ea collocemus, ac diurnis nocturníſque vigilijs laboribúſque frangamur, niſi conſtiterit, ſuas illam commoditates habere ad vitam, imò verò frugiferam eſſe totam? Id quod eò nobis accuratiùs præſtandum eſſet, quòd quamuis non deſunt qui doceant, multas ac magnas habere vtilitates, quin etiam eſſe emendatricem morum ac vitæ magiſtram, ſunt tamen quibus morum corruptela videri ſolet ac peſtis: & quò plus habet iucunditatis, eò faciliùs animi neruos, hoc eſt virtutes frangere ac debilitare. Certè Plato id cum alibi ſæpè, tum verò in ſua Politia teſtatus eſt luculentè. Quid quod Ioſephus Hebræus tum genere tum hiſtoriæ laude clariſſimus, poëſim Aegyptijs, maximè verò Hebræis, hoc eſt Dei populo, ſuſpectam fuiſſe commemorat: atque hac de cauſa cauiſſe, ne cum carminibus ac poëſi fabulæ atque mendacia miſcerentur? nam ex noſtratibus etiam, præſertim verò ex Patribus, eſſe permultos, qui in poëſim non rarò clamant, quaſi verò in Chriſtianam Remp. grauiſſima importauerit detrimenta, compertum eſt. Vt minimè mirum videri debeat ſummos quoque Pontifices & Concilia ſanxiſſe aliquando ne ij qui ſacris initiarentur, poëſi operam darent. Sed tamen totam hanc ſiue calumniam ſiue accuſationem ſuſtulimus ipſi, cum ab initio de poëſi diſputaremus: vbi etiam oſtendimus reuera opportunitatem & commoda maxima habere ad vitam, ſimúlque aduerſarijs ſatis, aut ego magnopere fallor, obuiam iuimus & ſatisfecimus. verè enim in malos artifices & poëtas tantùm redundat crimen, in poëſim, quæ honeſtè & magna cum dignitate ac communi bono vſurpari & poteſt & debet, nullo modo. Quare & Iobum & Dauidem, qui ſine dubio diuinitus afflarentur, carminibus ac poëmate delectatos nouimus. Sybillas quoque, quas pleraſque diuinitus item inſtinctas coniectare licet & intelligere, carmine myſteria ceciniſſe deprehendimus. Ex Patribus etiam qui ſanctitatis laude celebrantur, multos & poëſi operam dediſſe, & poëmata interdum condidiſſe, ſcimus. Eccleſiam ipſam hymnis ac poëmate res diuinas complecti multas, atque illis Dei populum ad Dei laudem excitare nemo non videt. Ad hæc moribus componendis eſſe accommodatam poëſim, ſi pro dignitate tractetur, dubitare non licet: præſertim verò ſi iucunditate non careat & elegantia. De qua re legendus eſt Ariſtoteles in VIII. libro Politicorum, M. Tullius in Oratione pro Archia Poëta, Plutarchus cum alibi, tum in libro de Poëtis audiendis, Maximus Tyrius in Sermonibus varijs, Baſilius quoque Magnus in aurea illa Oratione; in qua docet, quo pacto ex profanis authoribus ac Poëtarum lectione vtilitas ſit capienda. Sed & rerum naturalium ac diuinarum notitiam poſſe magna cum mortalium vtilitate complecti (alacriùs enim præcepta excipimus, quæ ſuauitate quadam offeruntur auribus) oſtendimus copioſè. Veriſſimè enim dici poteſt, Philoſophiam paulò ſeueriorem eſſe ac propè dixerim, ſpinoſiorem, nec omnium pectori imbuendo aut ingenijs excolendis accommodatam: ita fit, vt poëmatis ſuauitate mentis veluti rigor molliatur flectatúrue ad præcepta doctrináſque percipiendas. De qua re cum alios vtiliter audire licet, tum Horatium in ea epiſtola nobili, quam ad Lollium conſcripſit, & Maximum Tyrium, de quo modò mentionem feci. Denique hinc ad Oratores ſplendorem & copiam accedere, quin ad ſolutam orationem vniuerſam, quæ in tanta varietate poſita eſt, intelligenter peruolutandam, opportunitates habere maximas, mentis quoque aciem (vt eſt operoſior ac difficilior quàm hiſtoria ac ſoluta oratio) acuere & intelligentiam, nemo non experitur, qui vel leuiter eam attigerit. Nam hinc otio laudabiliter occurri, tempus honeſtè falli, quin in negotio & labore animum cum digni-
34 tate relaxari & recreari, nemo non experitur. De qua re cum Plato in II. & c. de legibus & Ariſtoteles in poſtremo Politicorum, tum maximè Cicero in aurea illa, quam commemorabam oratione, legendus eſt. Verè enim hæc ſtudia (quod ille ait) adoleſcẽtiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium ac ſolatium præbent: delectant domi, non impediunt foris; pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Ita quidem, vt poëſis vtilitatem atque præſtantiam nobili hoc eloquentiæ Principis teſtimonio encomióque concludamus, tota hæc facultas frugifera & honeſtiſſima eſt, ac digna, quam vnà cum Poëtica, quoniam hinc de Poëmatis rectè condendi ratione docemur, toto pectore colamus & amplectamur.

Iam verò vt ijs quæ de Poëtica conſtituimus hactenus nobilem veluti colophonem

*CONTROVERSIA VII. In qua poetica definitio colligitur, explicatur, defenditur.*

imponamus, lubet, Auditores, ipſius Poëticæ definitionem ex his ipſis, quæ hactenus declarata ſunt, colligere, ac vobis tanquam ante oculos collocare. præſertim verò quia turpe videri poſſet eius artis ſeu facultatis vim ac definitionem ignorare, cuius præcepta doces ac profiteris.

Ergo, ſi me audiatis, Poëtica nihil eſt aliud quàm facultas rectè condendi aut etiam diiudicandi poëmata.

Dum verò facultatem dico, non id planè intelligo, quod Aphrodiſeus Alexander περὶ δυνάμεως ſeu de facultate eiúſq. notione docet. cum enim obſeruaſſet ab Ariſtotele Rhetoricam & Dialecticam δύναμιν ſeu facultatem ſæpè appellari, monebat facultatis nomine vim quamdam eſſe intelligendam, quæ verſatur in contrarijs, ſeu de contrarijs perçquè diſputat. Ego enim hoc in loco facultatis nomen non Alexandri ſed eruditiſſimorum latinorum (quamquam huc etiam δύναμις Græcorum pertinere poteſt) ac M. Tullij in primis more vſurpo, qua ſcilicet facultas ſignificat id, quo faciliùs aliquid efficimus. Vt proinde cum poëticæ vſu atque præſidio faciliùs pangamus diiudicemúſque poëmata, quàm ſine illo, Poëtica iure ac merito appelletur facultas. *l. 1. Top. ad init.* *l. 1. de inuent.*

Nec me verò latet eſſe, qui poëticam definientes, libentiùs habitum ſiue artem in generis vſurpant loco. Quibus ego, vt non magnopere repugno, ita nec planè aſſentior. & ſanè habitus, ſi Ariſtoteli credimus, pertinet ad affectus animi, hoc eſt ad virtutes & vitia: cum tamen poëtica non ſit animi affectus. Et quamuis deinde Ariſtoteles in VI. Ethicorum præſtantiſſima initia illa, quibus Mens operatur, Artem, inquam, ſcientiam, prudentiam, ſapientiam & intelligentiam, habitus complectitur nomine, verumtamen quoniam habitum interim paulò latiore ſignificatione vſurpat ac quaſi licentiùs, malim facultatis nomen vſurpare ac retinere. præſertim verò quia habitus nomen & eſt paulò abſtruſius quàm facultatis, & non tam in Rhetorum quàm Philoſophorum ſcholis receptum ac tritum. Quid multa? cum omnis mentis habitus ſit vel ſapientia, vt dicebamus, vel mens, vel ars, vel ſcientia, vel denique prudentia, vbi habitus conſtituatur poëſis, neceſſe eſt ex his vnum aliquem arripiamus; habitus nomen, ne remotum genus definitioni adhibeatur, reticeamus. Quem igitur ſeligemus? Artémne? de cæteris enim ſuſpicetur nemo. At ipſe artis nomen poëticæ definitioni ægrè adhibuerim, ne eorum inuidiam ſubeam, qui 35 artis vim ac notionem ad viuum reſecantes, negant poëſi conuenire. Ac profectò, ſi de me ſciſcitetur aliquis, vtrum exiſtimem preſſo vocabulo ac ſummo iure cenſeri poſſe artem, ſiue artis ſibi vindicare nomen, ego ſanè, ſi Ariſtotelis præceptis omninò inhærendum ſit, vix ac ne vix quidem crediderim poëſim perfectæ artis nomen rationémq. tueri poſſe. Ars enim, ſi Ariſtoteli credimus, eorum eſt, quæ non ſolùm ex habitu & recta cum ratione agunt, ſed inſtituta ſunt ad aliquid efficiẽdum, quod poſt actionem maneat. Poëſis verò non neceſſariò opus ſeu poëma relinquit, quod poſt effectionem ipſam perſiſtat. Quid enim prohibet ita pangi, vt inter ipſam effectionem, hoc eſt inter ſermonem ipſum, dum ſcilicet effertur aut canitur, depereat ac fluat? Quamquam cum non videam ego, quàm magnopere interſit, vtrum id quod ex habitu & recta cum ratione efficitur, ſit ſolidum opus aliquod, an verò fluxum, aut etiam vtrique diſcrimini obnoxium, ægrè etiam conceſſerim, Poëticam tantula hac de cauſa, quod poëma non ſemper ac neceſſariò perſiſtat aut literis conſignetur, veræ artis nomen amittere. Imò verò cum a Platone & Ariſtotele ars appelletur ſæpè, atque idem in hoc planè libro, in quo poëſis vim & naturam inueſtigat Ariſtoteles, eam numeret inter artes, eodémque nomine (quantum ex Laërtio atque alijs colligere licet) hunc inſcripſerit librum (tametſi de inſcriptione non apud omnes conſtat) ego ſanè poëticam, velint nolint Peripatetici aliqui, artis nomine inſignire, eidémq. hoc nomen propriè conuenire, fateri non dubitarim. In quam ſententiam eò libentiùs deſcenderim, quòd etiamſi Artis nomen preſsè vſurpes, negéſq. pati vt quis in re efficienda erret ac decipiatur, nec propterea latiùs manare patiaris, & ad eas quoque facultates reuocari quæ coniecturis vtuntur, cuiuſmodi eſt Rhetorica, Medicina, Iuriſprudentia, & ſi quæ huiuſmodi, nihil habeas cur poëticam artis ſpolies nomine: quandoquidem vbi Poëtica præcepta rectè teneas, ijs ſine errore poëma condere poſſis & conſtituere. Verùm quid ſi quis quærat, num facultas etiam, Alexandri ſcilicet atq; adeò Peripateticorum aliquorum more, appellari poſſit? Ego verò, ſi quis eodem quoque conſilio poëticã appellet facultatis nomine, ne id quidẽ magnopere repugnatim. Quid enim ſi quis tueatur, poëſim perinde ac Rhetoricam & Dialecticam valere ad cõtraria? Etſi enim poëſis ad immoderatas animi affectiones perpurgandas, & vno verbo, honeſta vtilitatis gratia inſtituta

eſt. & huc imitatio, fabula, quicquid denique in poëſi eſt, quin delectatio quoque ipſa, ſpectare debet; verumtamen ipſa poëſis non ex eorum numero eſt, quę nō poſſint in contrariam partem flecti, cuiuſmodi eſt prudentia, temperantia, & moralis omnis virtus, ſed ex numero eorum, quæ in contrariam quoque partem conuerti poſſunt; qualis eſt Rhetorica & Dialectica, quæ dicitur valere ad contraria, ſeu contrarias ſententias poſſe con-
*l. 2. Rhe. c. 1.* cludere. Et ideo ſi Poëſis facultatis genere comprehendatur, cur nomine facultatis temerè appelletur? Nec ſanè obſtat, quòd Ariſtoteles dicat, ſolam Rhetoricam & Dialecticam ſyllogiſmo contraria concludere: ſiquidem de iis loquebatur, quibus ſyllogiſmi (quiſquis ille ſit ſiue perfectus vt in Dialectica, ſiue decurtatus, vt in Rhetorica) vſus communis eſt; non autem de artibus ſeu doctrinis omnibus, ac multò minùs de iis ſigillatim, quæ non neceſſariò vtuntur ſyllogiſmo ſeu ratiocinatione. & ideo non negamus interim (neque enim omnem lapidem mouere lubet, ac nouis dubitationibus rem cumulare) ſolā Rhetoricam & Dialecticam ſyllogiſmo concludere contraria, ſed in contrariis verſari ſolas, id verò pernegamus: ſic ſanè Medicina & ſanitatem afferre poteſt & ægritudinem. ſic pictura & ad honeſta referri poteſt & ad obſcœna: ſic militaris ſcientia atque ars propè omnis & exercitatio, vna prudentia & morali virtute excepta, valet ad cōtraria, teſte eodem Ari-
*s. 1. pa. 9. 6. 36* ſtotele: quare poëſis etiam, id quod experientia ipſa ſatis docet, valebit ad contraria, & in contrarias partes flecti poterit. Erit igitur Peripateticorum quoque more ac modo facultas quædam. Nam quod artificis vt Medici aut pictoris vitio cæteræ illæ artes valeant flectantúrque ad contraria, quaſi verò id non Oratoris quoque ac Dialectici culpa in Dialecticorum Oratorúmue puluere accidat, ægrè conceſſerim. ſiquidem eæ quoque facultates publicum bonum ſpectare debent, & ad meliorem partem inflecti, ita vt non ſine vitio & culpa ad deteriorem flectantur, perinde ac de Medicina diximus. quæ enim ſuadet Orator, aut probat Dialectica, peræquè honeſta & iuſta aut vera ſeu probabilia videri poſ-
*Libro 1. Rhet. c. 1.* ſe; vt nulla pars deterior cenſenda ſit; nunquam conceſſerit Ariſtoteles, qui ſcribit, vera & iuſta maiorem ſemper probabilitatem referre quàm cōtraria & faciliùs quàm contraria probari & ſuaderi. Vt propterea mea quidem ſententia poëſis etiam (quemadmodum dicere cœperam) Alexandreæ facultatis nomine vocari poſſit.

Quamquam mihi quidem latinorum more, vt dixi vſurpare facultatem lubet & populari vſu, prout vim ſignificat, vnde quis aliquid faciliùs efficere valet. Et hæc de noſtræ huius definitionis genere. Addidi autem reliqua, vt ſint in differentiæ loco, ac proinde tum poëticam a cæteris diſciplinis diſtinguant, quæ facultatis item nomine cēſeri poſſunt, tum eiuſdem naturam conſtituant, aut etiam declarent. Nam aliam facultatem eſſe nullam, vnde poëmata condere aut etiam diiudicare valeamus, nemo eſt, qui non intelligat. Dixi autem *condendi vel etiam diiudicandi* quia proprium Poëticæ munus tum eſt vtrūque, tum vnum aut alterum eſſe poteſt. Addidi *rectè*, ne ſi quis bonitate ingenii ac facilitate carmina aliqua fundat interdum, aut poëma diiudicet, is ſtatim poëtica facultate inſtructus cenſeatur; ſed qui id totum ritè efficit ac pro dignitate. Denique quemadmodum Grammatica non tam loquendi quàm rectè loquendi pręcepta tradit; ita poëtica non tam condendi poëmatis, quàm rectè & pro dignitate condendi vim tribuit & facultatem. Dum verò poëmatis nomen in poëticę definitione vſurpo, id ſanè eo iure facio, quòd poëmata, quippe omnibus cognita & apud omnes ferè trita, idonea ſint & accommodata quibus paulò abſtruſiorem poëticæ notionem deſignemus & explicemus. neque enim quicquam prohibet opus interdum eſſe quàm artem notius: quin opus aliquando planè perſpectum & cognitum, cum ars eiúſque natura ignota ſit & peregrina videatur. Sic ſanè oſtenſum ſit ac demonſtratum poëticam eſſe facultatē rectè condendi aut diiudicandi poëmata. Quapropter qui poëticā definientes, *Poetica* (inquiunt) *eſt facultas videndi quodcumque accommodatum eſt ad imitationem cuiuſque actionis, affectionis, moris, ſuaui ſermone ad vitam corrigendam, & ad benè beatéque viuēdum comparata*, inde ſanè diſplicent, quòd maiorem huic rei exponendæ rerum adhibent molem, ſiue (vt clariùs loquar) plura affingunt, quàm ipſa requirat poëtica. nam poëſis nō quaſcumque actiones imitatur, ſed ex humanis, ſi quis rectè æſtimet, aliquas tantùm. Et ideo poëtica eſt facultas videndi quicquid accōmodatum eſt ad certas humanas actiones imitandas, de quibus ſuo loco. Rurſus ad mores corrigendos ac bene beatéq. viuendum non tam poëtica quàm poëſis refertur: quin ne poëſis quidē ad beatam vitam proximè informat, ſed quà cum reliquis optimis artibus ciuili inſeruit facultati: verè enim poëtica poëmati tantùm condendo, aut iudicando, poëma animis perpurgandis, excolendiſque, ciuilis facultas huius aliarúmque artiū vſu perficiendis & ad tran-

quillam beatámque vitam informandis, dirigitur: ita vt definitio illa vſus finéſque ſuperioris ordinis ac remotiſſimum etiam comprehendat, cum proximus tantùm definitione ſit attingendus. Vt omittam imitationem ad ſummum requiri in vniuerſum, hoc eſt non in poëmate toto; nam dragmaticum tantùm imitatione & perpetua vtitur & neceſſariò, non item reliqua, ſic ſane ſatius eſt poëticam poëmate concludere, atque in poëmatis rurſus definitione cętera requirere & explicare, quam tot tántaque in poëticæ definitione inuoluere. Nam poëticæ, quod eſt arti, eam imitationem conuenire quam iſti in propoſita definitione vſurpant, id verò eſt tam falſum quàm quod falſiſſimum: poëmati enim conuenit illa quidem (etſi fortaſſe non omni) poëticæ arti non item. Neque verò mihi illud 37
obijciat quiſpiam, eſſe interdū aliquos, qui ingenij fœlicitate atque Natura duce, ac ſummatim ſine vllo poëticæ ſtudio & cognitione carmina pangūt, atque idcirco etiam illud non minùs receptum eſſe quàm peruulgatum, Oratores fieri, Poëtas naſci: denique bonos Poëtas Sybillarum aut Marati vel etiam Tinnici inſtar (de his Plato & Ariſtoteles) externo quodam afflatu incitari potiùs quàm arte vlla aut induſtria, aut exercitatione. nam vbi id conceſſero, eſſe, inquam, aliquos, qui ſine poëticæ ſtudio carmina interdum pangunt, haud tamen illud falſum erit, ę contrario, poëticam hanc præbere facilitatem, vt poëma rectè componas aut dijudices. quid enim prohibet fœlicitate ingenij carmen interdum fingi, & tamen faciliùs conflari ope atque præſidio facultatis, quæ inſtar artis eſt & habitus? Quamquam an verè illud ſit pronunciatum, Oratores fieri, poëtas naſci, aut poëtas eos eſſe tantùm qui tanquam afflantur, ac rurſus concedendúmne ſit, quoſdam afflari potiùs ac vi externa ad carmen percelli quàm arte vlla aut poëtices ſtudio, diſputabimus opportuniore loco.

*Plat. in Pha. & Ione. Ar. in probl.*

*CONTROVERSIAE VIII. IX. & X. ex dictis ſit ſatis*

Atque ex his, ne longum faciam, conſtare ſatis poteſt num poëſis ars an ſcientia cenſeri poſſit, nam id ferè ad extremum poſueram explicandum. qui enim ſcientiam (de arte enim dictum eſt ſatis) Ariſtoteleo more ac modo vſurpet, ita vt non modò habitus ſit certus & conſtans verùm etiam in ijs verſetur quæ ſunt neceſſaria nec poſſunt aliter ſe habere & verò rerum genera contempletur (ſic enim Ariſtoteles in Ethicis) ſanè poëſis, quoniam ad res ſingulas quæque variari ſolēt, deflectit, non erit appellanda ſcientiæ nomine. verùm ſi populariter, quia more maiorum loquamur, ſcientiæ nomen diſciplinis ferè omnibus ac liberalibus artibus aptantes, quod Plato facit paſſim ac M. Tullius, Ariſtoteles quoque ipſe aliquando, haud verendum erit interdum eam ſcientiæ ornare nomine, cum enim hoc Ariſtoteles Rhetoricam interdū appellet nomine, ac frequenter Artis, ſcientiæ, facultatis nomen confundat, nil prohibeat quominùs in Ariſtotelis quoque ſchola id nomen poëſi ſeu poëticæ tribuatur. Quamquam, vt demonſtraui inter Artes aut facultates commodiùs referantur. Quod verò poſtremò loco fuerat poſitum, num hęc facultas ante Rhetoricen aut Dialecticen ſit attingenda, an verò poſtea, ſic ſtatuo. Poëſis tum priùs cum latinæ linguæ ſtudio & exercitatione, mox verò cum eloquentia eſt coniungenda, ſimulque tractanda, tum ad extremum cum Philoſophia, ac propterea non ſine aliqua Dialecticæ cognitione, copulanda: vt quæ cum Grammatica cœperit propagari, cum Hiſtoria & Rhetorica adoleuerit, ex Philoſophia tanquam virilis ætatis ſuccum & ſanguinem hauriat & ad maturitatem perueniat. Ita ſanè docui, noſtrum hoc monumentū eſſe germanum Ariſtotelis opus, mutilum tamen & decurtatum ita vt poſterior pars, atque illa fortaſſe non minor, deſideretur. Docui etiam poëtica præcepta eſſe illi in materiæ loco ſubiecta, ac propterea illum authori finem fuiſſe propoſitum, vt nos ad poëſim informaret ſeu poëmatis rectè condēdi ac dijudicandi rationem nobis oſtenderet. Effeci etiam facultatem hanc noſtram ita ad rationale, quod vocant, facultatis genus eſſe reuocandam, vt nec Grammaticam aut Hiſtoriam, quin, ne Logicam quidem aut etiam Ciuilem facultatem atque doctrinam, tanquam fontem agnoſcat, ſed peræquè ac eloquentia cæteraéque huiuſmodi artes ſuboratione ſit collocanda. Ad hæc demonſtrauimus frugiferā eſſe totam, ac proinde magna cū vtilitate coli poſſe & pertractari. Ita demum collegimus, Poëticam aliud eſſe nihil quàm facultatem ad rectè poëmata vel condenda vel dijudicanda comparatam: ac ſatius eſſe facultatis quàm Artis aut ſcientiæ nomine illam appellare: & cum Grammatica, Hiſtoria, Eloquentia ſic gigni & adoleſcere, vt ex Philoſophia incre- 38
menta ac perfectionem illa ſuam accipiat. Quòd ſi quis cupiat, vt quoniam poëſim a poëtica diſtinximus, Poëſis quoque definitionem afferamus, imò verò de re hac tota Platonem quoque conſulamus, & cum Ariſtotele comparemus, huic ſanè pro tenuitate mea opportuniore loco non grauatè ſatisfaciam.

*Quando attingēda aut cum alijs artibus coniungēda ſit Poëſis.*

*Procemij totius Epilogus.*

CAPVT

# CAPVT PRIMVM.

## PARTICVLA PRIMA.

Περὶ ποιητικῆς, αὐτῆς τε καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῆς, ἥντινα δύναμιν ἕκαςον ἔχει, καὶ πῶς δεῖ συνίςασθαι τοὺς μύθους, εἰ μέλλοι καλῶς ἕξειν ἡ ποίησις· ἔτι δὲ ἐκ πόσων καὶ ποίων ἐςὶ μορίων· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῆς αὐτῆς ἐςὶ μεθόδου, λέγωμεν, ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων.

DE Poetica eiuſque generibus, quam facultatem ſingula habeant: & quo pacto, vt rectè Poëſis ſe habeat, componi fabulas oporteat; ex quot etiam quibusque partibus conſtet; de omnibus item, quæcumque ad hanc viam & rationem pertinent, dicamus, initio ſecundùm Naturam ſumpto primùm a primis. *Paccius.*

*DE Poëtica & ipſa & formis ipſius, quam vim habeat vnaquaque, & quomodo oporteat componi fabulas, ſi habitura ſit ſe rectè Poëſis: præterea verò ex quot & qualibus conſtet partibus: & ſimiliter autem & de alijs, quæ eiuſmodi methodi ſunt, dicamus, incipientes ſecundùm Naturam primùm à primis.* *Riccobonus.*

PROOEMIO vtitur Ariſtoteles, in quo proponit ea, quæ ſubinde tractanda ſunt: ac ſimul de ordine nos admonet atque ratione, qua ſunt pertractanda. Vt propterea Ariſtoteles in hac particula totus in eo ſit, vt nos dociles efficiat. Et tamen interpretes de Ariſtotelis conſilio mirificè diſſident. etenim Robortellus, qui primus inter latinos hoc monumentum commentarijs illuſtrauit, affirmare non dubitauit, Ariſtotelem in hoc libro vti exordio nullo. Sed ecce tibi Madius, qui reprehendit illum acriter: quin etiam eò tandem defertur æſtu diſputationis, ne dicam libidine contradicendi, vt velit nos his verbis & dociles effici, & attentos & beneuolos, quaſi verò omnibus exordij numeris conſtet eiuſmodi initium. Alij attentos quidem & dociles, beneuolos nullo modo. Alij dociles tantùm.

*COMM. I. SVMMA & ſcopus huius primæ particulæ.* *De eodem ſcopo dubitatur, Nũ quemadmodum docilem, ita attentum ac beneuolum efficiat Lectorem author.* *Ad commit.* *Alex. Piccol. hoc in loco.*

Et ſanè quod pertinet ad beneuolentiam, errat Madius, aut ego magnopere fallor. nam beneuolentiam nobis conciliamus aut ex noſtra, aut ex aliorum perſona. cum tamen de ſua aut aliorum perſona Ariſtoteles ne verbum quidem. Denique Ariſtoteles ingenioſos requirit Auditores, quique non perſonæ authoritate ſed rerum pondere excitentur. Neque verò quod attinet ad attentionem, non decipiuntur iſti: nam attentos tum demum efficimus Auditores, cum profitemur, aut non obſcurè ſignificamus, eos audituros res
1 ſiue nouas & inauditas, ſiue magnas & illuſtres, ſiue etiam cum eorum Reipublicæve vtilitate ac dignitate coniunctas. Sic magnus dicendi author M. Tullius in Oratione pro domo ſua, *Quòd ſi vllo tempore (inquit) magna cauſa in ſacerdotum Populi Rom. iudicio ac poteſtate verſata eſt, hæc profectò tanta eſt, vt omnis Reipublicæ dignitas, omnium ciuium ſalus, domicilia, veſtra ſapientia, fidei poteſtatique commiſſa creditáque videantur.* Hæc & alia id genus Cicero, dum ſibi conciliat attentionem. a quibus tamen omnino ſuperſedet Ariſtoteles.

Fateamur igitur id quod eſt. Ariſt. in eo eſſe totum, vt nos efficiat dociles, nec aliud moliri in propoſitis verbis, niſi vt intelligenter audiamus. Ego ſanè dum proponit, ac diſtinctè perſpicuéq; proponit, quid ſit pertractandũ, & quo ordine aut ratione pertractãdum, nos quidem effici dociles ſentio, attẽtos, ac multò minùs beneuolos, nullo modo ſentio. Nam quòd aliquis fortè in ijs quæ proponuntur ſiue rerum præſtantiam probet, ſiue multitudinem ac varietatem, atque inde attentus quoque efficiatur, quin erga authorem ad beneuolentiam quoquomodo excitetur, id verò quoniam præter authoris induſtriam artificiúmque accideret (neq; enim quæ ab Oratoribus ad attentionem beneuolentiámque cõciliandam præcepta rationésque traduntur huc adhibentur ac referũtur) minimè prohiberet quominùs propoſitio vnius docilitatis cauſa eſſet comparata. Hanc enim Authoris induſtria, & artificio quodam & compertiſſimo comparari, nemo non videt: cætera illa nul-

*Ariſt. li. 3. Rhet. p. 30. in Maior. 40*

la nullo modo. Et hac de cauſa fortaſſe monebat Robortellus (id quod aliqui nõ rectè in- *Mad. & Vict.*
terpretãtur) Ariſtotelẽ hoc in loco exordio non vti, ſed procœmij loco vti dicẽdorum pro-
poſitione. Cum.n. animaduerteret duo illa exordij munera prætermitti ab Ariſtotele, nõ *Paulò post.*
tam exordio vſum dixit, quàm vna dicendorum propoſitione, quod (niſi de verbis diſpu-
temus) veriſſimè dictum eſt, ac M. Tullio in primis conſentiente: qui ſanè, quaſi initium,
in quo dicenda proponuntur ſolùm, atque illa breuiter, propoſitionis nomine rectiùs
quàm Procœmij appellarentur; contrà procœmium liberiùs vagaretur, ſcriptum reliquit,
Ariſtotelem in exotericis vti procœmijs. Id enim affirmare viſus eſt, quaſi ſentiret illud
maximè initium eſſe in procœmij habendum loco, quod more oratorio, atque illorum *Ad Attic lib. 4.*
prætertim, qui in Demonſtratiuo verſantur genere, manaret latiùs. Alioquin qui dicenda
proponat, hos procœmio vti fatendum eſt, ſiquidem Ariſtoteles in III. libro Rhetorico-
rum ſcribit; ſolutæ orationis initium procœmij nomen mereri: quemadmodum poëſis
initium Prologi ſibi vindicat nomen. Ac prologi proprium illud eſſe vel maximè doci-
lem efficere, cum Ariſtoteles rurſus teſtatur, tum Terentianum illud declarat,

*Nam in Prologis ſcribundis operam abutitur,*
*Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli*
*Veteris Poetæ maledictis reſpondeat,*

Et quamuis rurſus Ariſtoteles in libro III. Rhetoricorum Propoſitionem à Procœmio *In Maior. par.*
diſtinguit, eámque inter Procœmium collocat & probationem (id quod mirificè fauet *299.*
Robortello) ac rurſus de Demonſtratiui Deliberatiuíque generis procœmio ſic agit, vt
propoſitionis nullam habeat rationem: quin propoſitionem videtur cum narratione (id
quod Quintilianus alicubi obſeruauit) vtcumque permiſcere; vbi tamen de Iudiciali *Lib. 3. c.*
procœmio agit, hoc comparit cum fabularum heroicíque poëmatis prologo & initio, in *11.*
quo ſine dubio res dicendæ proponuntur.

*Quæ ponat pertractanda in huiuſmodi Proœmio ſeu Propoſitione, quibuſdam veluti punctis commonſtratur.*

Sed quoniam ſatis conſtat de Ariſtotelis conſilio, videamus qua ratione aut quibus ver
bis præſtet, quod inſtituit. περὶ ποιητικῆς ponit primo loco agendum: quod (vt audieris) eſt
non tam de poëtica quàm de poëſi. ecquo conſilio Ariſtoteles? num vt de poëſi agas in
vniuerſùm, an verò vt differas de illius partibus? ego verò, inquit, agendum propono περὶ
αὐτῆς καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῆς, & de poëſi in vniuerſùm, & de illius partibus. ſiquidem recta inſti-
tutio poſtulat vt de vnaquaque re in vniuerſum priùs, tum ſigillatim de partibus differa-
mus. Rectè; ac proinde facilè conijcio, te de poëſis partibus non aliquibus tantùm, ſed de
ſingulis dicendum ponere; alioquin non perfecta eſſet inſtitutio.

Verùm illud obſecro exponas, an de huiuſmodi partibus, quin de poëſi etiam in vniuer
I. sùm populariter præcipere decreueris (nam hoc conſilio videtur hoc monumẽtum tuis
II. Peripateticis inter exotericos libros referri) & pro vulgi captu ſolùm, an verò accuratiùs
III. rem ſuſceperis tractandam, atque altiùs figendum pedem. Ego verò (inquit) de partibus
quin de poëſi etiam vniuerſum docere inſtitui ἥν τινα δύναμιν ἕκαστον ἔχει, *quam vim & natu
ram habeat vnaquæque pars*. quod ſummatim eſt partes iſtas ac priùs poëſim in vniuersùm
ſic eſſe pertractandas, vt natura illarum ac vis eſſentiáque tota (vt cum Quintiliano lo- 41
quar) ſit requirenda & explicanda, Sic demum intelligere licet, rem totam accuratiſſimè,
quantùm tamen res patitur ſubiecta, tractandam & explicandam, ac pedem figendum al-
tiùs. Ita fit vt in præſens noſtrum hoc monumentum non ea de cauſa exotericum dici poſ
ſit, quòd populariter omnino ac leui brachio rem attingamus, ſeu craſſo filo, vt dicunt, ac
pingui Minerua pertexamus; ſed quia res non omnino reconditas, & ex intimis Philoſo-
phiæ penetralibus hauſtas tractamus, quæque ἐν τοῖς ἀπορρήτοις, in arcanis inquam, vt ma
gnus Alexander de Acroamaticis ſcripſit, habendæ ſint; ſed quas cum multis communi-
IV. care iuuat ac peruulgare. alioquin ſubtiliter accuratéque diſſeremus. Egregiè iſthæc. at

*In quo ponũtur tria dicenda.*

quæ præterea? Tria. Primum me dicere decreuiſſe πῶς δεῖ συνίστασθαι τοὺς μύθους, εἰ μέλλει κα-
λῶς ἕξειν ἡ ποίησις. *quomodo oporteat conſtituere fabulas, vt ſe rectè habeat poeſis*. Ex fabula enim,
I. hoc eſt ex rerum inuentarum coagmentatione (id namque fabulæ nomine intelligimus
in præſentia) exiſtit poëſis. Ita fit vt ſi huiuſmodi coagmẽtatio rectè fiat, facilè etiã deinde
II. ſe rectè habere poſſit poëma: ſin minùs, præpoſterè. Alterũ eſt ἐκ πόσων καὶ ποίων ἐστὶ μορίων.
*ex quibus & qualibus partibus* (illa ſcilicet poëſis, vel certè vnaquæque pars & forma poema
tis) *conſtituatur*. nam ſingula poëmatum genera certas quaſdam habere partes, nec eaſdẽ
III. planè eſſe Dramatici verbi gratia aut Epici, docebimus ſuo loco. Poſtremum (vt ſumm a-
tim dicam) περὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς αὐτῆς ἐστι μεθόδου. ſunt enim alia etiam quæ ad hanc confe-
runt

runt præceptionem,quæque, vel quia minoris ſunt momenti, quia longum eſſet ad ſingula,ſat ſit generatim propoſuiſſe in præſens;etſi ſuo loco explicabuntur diſtinctè & ſigillatim, Denique, vt de ordine quoque conſtet, rem exequar, initio,prout Natura poſtulat, ducto πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων,primum a primis,

Hæc ad locum hunc vniuerſum breuiter explicandum; Tametſi de ijs lubet non nulla interim dubitare,quibus tandem locus totus etiam atque etiam illuſtretur,

Ac primùm videtur Ariſtoteles ferreis pro argenteis vti , nam ponit primo loco agendum περὶ ποιητικῆς hoc eſt de Poëtica; poëticæ nomen pro poëſi hoc eſt artem pro opere vſurpans.quod vel ex eo ſatis conſtat,quia ſtatim addit,ſe dicturum de illius quoque partibus,quas partes paulò pòſt facit Epopœiam, Tragœdiam,& id genus alias.at Epopœia, Tragœdia & huiuſmodi alia ſunt partes ſeu ſpecies poëſis,non poëticæ. ridiculum enim eſſet Epopœiam, Tragœdiam, & Comœdiam partes efficere artis poëticæ , poëſis partes æquiſſimum & rationi conſentaneum. Certè hoc nihil videtur eſſe aliud quàm priùs nos inuoluere dubitationum caligine quàm docere. *Dubitatur. I.*

Sed eſto non malè ποιητικὴ pro poëſi vſurpetur; verumtamen ſuperuacanea multa videtur addere,dum ait *& quomodo oporteat conſtituere fabulas, vt rectè ſe habeat poeſis.* Nam qui ponit dicendum de poëſi,id eo conſilio ponit, vt rectè ſe habeat,debet itaque agere etiam de ijs,ſine quibus rectè ſe habere non poteſt.de fabula igitur agat neceſſe eſt , ſi tamen eſt neceſſaria,vt ille ſtatuit. Et huc etiam illud ſpectat,quod ait ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῆς αὐτῆς ἐστὶ μεθόδου. *Similiter autem & de alijs quæ ad hanc doctrinam & methodum pertinent*: tiue ad poëſis rationem & inſtituta pertinent . hæc enim iam ijs comprehenſa ſunt , quæ tum de poëſi vniuerſim , tum de partibus propoſita ſunt , dum earum vis & natura ponitur explicanda, ita vt otioſum omnino videri poſſit hæc addere . Quamquam haud ita nos ſuperuacaneis onerare viſus eſt,quin obſcuris inuoluerit multò magis,nam quid obſecro fabulæ nomine intelligit , in qua vna totam poëmatis vim collocat ? Certè & Plato poëmata fabulæ expertia admittit aliquando,& lyrica poëmata, quæ plurima quidē ſunt & in magna varietate poſita, fabulas interdum habent nullas . Atque huc etiam pertinet *II.* *III.* *IV.*

42 quod ait ſe dicturum ἐκ πόσων καὶ ποίων, ex quot & qualibus conſtet,nam quæ ſint hæc,fortaſſe vtcumque informare coniectura licet, omnino conſtituere non licet . Neque verò non interim hæc propoſitio diminuta videri poteſt ac manca . quandoquidem in libro I. Rhetoricorum ſignificat ſe egiſſe de ridiculis, & in VIII. Politicorum de Purgatione animorum,quæ tamen nuſquam in propoſitione indicantur . Quamquam dubitationes iſtæ priuatæ videri poſſunt, & certas quaſdam propoſitionis partes labefactare: at quæ ſequuntur propoſitionis ſummam & caput petunt. Etenim videndum eſſet,num tractatio deinde propoſitioni reſpondeat , & an ita ſit conformata , vt & doceat quæ pollicitus eſt omnia,& eo etiam ordine doceat,quo ea propoſuit. Quamquam cum ſuam ille propoſitionem generalibus verbis clauſerit,ſcribens ſe de alijs quoque dicturum , quæ pertinent ad hanc doctrinam; profectò viam nobis præcludere viſus eſt, vnde exploremus,an quæ recepit, & omnia & ordinatè perſecerit. Denique ne illud quidem dubitatione caret atque illa graui , num quemadmodum monuit ſe Naturæ ordinem ſectaturum ac viam , ita huiuſmodi ordinem in tractatione retinuerit & cuſtodierit. *V.* *VI.* *VII.* *VIII.* *IX.*

Sed quoniam multa ſatis dubitauimus; eadem pro virili noſtra diluamus. cui rei eò maior adhibenda eſt cura , quòd quæ leges atque præcepta videantur in propoſitione cuſtodienda , vt ſcilicet ſit perſpicua , non redundans, non diminuta , atque ordinata inprimis: hæc verò videri poſſint ab Ariſtotelica huiuſmodi propoſitione exploſa . Quod ſanè de Ariſtotele, qui intelligendi dicendique præcepta tradit , turpiſſimum ſit . Sed ad argumenta. *Reſpondetur.*

Ac primùm quidem non inficior Ariſtotelem ποιητικῆς nomine poëſim, hoc eſt opus non artem intelligere. id quod paulò pòſt etiam facit , cum διθυραμβοποιητικῆς Dythirambicæ inquam mentionem facit: ex quo ſanè loco eo magis intelligitur poëticam pro poëſi vſurpari,quod ibidem δραγγέλας ποιήσεως quoque inijcitur mentio; cum tamen peræquè dithyrambica ſit poëſis ac Tragœdia . Denique poëticam pro poëſi ſeu poëmate ab Ariſtotele vſurpari interdum tum ex particula XVIII. tum ex alijs quoque locis in progreſſu conſtabit ſatis. At enim non iſtud dubitamus ipſi, ſed affirmamus : atq; illud potiùs quærimus : num rectè id fecerit , præſertim vbi vel maximè fuit ſignificanter loquendum ac propriè . Ego verò non negarim ποίησιν aut etiam ποίημα minùs ambiguum videri poſſe, *Ad primum.*

ſed ta-

ſed tamen cur non ποιητικὴν etiam pro poëſi aut poëmate excipiamus, non ſatis video. Certè Plutarchus in libro de audiendis Poëtis facit ποιητικὴν poëticam inquam ἀντίστροφον τῇ ζωγραφίᾳ picturæ ex altera parte reſpondentem, vbi ποιητικὴν pro arte vſurpauit, picturæque arti oppoſuit (quamquam ſunt qui hîc pro opere tam poëticam quàm picturam vſurpare velint) & tamen in eo libro, quem ſcribit de adulatore ab amico diſcernendo, picturam appellat tacentem ποιητικὴν, picturam, hoc eſt opus ſeu fabulam, poëſi ſeu operi opponens, ac poëticam pro poëſi ſine vlla dubitatione vſurpans, ita vt interpretes hac de cauſa picturam eſſe ſcribant tacentem poëſim, poëſim loquentem picturam. Quo nomine Ariſtoteles, rurſus in libro 1. Rhetoricorum promiſcuè & poëticam & poëſim vſurpat. quin etiam M. Tullius Græcos ſine dubio imitatus, cum diceret, Poëticam eſſe emendatricem morum, poëſim intellexit, artem pro opere Ariſtoteleo vſurpans more: ſortaſſe etiam cum diceret Romanos ſerò poëticam attigiſſe, non tam artem quàm opus hoc eſt fabulam & poëma ſignificauit. Vt propterea non ferreis ſed argenteis adhuc, hoc eſt ſignificantibus vſitatiſque vtatur vocibus Ariſt. Neq; verò otioſè illud commemoratur, quod tũ de fabula, tum de alijs, quæ ad poëticã methodum attinent, proponuntur: illud.n. proponitur, ac magno etiam verborum põdere, vt quoniã poëma ipſum fabula hoc eſt rerum ſtructura & coagmentatione continetur maximè, de hac ſibi præcipua cura agendum intelligeremus. Hoc verò additur ad proœmij ſeu propoſitionis tuendas leges. etenim in propoſitione videndum eſt diligenter, ne ita oneremus auditorem rerum multitudine, vt eorum memoriæ non modò non conſulamus, ſed impedimentum afferamus. Cauẽdum eſt etiam, ne minuta quæque percenſeamus, ſed complectamur præcipua & neceſſaria. Et tamen prouidendum eſt; vt ne deinde in tractatione prætermittamus quicquam, quod videatur rei conducere. En igitur Ariſtoteles, qui cum multa & præcipua ac pernecceſſaria recenuiſſet, & tamen alia quædam haberet adhuc, quæ in tractatione eſſent attingenda ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς αὐτῆς ἐστὶ μεθόδου, λέγωμεν, quaſi diceret, ne longum faciam, ac minora quæque, ne dicam, minuta conſecter & propoſitione complectar, ea perſequar omnia, quæ ad poëticam artem pertinebunt. Fabulæ verò nomen ſignificat Ariſtoteli non præciſè rem fictam & mendacem, aut apologum, aut fabellam; cuiuſmodi Aeſopicæ ſunt ac ſimiles; at rerum inuentarum coagmentationem, de qua ſuo loco: & hanc ait eſſe poëmati neceſſariam, nec fortaſſe ab hac notione omnino abhorruit Socrates apud Platonem in Phædone, dum ſe fatetur quædam ad fabulam conflandam ex Aeſopo accepta coagmentaſſe, & carmen ſeu poëma conflaſſe. Vt omittam huiuſmodi appellationẽ ei maximè affinem eſſe, quæ pro ſpectaculo ac poëmate ipſo vſurpatur, dum legimus & fabulam dare, & fabulam togatam aliam, aliam palliatam & his ſimilia. atque hanc rerum conſtitutionem nõ poſſumus non in lyrico etiam poëmate aliquo modo ex Platone agnoſcere. Neque verò mihi rurſus obijciat quiſpiam, fabulam alibi ab Ariſtotele opponi ſententiæ ac cæteris poëmatis partibus, quas appellat qualitatis; ita vt non pro actionis coagmentatione vſurpari videatur: nam quid prohibet, operoſam actionis molem, quam animo conceperis, ac carminibus mandare decreueris, ſententiæ, moribus, atque huiuſmodi alijs opponi, quibus ipſa actio tanquam veſtimentis induitur? Sed de hac re tota copioſius ſuo loco. Nunc ſat ſit iſtius vſurpationem vocis haud omnino cenſendam eſſe inſolentem & obſcuram; inprimis verò ferendam quòd eodem nomine teretur in poſterum atque adeò fiet perſpicua. Adde quod ſatis eſt fabulam, qualiſqualis tandem ea ſit (nam de hac ſatiùs eſt proprio loco agere) ad poëſim pertinere vel maximè, ac proinde ſiue obſcura interim ſit Ariſtotelea fabulæ notio, ſiue perſpicua, id verò refert nihil. dum conſtat, fabulam eſſe poëmati neceſſariam, ac proinde iure in propoſitione recenſeri; quod maxima illius ratio habenda ſit. Denique fateor abſtruſam ac variam eſſe fabulæ notionem ac ſignificationem. Quapropter licet ab Ariſtotele ipſo in problematis vſurpetur pro ſermone falſo veritati repræſentandæ inuento & comparato; haud tamen; cum deinde pro humanæ actionis conſtitutione vſurpetur, in qua partes ſint multæ eædémque neceſſariò ac veriſimiliter ſe conſequantur, mutuòque cohæreant, ægrè id ferendum eſt. Neque enim omnia ſunt aut poſſunt vno eodémque in loco explicari. Vt ſatius fuerit fabulæ in vniuerſum mentionem facere, cum (vt dixi) ſit poëmati neceſſaria: eius verò notionem alio loco efficere planiorem. Dum verò additur ἐκ πόσων καὶ ποίων, ac proponit dicendum ex quot & qualibus conſtet partibus, fateor locum habere aliquid obſcuritatis, ita vt ſit etiam maximè controuerſus, ſed tamen res ſubtiliter æſtimanti dijudicari tandem poteſt. Nam qui ad fabulas

*Libro 3. de Orat.*

*Ad ſecundum.*

*Ad tertiũ.*

43

*Ad quartũ*

*Vide Phæd. pag. 2. Vide pagi. 2.*

*Sect. 18. publ. 3.*

*Ad quintum.*

*Robert.*

fabulas referunt,quaſi Ariſtoteles ponat dicendum, ex quot & qualibus fabulæ conſtent
partibus,errant; cum ea particula ἐπὶ ad τοὺς μύθους referri non poſſit : nec rurſus referenda
ſunt ea verba ad ποίησιν, quaſi requirendum ſit ex quot & quibus partibus conſtet poëſis,
tametſi enim modò illius facta eſſet mentio,ita vt quæ ſuccedunt verba cohærere cum il
la proximè videantur)quamquã mea quidem ſententia repetenda fuiſſet ποίησις, ſi de hac
ea verba fuiſſent pronuncianda:alioquin illud ἔτι indicat hæc de ἑκάστου pronunciari) ta-
men abſurdum eſſet formas & ſpecies poëſis ab initio propoſuiſſe, nunc verò dicendũ po
nere ex quot & qualibus conſtet partibus : cum poëſis partes verè ſint formæ illæ ac ſpe-
cies. Denique ſi de Poëſis partibus id erat proferendum, priùs fuiſſet videndum ac propte
44 rea proponendum,quot & quæ ſint,tum earumdem δύναμις & natura proponenda & ex-
plicanda:alioquin partibus tum diuulſa tum perturbata omnino eſſet propoſitio. ſuper-
eſt igitur vt ad ἕκαστον referantur, quaſi dicat, ſe quemadmodum ponit dicendum de vna-
quaque poëſeos forma, & quo pacto coagmẽtandæ ſint fabulæ vt poëma rectè ſe habeat,
ita explicaturum quot rurſus & quæ ſint partes vniuſcuiuſq; poëticæ formæ, ſeu ſpeciei.
Id quod & ratio poſtulabat, & re ipſa perfecit Ariſtoteles. vt enim priùs declarauit quæ
ſint formæ ſeu ſpecies poëſis,ita ſingularum formarum cõquiſiuit partes: ac docuit quat
tuor Epopœiæ, ſex Tragœdiæ & Comœdiæ eſſe partes, ſimúlque declarauit quæ ſint ſin-
gulæ: nimirum eſſe fabulam, ſententiam, dictionem, mores, apparatum, melodiã: ac qua-
tuor primas tantùm conuenire Epopœiæ: Tragœdiæ verò & Comœdiæ omnes. Vt pro-
pterea ποσὸν rurſus non ad partes quantitatis, quemadmodum tum hîc tum in particula
XXXVI. ſtatuit Madius, aut ποιὸν qualitatis, ſed ad omnes vtrumque ſit referendum : quaſi
dicat, dicam etiam quot & quæ ſint ſingulatum illarum formarum partes. Quòd ſi quis
pugnet per μορίων non partes ſed particulas deſignari,ac proinde fieri, vt iam de poëſi, cu-
ius modò fiebat mentio, rectè poſſit dicendum proponi ex quot & quibus conſtet parti-
culis(nam de partibus,hoc eſt de ſpeciebus,& formis poëſis,hæc non proponi, oſtenſum
eſt ſatis) videndum eſſet quæ ſint hæ poëſis particulæ.ac ſi quis eas eſſe dixerit fabulam &
cæteras quas paulò antè commemorabam; iam quoniam adhuc eſſent Epopœiæ, Tragœ
diæ & Comœdiæ partes, Poëſis verò particulæ, de re controuerſia ſupereſt nulla. Tametſi
cum ab Ariſtotele huiuſmodi partes modò μέρη modò μόρια ſine diſcrimine appellentur,
eædémque primùm tanquam Tragœdiæ partes præponantur, quemadmodum paſſim
ac ſigillatim ex particula XXXVI. & XXXIX. licet animaduertere; nihil eſt quod priorem ſen-
tẽtiam vllo modo deſeramus, ſed ἐπὶ ad ἕκαστον conſtanter reuocemus. Nam Vtinenſis, qui
(vt dicebam) has partes refert ad fabulam, & rurſus Tragicæ Fabulæ partes eas ipſas com-
memorat, quas ipſi recenſebamus, fabulam fabulæ partem, velit nolit, efficere ac ſtatuere
cogitur. quo ſanè repugnantius & abſurdius proferre licet nihil. Ita quidẽ in vno eodémq;
verbo tria magna admiſit peccata. Primum quòd ἐπὶ ad μύθους retulit, cũ genere (id quod
iamdiu obſeruare cœperam) nullo modo conſentiant. Alterum quòd fabulæ partem effi-
cere cogitur. ſi enim Ariſtoteles (quod ille pugnat) ponit dicendum quot & quæ ſint fabu
læ partes, atque hæ ſunt Dictio, Mores, & cætera illa quæ commemorauimus quibúſcum
fabula ab Ariſtotele numeratur; quis non videat fabulam fabulæ partem fieri? Poſtremũ
quia cum ad extremùm facilè perſenſiſſet ſe in huiuſmodi ſcopulum incidiſſe, partes il-
las enumerauit omnes, fabulam interim præteriens: cum tamen inter eas partes ab Ariſto
tele fabula peræquè ac dictio aut ſentẽtia numeretur. Ex quo fit vt illud etiã peccet quod
eſt præcipuũ, vt ſcilicet ad fabulam referat quod ad formas ac ſpecies poëſis erat referẽdũ.
Neq; verò diminuta cẽſeri debet propoſitio quòd in ea nihil aut de ridiculis aut de purga
tione animorũ. de quibus tamen (quod in I. Rhetoricorum & VIII. Politic. nos admo-
net) in Poëtica verba fecit: nam vtrumq; in ea quæ interijt parte cõtinebatur, quemadmo-
dũ declarabitur ſuo loco. An verò tractatio propoſitioni reſpõdeat, quæve ſint ea quæ ge
neralibus complectitur verbis, commodiùs in ſequentibus. Vbi etiam oſtendemus huiuſ-
modi propoſitionem, non ijs tantùm ſeruire ac reſpondere quæ in hæc parte continentur,
verùm etiam ijs quæ interierunt omnibus. ita vt generalis non vnius libri aut partis, ſed to
tius monumenti propoſitio cenſenda ſit, ac totius operis materiam complectatur. Atque
in progreſſu etiam diſputationis intelligere licebit, num omnia quæ proponit, ex ordine
diſſeruerit ſingula. Nunc ſat ſit Ariſtotelem ponere primo loco de poëſi in vniuersùm &
eius generibus ſeu formis agendum: ac de poëſi in vniuersùm eiúsque formis ſine vlla du-
45 bitatione egiſſe priùs, vt mox etiam conſtabit.

*In fin. Com.*

*Ad ſextum.*

*Ad ſeptimum. & octauum.*

*Ad nonũ.*

PAR-

# PARTICVLA SECVNDA.

Ἐποποιΐα δὴ, καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις, ἔτι δὲ κωμῳδία, καὶ ἡ διθυραμβοποιητικὴ, καὶ τῆς αὐλητικῆς ἡ πλείστη, καὶ κιθαριστικῆς, πᾶσαι τυγχάνουσιν οὖσαι μιμήσεις τὸ σύνολον.

*Paccius.*

EPopœia ſanè, Tragœdiaque poëſis, Comœdia inſuper ac Dithyrambica, tum pleræque illarum, quas ad tibias citharasve accommodamus, omnes prorſus in hoc vno conueniunt, vt imitatio ſint.

*Riccobon.*

*IAM verò Epopæia & Tragædia poeſis, præterea Comædia & Dithyrambopoëtica & Auletica maxima pars & Citharistica, omnes ſunt imitatio in vniuerſum.*

*COMM. II. RVDIS quædam & inchoata loci huius explanatio.*

PERSPICVVS videri poſſet alicui locus hic vniuerſus, niſi tamen voces aliquę, quippe latinis auribus inuſitatæ, non nihil afferant obſcuritatis. Ego verò, vt ne quis illarum obſcuritate vocum hæreat, non grauatè illas explanabo. Tametſi quàm perſpicuus ſit locus ac facilis, videbimus paulò poſt. Ergo Ἐποποιΐα in præſens Heroicum poëma ſignificare videtur Ariſtoteli, cuiuſmodi eſt Homeri Ilias aut Virgilij Aeneis, quibus Heroum facta ac laudes cōſignantur. Quamuis enim Ἔπος propriè ſignificet verbum, vnde πτερόεντα ἔπεα pennata verba legimus apud Homerum, interdum etiam pro carmine, quodcumque illud ſit, vſurpetur, verumtamen pro hexametro ſigillatim, ac tandem, quoniam hexametrum vel maximè Heroum factis canendis accommodatur, pro heroico poëmate teritur apud Græcos, a quibus ἐποποιΐα conflata eſt. Sed de Epopœia. & qua vox hæc ab Ariſtotele notione vſurpetur, non multò poſt copioſiùs. At verò Διθυραμβοποιητικὴ (de Tragœdia ſiquidem & Comœdia quippe notiſſimis interim nihil attinet dicere) carmen ſignificat ſeu poëma, quo Bacchi facta & laudes canebantur: & idcirco a Bacco inuenit nomen. ſiue enim id acciderit, quòd Bacchus in Dithyro antro nutritus crederetur, ſiue potiùs quòd ἀπὸ δὶς θύρας ζῆναι a gemina inquam porta (a Semelis ſcilicet vtero & Iouis fœmore) egreſſus diceretur, ab ipſius Bacchi cognomento Bacchi carmen appellatum eſt. & quamuis hoc poëma ad Heroës etiam & alios celebrandos relatum fuit decurſu temporis, quemadmodum poëma, quod in Apollinis honorem vſurpabatur, ad alios quoque Deos tranſlatum eſt; nihil tamen prohibet quominùs a Baccho nomen inuenerit. Nam vtrum hoc carminis ſeu poëmatis genus eſſet lyricum, & quale tandem eſſet, dicemus non multò poſt. Iam verò Αὐλητικὴ tibiarum perſonandarum artem ſignificare videtur, vt enim αὐλὸς tibiam ſignificat Græcis, αὐλητὴς verò tibicinem, ita Αὐλητικὴ pro tibicinum arte ſiue exercitatione vſurpatur. Quæ ſanè ars mirum eſt quanto olim ſtudio tractaretur ab antiquis, apud quos tibias tum pares & impares, tum dextras & ſiniſtras legas, ac ſummatim varijs belli pacíſque muneribus adhibitas fuiſſe inuenias. De Citharistica verò nihil dicam, cum nemo non facilè intelligat, hinc eam deſignari artem, quæ ad citharam aptè pulſandam valet. Nam vtrum interim citharæ nomine inſtrumenta deſignentur omnia, quæ fidibus 46 continentur, cuiuſmodi ſunt lyra, decacordon & ſimilia, an hoc vnum inſtrumentum, quod cithara dicitur, & qualis ſit cithata, noſtra ſanè haud intereſt in præſentia. Tantùm dicam a poëtis modò propriè ſumi citharam, modò cum lyra confundi, modò etiam pro quocunque ſono vſurpari, qui è fidibus exprimatur. ita vt nihil prohibeat Citharisticam quoque eâdem varietate ſumi & vſurpari. & ideo ea mihi notio videtur in hunc locum conuenire, vt generatim ac pro arte capiatur fidium modulatè tractandarum. Hęc de iſtis, quæ paulò obſcuriores videri poſſent, vocibus. Quibus explicatis, facile eſt (dicat aliquis) intelligere aliud nihil ſibi conſtituiſſe Ariſtotelem, quàm docere Epopœiam, Tragœdiā, Comœdiam, Dithyrambicam, Auleticam, Citharisticam in imitatione tanquam conſpirare omnes & conuenire: ita vt materia ac genus iſtarum facultatum omnium ſit imitatio. Rectè. Sed num idcirco perſpicuus ſit locus ac planus, iam iam videbimus.

*Quid Epopœia.* *Quid Dithyrambica poëſis.* *Quid Auletica.* *De Citharistica.* *Summa colligitur huius loci.* *Iam vt de loci huius*

Ac primùm quidem illud optaſſem ab interpretib. diſcere ac rationibus edoceri, Num Auleticam & Citharisticam hic enumeret Ariſtoteles tanquam partes ſeu ſpecies poëſis,

vt eſt

*ſententia conſtet clarius a dubitantur multa.* vt eſt Tragœdia verbi gratia aut Comœdia: an verò tanquam artes & facultates a poëſi diſtinctas, ſed illi finitimas tamen, quæque cum poëſi in imitatione conueniant. Deinde ſi fortè deprehenſum fuerit, non enumerari tanquam ſpecies poëſis, ſed potiùs tanquam artes poëſi affines, quæque in imitatione conueniant, cur non alias artes ſeu facultates enumerauerit, quæ peræquè ſunt poëſi affines, & cum ea non minùs quàm Citharistica & Au-
*I.* letica in imitatione conſpirant. etenim certum eſt ὀρχηστικὴν ſeu ὀρχηστὴν hoc eſt ſaltatoriam
*II.* artem, vel ſi mauis, ὀρχηστοδιδάσκαλον ſaltatorem ſeu qui docet ſaltatoriā geſtu ac motu, Ariſtotele ipſo docēte, hominum actiones agenteſq; ipſos imitari. Certum eſt etiam picturam & ſculpturam, quæ item imitatione occupantur, eſſe maximè finitimas poëſi; fortè etiam magis finitimas ac longè ſimiliores, quàm Auletica & Citharistica, ita vt pictura dicatur
*III.* muta poëſis, poëſis loquens pictura: ac rurſus pictura oculorum poëſis, poëſis aurium pictura. cur igitur Auleticam & Citharisticam enumerauit, picturam verò aut etiam ſculpturam, præterea verò ſaltatoriam, prætermiſit? Quòd ſi illud etiam deprehenſum fuerit, Auleticam & Citharisticam potiùs quàm picturam & ſculpturam fuiſſe hîc cum poëſi percenſendas & coniungendas, quia cum poëſi ſub Muſica è veſtigio collocentur, & ſint veræ atque germanæ ſpecies Muſicæ & partes, quod picturæ & ſculpturæ non accidit, iam continuò illud dubitetur, cur non recenſuerit artem fiſtularum ſeu ſyringarum, quæ (quod ipſe Ariſtoteles fatetur non multò pòſt) tū Auleticæ finitima eſt & in imitatione occupatur, tum verò ſub Muſica ſine vlla dubitatione continetur? cur rurſus reticuit illud Muſicæ genus, quod ſola voce editur, quódque φωνητικὰ a nonnullis appellatur? nam quæ obſecro maior eſt ratio, cur ea muſicæ pars fuerit percenſenda, quæ fidibus, aut tibijs quàm quæ voci-
*IV.* bus imitatur? an non hæc, teſte Ariſtotele, ex omnibus Muſicæ ſpeciebus ac partibus eſt ſuauior atque perfectior? Quid quòd Ariſtoteles non poëſim vnà cum Auletica recenſet & Citharistica, ſed Epopœiam, Tragœdiam, Comœdiam, & Dithyrambicam, hoc eſt poëſis ſpecies cum Auletica & Citharistica in imitatione coniungit? Certè ſi eo conſilio Auleticæ iniecisset mētionem & Citharisticæ, quòd cum poëſi ſub Muſica collocentur, ac proinde imitationem commune genus habeant, quod interim requiritur, non poëſis ſpecies,
*V.* ſed poëſis ipſa cum Auletica & Citharistica fuiſſet percenſenda. Nam ſi eò cōfugias vt dicas, eo planè conſilio quatuor iſtas poëſis partes enumerari, vt ex enumeratione partium ſeu ſpecierum, quæ cum imitatione implicitæ ſunt omnes, omnino conſtaret, poëſim, quoniam nihil eſt aliud quàm ſuæ partes, in imitatione verſari vniuerſam, iam partes om-
47 nes fuiſſent enumerandæ, non aliquæ prætermittendæ. Certè lyricum poëma non videtur poſſe ab poëſis partibus excludi, præſertim cum ſit longè nobile, ac manet quàm lariſſimè: & tamen nulla iſtarum partium ſeu ſpecierum enumeratur. Idem dicendum videtur de altero poëmatis genere, quod paulò poſt νόμων ποιητικὴ dicitur ab Ariſtotele, fortè etiam Deliada a quadripartita iſta poëſis varietate abſunt. Quin verendum, ne noua quam mox proferet, Epopœia eiuſdem effugiat varietatem; cum ea videatur tam mimos quàm dialogos ac ſolutam metris orationem complecti. Denique dies me deficiat, ſi varia poëmatum genera recenſere velim, quæ a Platone, Plutarcho, Athenæo, & (vt veniam ad recentiores) a Scaligero & Patritio ex Priſcis item authoribus proferuntur & vſurpantur. Quæ ſanè poëmata, ſi quis ad quatuor iſtas ſpecies reuocare moliatur, is ſine dubio operam planè ludat.
Quanquam vbi iſthæc enodata fuerint, adhuc grauis illa ſuccedit dubitatio, quæ multos *VI.*
hactenus torſit mirificè; nimirum quid ſit imitationis nomine intelligendum, quam inte-
*Partic. 11. ca. de Epop.* rim Ariſtoteles ſtatuere videtur in loco generis. Nam certè Ariſtoteles ipſe, Homerum dum non alios loquentes facit, ſed ipſemet narrat, modò ait imitari, modò negat. ita vt
non facile ſit conſtituere, quæ ſit vis Ariſtotelicæ imitationis. Vt omittam totam hanc *VII.*
tem alijs plurimis dubitationibus eſſe eſſe innolutam, quas proſequar ſuo loco. Sed & illud verendum eſt, ne Ariſtoteles genus planè incertum ac vagum, ſiue ambiguum & anceps vſurpauerit, aut ſaltem omnino remotum ac diſiunctum. Dum enim videmus & Deo conuenire imitationē (ſic namque res procreauit & procreat, vt ſuæ ille Mentis exempla exprimat & imitetur) & opificib. fermè omnib. qui item propoſito ſibi exemplo opus aliquod machinantur, & animantibus, quæ Naturæ inſtinctu imitationis quoquomodo
*Plat. in Crati* particeps videri ſolent, ſanè horum quoque ratio habenda fuit. imò Hiſtoricus quoque,
Orator, Aſtrologus, Mathematicus aliquid ſibi imitandum proponit. quin etiā dum quiſ-
*Arr. 3. 1. Rhet.* que loquitur, veriſſimè imitatur. & ideo quæ verbis exprimit & repreſentat animi ſenſa, ea a Platone & Ariſtotele μιμήσεις μιμήματα, imitationes inquam, vocantur. denique imi-

tatio tam varia eſt támque patet latè, vt ex eorum ordine cēſeti poſſit, quæ in Dialecticorum Philoſophorúmque ſcholis per genera vagari ac pertinete, vel altiùs ab initio aliquo duci (tranſcendentalia partim, partim analoga aut etiam æquiuoca, ab illis nuncupantur) ac longo ordine deriuari dicuntur. Itaque ineptiſſima videtur eſſe imitatio, quæ poëſis cenſeatur genus, quaſi verò ijs ſolùm conueniat, quæ ſub Muſica, aut ſub certo huiuſmo-
VIII. di genere aliquo contineatur. Atque his omnibus addere illud licet, Dithyrambicum poë
ma, quantum colligere licet ex veretibus authoribus & Platone in primis, (nunc enim om
nino obſoleuit) eſſe lyrico perſimile: Lyricum verò non neceſſariò imitatur, ſed ſępè hiſto
rici inſtar narrat, aut Philoſophi Oratorisve more modóque diſſerit. nō igitur neceſſe fuit
hic dithyrambicum percenſere cui ſolùm accidentaria (vt aiunt) ratione conueniat imita
tio, non propriè ac neceſſariò quemadmodum euenit Tragœdiæ aut Comœdiæ. Et hoc
IX. ipſum vrgeri poſſet rurſus de Auletica & Citharyſtica. quid enim prohibet aliquem infla
re tibiam, pulſare citharam, & modulatè inflare atque pulſare, cum tamen nihil ſibi pro-
X. poſuerit ad imitandum? Denique Epopœiam hîc (ſi interpretibus credimus) vſurpat pro
heroico poëmate, quemadmodum nos quoque monuimus paulò ante. & tamen Ariſtot.
paulò poſt ſic Epopœiam diſterminat ab alijs poëmatis aut facultatibus, vt velit ad Epo-
pœiam pertinere Sophronis & Xenarchi mimos, quin etiam Socratis Dialogos, hoc eſt
ſcriptionis genera ab Heroico longè diuerſa: imò verò Epopœiam nudis ſermonibus (ſi
Deo placet) ſolutáque oratione confici poſſe. Vt propterea ſecunda hæc particula vlcus to
ta videri poſſit.

*CONTROVERSIA XI.*

*AN Auletica & Citharistica proponantur hoc in loco ab Ariſtotele tanquam Poëſis ſpecies ac formæ; an verò tanquam ſpecies, diſtinctæ illæ quidem, ſed quæ cum poëſi in genere, hoc eſt in imitatione, conueniant. Quid ſenſerint.*

Hæc habui quæ dubitarem aduerſus eos, quibus huius loci ſententia perſpicua videatur. Nunc, ſi placet, huiuſmodi dubitationes, ſi quomodo fieri poteſt, diluamus: idque a 48
prima, quoniam eſt grauiſſima, ac reliquarum penè omnium caput, ordientes: cuius cauſa talem proponimus Controuerſiam dirimendam.

NVM Auletica & Citharistica proponantur hoc in loco ab Ariſtotele tanquam Poëſis ſpecies ac formæ: an verò tanquam ſpecies, diſtinctæ illæ quidem, ſed quæ cum poëſi in genere, hoc eſt in imitatione, conueniant. Hæc autem controuerſia eò tractanda eſt accuratiùs, quod niſi perſpecta fuerint initia, ex quibus colligit Ariſtoteles tum genus, formam & naturam Poëſis in vniuerſum, tum ſigillatim differentias proprietatéſque specierum, multò minùs aut ipſius poëſis aut partium genus, formam, vim denique naturámque vniuerſam agnoſcere licebit. Iam verò (vt rem aggrediar) ſi authoritate certandum eſt, atque interpretum calculis definienda, haudquaquam cunctandum eſſet ſtatuere, Auleticam, & Citharisticam eſſe germanas poëſis formas ac ſpecies. Etenim Franciſcus Vtinenſis exiſtimauit, Ariſtotelē hoc in loco inueſtigare & conſtituere quale ſit cōmune genus omnium partium Poëticæ: hoc eſt Epopęiæ, Tragędiæ, Comędiæ, Dithyrambicæ, Auleticæ ac Citharisticæ. Vbi quaſi ſatis ſuperque conſtaret hæc & ab Ariſtotele tanquā Poëticæ partes numerari, & ſine vlla dubitatione eſſe veras Poëticæ partes, eò totus ſe contulit, vt doceret quale poëſis genus eſſet Epopœia, quale Dithyrābica, quale Auletica, quale denique Citharistica. nam de Tragœdia, inquit, & Comędia nihil dicendum eſt in præſens, quòd notiſſimæ ſint. Huic verò ſententiæ, nimirum hæc omnia & eſſe partes poëſeos, & earundem genus conſtitui, ſubſcripſit Madius: qui illud quoque addidit, Ariſtotelem non tam docere has eſſe partes poëſis, quàm aſſumere tanquam exploratum & certum. ſic ſinè vnum ſumeret Ariſtoteles, aliud doceret: ſumeret hiſce partibus contineri ſeu variari poëſim: doceret in eo conuenire, vt imitentur omnes, ac proinde poëſis genus eſſe imitationem. Idem planè ſenſit indiuiduus Madij aſſecla Bartolomæus Veronenſis. Idem deinde Victorius ſtatuere viſus eſt: ſcribit enim Ariſtotelem pluribus poëſeos generibus ac formis enumeratis, illarum atque adeò Poëſis genus conſtituere, quod eſt imitatio. Et quamuis non nihil ſubinde commoueatur, dum Auleticam recolit & Citharisticam inter poëſis partes numerari: attamen Aulędos & Citharędos ea ſaltem de cauſa quòd hymnos & Odas ad tibias canant & citharas, ac ſummatim ſua illi cum metris inſtrumenta permiſceant, inter partes poëſis omnino numerati ab Ariſtotele non modò non diffitetur, ſed profitetur. Idem quoque cenſet Mutinenſis interpres, qui ſine dubitatione vlla has omnes facit germanas poëſis partes ac ſpecies: ſigillatimque Auleticam & Citharisticā inter partes poëſis collocat ſpecies ea in primis de cauſa, quòd ſermonis, hoc eſt præcipui poëſeos inſtrumenti, comites factæ, certas Poëſis conſtituant ſpecies ac formas. Vt propterea cum videamus Madium & Lombardum ſubſcripſiſſe Vtinēſi, cui alioquin

*Robortellus. Madius. Lombard. Victorius. Mutinenſis Interpres.*

*vide p. 12. m. & 14. f.*

quin inſenſi eſſe ſolent, Mutinenſem verò, qui non facilè paſſus eſt ab iſtis doceri, adſtipulatorē acceſſiſſe, atque alios denique in eandem ſententiam deſcendiſſe, ſatis intelligere liceat ſententiam iſtam firmiorem videri poſſe ac tutiorem, quàm vt de ea liceat dubitare.

*Refellitur iſtorū ſententia.*

Ego verò, Auditores, etſi difficilè adducor vt tam cōfirmatam ſententiam refellere audeam & improbare, veruntamen quoniam videri mihi ſolet ab Ariſtotelis doctrina longè aliena, non grauabor fateri, & aperire quod ſentio: præſertim verò quia non deſunt rationes atque illæ perſpicuæ, quibus res tota poſſit confirmari. Id quod eò ſanè libentiùs faciam, quòd tandem animaduerterim Alexandrū Piccolomineum in ſuis Italicis Notationib. & Riccobonū in ſua Paraſraſi, Auleticam & Citharisticam ex poëſis formis eximere.

*Authoris ſententia: non numerari tāquā partes poeſis. quod oſtenditur. I.*

49 Ergò ſic ſtatuo. Auleticam & Citharisticam neque eſſe partes poëſis, neque ab Ariſtotele hoc in loco tanquā partes poëſis proferri & numerari. Quam ſanè rem iam iam oſtendam. Ac primò ſi Auletica & Citharistica eſſent ſpecies ſeu partes poëſis, omninò fatendum eſſet, poëma aliquod conſtare poſſe ſine ſermone. Siquidem docet Ariſtoteles Auleticam & Citharisticā imitari rhythmo & harmonia, ſermone nullo modo. At poëma conſtari poſſe ſine ſermone, id verò inauditum eſt. Alioquin quid eſt quod Poëſis a Peripateticis reuocetur ad illud doctrinæ genus, quod rationale dicitur & τῷ λόγῳ, ſermone inquā ſeu diſputatione, ſuum obit munus? id quod eò magis refellit ac premit aduerſarios, quòd ipſi etiam hoc nomine reuocant poëſim ad rationalem facultatem, & poëmatis definitioni ſuauem ſermonem adhibent. Quid erat rurſus cur Plutarchus loquentem picturam faceret poëſim, ſi duo iſta poëmatū genera proferri poſſūt, quę ſermone vtūtur nullo? Cur interdum μυθόλογοι quoque appellantur poëtæ, ſi ſermonē abijcere illis licet, ac ſolo rhythmo vti & harmonia? Cur Plato Poëtas modò præteritorū præſentiúmve aut futurorū narratione concludit, modò eos ſtatuit narratione ſimplici vti, modò imitationem narrationi adiungere; aliquando etiā hac vna de cauſa quòd non poſſit nō ſermone vti, [illegible] nomine illum audet appellare? Sed mitto cætera. Cur Ariſtoteles cum docuiſſet, poëtam eſſe imitatorem & actiones imitari; addebat id efficere dictione? Cur Poëſim eo diſtinguebat ab Hiſtoria, quòd hæc res perinde ac geſtæ ſunt narret: illa perinde ac geri debuerunt? vel quia hiſtoria res magis ſingulares narrat; poëſis magis generales? Vt omittā poëſis & originem & incrementa cū dictione coniunxiſſe. nam ideo dicebat, poëſim ortam eſſe ex iis, quæ ſubitò dicebātur; & ex iis qui dithyrambum canebant aut phallica: mox vituperationum, hymnorum, encomiorúmve lucubrationibus auctā. & idcircò Ariſtoteles rurſus cū eos reprehenderet, qui ex metri genere diſtinguerent poëmata, ac poëtas pro metri cōditione Epicos, Elegos, atq; alijs huiuſmodi nominibus appellarent; ſic tandem iubebat pro imitationis varietate variādos eſſe poëtas, vt tamen metrorū vim admitteret ac retineret. Atq; huc etiam mirificè illud pertinet, quod in Problematis ſcriptum reliquit, tybiarū fidiúmq. Muſicam ἄνευ λόγου eſſe: huc quod in III. Rhetoricorum ſemel atque iterū Auleticam poëſi opponit, cum Procemium ſolutæ orationi, prologū Poëſi, proaulium Auleticæ tribueret. Neque verò cum Victorio eò cōfugiat quiſquam vt dicat, verè quidem dici ex ſe Auleticam & Citharisticam eſſe expertes ſermonis, ac proinde non mereri poëmatis locum ac nomen: ſed tamen cum carmine quod ad tibiam aut citharā caneretur, coniunctas atque permiſtas, induere poëſis formam: atq; hoc nomine hîc ab Ariſtotele inter poëſis ſpecies recenſeri. Siquidem eo quaſi habitu & conſtitutione percenſetur; & cum Epopœia, Tragœdia, Comœdia, Dithyrambica in imitatione coniungitur hoc in loco Auletica & Citharistica, in quo habitu & conſtitutione paulò poſt ab eādem Epopœia, Tragœdia, Comœdia, Dithyrambica diſtinguitur (alioquin nutaret oratio, ac nos æquiuocatione, vt ita dicam, & amphybologia deluderet) at diſtinguitur a prædictis ſpeciebus, quæ rhythmo tantùm vtitur & harmonia, & nullo vtitur ſermone aut metro; hoc itaque eodem habitu enumeratur, dum in imitatione cum illis coniungitur, non quaſi carminibus admiſta, hinc poëſis efficiantur formæ. Neque rurſus eſt quod quiſquā dicat, illud ἡ πλείστη ad ποίησιν referri, ac proinde per verba illa τῆς αὐλητικῆς ἡ πλείστη, καὶ κιθαριστικῆς intelligi lyrica poëmata: quaſi ſit ſenſus, & plurima poëſis earum quę Auletica & Citharistica, ideſt tibiis citharíſq. canuntur. Nam primò Ariſtoteles ad ſummum deſcriberet his verbis & enumeraret lyricum poëma quà imitatur (nam idcircò dixiſſet πλείστη) at quà verè imitatur, non tam conſtitueret propriā aliquam ac certam ſpeciem, quàm ſub eā caderet; quam huma-
50 næ actiones lyrica imitatione illa expreſſæ ſibi depoſcerent, quemadmodū docet Ariſtoteles in particula VII. & duabus ſequentib. Deinde ſaltem debuiſſet Ariſtoteles paulò poſt inſtrumentorum vſu ac varietate diſtinguere hoc ipſum lyricum poëma a cæteris poëſis

*l. 3. de legib.*

*Ca. de accuſ. poet. adimi.*

*Quæſtio 10. de Muſic.*

*Part. 4.*

*Part. 4. vſq; ad 11.*

formis,quemadmodum cætera,quæ enumerat omnia,& diſtinguit,& in certa veluti ſede ac ſpecie collocat. quod vbi feciſſet,non potuiſſet ſtatuere(quod tamen perſpicuis verbis ſtatuit) Auleticã & Citharisticam vti rhythmo tãtùm & harmonia, ſermonẽ verò Epico ac cæteris illis ſpeciebus relinquere,quia nullum poema ſermone ſeu metro carere poteſt. Sed debuiſſet dicere vti ſermone,rhythmo & harmonia,quemadmodũ de Dithyrambico docuit. Atque hinc fit, vt non ſint ij audiendi qui illud *καὶ αὐλητικῆς ἡ πλείστη,καὶ κιθαριστικῆς* vertunt,*ac pleraque illarum, quas ad tibias citharáſque accommodamus*, quaſi quinto loco enumeraret lyricũ poëma,eleganti illud tibiæ citharaéque, quibus coniungi ſolet, vſurpatione deſcribens. Siquidem alia ratione vſurparet Auleticã & Citharisticam, dum eam cum Epopœia,Tragœdia,Comœdia,& Dithyrãbica coniungens,ait,cum ijs in imitatione conuenire:alia illas ab eâdem Epopœia cæteriſq. poëſis partibus diſtingueret:priùs enim eam vſurparet quatenus ſermone,rhythmo & harmonia cõſtat: poſtea verò eam ab illis diſtingueret,quatenus eſt ſermonis expers,quod eſt priore loco pro poëmate, quia rhythmo & harmoniæ iungit ſermonẽ ſeu carmen: poſteriore pro quadam Muſicæ parte a Poëmate longè diſtincta,cũ carmine ac ſermone nuda ſit ac vacua, & tamen neceſſe eſt eodẽ quaſi habitu & vultu proponatur,& cum Epopœia in imitatione coniungatur, quo ſubinde ab eâdem Epopœia diſtinguitur. Vt propterea cũ diſtinguatur quà carmine ſiue ſermone vacua eſt,ſermone etiã ſoluta & vacua proponatur,& cũ Epopœia vel potiùs cũ poëſi in imitatione coniungatur: quod eſt Auleticam & Citharisticã non pro poëſis, ſed pro Muſicæ, ſpecie fuiſſe vſurpatas,idque quia cũ poëſi ſub Muſica collocantur, & imitationem habẽt cõmunem,quemadmodũ declarabitur paulò poſt. Quapropter rectè cæteri,qui vertunt, *Atque Auleticæ maior pars & Citharisticæ:* verè enim illud *πλείστη* referendũ eſt ad Auleticã & Citharisticam,quia licet Auletica & Citharistica facultas perinde ac ſaltatoria a priſcis illis magno ſtudio adhiberetur humanis actionibus imitandis, veruntamen (vt varia erat ac multiplex) non ſanè paſſim aut omnis, ſed pléraque imitabatur: & ideo pléraque dicitur imitari. Non igitur proponitur & enumeratur hoc in loco vt ſpecies poëſis, cum hæc ſermone egeat neceſſariò,ſed vt facultas a poëſi diſtincta(quemadmodum dicere cœperam) quæque cum poëſi in imitatione conueniat. Atque hinc fit, vt ad extremùm dicat quidem Ariſtoteles ſe egiſſe de differentijs imitationis quæ & quot ſint, non autem de diffe- *part. 17.*

II. rentijs ſpecierum poëſis. quod acutè profectò (quod rei noſtræ intereſt) ac ſcitè is animaduertit, qui Græco codici græcè affingens argumenta, monet in hoc capite contineri *τῶν τεχνῶν διαφορὰς ἐν αἷς ποιοῦνται τὴν μίμησιν*, *Artium differentias quibus imitantur*. vbi Artes quoque iſthuiuſmodi appellauit facultates, Ariſtotelem ſecutus, qui in hoc ipſo capite, hoc eas appellat nomine. & huc etiam pertinere poteſt quòd has ipſas quas enumerauit facultates tam libenter artium complectitur nomine. eo enim id conſilio feciſſe credendum eſt, vt quoniam non omnes eſſent poëſis formæ, artes, vt ſcilicet communi quodam nomine concluderentur, libuerit appellare: alioquin poëſis formæ fuiſſent vtique appellandæ. *part. 17.* *Vid. partic. 4. 10. & alibi.*

III. Et ſanè (vt alijs adhuc argumentis noſtram hanc ſententiam confirmem) mirum eſſet Ariſtotelem, qui in prima particula ponit agendum de omnibus poëſis ſpeciebus, ſtatim in ſecunda inter poëſis ſpecies collocare Auleticam & Citharisticam. ſic enim ſuam ad earum quoque rationem atque naturam pertractandam obſtrinxiſſet fidem: cum tamen in VIII. libro Politicorum Auleticam improbet tanquam ſordidam: & hac de cauſa Palladis fabulam mirificè probet, dum tibias abieciſſe fingeretur. Neque enim credendum eſt Ariſtotelem eius facultatis vim & naturam pertractandam & declarandam propoſuiſſe, quam ſordidam & illiberalem eſſe dixerat, & ingenuis adoleſcentibus indignam. 5 c.

IV. Atque huc etiam mirificè pertinet, quòd cum in capite 1. tum Poëſis in vniuerſùm, tum illius formarum ac ſpecierum ortum requireret & incrementa; hæc ſanè tum de Tragœdia & Comœdia, tum de Dithyrambica & Epopœia perueſtigauit quidem; de Auletica & Citharistica nullo modo. quod ſanè aperto argumento eſt, Auleticam & Citharisticam hîc tanquam Poëſis formas ab Ariſtotele nullo modo numerari.

V. Quid multa? præpoſterè omnino inueſtigaſſet Ariſtoteles poëſis naturã. Siquidem non genus poëſis inueſtigaſſet, ſed partiũ poëſis. genus enim poëſis non eſt illud, in quo cõueniũt eius partes; ſed in quo poëſis ipſa conuenit cũ affinibus ſpeciebus: vt genus animalis nõ eſt illud, in quo ſpecies animalis cõueniunt; quod eſt ſentiẽdi facultas ſeu ſenſitiuum, vt loquuntur aliqui, ſed id in quo animal conuenit cum affinibus ſpeciebus; nimirum cum plantis, quod appellatur ſubſtantia animata. & tamen Ariſtoteles, ſi aduerſarios audiamus,

audiamus,poëſis vim atque naturam declaraturus, priùs inueſtigaſſet, id in quo conueniunt partes ſeu ſpecies ipſius poëſis, non id in quo conuenit poëſis cum alijs affinibus ſpeciebus. Quanquam ſtatim obijciat aliquis. Tuum iſtud argumentum poteſt in te ipſum conuerti.nam ſi Ariſtoteles vbi Auleticam & Cithariſticam numeraſſet inter ſpecies poëſis,præpoſterè diſputaſſet,cur non præpoſterè diſputauit adhuc, dum non profert quid ſit id,in quo poëſis conuenit cum Auletica & Cithariſtica,ſed quid ſit id,in quo cum Auletica & Cithariſtica conuenit Epopœia,Tragœdia,Comędia & Dithyrambica? Acutè,ſed non verè tamen. Etenim Ariſtoteles nõ eo conſilio percenſet quatuor iſtas poëſis formas ac partes, vt doceat eas cum Auletica & Cithariſtica in imitatione conuenire,ſed vt efficiat poëſim in vniuerſum imitari.poëſis enim nihil eſt aliud quàm ſuæ partes,& ideo vbi conſtiterit illius partes ſingulas imitari,poëſis imitetur neceſſe eſt. Quare ſentẽtia,ſi attentiùs æſtimetur,& ratiocinatione explicetur,eſt huiuſmodi. Id in quo Poëſis proximè conuenit cum ſuis affinibus ſpeciebus,eſt genus ipſius poëſis. Sed imitatio eſt id,in quo poëſis proximè conuenit cum ſuis affinibus ſpecieb. nimirum cum Auletica & Cithariſtica: Imitatio itaque erit genus poëſis. Hæc eſt loci huius ſententia,ſi explicetur. Vbi ſanè Propoſitionẽ (Maiorem appellant Peripatetici) interim arripit,imò ſuppleri vult tanquam certam: quia veteres,vt conſtat ex Platone in lib. II. de legibus,& Ariſtotele VIII. Politicorum,ſub Muſica poëſim cum Auletica & Cithariſtica collocabant. Aſſumptio quoque, ſeu minorem velis cum Peripateticis, reticetur: ſed tamen ſubijcitur eius probatio: nimirum Epopœia, Tragœdia, Comędia, Dithyrambica in imitatione conueniunt. Vt nimirum tum ſuppleamus, Poëſis igitur in vniuersùm imitatur, tum ſtatim totam ſententiam ratiocinatione propoſita explicemus. Nam ſæpè accidere vt Ariſtoteles propoſitionem aut Aſſumptionem, interdum etiam vtramque reticeat, atque vnius aut alterius probationem proferat, vnde argumentum agnoſci ac ratiocinationem ſuppleri in apertúmque deduci velit, id verò in Ariſtotelis ſcriptis eſt obuium omnibus. Atque hæc de prima Controuerſia. Quamquam continuò obijciat quiſpiam, quid eſt quòd Auletica & Cithariſtica enumerentur tanquam artes Poëſi affines ὀρχηστικὴ verò ſeu Saltatoria, Pictura etiam & Sculptura, quæ Poëſi magis fortaſſe quàm Auletica & Cithariſtica ſunt affines, prætermittantur? Certè ſi quæ eſt ars, quæ cum poëſi in imitatione conueniat, hæ in primis numerandæ ſunt. Ergo, vt id etiam explicetur, futuræ Controuerſiæ argumentum illud eſto. CVR inter tot támque varias imitatrices facultates vnam Auleticam & Citharisticam in medium attulerit Ariſtoteles, quam cum Poëſi in imitatione coniungeret. Huius Controuerſiæ cauſas & attigimus antea; & nunc rurſus ſubijciemus, vt illam, ſi quo modo fieri poſſit, dirimamus. Et quidem (vt incipiam a Saltatoria) certum eſt, veteres maximum ſtudium ὀρχηστικῇ ſiue ſaltatoriæ adhibuiſſe: ita vt hac arte (id quod & Ariſtoteles ipſe teſtatur, & ex Platone intelligitur non obſcurè) πάθη καὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς πράξεις, mores inquam, affectiones, actiones denique ipſas referrent & imitarentur: quod eſt ipſiſſimum poëſis munus. quid enim obſecro poëtæ eſt propoſitum, niſi vt humanas actiones, affectiones, mores ipſos, ſi fieri poſſit, exprimat & imitetur? Vt propterea mirum videri poſſit, Ariſtotelem ea de cauſa meminiſſe Auleticæ & Cithariſticæ, quòd cum poëſi in imitatione conueniant; de ſaltatione verò, quæ item cum poëſi in imitatione conuenit, hoc planè in loco ne verbum quidem. Atque eadem fermè dubitari poſſunt de alijs imitatricibus facultatibus multis, præſertim verò de pictura, ſculptura, & his affinibus. Idem dixerim tum de fiſtularum arte & ſyringatum, quæ in imitatione verſatur, tum de alia Muſicæ parte, quæ a Græcis φωνητικὴ appellatur, & ſola melodia continetur. Sed quia de his imitatricibus facultatibus ab initio dictum eſt, nunc vt hæc in memoriam reuocentur ea ſtrictim attigiſſe videri ſatis poteſt. Ego verò vt his dubitationibus ſatisfaciam, atque a ſaltatoria initium ſumam, mitto hanc exercitationem ſiue artem non ea cogitatione fuiſſe inuentam vt ſeruiret imitationi, ſed quæ corporis motibus ac geſtibus, vt temerarij ſunt in adoleſcente & inconcinni, moderaretur, atque adderet venuſtatem. Silebo eamdem artem paulò poſt ad bellicas exercitationes fuiſſe adhibitam, quaſi præludia quædam & gymnaſticorum inſtar laborum; vbi adhuc expers erat imitationis. Quòd ſi tandem ad ſcenicos ludos atque hominis actiones imitandas traducta fuit, id per aliquorum intemperantiam accidit & laſciuiam, non quòd ars ipſa ſuapte natura hoc ſibi munus opúſve depoſceret. & idcirco quoſdam ἐκ τῶν ὀρχηστῶν, ex ſaltatorib. inquam, mores & affectus atque actiones ipſas imitari conſueuiſſe ſcribit Ariſtoteles; non omnes hanc exercuiſſe

*Dubitatur.*

*Reſpondetur.*

*Propoſiti loci ſententia & vis colligitur tota.*

*Inſequenti Controuerſia ſternitur aditus.*

*CONTROVERSIA XII. Cur inter multas ac varias imitatrices facultates vnam Auleticam & Cithariſticam cum Poëſi commemorarit.*

*Dubitationis rationes & capita.*

*I.*

*II.*

*III.*

*IV.*

*Ad primum.*

*De ſaltatoria.*

52 *Ariſtot. par. 5. Plat. 2. de leg.*

imitationem, aut artem ipſam eiuſmodi imitationi deſtinatam fuiſſe. Denique reticebo etiam, ne illud quidem eſſe concedendum, Orcheſticam maiore quàm Auleticam & Citharisticam aut etiam pari ſimilitudine Poëſim attingere: cum duæ illæ non ſolùm rhythmo, quod accidit Orcheſticæ (tametſi alterius generis rhythmo) verùm etiam harmonia actiones humanas imitentur. Atque his prætermiſſis omnibus, quæ tamen non nihil efficiunt Citharisticam magis & Auleticam quàm Orcheſticam fuiſſe percenſendam, illud commemorabo, Orcheſticam non eſſe partem ſeu ſpeciem Muſicæ, & ideo iure Auleticam & Citharisticam percenſeri, quæ cum Poëſi ſub Muſica collocantur; Orcheſticam reticeri, quæ nec eſt Muſicę pars, nec ex ſe ſub Muſica collocatur. Sic enim decebat, cum Poëſis genus ex Muſicæ partibus eſſet deſumendum. Atque hinc licet animaduertere, qua de cauſa Picturam quoque & cæteras huiuſmodi artes haud percenſuerit. nam verè quidem dicitur, Picturam imitatione excellere, ac Poëſim magna ſimilitudine attingere (hac enim de cauſa a Plutarcho ζωγραφία ſeu pictura dicitur poëſi ἀντίστροφος; & rurſus ab eodem dicitur σιγῶσα ποίησις, tacens poeſis, ab alijs quoque poëſis oculorum) veruntamen nō eſt pars Muſicæ, nec ſub Muſica collocatur. Atque idem dixerim de cæteris artibus, quæ luto, gypſo, ære, ligno, marmore, auro etiam, ſi placet, & ſi quid huiuſmodi exprimunt ſimulacra.

*Ad ſecundum. De pictura & alijs conſimilib. artibus.*

Quanquam quid de fiſtularum arte, quam compertum eſt, & imitari, & ſub Muſica perinde atque Auleticam collocari? Certè cum non ſolùm rhythmo, verùm etiam concentu poëſim æquet; & (vt dicebam) ſub Muſica collocetur, nullo modo fuiſſet prętermittenda, ſed cum Auletica & Citharistica omnino percenſenda? Minimè verò. nam vt omittā fiſtulas videri poſſe paulò rudiores ac minùs idoneas ad imitationem, quàm ſint tibiæ, profectò fiſtulæ materia potiùs quàm forma ac natura differunt a tibijs. & ideo qui Auleticam commemorauit, is fiſtularum quoque artem comprehendit. & hoc eſt quod monebat Ariſtoteles ſyringarum quoque artem, etſi quę eſt huiuſmodi, eandem cum tibijs habere vim & facultatem. intelligens, opinor, ſambucas & alia quædam eiuſdem ordinis inſtrumenta, de quibus idem Ariſtoteles lib. VIII. Politicorum. 53 Part. 4.

*Ad tertiū. De fiſtulis & alijs quibuſdam nō diſſimilib. inſtrumentis.*

Paulò difficiliùs videri poſſet, quod obijciebamus de tertia illa Muſicæ parte, quæ in ſolo cantu poſita eſt, & ex humana voce, in qua acutum & graue miſcetur, oriri ſolet. Etenim certum eſt, Muſicam eſſe tripartitam, atque vnam partem flatu, ac proinde tibijs, fiſtulis & id genus inſtrumentis contineri, quę Auletica dicitur, alteram ex fidibus ſeu neruis manare, vnde lyra exiſtit, cithara, decacordon, & ſi quæ ſunt huiuſmodi, & Citharistica appellatur. Tertiam ab humanæ vocis cantu prodire, quam φωνητικὴν iure appelles. & ideo eleganter cecinit lyricus Poëta. *Lib. 3. Od. 4.*

*Ad quartum. De Cantu.*

*Deſcende cœlo, & dic age tibia*
*Regina longum Calliope melos,*
*Seu voce nunc mauis acuta,*
*Seu fidibus Citharave Phœbi,*

Atque hac etiam de cauſa ab initio (teſte Pauſania) tres tantùm erant Muſæ: quæ ſingulæ ſingulis iſtis Muſicæ partibus præeſſent. Etſi enim nouem deinde numerentur ac de nomine ſingulæ efferantur; ab initio tamen ternario numero perinde ac gratiæ gaudebant. cum enim Apollini dicandæ eſſent, & vt per quàm elegantiſſimè conflarentur, tribus clariſſimis artificibus ad elaborandum fuiſſent demandatæ, viſum eſt tandem eas Apollini dicare omnes, quòd elegantia mirificè certarent. alioquin tres (vt dixi) erant ab initio: fortaſſe etiam Muſa, vt Muſicam repreſentabat, vnica erat, non ſecus ac Gratia vnigena & ſingularis habita eſt ab initio, mox ad ternarium deducta numerum. Cur igitur Ariſtoteles recenſuit duas priores Muſicæ partes, ac ſilentio tertiam inuoluit? Certè φωνητικὴ cæteris longè præſtat. Imò Auletica admodum vilis eſt, ſi cum iſta conferatur. nec tamen aut ad imitandum inepta eſt, quin accommodata, ac poëſim magna attingit ſimilitudine. Ego verò è contrario non grauatè conceſſerim, Muſicam tripartita iſta varietate diſtributam eſſe. Quod eleganter ſanè confirmauit M. Tullius in ea oratione, quam habuit pro Sex. Roſcio. Vbi cantu vocum, inquit, neruorum & tybiarum tota vicinia perſonabat. De qua re Iſidorus etiam lib. II. originum, *Aut voce (inquit) editur ſonus, id eſt per fauces: aut flatu ſicut per tubam aut tibiam; aut impulſu ſicut per citharam & quodlibet aliud, quod percutitur.* Nec ſanè aliter Plutarchus, Strabo, Clemens Alexandrinus, alijq́; nonulli deſcribunt Muſicam: quin Plutarchus in lib. VIII. Conuiualium quæſtionum cum teſtatur tres ab initio fuiſſe Muſas, tū verò tria cantus facit genera, quæ rurſus Muſicæ appellat portiones. Quid? expectatis fortaſſe vt rem hanc diuinarum quoque literarum teſtimonio confirmem? confirmabo.

*Cap. 10. Plut. lib. 7. Conui. pag. 434.*

*In Eccleſiaſt.*

confirmabo. Ergo Salomon, is qui muſicæ quoque vim ac ſuauitatem, ſi quis alius, expertus erat, cum dixiſſet, Muſica exhilarat cor, *Tibia* (ſubdebat) *& pſalterium ſuauem faciunt melodiam, & ſuper utraque lingua ſuauis*, Sed profectò per poëſim ποιητικὴ etiam deſignatur aut potiùs eſt ipſa poëſis. Et hoc planè conſilio Plato in 11. & x. de Rep. Poëſim facit muſicæ formam & ſpeciem, eodémque nomine poëſim cum Auletica coniungit & Citthariſtica, idem fermè Ariſtoteles in poſtremo libro Politicorum, vbi poëſim numerat inter Muſicæ partes ac formas. Quæ res cum aliorum authoritate multorum confirmari poteſt, tum maximè Polybij, qui cum dixiſſet Archades ſeſe in Muſica exercuiſſe, continuò id vt comprobaret, addidit, hymnos & pæana atque alia carmina ceciniſſe. Denique (vt hoc quoq; addam) Socrates in Phœdone cum ei præcepiſſet Oraculum, vt Muſicam faceret, carmen continuò cecinit, vt Oraculo obtemperaret. & ideo Muſis poëmata accepta referebant veteres. quæ res veluti inductione poſſet confirmari. ſiquidem græcè Tragœdiæ & Co-
54 mœdiæ nomen, cantum refert; Epopœia in conuiuijs ac publicè canebatur, præſertim Homeri ac priſcorum ſæculo, apud quos nondum ſcribendi ars celebrabatur. Et hac etiā de cauſa Rapſodi præſto erant, qui heroica poëmata decantarent. De Dithyrambica verò nihil attinet dicere: nam hoc poëma cantu ac tripudio erat permiſtum. Quapropter eleganter Horatius Calliopem, quam Poëſi præfecit, rogat vt tibijs, aut fidibus, aut acuta voce, quod eſt cantu, longum dicat melos. Nam ſi obijcias, re ipſa poëma & carmen poſſe à cantu ſeiungi, vt in Virgilij poëtarúmque carminibus conſtat ſatis, quæ literis exarata sūt, & ſine cantu teruntur; profectò in humanis rebus non id ſpectandum aut legitimum iudicandum quod fieri poteſt aut etiam interdum ſolet; ſed quod aut debet aut in more poſitum fuit paſſim, atque inprimis cum authorum volūtate iudicióque conſentit, etenim Poëmata & carmina inſtituta erant vt canerentur; itaque inchoata potiùs & rudia, quàm omnibus numeris abſoluta, cenſenda ſunt ea poëmata, quæ ſine cantu exprimuntur. & ideo tum Epicum tum Lyricum olim ad citharam canebatur; ita vt hac etiam de cauſa pléraque carmina a priſcis Lyrica appellentur. Vt omittam neque literis exarata carmina ſic a nobis legi & percurri, vt non nobis rhythmum & harmoniam offerant, vnde illa cantu quodam efferamus. Denique vt Italica carmina cantu quodam lectitare ſolemus, ita veteres Latina & Græca. Vt propterea ποιητικὴ quoque ac proinde Muſica tota fuerit ab Ariſtotele expreſſa; non verò (ſi rem potiùs quàm vocem ſpectemus) Auletica tantummodo & Citthariſtica. Sed iam latiſſimum emenſi pelagus, alterum ſeſe obijcit & latius & profundius. Quærendum eſt enim quî non magnam poëmatum partem prætermiſerit Ariſtoteles: cum plurimæ ſint formæ poëſeos, quæ niſi ad Auleticam & Citthariſticam referantur, ad Epopœiam & reliquas quæ percenſebantur formas, referri nullo modo poſſint. De qua re, quoniam multiplex eſt ac varia, noua iam Controuerſia eſt excitanda, quæ eſt huiuſmodi.

*CONTROVERSIA. XIII. Quo pacto non pleraſque Poëſis formas prætererit & prapoſtera enumeratione vſus ſit.*

Quo pacto Ariſtoteles non pleráſque Poëſis formas prætererit, atque adeò non præpoſtera enumeratione & inductione vſus ſit, ſi Auletica & Citthariſtica tanquam imitatrices artes, non verò vt Poëſeos ſpecies, recenſentur. Et ſanè vbi hæ duæ facultates non quaſi Poëticæ partes commemorentur, nulla ſupereſt ratio, vnde ſiue Epigrammata, ſiue Odas aut hymnos vel Epithalamia, ſiue ſatyras, inter poëmata numeremus. Ecloga etiam facilè excludetur, paſtoralis quoque fabula, Tragicomœdia, ſiue paſtoralis ea ſit, ſiue alterius rationis, quin Georgicum carmen, aut quod rerum ortum & naturam proſequitur, vel quid huiuſmodi pertexit, præcludetur a poëmate. ſic apud nos Horatius, Catullus, Tibullus, Propertius, Ouidius etiam maxima ex parte, Lucretius, Virgilius quoque citra Aeneidē, apud Græcos Theocritus. Heſiodus, Pindarus, Orpheus, quà hymnos canit, Anacreon & huiuſmodi alij plurimi arcebuntur longiùs a ſocietate poëtarum. Quid? Martyrum facta, & alia id genus plurima poëmate concludi vix ac ne vix quidem poterunt, etſi imitatione alioquin exprimerētur, ſiquidem vel propter materiam, vel propter diſparilem perſonarum conditionem (nā certas quoque perſonas, certiſque moribus affectas, requiri ab Ariſtotele compertum eſt) haud ſanè videntur Epico aut Tragico, multò verò minus Comico, poëmati cōmendari poſſe. Cur igitur nō ſit ſatiùs Auleticam & Citthariſticam inter poëma referre, quà ſaltem carmen tibiæ aut citharæ aptari ſolet? Certè hoc pacto ex anguſtijs illis educeretur poëma, quibus, Cōſuetudine, Arte ac Natura propè ipſa reclamāte, videtur concludi, & verò Ariſt. ſibi cōſtaret, qui ex lyricis etiam poëtis exēpla ducit paſſim vt poëmata præcepta declaret. Ego verò, (ſi de Ariſtotelis ſententia quæramus) nō poſsū,

non

non diſſentire: idque cum alijs de cauſis, tum maximè quia iam iam Ariſtoteles, quam in-
terim vſurpat Auleticam & Citharisticam, & cum Epopœia poëmatéque in imitatione
coniungit, hanc a poëmate diſſociat atque diſtinguit: quòd ſolo rhythmo & harmonia
vtatur. quod argumento eſt in præſentia, Auleticam & Citharisticam non poſſe pro lyri- par. 4. 55
co poëmate, aut reliqua illa carminum varietate ſumi. Itaque minimè dubium eos aber-
rare qui in Ariſtotelis ſchola Auleticam & Citharisticam vel per ſe ac ſua natura vt Ro-
bortellus, vel qua ad tibias aut Citharam poëmata canerentur, quod Victorius opinatur,
duas facultates iſtas tanquam poematis formas numerari affirmant ab Ariſtotele. Ac pro
fectò ſi in Platonis ſchola verſaremur, non difficile forſitan eſſet, rem hanc componere
vniuerſam; quandoquidem Plato non ægrè patitur inter poëtas referri, qui ſimplici quo-
que vtantur carmine. Denique dummodo carmine quis vtatur, imitationem non neceſ-
ſario requirit. Vt omittam imitationem ac fabulam paulò aliter ab eo vſurpari (id quod
opportuniore loco docebimus) quàm ab Ariſtotele; ita vt faciliùs totam illam Poëtarum
varietatem inter germanos poëtas referri patiatur. Atque id fermè extra Peripateticam
ſcholam cõcederent alij multi: inter quos Plutarchum, Strabonem, ac veteres multos nu
merare licet, de quibus fortaſſe alibi. Verùm in Ariſtotelis ſchola ſecus accidit. Is enim eſt
Ariſtoteles, qui (quod copiosè docebimus in progreſſu) fabulam, hoc eſt actionis conſtitu
tionem, in qua partes neceſſaria aut veriſimili ratione cohæreant, poëmati conflando re-
quirit: quam actionem imitatione rurſus exprimi iubet. Ex quo ſanè fit, vt quæ carmina
vel fabula & imitatione careant, inter poëmata referri nullo modo patiatur. Quare Empe-
doclem & huiuſmodi alios verſificatores (Quintiliani vtor verbo) eximitè numero poë-
tarum: ac ſiue inter phyſicos, ſiue inter Hiſtoricos, ſiue inter alios authores numerat, pro
ut vel phyſicam, vel alterius rationis complectitur argumentum. Quam ſententiam vſq;
adeò mordicus retinuit Ariſtoteles, vt maluerit eos in poëtarum haberi numero, qui ſolu
ta oratione, imitatione tamen adhibita, ſcripſerint (talis ab eo tum Plato in Dialogis, tum
Xenarchus, ſi multis credas, & Sophron in Mimis, quamquam de ijs accuratiùs ſuo loco,
cenſetur) quàm qui carmine ſcribentes, fabulam imitationémque poſthabuerint. Imò
verò ne ſi quidem carmen imitatione & fabula concludatur, adhuc perfecti poëmatis lo-
cum obtineret ex Ariſtotele. nam cum alia quædam requirit adhuc, tum vt iuſta (qualis
verò & quanta hæc ſit, non eſt huius loci) magnitudine contineatur. Quare quemadmo-
dum exiguum animal, animal quidem; ſed non pulchrum, haberi iubet; ac rurſus venuſtã
puellam ſi item debita careat magnitudine, pulchram vetat nuncupari, ita poëma, niſi-
quam illi magnitudinem decerni & partium amplitudinem referat, germanum poëma
ac perfectum prohibet appellari. Ita ſanè & lyricos quíque epigrammata ſcribunt. ſine vl
la dubitatione verſificatores tantùm, non verò poëtas vocaret, dum fabula & imitatione
carent; tum reliquos omnes, quicumque illi ſint, eâdem regula ac lege dijudicaret. Et
quamquam ex Lyricis atque huiuſmodi alijs ſæpè ducit exempla, quibus poëtica confir-
mat præcepta, id tamen facit ſententiæ & elocutionis declarandæ & illuſtrandæ cauſa, nõ
vt inde poëmatis formam & naturam declaret: huic enim declarandæ, imitatorum, præ-
ſertim verò Homeri, adhibet poëmata. Quapropter liceret quidem illud percunctari ac
diſputare, num Platoni magis an Ariſtoteli hac in re ſit aſſentiendum (id quod nos oppor
tuniore loco requiremus) verùm poëtas, quos paulò ante recenſuimus, ex poëtarum cho
ro arcendos ex Ariſtotele, non eſt quòd dubitemus. De qua re tota in progreſſu conſtabit
planiùs. Quamquam illud vnum addiderim, videri quidem Ariſtotelem omnino ſtatue-
re fabulam & imitationem eſſe poëmati neceſſariam, ſed tamen illud quoque fateri, hu-
manas artes quotidie nouas repetiri, aut rurſus eas quæ extinctæ eſſent excitari. Quapro-
pter non facilè negaret Martyrum facta, aut ducum triumphos, & ſi quid huiuſmodi, poſ
ſe legitimo poëmati commendari, dum tamen imitatione concluderentur & fabula. Ita-
que ſi non ad Epopœiam ſiue Tragœdiam & Comœdiam vel Dithyrambicam reuoca-
retur commodè, at certè aliud poëmatis genus inde exiſteret propter imitationem & fa-
bulam iſtis finitimum, & poëmatum choro digniſſimum. Quòd ſi propria huic præcepta 56
non præfixiſſet Ariſtoteles, quemadmodum Epopœiæ verbi gratia aut Tragœdiæ, haud
tamen non liceret in medium illud afferre & conſtituere, cum artes quotidie inueniri,
quod eſt noua rerum gerendarum præcepra conflari poſſe, confeſſus ſit, & idcirco eo-
rum quæ vigerent poëmatum præcepta tradidit tantùm, quæque eſſent inuenta: inueniē
dorum priuata præcepta tradere non illi licuit. Nam generalia conſcribere omnino aut
attinge-

attingere pro ſuo ille ſtudio & iudicio viſus eſt. Atque hinc etiam ijs ſatisfactum velim, quæ iamdiu de lyrico poëmate aliisque dubitauimus. Siquidem locum nobis reliquit ille quidem, in quem verſificatores conijceremus, quos ab Pöetarum choro arceret interim dum ſolam Epopœiam, Tragœdiam, Comœdiam & Dithyrambicam poëmatis dignaretur nomine; in poëtarum verò numero, niſi imitentur, recipi prohibuit. Quamobrem qui lyrica huiuſmodi carmina ſentiunt ab Ariſtotele prætermiſſa, ídque ea de cauſa, quia non tam poëmata quàm exigua quædam poëmatum initia ab Ariſtotele cenſerētur, mihi quidem non magnopere ſatisfaciunt; cum videam ea maximè de cauſa ab Ariſtotelis initijs excludi, quòd per ſe non neceſſariò imitentur. & idcirco cum imitationi peræquè eſſent iuncta ac heroicum poëma aut dramaticum, debuiſſent ab Ariſtotele in propoſitione illa commemorari, vt quoniam imitatione perinde ac cætera continerentur, nullo modo contemnerentur. Etſi non negarim futurum fuiſſe vt ſecundas illi ſedes conceſſiſſet, quòd magnitudine cum heroico aut dramatico nequaquam cōferri poſſent. Clauſula igitur hæc ſit, videri totam iſtam carminum varietatem ab Ariſtotele prætermiſſam, quòd non neceſſariò imitationem referrent, quin ab ea paſſim abeſſent. Etſi non inficior fortaſſe eò etiam libentiùs fuiſſe ab eo prætermiſſam quòd exigua paſſim eſſent ac non eius magnitudinis, quàm requireret ad perfectum poëma. Ita ſanè ſi quando imitentur, pro imitationis rerúmque imitatarum varietate varianda & ad certam poëſis ſpeciem ac formam ad quam acceſſerint propiùs, analogia quadam & proportione erunt reuocādæ: aut etiam ſi fortè argumenti diſſimilitudo id minùs patiatur, noua imitatricis poëſis forma erit inde ſtatuenda, cum nouas artes aut artium formas & partes quotidie inueniri & exiſtere poſſe non diffiteatur Ariſtoteles. Nam ſi imitatione careant, ad verſificationem (vt Quintiliani verbum arripiam) pertinebunt ex Ariſtotele. Hæc in Peripatetica ſchola: tametſi extra peripateticam ſcholam ſi non inaudita at certè rigida, ne dicam iniqua videri poſſet eiuſmodi ſententia, quis enim patiatur elegantiſſimos poëtas Horatium, Tibullū, Martialem, atque huiuſmodi alios multos, quin Ouidium fermè totum, Virgilium aliqua ex parte, Pindarum quoque ex Græcis, Anacreontem ac ſexcentos alios qui poëſis nomine mirificè commendantur, è poëtarum choro arceri longiùs? Nam ſi qui ſint qui præter carmen poëtica lumina vix referāt, aut etiam imitationem fermè omnem abiecerint, dum non tam lyrici quàm heroici videri volunt, aut argumenta complexi ſint poëticæ non magnopere apta, hos ego non inficior ægrè inter poëtas referendos aut certè malos poëtas habēdos. Quare Lucretium non quidem ſperno ſed non magnopere laudo. Etſi enim pro rudi illo ſeculo nec inelegans nec poëticis luminibus planè vacuus videri poteſt, argumētum tamen delegit quod Philoſopho potiùs quàm poëta dignum exiſtimes: & verò imitatione ferè ieiunus eſt. Et eodem nomine Heſiodum, Aratum, Nicandrum & alios multos ex Græcis, Lucanum, Silium, Pontanum, Fracaſtorum, & huiuſmodi alios quoſdam ex Latinis dijudicari velim: quorum aliqui propter materiam, alij propter exiguam imitationem, alij quod poëticis luminibus vtantur raro, in ſecundis aut etiam in tertijs eſſent collocandi. Atque ex hi omnibus, ne longum faciam peruelim æſtimari, an ſiue Nomi
57 ſiue Deliadæ (de quibus tamen proprio loco) ſiue reliquæ illæ carminum ſpecies, quæ iamdiu ex Scaligero aliiſque proferri ſignificabam ſint inter poëmata numeranda.

*CONTROVERSIA. XIV.*
*Quid Imitationis intelligat nomine.*
*Quam Imitationis notio ſit cognitu pernecessaria.*
*Quàm ſit cognitu perdifficilis.*

Sed iam id explicemus, quod de Imitatione iamdiu dubitauimus. Ergo dum quæritur, quid intelligat Ariſtoteles Imitationis, qua Poëſim concludit, nomine: ſiue quæ ſit Ariſtoteleæ imitationi notio ſubiecta; profectò huius rei cognitio eſt hoc tempore cum neceſſaria, tum verò ardua & perdifficilis. neceſſaria, quia intelligi nullo modo poteſt, num verè Epopœia ac reliquæ illæ Poëſis formæ ac ſpecies imitentur, niſi priùs compertum fuerit, quid imitationis intelligat nomine. Et ſanè cum imitationis mentionem vſurpet paſſim, atque illa & poëſim in vniuerſum, & ſingulas poëſis partes concludat, iiſdémque diſtinguendis ac definiendis eam adhibeat, quin etiam ad Poëſis originem & incrementa declaranda, &, ne longum faciam, vniuerſis ferè Poëticæ præceptis explicandis tradendiſque illam proferat, quid imitationis nomine intelligat, quæque huic ſit ſubiectá notio, ſine Poëticæ artis propè totius ignoratione ignorari nō poteſt. Perdifficilis verò quia eius vim nominis ac naturam reuera definit aut declarat nuſquam, cum tamen & quam latiſſimè pateat, & verò imitationis nomen multiplex ambiguúmque ſit. Itaque & Deo (id quod conſtabit paulò poſt) conuenit & Naturæ & Arti, ita vt rebus conueniat omnibus: & rurſus (quoniam non eâdem ratione ijs conuenit, ſed longè varia) certam nullam atque conſtantem

ſtantem offert notionem,ita vt imitatio ſit multiplex varia,ambigua, ac propterea minimè idonea, quæ rerum Naturæ ac definitioni explicandæ adhibeatur. Huc accedit quòd Ariſtoteles alias quaſdam interim voces vſurpat & cum imitatione permiſcet, quæ rem obſcurare videntur magis quàm declarare. Ait enim Poëtam εἰκάζειν, ἀπεικάζειν, ζωγραφεῖν, eſſe εἰκονοποιὸν, & ſi quid huiuſmodi: cum tamen Poëtæ non tam hoc aſſimilationis genus & idolorum ſiue imaginum effectio, quàm μίμησις tribuenda, ac poëta μιμητὴς appellandus videatur. Quæ omnia vel ipſius Ariſtotelis teſtimonio cõfirmari poſſunt: etenim voces μιμεῖσθαι & μιμήματα rerum appellat, ita vt quicumque loquitur, imitari dicendus ſit. rurſus in ἐνεργείᾳ ſeu euidentia, hoc eſt in eo loquendi genere, quod res tanquam ante oculos ponit, ac propterea hypotipoſis etiam dicitur, collocare, imitationem agnoſcit. itaque dum ſiue canit Virgilius. *3. Rhe. pag. 399 p.20. in Maior.*

*Et rauco ſtrepuerunt cornua cantu,*

(vbi cornuum ſtrepitum non tam referre dicendo, quàm auribus obijcere viſus eſt) ſiue M. Tullius ſcribit, *Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum venit: ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat* (vbi Catilinam furentem ante oculos ponit) vterque eſſet imitator. Denique Orator & Hiſtoricus & quiſquis aliquid agit, aliquo modo imitatur, cũ vel alterum, vel imaginem aliquam, ſiue externa illa ſit ſiue mentis, exprimere nitatur. Et hac de cauſa Deus etiam, quoniam ſic res condit, vt mentis ſuæ ideas ſequatur & imitetur, imitatione vtitur: quo nomine Natura etiam Deum, Ars Naturam, imitari dicitur: ita vt belluæ quoque imitationis participes ſint, ac Natura duce, interdum mirificè imitentur. Ita ſanè imitatio, vt dicere cœperam, cum pateat quàm latiſſimè, tum multiplex eſt & ambigua, cum non vno eodémque modo, ſed longè vario rebus conueniat. Quid quod Ariſtoteles ſtatuit Homerum, dum ipſe loquitur imitari, & tamẽ vbi diſputat de Epopœia id alacriter pernegat? Vt propterea imitationis Ariſtotelеæ cognitio quippe perdifficilis & neceſſaria, magnopere ſit requirenda. Quod tamen dum facio peruelim quidem, vt tãtiſper mihi ad Dialecticorum ſpatia diuertere, aliquando etiam ſi opus ſit, philoſophari, imò verò, vt cum Tertulliano loquar, Theologari, liceat. *part. 15. par. 131*

*Imitationis vis & amplitudo repetitur altius, ſed in vniuerſum*

Obſeruandũ itaque eſt, imitationem reuera eſſe ex eorum nominum genere, quæ a Peripateticis analoga nuncupantur, quæque vni rei primò ac maximè conuenit, tum alijs analogia quadam ſeu proportione & ſimilitudine, vel ſi mauis, comparatione (ſic enim analogiam vertit Cicero) tribuuntur. ſic ſanitas primò ac maximè conuenit animali ſiue humano corpori: mox proportione quadam & ſimilitudine medicinæ, aëri quoque, ven- 58
tis, aquæ, cibo & potui, ſudori, vrinæ, labori, corporis exercitationibus, & id genus alijs tribuitur. humano corpori quia bonæ elementorum ſiue humorum, quos vocant Medici, aut primarum qualitatum temperationi aut conſtitutioni propriè ineſt ſanitas, præſertim ſi partium, tum homogenearum & conſimilis naturæ cuiuſmodi eſt caro, tum heterogenearum & diſſimilis naturæ quale eſt cor aut iecur, par acceſſerit conſtitutio: medicinæ quia tanquam cauſæ poteſtate continet ſanitatem. idem dixerim de aëre, ventis, aqua, cibo & potu vbi ritè adhibentur: ſudori item tanquam ſanitatis effectrici, vrinæ vt ſigno, labori moderatæque exercitationi tanquam cauſæ ſanitatis conſeruatrici. Idem poſſet exẽplo fontis illuſtrari. hic enim primò ac maximè ſignificat initium, vnde dimanat aquæ: mox & cordi & iecori ſimilitudine quadam aptari ſolet: quaſi hoc ſanguinis ſit fons, illud caloris, vt enim a fonte in riuulos diducitur aqua, ſic a iecore ſanguis in venas, a corde calor, ſiue æſtuans ſanguis ac feruẽs in arterias deriuatur. Eâdem igitur analogia & proportione permultis rebus conuenit imitatio: ſiquidem imitatio reuera aliud nihil ſignificat quàm repreſentationem alicuius rei: quæ repreſentatio & Deo & Dæmonibus & Naturæ & Arti conuenit. Atque in Arte rurſus varios gradus habet; ita vt quemadmodum ſexcenti ferè opifices imitantur, ita non æquè omnibus conueniat imitatio, ſed analogia & proportione quadam. Ac Deo quidem primò & maximè conuenit, quà Pater generat Verbum ſeu filium, ſiquidem filius ſic generatur, vt ab Apoſtolo dicatur χαρακτὴρ τῆς πατρὸς, expreſſa Patris imago, quæ ſanè repreſentatio ac proinde imitatio, quoniam imago exprimitur ex eâdem planè ſubſtãtia Patris, &, vt Apoſtolus loquitur, ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ſumma eſt ac perfectiſſima. Neque verò imitatio rurſus nõ conuenit Deo, quà res omnes procreauit, quibus hæc Vniuerſitas diſtinguitur & variatur, id enim efficit eas ad idearum, quas mente geſtat, ſimilitudinem exprimens, & repreſentans, quod eſt ideas imitando. & hoc eſt quod egregiè docuit Plato, dum in Timæo, Mundi Opificem Deum intro- *Ad Hebr. 1.*

trodu-

troduxit, qui ſingula rerum procreandarum genera ad ideas ſingulas, quas gerit mente, exprimeret & repreſentaret. Quæ doctrina mirificè etiam conuenit cum diuinis literis, a quibus intelligimus, quicquid à Deo procreatum eſt (procreata verò eſſe omnia, eædem diuinæ literæ docent) id in Deo fuiſſe vitam. quod eſt fuiſſe illius mentis ideas ac formas: cum enim in Deo alia vita ſit nulla quàm intelligens, ac ſummatim Deus intelligentem vitam ducat, quæ nouit procreanda, & verò procreare conſtituit, ea ſanè (vt de cæteris taceam) ab omni æternitate, intelligentia, quæ eſt illi vita, comprehendit. Et quamuis ex his alia clariora & illuſtriora videri ſoleant, alia minùs, atque Angelus proinde ſignaculum diuinæ ſimilitudinis, homo ad Dei imaginem & ſimilitudinem fictus, cætera Dei quaſi veſtigium dicantur; nihil tamen prohibet, quo minùs in his plus minùs atque analogia & proportione eluceat imitatio. Atque hinc eſt vt Plato in Sophiſta primò imitationis locum Deo tribuerit, ac ſumma perfectione tribuerit: tum verò Dæmonibus (quos tamen in bonam partem vſurpat) mox Naturæ, poſtremò humanæ Arti, in qua ſanè tot ſunt tamque varia imitationis genera, vt faciliùs enumeres ſtellas omnes, eaſque certis conſtitutas gradibus, quàm omnem humanæ artis imitationem. Duo tamen videntur comperta ſatis. Vnum eſt non æquè omnibus conuenire imitationem ſeu vim iſtam repreſentandi, ſed analogicè; ita vt alia facultas maiorem, alia minorem, habeat repreſentandi vim. Alterum eſt in tanta varietate & diſſimilitudine, Poëſim, Picturam, Statuariam, & Sculpturam, & ſi quæ eſt ars his affinis, aut imitationis principatum obtinere: aut certè nõ in ſecundis conſiſtere. At enim iam dicat aliquis, non tam quærimus in præſentia, cui maximè conuenit imitatio (quanquam id etiam opportunum fuerit didiciſſe) quàm quæ ſit

59 illius vis & ratio. Ergò nobiles iam authores aliquot, qui de illa ſcripſerint, conſulamus. Tres ex antiquis laudatiſſimos authores reperio, qui de poëtica imitatione verba fecerint, Plutarchum, Ariſtotelem, Platonem. Ac Plato quidem cum alibi, tum maximè in Sophiſta, & in III. ac X. de legibus. Ariſtoteles in hoc libro: non nihil etiam in III. Rhetoricorum. Plutarchus denique in aureo illo Commentario, quem de audiendi Poëtis inſcripſit. Et quidem Plutarchus de poëtica imitatione eleganter multa: docuit enim Poëſim eſſe artem imitatricem: picturæ eſſe ἀντίστροφον & quaſi ex altera parte reſpondere: declarauit cur res etiam viliſſimas & auditu viſúque permoleſtas non ſine voluptate audiamus aut ſpectemus, ſi egregiè expreſſæ fuerint, & commoda imitatione repreſententur. denique (ne conſecter omnia) admonuit, non hæc tam probanda eſſe, præſertim cum turpia etiam ſe offerant in veterum imitatione, quàm vera amplectenda & pulchra: artem verò ipſam inprimis laudandam, quæ, quod propoſitum fuerit, rectè (expreſſerit) & repreſentauerit. Verùm id quod quærimus & optamus non declarauit; ita vt quid ſit imitationis nomine intelligendum ex Plutarcho diſcere haud liceat; ídque eò minùs quòd imitationis exempla ex ea quoque Iliados parte haurit, in qua loquitur Homerus ipſe: quo loco in quo poſita ſit imitatio vix ac ne vix quidem percipitur, niſi fortaſſe turpiter concedamus Hiſtoricum etiam, dum narrat, imitari. De Ariſtotele verò nihil attinet dicere. nam præterquamquod imitationis definitionem, quam vnam nunc quærimus, affert nuſquam, profectò hac in re ſecum ipſe mirificè pugnare videtur, cum modò ſtatuat Homerum, ſiue ſe immutet, vt cum aliorum loquitur nomine; ſiue non ſe immutet, vt cum aliquid exponit ipſe atque ex propria perſona loquitur, imitari (id quod perſpicuis verbis ſtatuit, vbi de imitandi varietate diſſerit) modò eundem Homerum, cum non ſe immutat, ſed ex propria loquitur perſona, ab imitatione abeſſe affirmet ac nullo modo imitari. Ita vt niſi in poſterum lux aliqua nobis affulſerit, vnde tot tantáſque tenebras aliquo modo diſpellamus, Ariſtoteleæ imitationis ratio tenebricoſa & habenda & dicenda ſit. At de Platone aliter. quandoquidem in III. de Rep. viſus eſt Poëticæ imitationis vim atque naturam nõ indiligenter declarare. Itaque (vt in præſenti rem complectar paucis: aliàs enim vberiùs) ſtatuit Poëſim omnem διηγήσει narratione inquam, contineri; ita tamen vt narratio aliqua ſit ſimplex, in qua ſcilicet nec voce nec figura alterum repreſentat poëta: ſed ipſe ex propria perſona aliquid narrat hiſtoricorum more; atque huiuſmodi (ſi illum audias) eſt Dithyrambica: quam ſanè ait eſſe expertem imitationis; aliqua non ſit ſimplex, cum ſcilicet Poëta alterum loquentem facit ac vel voce vel figura refert ac repreſentat, figura quidem cum actores inducit loquentes quemadmodum in Comœdia & Tragœdia vſu venire ſolet: & hæc narratio (inquit) dicitur dramatica, éſtque imitatrix tota. voce, cum non quidem alios inducit actores ſed ipſe ſic loquitur vt alieno loquatur nomine. vt propterea in

eo ſit

*præcepto 5. p. 8.*

*par. 15. par. 131*

*vide contr. part. 15. non longè à fine.*

*Conſuluntur iam authores aliqui de Poëtica imitationis natura: nimirum*

*Plutarchus: ex quo tamen hic nodus diſſolui haud poteſt.*

*Ariſtoteles: ex quo etiam nihil minùs quàm nodum ſoluas.*

*Plato: ex quo res explicatur.*

eo ſit poſita imitatio vt quis alterum vel voce tantùm vel figura etiam exprimat referát-
que. Et hac de cauſa ſtatuebat Iliadem & Odyſſeam modò ſimplici narratione vti, vt cum
poëta ipſe ex propria perſona loquitur; modò imitari, vt cum idem poëta alios voce repre
ſentat: verè enim in his poëmatis Homerus partim loquitur, partim voce effingit alte-
rum. Atque hoc pacto quæcunque metrica narratio (metrica inquam, quia poëmati car-
men Plato reputat neceſſarium) erit ad poëſim reuocãda; nimirum aut ad eam quæ ſim-
plex narratio dicitur & imitationis eſt expers, cuiuſmodi, verbi gratia, eſt Heſiodi opus,
quod ἔργα καὶ ἡμέραι inſcribitur, ac Virgilij Georgicon: vel ad narrationem, quæ figura alte
rum repreſentat, nimirum ad dramaticam, quæ tota continetur imitatione: vel denique
ad eam quæ partim imitatur, partim ſimplici vtitur narratione, cuiuſmodi eſt Heroicum
poëma. Ex quibus omnibus animaduertere licet, ex Platone non omnem Poëſis formam
imitari, cum aliqua nec voce, nec figura repreſentet alterum; ſimúlque imitationem poë-
ticam (id quod maximè quærimus in præſentia) eſſe narrationem, qua quis aut figura aut
voce alterum repreſentat. Quam ſententiam viſus eſt ad extremum & agnoſcere & com-
plecti Ariſtoteles, cum ſcriberet reuera Homerum nõ quà ipſe loquitur, ſed quà alios lo- 6● Par.131
quentes facit, eſſe imitatorem. Tametſi quo pacto non ſecum ipſe pugnet, qui ab initio
imitationem ſimplici quoque conceſſerat narrationi, non ſatis video; niſi tamen quis di-
xerit in poſteriore loco priorem veluti corrigere, ex quo tamen fieret, vt Poëſim Plato- Part.15.
nis quoque more interdum ſine imitatione agnoſceret: ac propterea tum poëſis ſeu poë-
ticarum formarum genus, tum differentias (has enim ex imitatione ducit, ſiue in imita-
tione ponit omnes) mutare cogeretur; tum poëſis originem & cauſas aliunde quàm ex ſo-
*Dubitatur circa Platonis ſententiam.* la imitatione ducere. quibus poſitis, prima ac præcipua poëſis initia & fundamenta con-
uellat neceſſe eſt. Sed redeo ad Platonem. in quo pauca quædam ſunt, quæ nos adhuc hæ-
rentes habeant. Primum quia aliquando viſus eſt propoſitam repudiare ſentẽtiam: qua-
ſi verò non aliqua Poëſis pars, ſed planè omnis contineatur imitatione. Siquidem in libro
I. 1v. de Legibus ait Poëtæ artem eſſe imitationem; & in Sophiſta extremo idem quoquo-
modo ſignificat; ita vt Proclus in Poëticis Quæſtionibus ſtatuat omnem poëtam eſſe imi-
II. tatorem. Alterum eſt, quia dum voce & figura concludit & variat poëticam imitationẽ,
vt voce epicam, figura Dramaticam, deſignet, *perſona* potiùs quàm *figura* dicendum vide-
batur, vt appoſitè dramatica exprimeretur imitatio. Siquidem pictores etiam atque huiuſ-
modi artifices alij figura imitantur, a quibus tamen dramatici diſſociandi ſunt, dum poë-
tica deſcribitur imitatio. Denique dramaticus perſona imitari planè ſolet, quæ in ſcenam
III. prodit tum loquendo tum agendo. Atque hinc oritur tertium, quod nos hærentes ha-
beat; quia ſcilicet ad dramaticam imitationem perfectè exprimendam, dicendum fuerat,
*voce, perſona, actione*. Hoc pacto poëtica imitatio fuiſſet ſatis expreſſa, atque omnibus nu-
meris abſoluta. quandoquidem reuera Dramaticus non perſona ſolùm, ſed voce & actio-
IV. ne alterum repreſentat. Quin fortaſſe Epicii imitatio non voce ſolùm peragitur, ſed per-
ſona etiam. Dum enim Virgilius verbi cauſa Aeneam ſic dicentem facit,

*Infandum Regina iubes renouare dolorem,*
*Troianas vt opes & lamentabile regnum*
*Eruerint Danai: quæque ipſe miſerrima vidi,*
*Et quorum pars magna fui. quis talia fando*
*Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyſſi,*
*Temperet a lacrymis?*

dum inquam hæc & alia quamplurima refert, reuera audire mihi videor non tam Virgi
lium ipſum, qui ſola voce Aeneam Troiæ cladem commemorantem effingat, quàm Ae-
neam ipſum; ita vt Aeneas ipſe mihi ante oculos obuerſetur. Quamuis enim ab initio
dum canit Virgilius

*Inde thoro Pater Aeneas ſic ortus ab alto:*
*Infandum regina iubes renouare dolorem,*

ſentio Virgilium voce potiùs quàm perſona Aeneam referre & repreſentare: veruntamẽ
orationis decurſu ſic ab poëtæ perſona ad Aeneæ perſonam dilabitur mea mẽs; vt vna Ae-
neæ perſona mihi obuerſetur. & idcirco fortaſſe Ariſtoteles dũ deſcriberet Epicam imita-
tionem, non dixit voce imitari Epicum, quemadmodum ſignificauerat Plato. ſed ſeſe im-
mutare: quo nomine nouitatem quandã deſignauit: etſi dramaticæ imitationi longè im-
parem, quam agentium ipſorum inductione deſcripſit. Sed tamen nihil eſt quòd diutius
hærea-

hæreamus. Ac primùm ideo aliquando viſus eſt Plato formas poëſis imitatione conclude
re vniuerſas quòd pleræque omnes poëſis formæ, & verò nobiliſſimæ imitari ſoleant. vt *Reſpondetur.*
omittam ſæpè etiam contingere, vt lyrici quíque non neceſſariò imitantur, imitationem *Ad Primum.*
arripiant. non enim eo differunt a dramaticis verbi gratia aut Epicis, quòd nunquam imi-
61 tentur, aut non pro arbitratu imitari poſſint; ſed quia Epicus multò verò magis dramati-
cus imitatur neceſſariò. & quamuis Hiſtorico etiam hoc pacto imitationem attingere li-
ceat; profectò hoc differt a Lyrico, quòd hic cum laude imitari poteſt, ídque ſæpè ac pro-
lixè facere: Hiſtorico vix attingere illam licet, nec magna cũ laude. Id quod nos in primo
de Hiſtoria libro clariùs oſtendimus quàm vt neceſſe ſit hoc in loco rẽ proſequi longiùs.
Quòd ſi figura dixit Plato, iam ſine dubio perſonam intelligebat. nam præterquam quod *Ad ſecundum.*
Poëtam aut actorem aiebat figura imitari, quod niſi de perſona intelligi nequit, ſatis rem
explicauit continenter, dum Tragicorum actorum exemplo rem illuſtrauit. Atque hinc *Ad tertiũ.*
nihil eſt quòd dubitemus & vocem & actionem vnà cum figura ſeu perſona intellexiſſe: *Ad quartum.*
nam qui perſonam ad imitandum refert: hic & loquentem & agentẽ adhibet imitationi.
Neque verò cõcedendum eſt, Epicum Poëtam non modò voce, verùm etiam perſona imi
tari: hos enim fallere quidem poteſt, ac vocis ſeu orationis imitatione efficere, vt perſona
quoque nobis obuerſetur animo, at re ipſa id dramaticæ imitationi reſeruatur. & ideo eo
planè nomine immutari dicitur Epicus, vt intelligamus cum imitatur, nõ ſuo ſed alterius
nomine loqui, & a ſimplici expoſitione ad imitationem conuerti. Sed de Platone ſatis. præ
ſertim verò quia de poëticis illius decretis alibi ſit differẽdum. nam & de fabula & de car-
mine nõ pauca diſſeminauit, quæ colligere decreuerim & ordinare. Nũc ad Ariſtotelẽ re
deo, cuius taciturnitatis cauſa coactus fueram Poëticæ imitationis definitionem a Platone
mutuari. Quanquã dum quærimus, qualis qualis ſit tandem ex Ariſtotele notio ſubiecta *Reditur ad Ariſtotelem, & eius de imitatione ſententia exponitur.*
imitationi, qua Epopœiam, Tragœdiam, Comœdiam, Dithyrambicam concludebat, ni-
hil habeo quod ſtatuam, cum ſecum ipſe tantopere pugnare videatur. quare dum negat
Par. 232. Homerum qua loquitur ex propria perſona, imitari, nemo non videt Epopœiam non to-
tam imitatione contineri: carmen verò in quo poëta perpetuò narret. nec ſe aut voce aut
Par. 15. figura immutet vnquam, imitationis planè expertem eſſe; ita vt in Platonis ſententiam in-
cidat. Contra verò dum ait imitationẽ poëticam tripartitò variari, ita vt modò poëta par-
tim narret, partim ſeſe immutet, quemadmodum Homerus facit & Epicus in vniuerſũ;
modò perpetuò narret, nec ſe vnquam immutet (id quod Heſiodus facit, & apud nos Vir-
gilius in Georgica, Moreto, Aethna & alijs huiuſmodi quibuſdam Poëmatis) modò agen-
tes & molientes inducens, perpetuò imitetur, quemadmodum in Tragœdia & toto dra-
matico poëmate contingit, quis non videat, ſecundum illud imitationis membrum ab
imitatione abeſſe totum? certè quod Plato expoſuit & declarauit poëticam narrationem
in imitantem & ſimplicem ſeu imitationis expertem diſtribuens, ita vt tum dramaticum
poëma tum Epopœiam, & ſi quid eſt huiuſmodi ſub imitatione concluſerit, hymnum &
Dithyrambicum poëma ad ſimplicem narrationem, quia ſcilicet non neceſſariò imitan-
tur, reuocarit; Ariſtoteles in vnum imitationis faſcem altero coniecit loco. Sic ſanè ipſe-
met Ariſtoteles excitandus eſſet ab inferis, qui hunc ſolueret nodum, ſeque ab aperta hu-
iuſmodi repugnantia liberaret. Nam Poëta dum narrat, vt cum canit verbi gratia,

*Sic fatur lacrymans, claſsíque immittit habenas:*
*Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.*
*Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci*
*Anchora fundabat naues: & littora curuæ*
*Prætexunt puppes. iuuenum manus émicat ardens*
*Littus in Heſperium: quærit pars ſemina flammæ*
*Abſtruſa in venis ſilicis: pars denſa ferarum.*
*Tecta rapit: ſyluas inuéntaque flumina monſtrat.*
*At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo*
*Præſidet, horrendáque procul ſecreta ſybillæ,*
*Antrum immane petit: magnam cui mentem animúmque* *Aliquid affertur, vnde non nihil eleuetur repugnantiæ crimen.*
*Delius inſpirat vates; aperitque futura.*
*Iam ſubeunt Triuiæ lucos atque aurea tecta.*

62 reuera nihil ab Hiſtorico differt, niſi fortaſſe metro: ita vt vel hiſtoricus æquè ſit imi-
tator, ſi interim imitatur Poëta, vel certè neuter imitetur. Niſi tamen, vt rem quoquo mo
do componamus, illuc confugere placeat, vt dicamus, adhuc poëtam, dum ex propria

narrat perſona, nonnihil ab hiſtorico differre, & quandam imitationis formam ſectari, a qua longè abſit Hiſtoricus. Etenim non eſt cur inficiemur, meliorum (meliores appello in præſens qui in ſuo genere excellunt, vt verbi cauſa in eloquentia M. Tullium, in Lyrico poëmate Flaccum, Salluſtium in hiſtoria) imitationem in quibuſdam eſſe Poëtæ cum Hiſtorico & Oratore communem: nimirum in dicendi aut ſcribendi modo & ratione. nam ſiue poëma pertexat quiſpiam, ſiue hiſtoriam condat, ſiue orationem componat, meliores (ſi excellere cupiat) in ſuo quoſque genere ac laudatiſſimos imitari debet. ſed tamen illud etiam veriſſimè dici poteſt, poëtæ dum ita narrat vt meliores imitetur, nobiliorem adhuc imitationis campum ſupereſſe, in quem excurrat: cum tamen cum eo hac in re conferri non poſſit hiſtoricus: nimitum materiam. Hiſtoricus enim licet in ſcribendi hiſtoriámque texendi forma ac norma meliores imitetur, res tamen geſtas ſcribit, quas, quoniam veritatem ſectari cogitur, veluti decerpit & colligit, non æmulatur & imitatut. at Poëta, quippe qui non rerum veritatem perinde atque Hiſtoricus ſequitur, ex aliorum Poëtarum, quin Hiſtoricorum authorúmque multorum monumentis leuiter detortas & immutatas actiones exprimit. Quapropter potuit quidem Tacitus verbi gratia, Thucydidis ſtylum & artificium imitari: ita vt hoc planè quòd Thucydideus fuit; in multis abſtruſior atque adeò mendoſiot (ſed perperam) viſus ſit aliquibus; at Thucydidis vſurpare hiſtoriam, vel eâdem aliquo modo immutata pro ſua vti, nullo modo. At Virgilius Homeri Odyſſeam tum ſtylo & artificio, tum verò materia, Aeneæ ſcilicet Vlyſſis errores penè affingens, potuit imitari. Atque hæc imitatio in ſimplici quoque narratione elucet; a prirore quam ex Platone in medium attulimus, quaéque voce & perſona exprimitur, diuerſa illa quidem, ſed imitatio tamen. Cum igitur hæc imitatio reperiatur paſſim in eo poëmatis genere, quod diximus ſimplici narratione contineri; ac propterea Poëta dum narrat, adhuc imitari quoquo modo ſoleat, & ita imitari vt meliores non modò in dicendi ratione, ſiue verbis, ordine, & artificio vniuerſo (id quod Hiſtoricus etiam ſuo more ac modo facit) verùm etiam in rebus ipſis, quibus fabulam conflat & narrationem, a qua imitatione abeſt hiſtoricus, meliores imitetur, licebit nobis aliquod imitationis genus in eo quoque poëmate agnoſcere, quod ſimplici vtitur narratione. Tametſi hoc imitationis genus non eiuſdem erit formæ cum altero, quod voce ac perſona continetur. ſic ſanè vtcunque tueri licebit Ariſtotelem, dum modò affirmat, modò negat Homerum, dum ex propria perſona loquitur, imitari. imitatur enim imitatione latiùs ſumpta, (nam quemadmodum ab Homero Virgilius, ita a Piſandro atque alijs Homerus materiam eſt mutuatus) propria verè non imitatur. Nam ſi imitationem propriè ſemper in poëmatis ſpeciebus ac formis declarandis vſurpandam obijcias, iam quoniam imitationis nomen atque notionem analogam eſſe docuimus, ferendum erit, vt analogia quoque, præſertim in poëtarum puluere, arripi poſſit & vſurpari. alioquin vbi hoc in loco preſsè imitationem capias, & omnino propriè, quemadmodum reuera accipitur a Platone in libris de Repub. & ab Ariſtotele in capite de Epopœia, vbi imitatione eximit poëtam, qui non alterius ſuſtineat perſonam, ſed loquatur ex propria; quo pacto Ariſtotelis culpam aut eleuem aut minuam, non video. Atque hac de cauſa iam antea docere placuit imitationis nomen ſeu notionem longè variam atque adeò analogam eſſe: vt ſcilicet quoquo modo Ariſtotelem, quem niſi analogicè ac variè imitationem hîc ſumas, pugnantia protuliſſe fatearis oportet, tuerer & 63
explicarem.

---

# PARTICVLA TERTIA.

Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων τρισίν. ἢ γὰρ τῷ γένει ἑτέροις μιμεῖσθαι, ἢ τῷ ἕτερα, ἢ τῷ ἑτέρως, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον.

*Paccius.* TRibus autem differunt inter ſe: aut qnod genere diuerſis imitantur, aut quod res diuerſas, aut quod modo diuerſo imitantur, minimeque ſecundum eandem rationem.

*Differunt*

*Differunt autem inter ſe tribus, aut enim quòd genere diuerſis imitantur, aut quòd diuerſa, aut quòd diuerſo & non eodem modo.* *Riccobonus.*

COM. IV. CONIVNXIT Ariſtoteles in imitatione Epopœiam, Tragœdiam, Comœdiam & Dithyrambicam cum Auletica & Cithariſtica: quod ſanè (quantum hactenus coniectura aſſequi licuit) eſt poëſim cum reliquis Muſicæ facultatibus, (ne ſcilicer imitatio latiùs vſurparetur, & in immenſo veluti campo obſeruaretur) coniunxiſſe. Ita Muſicæ ſpecies complexus, genus quoque poëſis inuenit atque conſtituit. Nunc inuento genere, quod eſt imitatio, iam in hac Particula III. & in ſequentibus ad XVII. vſque, totus in eo eſt, vt propoſitas poëſis formas & facultates diſtinguat. Neque enim fieri poterat, vt nos doceret ſatis de poëſeos partiúmve natura, niſi differentias quoque, vnde illæ conſtituuntur, & in certa ſpecie collocantur, adinueniret. Tria verò profert differentiarum capita, ſiue ex tribus capitibus deſumit differentias, quibus eas diſtinguat; videlicet quia propoſitæ formæ imitentur *ἢ ἑτέροις, ἢ ἕτερα, ἢ ἑτέρως*, hoc eſt *vel rebus diuerſis, vel res diuerſas, vel modo diuerſo*. Vbi videri poſſit acutè perſuaſiſſe animo rationes ac formas varias, quæ in iſtis facultatibus ſitæ ſunt ad imitandum, & verò iiſdem diſtinguendis accommodatæ videantur. Dum enim verbi gratia Epopœia & Tragœdia (lubet enim exemplo quod dicebam illuſtrare) in materia conueniunt, quòd meliores, ſeu præſtantiores imitentur, animaduertit Ariſtoteles materia non facilè inter ſe diſtingui, quemadmodum diſtinguuntur a Comœdia, quæ peiores ſeu viliores imitatur. igitur ad inſtrumenta ſe conuertit, in quibus obſeruauit ille quidem varietatem, Cum Epopœia metro, Tragœdia rhythmo etiam & harmonia, vtatur: etſi enim haud vbique vtitur, & poëmate toto, vtitur tamen ac neceſſariò. Sed tamen quia id non eſt Tragœdiæ perpetuum, ita vt interdum in inſtrumento conueniat cum Epopœia, ad modum imitandi confugit tandem: quo ſanè quoniam Tragœdia agentes inducit, Epopœia non item, has duas facultates perfectè diſtinxit ac diſſociauit, ita vt oculatiſſimus videri poſſit Ariſtoteles. Et tamen ſunt quæ totam hanc diſtinguendi rationem proſternere videntur aut labefactare. de qua tamen re, quoniam reuera ſuas habet ſalebras, tum demum diſputabo, cum tripartitam hanc varietatem explanauero. ſic enim commodiùs huiuſmodi Controuerſiam tranſigere licebit. Nunc ſat ſit Poëſis formas diſtingui (vt dicebam) quia ferè imitantur vel rebus diuerſis, vel res diuerſas, vel modo diuerſo: rebus quidem ſiue inſtrumentis diuerſis, hoc eſt rhythmo, harmonia, ſermone: res diuerſas, videlicet actiones meliorum, peiorum, aut etiam (ſi placet) ſimilium: modo diuerſo, hoc eſt quia Poëta vel exponendo tantùm, vel agentes introducendo, vel partim exponen-
64 do, partim ſe immutando, imitetur. Iam verò vt illuſtrius efficiat Ariſtoteles quod dixerat, ad ſimile confugit quod primo generi tripartitæ iſtius varietatis declarando appoſitum videri poteſt ſic pergens.

# PARTICVLA QVARTA.

Ὥσπερ γὰρ καὶ χρώμασι, καὶ σχήμασι πολλὰ μιμοῦνταί τινες ἀπεικάζοντες, οἳ μὲν διὰ τέχνης, οἳ δὲ διὰ συνηθείας, ἕτεροι δὲ † διὰ τῆς φωνῆς, οὕτω κἀν ταῖς εἰρημέναις τέχναις, ἅπασαι μὲν ποιοῦνται τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ, καὶ λόγῳ, καὶ ἁρμονίᾳ, τούτοις δὲ ἢ χωρὶς, ἢ μεμιγμένοις, οἷον, ἁρμονίᾳ μὲν καὶ ῥυθμῷ χρώμεναι μόνον ἥτε αὐλητικὴ, καὶ ἡ κιθαριστικὴ, κἂν ἤτινες ἕτεραι τυγχάνωσιν οὖσαι τοιαῦται τὴν δύναμιν, οἷον ἡ τῶν συρίγγων.

† lego τοῖς ἀμφοτέροις.

VT enim coloribus atque figuris pleraque quidem æmulantes imitantur, hi quidem arte, conſuetudine illi, non nulli etiam voce: ita quoque & in dictis artibus accidit, etenim omnes imitationem exercent, numero dico, ſermone, harmonia; hiſque vel ſeparatim, vel promiſcuè: verbi gratia; harmonia ſimul & numero tantùm vtuntur illæ, quæ ad tibias, quæve ad citharas pertinent; tum ſi quæ aliæ ſint, quæ facultatem huiuſmodi ſortiantur, vt eſt illa fiſtularum. *Paccius.*

*VT enim & coloribus & figuris multa imitantur aliqui, effigiem exprimentes, partim quidem p r artem, partim verò per conſuetudinem; alij autem vtriſque: ſic in dictis artibus omnes faciunt imitationem in numero, & oratione & harmonia, atque his ſeparatim aut miſtis. Vt harmonia quidem & numero vtuntur ſolùm & Auletica & Citharistica, & ſi qua alia ſunt tales poteſtate, vt fiſtularum.* *Riccobonus.*

*COMM. IV. Huius loci ſumma.*

DVCITVR ſimile ab ijs, qui ſiue hominis, ſiue aliarum rerum effigiem exprimunt & repreſentant. vt enim ij καὶ χρώμασι, καὶ σχήμασι *& coloribus*, inquam, *& figuris* imitantur, aut vtriſque; ita propoſitæ facultates imitantur numero, oratione & harmonia, atque his vel ſeparatis vel miſtis. Ita ſanè Auletica verbi gratia & Citharistica numero ſimul, & harmonia imitatur, atque idem de imitatione dicendum quæ ſyringis ſeu fiſtulis, & ſi quod eſt aliud huiuſce generis ac facultatis inſtrumentum, peragitur. Iam verò hoc in loco quid per σχήματα ſeu figuras intelligat, non facile eſt cognitu; ſi enim figuras intelligi velis, quæ à ſtatuarijs verbi gratia & huiuſmodi opificibus è marmore aut ligno exprimantur cœlo, vel ex ære, luto aut conſimili materia conflantur, iam certum eſt pictorem non modò coloribus, ſed figura etiam res imitari atque referre: non igitur figura coloribus fuit opponenda, cum colores etiam figuram exprimant. quod ſi per σχήματα eorum motus & geſticulationem intelligas, qui alios corporis motu & geſtu imitantur, iam prætereaquam quod & ſimile iſtud hac in parte ineptum foret quemadmodum docebo in ſequenti particula; & figuras coloribus ac propterea figuris quoquo modo opponeret Ariſtoteles; videndum eſſet, quî tandem ἀμφοτέροις hoc eſt, vtriſque liceat imitari. quis enim vnquam imitatorem vidit coloribus ſimul & geſticulatione imitantem? Nam ſi pro ἀμφοτέροις, pro vtriſque inquam, cum quibuſdam legas τῆς φωνῆς, hoc eſt voce, quaſi verò φώνασκον, eum inquam qui animalium voces imitaretur, per vocem deſignarit, iam nec ad ſimile notius confugiſſet, nec niſi alieno loco φώνασκον intruſiſſet, cum pictoris & huiuſmodi imitatorum exemplo, qui multi quidem ſunt & noti, rem illuſtrare ac declarare poſſet ſatis. Ita ſanè res anceps eſt ac dubitationem habet vtrinque. Sed reſpondeo tamen, 65

*Dubitatur.*

*Reſpondetur.*

coloribus ſine dubio pictores deſignauit, σχήμασι ſtatuarios & alios huiuſmodi artifices: qui non planè figura ſeu ſuperficie, ſed trina dimenſione rem exprimunt. qui enim trina dimenſione figuras exprimunt, ſunt longè varij ac longè varijs rebus imitantur. cera enim alij, alij gypſo vel luto, alij ligno vel marmore, alij auro aut alijs metallis vel corporum generibus fingunt imagines. quapropter, ne longum faceret, per figuras in qua conueniunt, eos indicauit (ita tamen vt materias ſubiectas vno complecteretur nomine) ac deſignauit omnes: pictorem vnis coloribus, quoniam ij eminent in pictura, veluti proprijs illius notis deſcripſit. Vt propterea, niſi de nomine diſputemus, rectè Ariſtoteles: nam per figuras quas coloribus oppoſuit, & trinæ dimenſionis figuris deſignandis vſurpauit, deſcripſit interim materias varijs illis artificibus ſubiectas. Et ideo rectiùs mea quidem ſententia legimus ἀμφοτέροις ſiue *vtriſque*. nam (vt omittam hoc pacto nihil eſſe cur mirentur aliqui cur non τῇ φωνῇ potiùs quàm τῆς φωνῆς ſcripſerit) quemadmodum χρώμασι καὶ σχήμασι alios imitari dixerat, non διὰ τὰ χρώματα καὶ σχήματα) idcirco ſubiecit de facultatibus, quas ſimili hoc declarat, *atque his ſeparatim aut miſtis*: vt ſimilitudo ſcilicet planè reſpondeat: nam illud *miſtis* reſpondet *vtriſque*: quaſi diceret, ſicut illi & ſeparatim & coniunctim, ita ij & ſeparatim & coniunctim, ſua vſurpant inſtrumenta. Nam eſſe aliquos, qui coloribus & figuris imi-

tentur,

tentur, acproinde *vtriſque* inde conſtat, quia videmus aliquos priùs imaginem coloribus in ligni aut lapidis ſuperficie deſignare, tum cœlo altiùs exprimere & figura perfectè repreſentare. Imò verò permultos cernimus è luto aliáue materia ſtatuas fingere, quas coloribus ſtatim illuſtrant ac variant. Denique pictorem ac cæteros illos artifices vel arte (quod interponit Ariſtoteles) vel conſuetudine id efficere, & per ſe compertũ eſt, cum alij multi præceptis inhæreant, alij vſu potiùs ea tractent quàm præceptis & doctore vtantur, & nihil referre ſiue arte, ſiue vſu imitentur, ac proinde ſimile hoc valere in omnibus, compertum eſt. Ex hoc verò loco perſpicuè intelligitur Auleticam & Citharisticam ſuprà in particula 11. non fuiſſe introductam poëticæ formæ nomine: nam eo veluti habitu erat deinde diſtinguenda Auletica & Citharistica, quo fuerat in imitatione cum poëſi coniuncta. Cum igitur diſtinguatur quà planè caret carmine & metro & oratione, quis non videat ſuprà eodem modo fuiſſe acceptam? alioquin nutaret oratio, & nos amphibologia decepiſſet Ariſtoteles, cum alio nomine illius facultates diſtingueret, quàm cum poëſi coniunxiſſet. Vnum tamen quæri poſſet, nimirum quo pacto intelligendum ſit, dictas artes imitari numero, oratione, & harmonia, vel ſeparatis vel miſtis. nam licèt docebit Ariſtoteles Auleticam & Cithariſticam numero, & harmonia imitari; ſaltatoriam numero tantùm; Epopœiam ſermone ſiue vincto, ſiue ſoluto; dithyrambicam rhythmo, concentu, metro; Comœdiam & Tragœdiam iſtis modò omnibus, modò vno, aut altero, quæri tamen poteſt rurſus num quæ non vno inſtrumento vteretur facultas, vnius eiuſdémque imitatoris opera imitaretur, quia idem verbi gratia in Auletica, ſaltationem & harmoniam ſimul exerceret, an verò duo in hac imitatione actores coirent; quorum vnus ſaltationem, alter harmoniam tractaret, ſed de hac re alibi opportuniùs. Nunc tantùm dicã ſimile quo vtitur Ariſtoteles, indicare vnum eũdémque, & ſaltationem & harmoniam exercuiſſe, ſi tamen legamus *vtriſque*. quanquam fortaſſe nil prohibeat ſimile iſtud eò tantùm pertinere vt intelligatur duo illa ſtudia in vna eâdémque imitatrice facultate fuiſſe coniuncta, ita vt & rhythmo & harmonia contineretur; an verò hæc duo vnius vel duorum actorum exprimeret opera, non declararet: ſed (vt dicebam) de hac re alibi.

66.Q Vide cõtr. 19.

# PARTICVLA QVINTA.

*Αὐτῷ δὲ ῥυθμῷ μιμοῦνται χωρὶς ἁρμονίας οἱ τῶν ὀρχηστῶν. καὶ γὰρ οὗτοι διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις.*

Paccius. NVmero verò ipſo ſeorſum ab harmonia imitari, ſaltantium eſt; quandoquidem hi geſticulationis numeroſa varietate, mores, perturbationes, actionéſque imitantur.

Riccobonus. *IPSO autem numero imitantur ſine harmonia, qui ſunt inter ſaltatores: etenim iſti per figuratos numeros imitantur & mores & perturbationes & actiones.*

QVID doceat compertum eſt: cur, longè obſcurum: neque enim orcheſticæ ſeu ſaltatoriæ mentionem iniecerat, aut cum Poëticæ formis coniunxerat, quemadmodum Auleticam & Cithariſticam. quid eſt igitur quod eam in præſens ab illis diſtinguat: ac doceat ſaltantium eſſe numero imitari ſeorſim ab harmonia? Neque enim affirmare licet ea ſaltem de cauſa hic diſtingui, quòd cum veteres interdum cum ſaltatione ſermonem copularent, inde quædam exiſteret poëſis forma, nõ ſecus ac de Auletica & Cithariſtica opinentur multi. Nam cum neque ſaltatoriam numerauerit ab initio, nec in præſens niſi ſolo rhythmo imitantes ſaltatores quoſdam proferat, temerè ad ſermonem qui cum ſaltatione copuletur, confugias: præſertim verò quia inter multas ac varias quas veteres enumerant ſaltationis ſpecies, vix vna interdum eſſet (*ἄνθεμα* eſt illi nomen) COM. V.

cui iungeretur ſermo, & idcirco cur Vtinenſis ſaltatoriam quoque numeret inter poëſis formas non ſatis video: niſi tamen quoniam & ſaltationes Poëticas vocat, & a Poëtis inſtitutas dicit, poeſim quoque ſine metro aut ſermone agnoſcit in Ariſtotele, quod nobis probari nullo modo poteſt. Fortaſſe igitur de ſaltatoria nos admonet imitatione Ariſtoteles, vt faciliùs intelligamus, quæ ſit vis Auleticæ & Citharisticæ, quas dixerat numero imitari & harmonia; ſic enim planiùs conſtare poteſt quid ſit rhythmo & harmonia imitari, vbi conſtiterit (id quod ſaltatoriæ exemplo illuſtrat) quid ſit ſolo imitari numero. alioquin ad rem hoc nihil faceret. Quo pacto autem & quàm excellenter ſaltatores imitarentur, ac mores etiam, affectiones, actiones exprimerent, déque tota huiuſce artis ratione ac varietate ex authoribus variis licet perdiſcere, quos interpretes, maximè verò Robortellus & Madius, in medium afferunt. Nam de ipſis affectibus, moribus, actionibus, quoniam obiter horum meminit Ariſtoteles, nihil eſt quòd verba faciam in præſentia. tametſi dum interpretes aliqui Moralis Philoſophi perſonam ſuſcipientes, fuſè multa de illorum natura & vi interpoſuerint, licebit curioſis adire illos non inutiliter. porrò ipſe interim ad ſaltatoriam redibo atque vnum obſeruabo; nimirum dum paulò ante ad ſimile confugiens diceret, *Vt enim coloribus & figuris multa imitantur aliqui* per figuras, Interpre- 67
tum aliquorum pace, nullo modo intellexiſſe eas imagines ac formas, quæ a quibuſdam corporis motu & geſticulatione exprimerentur, & agentibus imitandis adhiberentur; quandoquidem, quod attinet ad ſaltatores, non ſimili vſus eſſet, ſed eâdem planè re cui explicandæ ſimile arripuerat: hoc eſt ad geſticulatores confugiſſet vt deinde geſticulatorum declararet imitationem: quod longè ineptiſſimum fuiſſet. itaque non eſt quòd dubitemus per eos qui figuris imitentur, ſtatuarios atque alios huiuſmodi opifices deſignaſſe; ita vt ſimili eóque illuſtri & perſpicuo declarauerit qualis eſſet Auleticæ & Citharisticæ Vide cont. 29.
& Saltatoriæ imitatio. Quòd ſi quis interim quærat quid planè intelligat Ariſtoteles rhythmi nomine, ac rurſus quoniam in debito corporis motu ſeu motus partibus videtur poſitus; quo pacto rhythmo tantùm imitetur Saltatoria, cum figura qua imitatur, citra motum illum exiſtere poſſe videatur, de his opportuniùs non multò poſt.

---

# PARTICVLA SEXTA.

Ἡ δ' ἐποποιία μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς, ἢ τοῖς μέτροις, καὶ τούτοις, εἴτε μιγνῦσα μετ' ἀλλήλων, εἴθ' ἑνί τινι γένει χρωμένη τῶν μέτρων τυγχάνουσα μέχρι τοῦ νῦν.

Paccius. NVdis autem ſermonibus ſiue metris ſolummodo Epopœia vtitur, metrorum quidem hactenus, ſiue mixtis aliquibus inter ſe, ſiue generis eiuſdem alicuius.

Riccobonus. *EPopœia verò ſolùm ſermonibus nudis vel metris, & his ſiue mixtis inter ſe, ſiue vno aliquo genere vtens metrorum; qualis fuit vſque adhuc.*

CONTROVERSIA XV. N.V M *Epopœia præſertim ex Ariſtotelis ſententia ſoluta oratione conſcribi poſſit. Epopœiam non eſſe ſoluendam carmine*

QVEMADMODVM Auleticæ & Citharisticæ, vberioris quoque doctrinæ gratia ſaltatoriæ, notauit diſcrimina, ac docuit quibus quæque imitetur, ita id ipſum obſeruat in Epopœia; quam ait imitari *τοῖς λόγοις ψιλοῖς ἢ τοῖς μέτροις, nudis ſermonibus vel metris:* atque his metris ſiue variis & inter ſe mixtis, ſiue vnius eiuſdémque generis. Quibus verbis perſpicuè ſtatuere videtur, Epopœiam poſſe conflari ſoluta quoque oratione; atque hac de cauſa viſus eſt in particula I V. inter inſtrumenta poëticæ imitationis *λόγον* ſeu ſermonem referre: quòd ſcilicet deinde docere decreuiſſet, Epopœiam pro arbitratu tum ſoluta oratione, tum carmine vti poſſe. alioquin nihil erat, quòd diceret ſermone, ſed carmine aut metro, vt magis propriè ac ſignificanter loqueretur. & tamen res inaudita videri poteſt, ne dicam abſurda, vt Heroicum poëma pedeſtri oratione ac ſoluta conflari poſſit. Itaque ſine cunctatione vlla totam hanc rem diſputare lubet. quare talis proponitur Controuerſia. N V M Epopœia poſſit, præſertim ex Ariſtotelis ſententia, ſoluta oratione conſcribi: an verò carmine ſolum nullo modo poſſit. COM. VI.

Principiò

Principiò igitur (vt pro iis diſputem priùs qui carmen exiſtimant neceſſarium) ſic diſ- *Probatur I.*
ſero. Id quod a genere vniuerſo diuelli nequit ac ſeparari, neque a forma ſeu ſpecie ſepara-
bitur: (quis enim ab homine aut leone ſenſum ſeparare valeat, qui ſenſus ab animali ac ge-
nere vniuerſo ſeiungi nullo modo poteſt?) ſed carmen a poëſi nequit ſeparari: neque igi-
tur ab Epopœia ſeparabitur, quæ poëſis eſt ſpecies ac forma. Aſſumptio (propoſitio enim
& per ſe eſt perſpicua & iam confirmata ſatis) multis argumentis poteſt comprobari. Ac
68 primùm authoritate Platonis, qui multis in locis carmen fecit poëtæ proprium, & ideo in
Phœdro (ne ieiunè nimis rem attingam) ſolutam orationem idiotæ, carmen poëtæ, attri-
buit: & in III. de Rep. *dicam* (inquit) *ſine carmine, cum non ſim Poeticus.* Quæ verba, niſi conce
damus carmen eſſe Poetæ proprium, inepta videri poſſunt. Phalereus etiam, Hermoge-
nes, Euſthatius, id paſſim teſtantur, dum oratori poëtam, ſolutæ orationi carmen, oppo-
nunt, atque hoc oratori, illam poëtæ tribuunt. Sed mitto Græcos, & venio ad Latinos, pro
quibus mihi inſtar omnium ſit M. Tullius, qui poëtam ab oratore ſeiungit, quòd numero
ſit adſtrictior, quòd metro, quòd carmine vti ſoleat. Et huc fortaſſe ſpectat quod ſcribit,
Poëtas videri ſibi aliena lingua locutos. id enim non tam vocibus (quanquam vocibus
etiam) quàm numeris & metris acceptum, eſt referendum, quibus oratio ab hiſtorica &
oratoria mirificè variatur, & difficilior etiam ad intelligendum efficitur. ſed miſſa autho-
ritate, Aſſumptionem propoſitam confirmemus ratione. Quis enim eſt obſecro, poëſi II.
propoſitus finis? vt delectet ſine dubio, vel vt delectando iuuet mortales. at quis neſciat
metrum & carmen admirabilem afferre delectationem auribus & voluptatem? certè hęc
ſolutæ orationis voluptatem ſuperat multis partibus, quin ſoluta oratio ſatietatem affert
facilè: carmen difficilè. niſi tamen in aliquem inciderit, cuius aures ſint a Muſis alieniſſi-
mæ. qui igitur carmine fraudauerit poëma, is finem quoque peruertet ac metri vſum. III.
Denique ſi quis anteactas ætates recolat & antiquitatis monumenta, facilè intelliget poë-
tas ſemper carmen rebus pangendis adhibuiſſe, ſolutam orationem hiſtoricis & oratori-
*Par.* 18. bus reliquiſſe. Atque huc pertinet quòd Ariſtoteles tum ab imitatione, tum a delectatio- IV.
*&* 20. ne quæ ex metro hauritur, ortam affirmauit poëſim. quis enim ſentiat Epopœiam ab Ari-
ſtotele inter poëſis partes ſeu formas numerari, quin eidem metrum neceſſarium eſſe fa- V.
teatur? Quid? nónne Ariſtoteles rurſus Epopœiam ſic confert cum Tragœdia, vt vtram-
*Par.* 124 què dicat præſtantes actiones carmine imitari? Atque huc pertinet quòd in capite de Epo- VI.
pœia hanc definit narratione in metro poſitam? Huc quòd eandem a Tragœdia metri VII.
*Par.* 128. varietate (quòd ſcilicet hæc Iambo; Epopœia heroico vtatur) diſtinguit. Ad hæc, an non VIII.
*Par.* 130. vitioſum eſſe ſcribit alio metri genere quàm heroico Epopœiam conſtare? Nónne heroi- IX.
cum Epopœiæ conuenire ſtatuit, quia grande ſit, firmum & ſtabile, ac proinde heroicis
factis aptiſſimum? Nónne id experientia compertum atque adeò ab ipſa Natura oſtenſum X.
affirmauit. Denique cum iambum aut trimetrum heroico poëmati minùs idoneum repu XI.
tauerit, quantò magis ſolutam orationem improbauerit oportet, quæ magis ac magis ab-
eſt ab hexametri granditate? Hæc pro carmine tum vniuerſim, tum ſigillatim in Ariſtotelis
ſchola. Nam Epopœiam ea de cauſa cum heroico carmine confundi paſſim, & promiſcuè XII.
vſurpari, omnibus compertum eſt.
*Par.* 4. Sed agedum obſecro, veluti velum conuertentes pro ſoluta oratione diſſeramus. Ac *Epopœiam ſoluta quoque oratione conſtari poſſe.*
primùm dum Ariſtoteles diceret in dictis artibus (in Epopœia ſcilicet ac reliquis enume-
ratis facultatibus) imitationem fieri numero, harmonia & τῷ λόγῳ, hoc eſt ſermone, quid
obſecro per ſermonem intelligebat quàm (quod germana ſermonis notio ſignificat) ora-
tionem ſiue ſolutam, ſiue numeris adſtrictam? certè vt ſermo in ſolutum diſtinguitur &
vinctum, ita & ſolutam & numeris adſtrictam orationem intelligere debemus. alioquin
par erat vt Ariſtoteles diceret eas artes imitari numero, harmonia & metro, ſi ſermonem
*Par.* 10. non quemcunque, ſed vinctum intelligebat. Certè infra cum de Dithyrambica loquere-
tur, quæ vincta oratione vtitur, monuit hanc metro imitari. Et hac de cauſa paulò poſt ſu-
*Part.* 6. bijciebat, Epopœiam imitari nudis ſermonibus vel metris. Quibus verbis tum apertè con
firmauit, Epopœiam poſſe etiam ſoluta oratione ſcribi, tum indicauit non temerè a ſe
paulò ante λόγον fuiſſe vſurpatum, non verò μέτρον Et huc etiam pertinet quòd continen-
ter addit alioquin fore, vt nihil commune nominare liceret, quo Sophronis & Xenarchi
69 mimi & Socratis ſermones comprehenderentur: quod eſt concedendum, Epopœiam
poſſe tum carmine tum proſa conflari: vt vno eodémque Epopœiæ nomine omnem il-
lam imitationum varietatem complecti liceat. Atque huc etiam pertinet quod ſcribit,
imita-

cui jungeretur ſermo, & idcirco cur Vtinenſis ſaltatoriam quoque numeret inter poëſis formas non ſatis video: niſi tamen quoniam & ſaltationes Poëticas vocat, & a Poëtis inſtitutas dicit, poeſim quoque ſine metro aut ſermone agnoſcit in Ariſtotele, quod nobis probari nullo modo poteſt. Fortaſſe igitur de ſaltatoria nos admonet imitatione Ariſtoteles, vt faciliùs intelligamus, quæ ſit vis Auleticæ & Citharisticæ, quas dixerat numero imitari & harmonia: ſic enim planiùs conſtare poteſt quid ſit rhythmo & harmonia imitari, vbi conſtiterit (id quod ſaltatoriæ exemplo illuſtrat) quid ſit ſolo imitari numero. alioquin ad rem hoc nihil faceret. Quo pacto autem & quàm excellenter ſaltatores imitarentur, ac mores etiam, affectiones, actiones exprimerent; déque tota huiuſce artis ratione ac varietate ex authoribus varijs licet perdiſcere, quos interpretes, maximè verò Robortellus & Madius, in medium afferunt. Nam de ipſis affectibus, moribus, actionibus, quoniam obiter horum meminit Ariſtoteles, nihil eſt quòd verba faciam in præſentia. tametſi dum interpretes aliqui Moralis Philoſophi perſonam ſuſcipientes, fusè multa de illorum natura & vi interponunt, licebit curioſis adire illos non inutiliter. porrò ipſe interim ad ſaltatoriam redibo atque vnum obſeruabo; nimirum dum paulò ante ad ſimile confugiens diceret, *Vt enim coloribus & figuris multa imitantur aliqui* per figuras, Interpretum aliquorum pace, nullo modo intellexiſſe eas imagines ac formas, quæ a quibuſdam corporis motu & geſticulatione exprimerentur, & agentibus imitandis adhiberentur; quandoquidem, quod attinet ad ſaltatores, non ſimili vſus eſſet, ſed eadem planè re cui explicandæ ſimile arripuerat: hoc eſt ad geſticulatores confugiſſet vt deinde geſticulatorum declararet imitationem: quod longè ineptiſſimum fuiſſet. itaque non eſt quòd dubitemus per eos qui figuris imitentur, ſtatuarios atque alios huiuſmodi opifices deſignaſſe; ita vt ſimili eóque illuſtri & perſpicuo declarauerit qualis eſſet Auleticæ & Citharisticæ & Saltatoriæ imitatio. Quòd ſi quis interim quærat quid planè intelligat Ariſtoteles rhythmi nomine, ac rurſus quoniam in debito corporis motu ſeu motus partibus videtur poſitus; quo pacto rhythmo tantùm imitetur Saltatoria, cum figura qua imitatur, citra motum illum exiſtere poſſe videatur, de his opportuniùs non multò poſt.

Margin: 67 — *Vide cont. 29.*

---

# PARTICVLA SEXTA.

*Ἡ δὲ ἐποποιία μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς, ἢ τοῖς μέτροις, καὶ τούτοις, εἴτε μιγνῦσα μετ᾽ ἀλλήλων, εἴθ᾽ ἑνί τινι γένει χρωμένη τῶν μέτρων τυγχάνουσα μέχρι τοῦ νῦν.*

*Paccius.* Nudis autem ſermonibus ſiue metris ſolummodo Epopœia vtitur, metrorum quidem hactenus, ſiue mixtis aliquibus inter ſe, ſiue generis eiuſdem alicuius.

*Riccobonus.* *Epopœia verò ſolùm ſermonibus nudis vel metris, & his ſiue mixtis inter ſe, ſiue vno aliquo genere vtens metrorum; qualis fuit vſque adhuc.*

*CONTROVERSIA XV. NVM Epopœia præſertim ex Ariſtotelis ſententia ſoluta oratione conſcribi poſſit. Epopœiam non eſſe ſoluendam carmine*

QVEMADMODVM Auleticæ & Citharisticæ, vberioris quoque doctrinæ gratia ſaltatoriæ, notauit diſcrimina, ac docuit quibus quæque imitetur, ita id ipſum obſeruat in Epopœia; quam ait imitari *τοῖς λόγοις ψιλοῖς ἢ τοῖς μέτροις, nudis ſermonibus vel metris:* atque his metris ſiue varijs & inter ſe miſtis, ſiue vnius eiuſdémque generis. Quibus verbis perſpicuè ſtatuere videtur, Epopœiam poſſe conflari ſoluta quoque oratione; atque hac de cauſa viſus eſt in particula IV. inter inſtrumenta poeticæ imitationis *λόγον* ſeu ſermonem referre; quòd ſcilicet deinde docere decreuiſſet, Epopœiam pro arbitratu tum ſoluta oratione, tum carmine vti poſſe. alioquin nihil erat, quòd diceret ſermone, ſed carmine aut metro, vt magis propriè ac ſignificanter loqueretur. & tamen res inaudita videri poteſt, ne dicam abſurda, vt Heroicum poëma pedeſtri oratione ac ſoluta conflari poſſit. Itaque ſine cunctatione vlla totam hanc rem diſputare lubet. quare talis proponitur Controuerſia: NVM Epopœia poſſit, præſertim ex Ariſtotelis ſententia, ſoluta oratione conſcribi: an verò carmine ſolùm, nullo modo poſſit.

Margin: C O M. VI.

Principiò

Principiò igitur (vt pro iis diſputem priùs qui carmen exiſtimant neceſſarium) ſic diſ- *Probatur I.*
ſero. Id quod a genere vniuerſo diuelli nequit ac ſeparari, neque a forma ſeu ſpecie ſepara-
bitur; (quis enim ab homine aut leone ſenſum ſeparare valeat, qui ſenſus ab animali ac ge-
nere vniuerſo ſeiungi nullo modo poteſt?) ſed carmen a poëſi nequit ſeparari: neque igi-
tur ab Epopœia ſeparabitur, quæ poëſis eſt ſpecies ac forma. Aſſumptio (propoſitio enim
& per ſe eſt perſpicua & iam confirmata ſatis) multis argumentis poteſt comprobari. Ac
68 primùm authoritate Platonis, qui multis in locis carmen fecit poëtæ proprium, & ideo in
Phædro (ne ieiunè nimis rem attingam) ſolutam orationem idiotæ, carmen poëtæ, attri-
buit: & in III. de Rep. *dicam* (inquit) *ſine carmine, cum non ſim Poeticus.* Quæ verba, niſi conce-
damus carmen eſſe Poëtæ proprium, inepta videri poſſunt. Phalereus etiam, Hermoge-
nes, Euſthatius, id paſſim teſtantur, dum oratori poëtam, ſolutæ orationi carmen, oppo-
nunt; atque hoc oratori, illam poëtæ tribuunt. Sed mitto Græcos, & venio ad Latinos, pro
quibus mihi inſtar omnium ſit M. Tullius, qui poëtam ab oratore ſeiungit, quòd numero
ſit adſtrictior, quòd metro, quòd carmine vti ſoleat. Et huc fortaſſe ſpectat quod ſcribit,
Poëtas videri ſibi aliena lingua locutos. id enim non tam vocibus (quanquam vocibus
etiam) quàm numeris & metris acceptum, eſt referendum, quibus oratio ab hiſtorica &
oratoria mirificè variatur, & difficilior etiam ad intelligendum efficitur. ſed miſſa autho-
ritate, Aſſumptionem propoſitam confirmemus ratione. Quis enim eſt obſecro, poëſi
propoſitus finis? vt delectet ſine dubio, vel vt delectando iuuet mortales. at quis neſciat *II.*
metrum & carmen ad mirabilem afferre delectationem auribus & voluptatem? certè hęc
ſolutæ orationis voluptatem ſuperat multis partibus, quin ſoluta oratio ſatietatem affert
facilè: carmen difficilè, niſi tamen in aliquem inciderit, cuius aures ſint a Muſis alieniſſi-
mæ. qui igitur carmine fraudauerit poëma, is finem quoque peruertet ac metri vſum. *III.*
Denique ſi quis anteactas ætates recolat & antiquitatis monumenta, facilè intelliget poë-
tas ſemper carmen rebus pangendis adhibuiſſe, ſolutam orationem hiſtoricis & orator-
*Par.* 18. & 20. bus reliquiſſe. Atque huc pertinet quòd Ariſtoteles tum ab imitatione, tum a delectatio- *IV.*
ne quæ ex metro hauritur, ortam affirmauit poëſim. quis enim ſentiat Epopœiam ab Ari-
ſtotele inter poëſis partes ſeu formas numerari, quin eidem metrum neceſſarium eſſe fa-
teatur? Quid? nónne Ariſtoteles rurſus Epopœiam ſic confert cum Tragœdia, vt vtram- *V.*
*Par.* 124 que dicat præſtantes actiones carmine imitari? Atque huc pertinet quòd in capite de Epo- *VI.*
pœia hanc definit narratione in metro poſitam? Huc quòd eandem a Tragœdia metri *VII.*
*Par.* 128. varietate (quòd ſcilicet hæc Iambo; Epopœia heroico vtatur) diſtinguit. Ad hæc, an non *VIII.*
*Par.* 130. vitioſum eſſe ſcribit alio metri genere quàm heroico Epopœiam conſtare? Nónne heroi- *IX.*
cum Epopœiæ conuenire ſtatuit, quia grande ſit, firmum & ſtabile, ac proinde heroicis
factis aptiſſimum? Nónne id experientia compertum atque adeò ab ipſa Natura oſtenſum *X.*
affirmauit. Denique cum iambum aut trimetrum heroico poëmati minùs idoneum repu- *XI.*
tauerit, quantò magis ſolutam orationem improbauerit oportet, quæ magis ac magis ab-
eſt ab hexametri granditate? Hæc pro carmine tum vniuerſim, tum ſigillatim in Ariſtotelis
ſchola. Nam Epopœiam ea de cauſa cum heroico carmine confundi paſſim, & promiſcuè *XII.*
vſurpari, omnibus compertum eſt;

*Par.* 4. Sed agedum obſecro, veluti velum conuertentes pro ſoluta oratione diſſeramus. Ac *Epopœiam ſoluta quoque oratione conſtari poſſe.*
primùm dum Ariſtoteles diceret in dictis artibus (in Epopœia ſcilicet ac reliquis enume-
ratis facultatibus) imitationem fieri numero, harmonia & τῷ λόγῳ, hoc eſt ſermone, quid
obſecro per ſermonem intelligebat quàm (quod germana ſermonis notio ſignificat) ora-
tionem ſiue ſolutam, ſiue numeris adſtrictam? certè vt ſermo in ſolutum diſtinguitur &
vinctum, ita & ſolutam & numeris adſtrictam orationem intelligere debemus. alioquin
par erat vt Ariſtoteles diceret eas artes imitari numero, harmonia & metro, ſi ſermonem
*Par.* 10. non quemcunque, ſed vinctum intelligebat. Certè infra cum de Dithyrambica loquere-
tur, quæ vincta oratione vtitur, monuit hanc metro imitari. Et hac de cauſa paulò poſt ſu-
*Part.* 6. bijciebat, Epopœiam imitari nudis ſermonibus vel metris. Quibus verbis tum apertè con
firmauit, Epopœiam poſſe etiam ſoluta oratione ſcribi, tum indicauit non temerè a ſe
paulò ante λόγον fuiſſe vſurpatum, non verò μέτρον. Et huc etiam pertinet quòd contineñ-
ter addit alioquin fore, vt nihil commune nominare liceret, quo Sophronis & Xenarchi
69 mimi & Socratis ſermones comprehenderentur: quod eſt concedendum, Epopœiam
poſſe tum carmine tum proſa conflari: vt vno eodémque Epopœiæ nomine omnem il-
lam imitationum varietatem complecti liceat. Atque huc etiam pertinet quod ſcribit,

imitationem ſpectandam, non carmen, vt quis poëſim conſtituat. Huc denique quod non multò poſt ſermonem rurſus Philometriæ opponit, quod eſt nudis metris; & vtriſque rurſus imitationem fieri poſſe ſignificat. Huc etiam (ſi placet) quòd cum doceret quibus imitaretur poëta, dum ab imaginum imitatoribus eum diſtingueret, dictione imitari dixit. *Par. 15.* *Par. 137.*
vbi ſanè limatiùs atque aptiùs dixiſſet carmine, ſi alioquin nullam planè Poëſis formam exiſtimaſſet metro & carmine poſſe carere. Quæ omnia ſatis indicare videntur in hac ſententia fuiſſe Ariſtotelem. Quibus omnibus addi poteſt quod Dion Chriſoſtomus ſcribit, *Pellendi ſunt* (inquit) *a Regibus Poetæ, qui ad effuſos riſus prouocant populum ſiue carmine prouocent, ſiue ſoluta oratione.* Hæc pro ſoluta oratione. Cui ſanè interpretes, vno fermè atque altero excepto, mirificè fauent.

*Explicatur res vniuerſa.* Sed profectò nihil eſt quòd Epopœiam hoc eſt heroicum poëma ſoluamus metris, præſertim ſi Ariſtotelem paulò accuratiùs in conſilium adhibeamus. Grauiora enim ſunt argumenta quibus id eſt comprobatum, quàm vt labefactari vllo modo poſſint. Quanquam vbi tibi conceſſero (dicat aliquis) argumenta illa momentum habere maximum, adhuc tibi aduerſaria erunt diluenda, quæ ſanè non minoris firmitatis videri ſolent; præſertim ſi Ariſtotelis ſenſum requiramus. Ergo iiſdem ſatisfaciam: ita tamen vt paulò rem longiùs repetere liceat, idque hinc ducto initio. Narratio, quemadmodum oratio ipſa, in veram primò ac falſam diſtribui ſolet: ac falſa rurſus & ſoluta oratione comprehendi poteſt & carmine. Quapropter quemadmodum Homeri Virgiliique oratio, ita Platonis Luciani ve dialogi, fictæ narrationes ſunt: hi ſoluto, illa vincto ſermone expreſſa. Itaque Socratem ferunt quibuſdam Platonis dialogis perlectis, continuò exclamaſſe, Quàm multa præclarè mentitus eſt hic adoleſcens. Verè enim dialogi fictos congreſſus ac ſermones referunt, ita vt imitatione & fabula contineantur. quod egregiè etiam expreſſit Cicero cum Attico, vt ei omnem adimeret admirationem, dum quædam locutus diceretur, *Noſti* (inquit) *Dialogorum morem.* & ſanè tanta eſt Dialogorum licentia, vt non defuerint qui vel defunctos veluti ab inferis arceſſere & excitare, vel eos qui ob temporum interualla congredi non potuiſſent, in congreſſum vocare, auſi ſint. ita ſanè dialogum quoque fictam narrationem habere, nihil eſt quod dubitemus. Quòd ſi quis geminum hoc fictæ narrationis genus vno eodémque nomine deſignare atque exprimere velit, is aptius nomen inueniat nullum quàm Epopœiam. Epopœia enim, etſi tum pro carmine vniuerſim, tum pro Hexametro aut Heroico poëmate vſurpari ſoleat, propriè tamen (ſi tamen vim vocis ſpectes) fictum verbum ſeu fictam narrationem ſignificat. Cum igitur animaduerteret Ariſtoteles eſſe qui non carmine ſolùm vt Homerus, verùm etiam vna ſoluta oratione, vt Plato, imitarentur, bipartitam hanc imitationis formam vno eodémque Epopœiæ nomine ſibi comprehendendam & exprimendam exiſtimauit. Et hac de cauſa, quemadmodum *Par. 4.*
monere cœperat propoſitas facultates rhythmo, harmonia & ſermone imitari; vbi ſermonem dixerat non carmen, vt ſolutam vinctámque comprehenderet imitationem; ita hoc *Par. 6.*
in loco docens quæ ſit ea facultas, quæ ſermone imitetur, Epopœiam profert, quæ quancunque fictam narrationem ſignificat, ſiue metro conſtetur, ſiue oratione ſoluta. & idcirco ſtatim rem illuſtrat exemplo, ad Epopœiam tam mimos, qui carmine ſcripti eſſent, quàm Socratis ſermones, qui proſa conſtarent, reuocans ad Epopœiam. Et eâdem de cauſa non multò poſt ſermonem rurſus ψιλομετρίᾳ hoc eſt nudis metris oppoſuit, tam ſolu-
*Dubitatur.* tam orationem quàm numeris adſtrictam, imitationi adiungens. Quanquam illud obijciat quiſpiam, quòd huiuſmodi ſententiam proſternere videatur funditus. Etenim eo no- 70
mine & ſignificatione debet Epopœia diſtingui a cæteris imitatricibus facultatibus, qua cum iiſdem in imitatione coniuncta fuit. Sed Epopœia, cum in imitatione iungeretur cum Tragœdia & reliquis facultatibus illis, pro heroico poëmate vſurpabatur, quod, te fatente, hexametro conſtat verſu, non verò ſoluto ſermone. Igitur hoc etiam in loco pro heroico poëmate vſurpatur. alioquin Ariſtotelis oratio nutaret tota, ac nos amphibologia &
*Reſpondetur.* vocis ambiguitate ſeu æquiuocatione, vt cum Peripateticis loquar, inuolueret. Acutè. Sed quid ſi quis pugnet ab initio quoque Epopœiam pro ficta narratione, non pro heroico poëmate ſigillatim fuiſſe vſurpatam? certè ſi id feciſſet, artificio non caruiſſet: Nam primò id propoſuiſſet, quod ſimplici inſtrumento imitatur, nimirum ſermone; tum Tragœdiam & Comœdiam, quæ partim vtitur metro, partim etiam harmonia aut rhythmo; mox verò Dithyrambicam ſubieciſſet, quæ ſimul & perpetuò cum rhythmo & harmonia tum metro imitatur. alioquin ſi has facultates ſic propoſuiſſet, vt nobilitatis rationem

haberet,

haberet, Tragœdia fuiſſet primo loco commemoranda, quam ipſe & heroico antepone-
bat poëmati, & primo loco eſt proſecutus. Quòd ſi objicias fore vt Epopœia, vbi pro qua
cunque ficta narratione vſurpetur, partim poëmatis formam retineat (nimirum quà me-
tro conficitur) partim abſit a poëmate, quà ſcilicet proſa conflatur, ac propterea inutiliter
tam latè vſurpauerit Epopœiam, quid ſi Ariſtoteles illud etiam moliebatur, vt fictam nar
rationem ſoluta oratione conflatam ad poëſim reuocaret? Certè ſiue id in Platonis inui-
diam fecerit (nam idcirco viſus eſt Socratis proferre dialogos, atque hos cùm mimis con-
iungere, vt bipartitæ iſtius imitationis exemplum afferret, vnde Platonem fictorem ac
Poëtam tandem efficere viſus eſt) ſiue quia exiſtimaret, imitationem vel vnam vel maxi-
mè conſtituere poëmatis naturam, non verò carmen, viſus eſt imitationi ſoluta quoque
oratione factæ hanc laudem tribuere, vt poëma conſtituat. Sed de hac re vberiùs non mul
tò poſt. Hæc enim commemorare volui eo tantùm conſilio, vt docerem, hactenus nihil
prohibere, quominus Epopœiam ab initio quoque pro ficta narratione arripuerit. Quòd
ſi vrgeas, Non igitur Muſicæ ſpecies ſeu formas ſibi enumerandas ac deſcribendas propo-
ſuit dum diceret, Epopœiam & cæteras illas facultates in imitatione conuenire. Si qui-
dem Epopœia qua parte conflatur proſa, nihil ad Muſicam pertineret. Acutiſſimè id qui-
dem. Sed quid ſi Ariſtoteles tantulum iſtum diſſimulauit ſcrupulum quòd dialogo ex-
cepto, vix fortaſſe quicquam eſſet, quod ad Epopœiam, hoc eſt fictam narrationem, per-
tineret, nec tamen Muſica concluderetur? Certè reliquæ Epopœiæ partes carmine om-
nes, eóque mira varietate diſtincto, ac proinde Muſica, continentur omnes. Et ſanè in tam
ingenti imitantium facultatum campo (ſunt enim propemodum infinitæ) nulla commo-
dior occurrebat ratio, qua poëſis inueniret genus, quàm ſi confugeret ad Muſicam, ne
longiùs vagaretur oratio, quapropter cum vna illa Epopœiæ, hoc eſt fictæ narrationis
pars effugeret Muſicam, quam tamen haud ſibi prætermittendam cenſuit (vt ſcilicet in
Poëſis definitione conſtituenda & natura declaranda imitationem pro carmine in gene-
ris loco reponens, præceptorem non modò refelleret, verùm etiam è Philoſophorum or-
dine arcens in poëtarum gregem conijceret) nihil miraret diſſimulaſſe Epopœiam quà
dialogum contineret, a Muſica tantiſper ſecerni. Denique contradicendi libido ac Plato-
nis oppugnandi æſtus ad maiores ſyrtes quàm ad tantulam hanc ſæpè adduxit Ariſtote-
lem. Vt proprerea vel quia ne id quidem profeſſus eſt, ſe ibi Muſicæ partes commemora-
re, vel quia Magiſtrum quocunque modo inſectari decreuiſſet, haud ſanè tantulo hoc di-
ſcrimine potuerit retardari. nam id ei non raró vſu veniſſe, idcircò in præſens docere ſu-
per ſedeo, quòd in Timæo atque alibi rem exemplis illuſtrauerim. Sic ſanè haud cunctan-
dum eſt affirmate hoc in loco Epopœiam pro imitatione ſeu metris ſeu ſoluto ſermone
71 factam vſurpari. Id quod ne tum quidem iure inficias ieris, cum tibi conceſſero reuera
Epopœiam ab initio non pro quacunque ficta narratione, ſed pro Heroico poëmate tan-
tùm, quod hexametro carmine omnino continetur, fuiſſe vſurpatam. Neque verò bilin-
guis habendus erit Ariſtoteles; qui Epopœiam modò pro heroico carmine, modò pro
ſermone in vniuerſùm, hoc eſt tam ſoluto, quàm vincto vſurpet. Nam hac planè de cauſa
nos admonebat, ſe geminum illud imitationis genus (nimirum ſermonis & ſoluti & me-
tris adſtricti) ad Epopœiam redigere, quòd præter Epopœiæ nomen aliud commune no-
men ſuppeteret ei nullum. quaſi diceret. ſat ſcio Epopœiam pro heroico carmine teri paſ-
ſim & vſurpari: quo nomine a me quoque pro more vſurpabitur. nunc tamen, quoniam
nec aliud commune nomen occurrit, quo Socraticos ſermones cum Sophronis & Xe-
narchi mimis coniugam, vt tertio illo Poëtarum inſtrumento, hoc eſt ſermone, eos om-
nes vti declarem, nec Epopœiæ nomen (ſi vocis ſpectemus vim, quin priſcum quoque
vſum recolamus) non optimè ſignificare poſſit ſermonem ſeu narrationem quamcun-
que ſiue ſolutam velis ſiue numeris adſtrictam, & vno verbo narrationis ſiue ſermonis
factionem, Epopœiam pro quacunque imitatione ſermone facta arripiam & occupabo,
vt nimirum communi hoc nomine Poëticas imitationes concludam omnes, quæ nume-
ro & harmonia vacuæ, ſermone, ſiue ſolutus ille ſit, ſiue vinctus, vtuntur tantùm. Si enim
aliquando publicam adminiſtrationem in Regnum, Ariſtocratiam & Politiam diſtribui,
cum tamen ipſam publicam adminiſtrationem Politiæ item nomine appellaſſem, ac pro-
pterea vnum idémque Politiæ nomen & generi vniuerſo, & certæ eiuſdem formæ ac
parti aptaui; ac rurſus plantarum animam, ψυχῆς nomine comprehendi, quamuis refri-
gerati animalium ſit tantùm (aptius namque commune nomen ſuppetebat nullum) cur

*Dubitatur rurſus.* *Reſpondetur.*

*Dubitatur adhuc.*

*Reſpondetur.*

*Epopœiam hic pro quacunque ficta narratione vſurpari, etiam ſi ab initio pro heroico poëmate ſumpta eſſet.*

in

in præſens pari nominum egeſtate adductus, Epopœiam pro quacunque ſermonis imi-
tatione non vſurpabo, cum & vox & priſcus vſus id commodè patiatur? Hæc eſt propoſiti
loci germana vis atque ſententia, hoc Ariſtotelis conſilium dum diceret, ſe Epopœiæ no-
mine & nudos ſermones, & metra complecti, quòd alioquin commune aliquid non oc-
curreret, vnde Sophronis & Xenarchi mimos & Socratis ſermones ſimul comprehende-
ret. Et de hac cauſa ſcitè omnino Madius Ariſtoteleæ Poëticæ interpres nobilis vnà cum
indiuiduo aſſecla Bartholomæo Veronenſi, ac deinde etiam Alexander Piccolomineus
& Antonius Riccobonus nos grauiſſimis verbis admonuerunt Epopœiæ nomen hoc in
loco ſine vlla dubitatione valere ſermonem ſeu narrationem. Quapropter Madius (vt rei
ſpecimen extet aliquod) hunc explanans locum cum (inquit) *tum ſoluta oratione, tum etiam
metris, imitationem facere dixerit; Epopœia verò propriè dicta &, vt eius eſt communis apud homi-
nes vſus, heroico metro addicta ſit, ſe nobis Ariſtoteles meritò nunc excuſat, & rationem affert, cur
imitationem oratione ſoluta factam, Epopœiam appellauerit.* Nam ſi non (inquit) *ita Epopœia nomi-
ne latius vtamur, nulla communis erit vox, qua factam ſermone tantùm imitationem omnem ſignifica-
re poſſimus qualis erat nimirum imitatio in mimis Sophronis atque Xenarchi, ac præterea Dialogis è
quorum ſiue quadam oratione ſoluta, quadam verò carmine, ſiue oratione ſoluta, omnia eſſent conſcri-
pta, cum in hoc tamen conuenirent, quòd ſermone dumtaxat imitarentur, vnito ſanè nomine vocari iu-
re debebant. Id genus erat Epopœia, aliter ac vulgò capi ſoleat accepta: nam vt Græca vox indicat, tan-
tum Epopœia ſignificat, quantum, per verba facient, id eſt verbis imitans.* Sic Madius. qui ſanè, quo-
niam facilè erat iſtius ambiguitate vocis decipi, idem nobis in progreſſu ſemel, iterum ac
tertiò in memoriam reuocauit: quem deinde (vt dicere cœperam) Alexander Piccolomi-
neus & Antonius Riccobonus magna conſenſione ſecuti ſunt. Nam Vtinenſis interpres
vſque adeò pro comperto habuit Ariſtotelem hoc in loco ad Epopœiam ſolutæ quoque
orationis imitationem reuocare, vt ne illud quidem ſibi diſceptandum putauerit ac docen-
dum quod deinde docuerunt alij; nimirum Epopœiam non pro heroico planè poëmate
ſeu carmine vſurpari, ſed pro quocunque orationis genere, ſiue proſa ſiue metro conficia-
tur. Vt mirum ſit, Petrum Victorium, virum alioquin eruditiſſimum, locum hunc multò
aliter interpretatum eſſe, ac nudos ſermones quos Ariſtoteles opponit metris, pro metris 72
item expoſuiſſe. Nam de Mutinenſi interprete qui ſe primum hanc ſententiam excogitaſ-
ſe & promulgaſſe gloriatur, non magnoperè miror, quòd ſat intelligam nouandi ſtudio
mirificè delectatum eſſe, ac propterea hoc æſtu in ſyrtes ſæpiſſimè fuiſſe delatum. Quan-

*Euertuntur iam aduerſariorum perfugia.*

quam ne videar iſtorum argumenta diſſimulare aut contemnere, aut certè (quoniam ar-
gumenta fermè nulla obtendunt, ſolúmque verba quædam Ariſtotelis ad ſuam ſenten-
tiam detorquent) è ſuis illos perfugijs etſi frigidiſſimis non expellere, agedum eos tantiſ-
per audiamus ac breuiter refellamus. Ergo dum primò ſentiunt iſti Ariſtotelem tria poë- *Par. 4.*
ticæ imitationis proferre inſtrumenta, rhythmum, λόγον ſeu ſermonem, & harmoniam,
vidéntque λόγον ſeu ſermonem, quoniam eius notio latè patet, poſſe pro oratione tum vin
cta tum ſoluta exponi, vinctum ſermonem tantùm ſeu metrum intelligi iubent: quaſi ve-
rò generale nomen temerè vſurpaſſet. quid eſt enim quòd ſermonem inter poëtarum in-
ſtrumenta referas Ariſtoteles, cum ſolum metrum ſeu vinctum ſermonem intelligeres?
Quanquam ſi vinctum ſermonem intelligi voluiſſet Ariſtoteles, metrum vtique dixiſſet, *Par. 10.*
quemadmodum paulò poſt Dithyrambico, quoniam non quocunque ſermone vtitur,
ſed vincto, ac tripartita rhythmi, harmoniæ & metri varietate vtitur, non ſermonem ſed
metrum adſcripſit. vbi etiam, vt intelligas quàm ſignificanter & propriè loquatur Ariſto-
teles, ideo non harmoniam dixit ſed concentum vt ne generale nomen arriperet, vbi pri-
uatum occurreret. Dithyrambicus enim certa quadam harmoniæ forma vtebatur, quæ
voce gignitur ac melos ſeu concentus dicitur. & ideo Ariſtoteles vt quàm maximè poſ-
ſet, ſignificanter ac propriè loqueretur, rhythmum, concentum & metrum Dithyrambi-
co attribuit, harmoniæ hoc eſt generis declinans nomen. quis igitur niſi temerè exiſtimet
hoc in loco λόγον ſiue ſermonem pro metro, quod iſti dictitant, vſurpari? Et idcirco cum
ſtatim ferè pergens, Epopœiam dicat τοῖς ψιλοῖς λόγοις ἢ τοῖς μέτροις, *nudis inquam ſermonibus* *Part. 6.*
*vel metris*, ſine dubio per nudos ſermones, quoniam eos opponit metris, ſolutam oratio-
nem intelligit, quemadmodum per metra vinctam orationem ſignificat & carmen. nam
qui illud ἢ μέτροις exponunt id eſt metris, quaſi verò declaret Ariſtoteles quid per nudos
ſermones intelligat, iam Ariſtotelem ineptè argutum & cautum faciunt. Cum enim di-
cere poſſet, Epopœia verò vtitur tantùm metris, quid erat quòd diceret, vtitur nudis ſer-
monibus,

monibus, ideſt metris? neque enim erat cur primum dictum vel emendaret vel interpretaretur, cum metri nomen eſſet in promptu, quo breuiter, propriè, perſpicuè, ſignificanter quod volebat exprimeret. Denique quid erat, cur emendandi vel interpretandi onus ac neceſſitate ſubiret, cum ea declinare (metri nanque in promptu erat nomen) & poſſet & deberet? Vt enim melius eſt culpa carere quàm culpam deprecari; ita melius erat non obſcurè & impropriè loqui, cum poſſet, quàm emendatione indigere & correctione. Adde quod vbi ſignificare voluiſſet, ſe nudos ſermones pro metris vſurpaſſe, ſaltem ſubijcere debuiſſet τουτ᾽ἐστὶ μέτροις hoc eſt metris: non verò ἢ, hoc eſt correctionem abſtruſiorem & in qua ἢ pro ideſt explicandum eſſet. ſi tamen hoc explicare potiùs erat quàm peruertere. ſiquidem vix ac ne vix quidem ἢ pro τουτ᾽ἐστὶ pro *ideſt* inquam, apud Græcos, etiam ſi poëtas conſulas, quorum licentia eſt maxima, deprehendas. vt mirum ſit Mutinenſem interpretem affirmare non dubitaſſe, Ariſtoteli eſſe vſitatum ac tritum, vt pro ideſt vſurparet. Qua in re vnum ſaltem aut alterum exemplum proferre debuiſſet. Certè qui multiplicem huius particulæ notionem atque vſum minutè ſcrutantur declarántque authores, nouam hanc quam iſti proferunt notionem ac ſignificationem, indicant nuſquam, tantùm abeſt vt exemplis cõ-
73 firment. Sed redeo ad Mutinenſem interpretem, qui etſi frigidam ſe explicationem attuliſſe animaduerteret (idcirco enim ad extremum eam repudiare videtur) alteram non minùs alienam ac frigidam fortaſſe etiam frigidiorem (ne ſcilicet non nauiter peccaret vbi peccandum eſſet) commentus eſt: ſtatuitque nudis ſermonibus humiles verſus, metris graues, deſignari: ad quam explicationem, etſi alieniſſimam (nihil enim ad rem erat verſus ſiue humilis ſiue grauis ad id quod explanabatur, ſed oratio ſoluta aut vincta) detorquere nitebatur vnum atque alterum Ariſtotelis locum, in quibus nihil minùs quàm nudos ſermones pro humili verſu, metrum pro graui vſurpat: ſed metris poëtarum elocutionem, nudis ſermonibus ſolutam orationem quam eloquentię tribuit, intelligit ſine controuerſia. Ad extremum quod ait Ariſtoteles in imitatione τῷ λόγῳ ἢ ψιλομετρίᾳ ſermone inquam vel nudis metris facta, poſſe repetiri meliorum deteriorúmque diſcrimen, quid erat quòd ſermonem philometriæ rurſus opponeret, niſi verè ſignificare decreuiſſet & in ſoluta oratione & in carmine diſcrimen illud poſſe reperiri? alioquin rurſus ἢ inuſitato more vſurpaſſet; ac denuò ineptè argutulus videri voluiſſet. Denique quis non videat ea de cauſa hîc ſermonis & nudi metri mentionem fieri, quòd iam antea Epopœiam & nudo ſermone & metro imitari poſſe affirmauerat? alioqui rectè quidem dixiſſet meliorum deteriorúmque imitatione variari poſſe poëmatis formam: at cur adderet & in ſermone & in ψιλομετρίᾳ poſſe contingere nihil ad rem niſi ijs variari & tum metro tum ſoluta oratione commendari poterat imitatio. Sed ne longum faciam de re hac tota ſic ſtatuo. Nihil erat quòd eximius intelligendi ac loquendi artifex Poëtarúmque magiſter aut ferreis vocibus (vt ita dixerim) ſeu plumbeis vteretur, cum argenteas, imò aureas haberet in promptu: aut eam corrigeret culpam aut deprecaretur, qua vtique pro arbitratu carere potuiſſet: nec rurſus, vbi fortè in eam vocum ambiguitatem incidiſſet, quam iſti dictitant, nudos ſermones pro metris vſurpans, eandémque ἢ μέτροις ſubijciens, emendaſſet, &, vt illi prætexunt, ad perſpicuitatem reuocaſſet, paulò poſt in eandem culpam recideret, vt affirmaret, imitationem ſermone vel nudis metris variari. ita vt tum hîc tum in ſuperiore loco ſermo, quoniam opponitur metro ſolutam orationem ſignificet, præſertim dum nudus dicitur: ab initio verò vbi rhythmum harmoniam, ſermonem profert, ſermonem tam vinctum quàm ſolutum deſignaret, quòd ſubinde imitationem non metris ſolùm, ſed etiam proſa concludere (id quod fecit) ſecum ipſe decreuiſſet. Hæc habui quibus totam hanc Controuerſiam explicarem, in qua quærebatur, veréne Ariſtoteles Epopœiam conceſſerit ſoluta quoque oratione conſcribi poſſe. At enim ſint iſthæc, ſed illud iam ediſſeras, num Imitatio ſoluta oratione facta Poëſis nomine dignanda ſit: id enim & præſens locus poſtulat, & paulò ante tibi deinde explicandum receperas. Ego verò totam hanc Controuerſiam & ſi quæ huic erit affinis tum demum diſceptabo, cum particulæ rx. explicationem, vnde in propoſita Controuerſia Ariſtotelis ſententia clarior ſeſe in conſpectum dabit, abſoluero. & idem dixerim ſi quis quærat, cur dicat *vſque adhuc vno aliquo metrorum genere* vſam eſſe Epopœiam; ſi tamen id omnino ſibi voluit: nam id commodiùs explicabitur vbi de Chæremonis Centauro qui ex omnibus metris permiſtus dicitur, erit agendum.

*Lib. 3. Rhet. cap. 2. Par. 13.*

*Vide in par. 9.*

*Argumentis pro contraria ſententia ab huius Controuerſia initio propoſitis reſpondetur.*

Illud potiùs eſſet hoc in loco faciendum, vt argumentis reſponderem quibus ipſe ab

huius

*Ad primũ Ad ſecundum. Ad tertium. Ad quartum. Ad quintum, & ſeptem ſequentia.*

huius Controuerſiæ exordio effeci Epopœiam, ſiue res per ſe vniuerſéque ſpectetur, ſiue ad Ariſtotelis dicta aut fundamenta initiáve conuertamur, carmen neceſſariò poſtulare. Qui bus ſic curſim reſpondeo. Ac primùm fateor in Platonis & aliorum antiquorum ſchola Poëſim omnem ac propterea Epopœiam carmine contineri. Idem dixerim ſi Poëta delectationem ſibi in finis proponat loco, vel certè delectatione maximè tanquam inſtrumento vtatur, vt ſuo illo ſermone iuuet mortales. Si quidem carmen delectatione ſolutã orationem longo ſuperat interuallo. Idem ſi priſcorum omnium ſpectemus vſum: nemo enim ex Poëtis non carmine vtebatur. Difficilius eſt quod ex Ariſtotele ipſo attulimus qui ex delectatione quæ ex metro proficiſcitur, Poëſim ortam facit; hinc enim Epopœia quoque metris concluſiſſe videretur. Sed huic argumento ſatisfaciemus in particula XVIII. & XX. vbi hæc pronunciauit Ariſtoteles. Quòd ſi ruſus Epopœiam cum Tragœdia ſic confert, vt dicat vtcunque Poëma præſtantes actiones carmine imitari, quin etiam Epopœiam definit imitationem ſeu narrationem in metro poſitam, rursúmque Epopœiam ac Tragœdiam metri diſtinguit varietate, additque vitioſum eſſe Epopœiam alio metri genere cõflare quàm heroico, & hac de cauſa denuo grande illi metrum attribuit, iambum verò ac trimetrum ablegat longiùs, iam ex dictis ſatis ſupérque conſtat ijs in locis Epopœiam trita quadam notione hoc eſt pro heroico Poëmate vſurpari quòd imitatione & metro contineatur. Et eodem nomine Epopœiam ſæpè cum Heroico confundit carmine. Quod tamen nullo modo prohibet quominùs Ariſtoteles aliquando Epopœiam pro imitatione vſurpet, quæcunque illa ſit, ſiue ſoluta oratione conſtet ſiue carmine. Id enim in hac particula ſexta & ſeptima clariùs fatetur imo verò profitetur quàm vt diſſimulari vllo modo poſſit. 74

## PARTICVLA SEPTIMA.

*Οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοιμεν ὀνομάσαι κοινὸν τοῦ Σώφρονος, καὶ Ξενάρχου μίμους, καὶ τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους. οὐδ᾽ εἴ τις διὰ τριμέτρων, ἢ ἐλεγείων ἢ τῶν ἄλλων τινῶν τοιούτων ποιοῖτο τὴν μίμησιν.*

NAm quod Sophronis & Xenarchi Mimis commune dicamus, ſermonibuſque Socraticis, aliud prorſus habemus nihil: nec item ſi quis trimetris, elegis, aliiſve talibus aliquibus imitationem fecerit. *Paccini.*

*NOn enim rem communem poſſemus nominare Sophronis & Xenarchi mimos & Socratis ſermones. Neque ſi quis per Trimetra vel Elegos, vel alia quadam talia conficeret imitationem.* *Riccobonus.*

COM. VII. DIXERAT Epopœiam hoc eſt fictam orationem poſſe & ſoluta oratione conſcribi & carmine. Id igitur in præſens ea ratione confirmat, quia alioquin nihil haberemus, quo Sophronis & Xenarchi Mimos & Socratis ſermones communiter complecteremur. & ideo eo loquendi genere vtitur *οὐδὲν γὰρ, nihil enim.* quibus verbis ſatis indicat, ſe quod dixerat confirmare. Quanquam duo dixerat: nimirum Epopœiam vti poſſe nudis ſermonibus vel metris, tum hæc metra inter ſe miſceri, ſiue vno aliquo genere contineri. vtrum igitur confirmat, dum pergit, *Non enim pro re communi poſſemus nominare Sophronis & Xenarchi mimos & Socratis ſermones?* Primum, ſi me audias, vt ſcilicet intelligamus Epopœiam in vniuerſùm hoc eſt fictam narrationem ſiue proſa ſiue verſu conſtet, eſſe commune genus tum Sophronis tum Xenarchi mimis, qui ſcilicet metris conſcripti erant, tum Socratis ſermonibus, qui ſoluta oratione continebantur. Et ideo ea verba, *& his ſiue miſtis inter ſe ſiue vno aliquo genere vtens metrorum, vt vſque ad hanc diem fecit*, tanquam in tranſcurſu effertur & interponitur, vt conſtaret nihil intereſſe ſiue ea metra eſſent varia & multigena, ſiue vnius eiuſdémque generis quemadmodum tunc ferebat vſus. nam ſi obijcias paulò poſt in particula IX. videri Ariſtotelem fateri ex varijs carminibus extitiſſe Centaurum, iam Centaurus vel ad Epopœiam non pertinebat, ſed ad aliam poëmatis formam, vel certè Rapſœdia quædam erat, quæ a poëmate diſtinguitur. Sed de hac re in particula IX. Addit verò 75

Ariſtoteles

Ariſtoteles idem dicendum, nimirum Epopœiam pro communi genere ſtatuendam,
etiam ſi metra illa trimetra eſſent, aut elegi verſus vel alterius rationis. quod ſatis indicat,
mimos illos quippe comicos, Iambis & alio planè metri genere fuiſſe conflatos. nam hac
de cauſa id etiam admonet Ariſtoteles, ne illud quidem intereſſe, an metra illa, quibus
Epopœiam confici poſſe dixerat, ſint non eiuſmodi planè qua mimi illi conſtabant formæ,
ſed potiùs ſint trimetra, vel elegis aut alterius rationis conſtent metris. Itaque integra &
plana huius particulæ ſententia hæc eſt, Epopœia verò, hoc eſt ficta narratio, imitari poteſt
vel ſoluta oratione vel metris; ac metris ſiue varijs ac inter ſe miſtis, ſiue eiuſdem generis,
quemadmodum ad hanc vſque diem vſu venit. alioquin niſi concederemus Epopœiam
poſſe & proſa & carmine imitari, nihil haberemus commune, quo Socratis dialogos &
Sophronis & Xenarchi mimos complecteremur. Atque idem dixeris, ſi quis mimos
ſcripſerit, aut quid huiuſmodi imitatus fuerit, non Iambis aut endecaſyllabis, vt mimi illi,
ſed trimetris vel elegis, vel alio carminis genere. Hæc mihi videri ſolet germana loci huius
perdifficilis ſententia. quòd ſi quis dubitet an ſiue Socratis ſermones ſoluta oratione, ſiue
mimi illi carmine conſcripti eſſent, iam de vtriſque controuerſia proferatur in medium.
Quales eſſent tum Sophronis ac Xenarchi mimi, tum Socratis ſermones, quos hîc com-
memorat Ariſtoteles. Vt autem a ſermonibus Socratis incipiam, equidem minimè dubi-
tarim Platonis Dialogos eſſe intelligendos Socraticorum ſermonum nomine. Etenim (vt
omittam tum Platonem eos dialogos Socrati potiùs quàm ſibi acceptos referri, & ideo
Socraticos potiùs quàm Platonicos appellari voluiſſe; eâdémque de cauſa Socrati primas
ferè ſemper detuliſſe: tum Ariſtotelem plerunque Socratem nominare dum Platonis
dialogos ac decreta carpit) profectò Ariſtoteles in lib. de Poëtis dialogos Socratis (quem-
admodum extat apud Athenæum) cum Sophronis mimis coniungit, docétque vtroſque
ad imitantes ſermones pertinere. Hinc enim intelligere ſatis licet Socratis ſermones pro
dialogis vſurpari atque adeò dialogos & ſermones confundi, ſimúlque ad poëſim, etſi ſo-
luta oratione ſcripti eſſent, vnà cum Sophronis mimis reuocari. Huc accedit quòd fingi
vix poteſt qui fuerint alij ſermones iſti: nam Socratis vitam atque adeò dicta factáque a
Xenophonte atque alijs perſcripta legimus: nec tamen ab eo ſermones vllos literis con-
ſignatos legimus; ita vt Plato ipſe in Phœdone ſcriptum reliquerit, Socratem ante poſtre-
mum ferè vitæ diem nihil literis prodidiſſe. quapropter qui Socraticos ſermones iſtos di-
ctitant, carmen illud fuiſſe quod Socrates morti proximus fecit vt oraculo obtempera-
ret, ij ſanè perfrigidum ac ruinoſum ſibi perfugium compararunt. neque enim veriſimile
eſt Ariſtotelem in libris de arte dicendi vbi Socraticorum ſermonum mentionem rurſus
facit, ac moratos, quin de moribus etiam locutos, dixit, in carmen illud ſiue hymnum
ſpectaſſe. Contra verò longè veriſimile eſt vt Socraticos ſeu Platonicos dialogos indica-
ret, qui maximè τὰ ἤθη continent & de moribus verba faciunt. Denique alienum eſt a ra-
tione, vt ex hymno aut perbreui carmine iſto tam amplam & imitationis hoc in loco &
moratæ orationis in Rhetoricis explicandæ anſam arriperet. Sed & longè diſſentaneum
eſt rurſus vt vnicum hymnum ſiue breue carmen ſermonum nomine appellauerit. Ad-
de quòd cum ſermones Mathematici, quos in Rhetoricis moratos fuiſſe negat, ſine du-
bio ſoluta oratione conſtarent, ſermones Socratici quos è contrario moratos facit, ſoluta
76 oratione conſtarent, neceſſe eſt. alioquin frigidè omnino & inſulsè ſolutos Mathematico-
rum ſermones cum hymno illo aut carmine comparaſſet. Quid multa? ſi Socratici ſer-
mones non proſa ſed carmine ſcripti erant, ſanè Ariſtoteles quemadmodum temerè
hymnum iſtum aut carmen ſermones appellaret, ita ineptè atque adeò falsò diceret nihil
Xenarchi ac Sophronis mimis cum Socraticis ſermonibus commune reperiri: quando-
quidem metrum ſeu carmen fuiſſet in promptu, vbi Socratici ſermonis carmen iſtud de-
ſignarent. Nam Sophronis ac Xenarchi mimos (atque ita ad hos, quoniam de Socraticis
ſermonibus conſtare ſatis poteſt, mea dilabetur oratio) metris fuiſſe conflatos non eſt
quòd magnopere dubitemus. Quamuis enim Vtinenſis ac deinde interpretes cæteri pro-
pè omnes crediderint ſoluta oratione fuiſſe conſcriptos, ídque Suidam, vt ipſi quidem
teſtantur, ſecuti, tamen nec de Xenarcho id vſquam pronunciauit Suidas; quin carmine
mimos ſcripſiſſe (de qua re paulò poſt) ſignificauit; nec, quod pertinet ad Sophronem,
prohibet fortaſſe Suidas quominus metra huius quoque mimis tribuamus: nec ſi prohi-
beret, optimos authores non haberemus, qui carminibus ſcriptos fuiſſe teſtentur. Itaque
Demetrius Falereus permulta Sophronis refert ex mimis carmina: multa etiam Athe-

*Vid. Epiſt.*

*CONTROVERSIA XVI. Quales eſſent tum Sophronis ac Xenarchi mimi tum Socratis ſermones, quos hic commemorat Ariſtoteles.*

*De Socraticis ſermonibus.*

*De Sophronis & Xenarchi Mimis.*

næus;qui item plurimos profert verſus ex Xenarchi Mimis. Quid plura? Ariſtoteles ipſe in libris de Poëtis (id quod Athenæus ſcriptum reliquit) teſtatus eſt, Sophronis Mimos metris fuiſſe conſcriptos. ita cum idem de Xenarchi indicet Mimis, quod de Sophronis, vtique ex Ariſtotele ipſo carmini fuerint illigati. Nec verò, quod attinet ad Xenarchum, non idem teſtatur Suidas. Siquidem facit eum Comicum, eiuſdémque Comœdias de nomine profert; inter quas pentatlum recenſet, ex quo tamen Athenæus carmina profert; ita vt Suida quoque teſte illius Mimi conſtarent metris: præſertim verò quem cum idem Suidas Sotadem Cretenſem fecerit Iambographum, quem tamen in eodem ordine collocat cum Xenarcho. Denique idem Suidas in Athenæo hæret quem teſtem profert; ita vt cum Athenæus nobis faueat, Suidas quoque, velit nolit, aſſentiri nobis cogatur: ac propterea mirum ſit tam facilè omnes propè interpretes in contrariam ſententiam deſcendiſſe. *Lib. 5. 6. 7.* *Lib. 13.*

# PARTICVLA OCTAVA.

*Πλὴν οἱ ἄνθρωποί γε συνάπτοντες τῷ μέθρῳ τὸ ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐλεγειοποιοὺς, τοὺς δὲ ἐποποιοὺς ὀνομάζουσιν, οὐχ ὡς τοὺς κατὰ μίμησιν ποιητὰς, ἀλλὰ κοινῇ κατὰ μέθρων προσαγορεύοντες. καὶ γὰρ ἂν ἰατρικὸν, ἢ μουσικόν τι διὰ τῶν μέθρων ἐκφέρουσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν.*

Paccius. QVanquam homines ipſi metro fingere adiungentes, elegorum fictores hos, hexametrorum illos nominant, non quidem ſecundum imitationem, ſed communiter ſecundum metrum poëtas ipſos appellantes. Etenim ſi quid medicum, harmonicumve numeris efferunt, hac ſanè ratione appellare conſueuerunt.

Riccobon. *NIſi quòd homines coniungentes cum metro ipſum fingere, alios quidem elegorum fictores, alios verò Epicorum fictores nominant: non ſecundum imitationem, ſed communiter ſecundum metrum appellantes poëtas. Etenim ſi medicinæ aut Muſicæ aliquid per metra proferunt, ſic appellare conſueuerunt.*

AD Epopœiam ſeu fictam narrationem reuocauerat imitationem tam ſolutæ orationis quàm metri: quod dum faceret, oſtenderat, ſe tanti imitationem facere, vt quamuis ſoluto perageretur ſermone, ad poëſim proximè accedere, quin (ſi Deo placet) germanam poëſim gignere poſſet. Sed quia videbat de imitatione ſolutæ orationis communem aliorum ſenſum eſſe longè diuerſum, ita vt tum ex carmine poëmata æſtimarent, tum pro varietate carminum variari arbitrarentur, iam totam hanc rem (neque enim diſſimulari aut debuit aut potuit) exponit & commemorat: vt eandem continenter etiam refellat. ait igitur homines (vbi vulgarem indicat ſe referre ſententiam) coniungentes in ſuis poëtarum appellationibus & diſtinctionibus cum metro ſiue metrorum forma, τὸ ποιεῖν, hos quidem ἐλεγειοποιοὺς, hos verò ἐποποιοὺς, hoc eſt illos quidem elegos poëtas ſeu fictores (deperit hoc in loco interpreti Ariſtoteleæ ſententiæ vis ac lepos, cum non vna voce Ariſtoteleam reddere liceat) hos verò epicos poëtas ſeu fictores appellare conſueuiſſe: ita vt poëtas non ab imitatione atque eius ratione & varietate, ſed communiter a metris appellent ac varient. id quod tunc etiam faciunt, cum aliquid medicinæ proprium (vt Nicandro verbi gratia & Sereno vſu venit) aut muſicæ metris proferunt. quibus verbis tacitè indicat, eos ita liberos in ſuis his appellationibus fuiſſe, vt ne ſi quidem Medicinæ aut Muſicæ præcepta carminibus illigarent aliqui, hos appellare poëtas dubitarent. *COM. VIII.* 77

PAR-

# PARTICVLA NONA.

Οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον. διὸ τὸν μὲν, ποιητικὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ, φυσιολόγον μᾶλλον, ἢ ποιητήν. ὁμοίως δὲ κἂν εἴτις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων, ἐ ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησεν ἱπποκένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον. περὶ μὲν οὖν τούτων διωρίσθω τοῦτον τὸν τρόπον.

Homero quoque atque Empedocli nihil planè præter metrum commune eſt. quamobtem legitimus quidem ille poëta, hic Phyſicus potiùs quàm poëta meritò vocandus eſt. Similiter quoque ſi quis metra permiſcens vniuerſa, imitationem tamen minimè fecerit, vt ipſe Chæmeron, qui Hippocentaurum omnifariam numerorum mixtum centonem edidit, non iam poëta appellandus. De his igitur hunc in modum determinatum ſit. *Paccius.*

*Nihil autem commune eſt Homero & Empedocli præter metrum. quare illum quidem poëtam iuſtum eſt appellare: hunc verò phyſiologum magis quàm poëtam. ſimiliter verò etiamſi quis omnia metra miſcens non faciat imitationem, quemadmodum Charemon fecit Centaurum mixtam rapſædiam ex omnibus metris, iam poëta non eſt appellandus. Atque hac quidem hunc in modum explicata ſint.* *Riccobonus.*

*COM. IX.* REFELLIT eos qui ex carmine poëma ac varias illius formas dijudicarent & æſtimarent, docétque ex imitatione potiùs fuiſſe dijudicandum & æſtimandum quàm ex carmine. quod vt efficiat, monet priùs ac tanquàm perſpicuum ſumit Homero cum Empedocle nihil aliud eſſe commune præter metrum: quod ſanè ait quia Homerus tum humanas actiones caneret, cuiuſmodi fuerant Achillis ira & Vlyſſis errores, tum ſeſe interim
78
immutaret, ita vt aliud quidpiam fieret. quæ omnia in perfecta imitatione requirit. Empedocles contra non quidem humanas actiones, ſed rerum naturam caneret, nec voce alienam perſonam repreſentaret vnquam, ſéque immutaret, ſed hiſtorici aut philoſophi more exponeret: ac proinde fieret vt imitatione & fabula (fabulam appello humanæ actionis conſtitutionem) eſſet vacuus: Homerus contra imitatione & fabula vteretur. Ita ſanè ſolum carmen duntaxat illis erat commune. Atque ex his concludit Ariſtoteles Homerum, quippe imitatorem, iurè ac meritò cenſeri poëtam: Empedoclem contra, quippe imitationis vacuum, phyſiologum magis quàm poëtam appellandum eſſe. Id quod ne tum quidem (ſubdit) affirmare cunctandum eſt, cum aliquis omnia miſceat metra, nec tamen imitationem arripiat, quemadmodum Chæremon, qui dum in ſuo Centauro miſtam rapſœdiam ex omnibus compoſuit metris, iam poëta vocandus non eſt. Hæc Ariſtoteles vt eos refellat, qui carmine poëma conſtitui & æſtimari vellent. Vbi ſanè tria ſunt obſeruanda diligenter. Primum eſt videri Ariſtotelem pro arbitratu ſumere imitatione æſtimandum poëma. Nam dixit ille quidem Epopœiam & cęteras illas formas eſſe imitatrices: docuit etiam (ſi tamen ſatis docuit) eaſdem imitationis varietate inter ſe diſtingui: ſed reuera poëſim non poſſe imitatione carere, & omnes illius formas, quæcunque illæ ſint, imitari, non ſatis docuit: præſertim verò quia nec quid imitatio ſit expoſuit: quod tamen faciendum erat, vt de re conſtare poſſet, quæ alioquin in obſcuritate verſatur: nec Platoni atque ijs reſpondit, qui poëſim in narrantem & imitantem primò diſtinguerent, ac proinde cenſerent poëſim imitatione quoque vacuam reperiri. quid multa? eò redigitur Ariſtoteles in particula xv. vt ſcribat eum quoque imitari, qui nullo immutatur modo, ſed idem planè appatet ſemper. quod tam falſum quàm quod falſiſſimum videri poteſt. alioquin hiſtoricus & Philoſophus imitator eſſet perpetuus. & ideo Plato eum tantùm imitari ait, qui aut voce aut perſona alterum repreſentat. quod ne ipſe quidem Ariſtoteles non tandem aliquando confeſſus eſt, cum in capite de Epopœia fateatur Homerum dum ipſe planè loquitur, tenera non imitari. Quare fateor quidem Empedoclem videri poſſe ab imitatione abeſſe, quia non modò non ſe immutat, ſed humanas actiones, in quibus poëtica imitatio verſatur, in materiæ loco non habet; ſed nil interim prohibet quò minùs item vi- *Tria eſſe obſeruanda. I.* *Par. 131*

deri poſſit Ariſtoteles pro arbitratu ſtatuiſſe imitationem eſſe poëmati neceſſariam. Hoc
II. primum. de quo tamen aliàs & egimus & acturi ſumus copioſiùs. Alterum eſt, callidè
progredi ac tanquam ſerpere Ariſtotelem, priùs enim (credo quòd animaduerteret
quantopere & quàm facilè a receptiſſima ſententia recederet) non audet affirmare carmen
non ad poëſim pertinere, cum dicat Empedoclem phyſiologum magis quàm poëtam
appellandum. nam ea vox *magis* ſatis indicat carmen adhuc aliquid ad poëſis vim ac
naturam conferre; & tamen ſtatim Chæremonem planè vetat poëtam appellari, idque
tametſi omnem metrorum varietatem miſcuiſſet. Qua in re quid tu Ariſtoteles Empedoclem,
etſi ab imitatione remotiſſimum, non planè ſpoliare audes poëtæ nomine, ſed
ais eſſe magis phyſiologum quàm poëtam, & tamen Chæremonem qui ad imitationem
facilè accedit propiùs, quin (vt quibuſdam credimus) Comicus fuit, poëtam appellãdum
omnino inficiaris? Certè quemadmodum in 1. Rhetoricorum Ariſtoteles ſic reijcit anticipatam Cap. 1.
Oratoris probitatem vt dicat parum ad Oratorem ſpectare aut ad rem eſſe, ſi
cum moratæ orationis probitate conferatur, & tamen poſt paulò eandem planè reijcit,
quaſi vna probitas dicendo expreſſa valeat in oratione: anticipata quæque veluti domo
affertur, penitus ſpernenda ſit: ita in præſentia imitationem magis quàm carmen æſtimat
in poëſi: mox verò vnam imitationem poëmatis naturæ conſtituendæ adhibet, carmen
non neceſſarium dijudicat. Tertium ac poſtremum illud ſit, dubitari magnopere poſſe, 79
III. quomodo Chæremonis Centaurus ex omni carminum varietate conſtaret, cum paulò
ante dixerit ad eum vſque diem metricam Epopœiam vnico tantùm metrorum genere
fuiſſe vſam. An igitur ſic loquitur, quia Centaurus iſte ad Comicum poëma pertineat non
ad Epopœiam, cui ſolùm vnigenum verſum atque vnum idémque metri genus conceſſum
vſque adhuc tantùm protulit? minimè verò. nam ſi Comicus erat Centaurus, ergo
imitatione carere non poterat: & tamen interim ob imitationis varietatem (quanquam
non omnes libri ita legunt) negat eſſe poëma. An igitur id vetat quòd rapſœdia propriè
non eſſet poëma? At hoc pacto non magnopere ad rem loqueretur; cum de poëta & poëmate
verba faceret. vt omittam eiuſmodi rapſœdiam non ad eos ſpectare qui aliena poëmata
canerent, vnde poëmata non tam conflabant quàm canebant; ſed ad germanum
poëma quod hinc inde collecto carmine conflatum erat, (& ideo fortaſſe Centaurus dictum
eſt, quòd Centauri inſtar ex varijs quaſi membris fuiſſet coagmentatum) & vera
imitatione eáque dramatica cõtinebatur. An igitur ea verba *μέχρι τοῦ νῦν vſque adhuc*, referri
debent ad vtrunque membrum; quaſi diceret ad illum vſque diem metricos imitatores
vel miſtis metris vel vnico metri genere vſos eſſe? at id ineptè diceretur. cum enim metris
aliter variari poëma non potuiſſet, vbi metrum conflandum eſſet; nihil erat cur diceret
*ad hunc vſque diem*. Vt propterea ineptus ſit interpres qui vertit, *metrorum quidem hactenus
ſiue miſtis, ſiue generis eiuſdem*: mirandúmque omnino interpretes non vidiſſe aut
certè diſſimulaſſe dubitationem. Mihi tamen quid ſtatuam non occurrit: niſi dicamus ea
verba, qualis extitit vſque adhuc, referri ad Epopœiam, & ſignificare Epopœiam ad illum
vſque diem vel ſoluta oratione vel metris, hiſque vel miſtis vel vnius generis, fuiſſe conflatam;
non verò eò prouectam, vt ex ſoluta oratione & metris fuerit concinnata & variata:
& ideo dicere potuit vſque adhuc Epopœiam talem fuiſſe. quam ſanè ſententiam etſi nõ
admittit Paccij interpretatio, admittit tamen, quin poſtulare videtur, græca litera, quæ ſignificat
Epopœiam vſque adhuc vel ſolis ſermonibus, vel metris, atque his ſiue vnigenis
ſiue multigenis vſam eſſe. quo fit vt cum variari adhuc poſſet & concinnari tum nudis
Additur ſermonibus tum metris, non temerè (vt dicere cœperam) addat ac moneat vſque adhuc
IV. tamen, niſi aut metris vel vnigenis vel multigenis, vel ſermone metris ſoluto non fuiſſe
conflatam. Hoc poſtremum. quibus (vt ad Centaurum redeam) quartum addi poteſt: nimirum
dictu abſurdum videri Chæremonis Centaurum qui dramaticus fuiſſe fertur,
imitatione caruiſſe. nam carmine multigenum fuiſſe ait, ſed tamen imitationis expertem;
quo nomine videtur illum ex poëmatum albo reijcere. Et quidem ſi illud ſignificare inſtituiſſet
Ariſtoteles carmẽ, ne ſi quid ſit multigenũ & variũ, quale planè erat in Chæremonis
Centauro, poſſe poëmatis nomine appellari, vbi deſit illi imitatio; optimè poſſet adhuc
Chæremon haberi imitator; ſiquidem Ariſtot. de eo loqueretur qui in Chæremone
carminis varietatem ſequeretur; non verò imitationem. ſed tamen paulò aliter oratio videretur
fuiſſe pertexenda: nimirũ *ὁμοίως δὲ, κἂν εἴτις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐ μέντοι ποιοῖτο τὴν μίμησιν,*

ἐκ

*ἂν ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον*, hoc eſt, *ſimiliter autem ſi quis omnia permiſcens metra, quemadmodum Chæremon fecit, qui hippocentaurum ex omnibus concinnauit metris; & tamen imitationem non faceret, nondum appellandus eſſet poëta.* Sed quoniam mira eſt codicum varietas hoc in loco (id quod ex Victorio maximè & Mutinenſi perdiſcas) illud teneamus Ariſtotelem omnino negare poëſim etiam ſi rapſœdia ac multigeno carmine conſtet, poëmatis mereri nomen vbi careat imitatione. Tametſi ea verba *ἂν ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον haud dum poëta eſt appellandus*, callidè fortaſſe pronunciantur, quòd vix ac ne vix quidem audeat
80 apertis verbis multigenum iſtud carmẽ, quòd imitatione careat, planè ab poëmatis campo repellere, quaſi verò in tertijs ſaltem relinquendum vtcunque fuerit. Sed quoniam concludit Ariſtoteles. De his igitur hunc in modum ſit definitum, iámque ſuam de poëmate ſeu carmine imitationis experte interpoſuit ſententiam, iam & quid decreuerit de Epopœia ſolutæ orationis, & quid de hac re tota ſentiendum ſit, videamus.

*CONTROVERSIA XVIII. Num imitatio ſoluta oratione, vt dialogo, facta poëſis nomen mereatur.*

Itaque ea Controuerſia ponatur. Num imitatio ſoluta oratione ſeu dialogo aut alio, ſi quod eſt huiuſmodi, orationis genere facta, poëſis nomine cenſenda ſit. Tum fortaſſe de carmine, vtrum citra imitationem poëma conſtituat, ſigillatim differemns. Ergo ſi in Platonis ſchola verſaremur, ſine dubio ſtatuendum eſſet, carmen eſſe Poëtæ neceſſarium, ac proinde dialogi & in vniuerſùm imitatio ſolutæ orationis, poëmatis nomine cenſenda non eſſet. Nam cum lu 111. de Republica ea verba proferat Socrates, *Dicam ſine carmine cum non ſim poëticus*, ſatis intelligitur, carmen ex Platone eſſe poëtæ neceſſarium, alioquin temerè illa protuliſſet verba. atque idem cum ex alijs locis, tum ex Phædone intelligitur, vbi carmen poëtæ proprium facit, vt omittam poëſim ſub Muſica reuocaſſe, quod niſi de carmine intelligi nequit. quin hæc conſtans fuiſſe videtur antiquorum ſententia ante Ariſtotelem: ſiquidem verendum eſt quidem ne ij quocunque carmine etiam citra imitationem poëma conflari arbitrarentur: at poëma ſine carmine, nullo modo. Vt minimè mirum ſit, Ariſtotelem tum confiteri omnino hunc fuiſſe priſcorum de poëmate & carmine ſenſum, tum apertè etiam ſignificaſſe ita illis hanc ſententiam fuiſſe perſuaſam, vt ſi quid vel ex muſica, vel ex medicina carminibus illigarent, poëtæ ſibi arrogarent nomen. Itaque ſciſcitari liceret adhuc num carmen ſine fabula aut imitatione ſaltem apud Platonem totam poëmatis conflaret vim, ita vt ſolum carmen (quòd priſcis adſcribit Ariſtoteles) poſſet citra imitationem & fabulam poëma conſtituere. de qua re vbi dabitur locus.
*Par. 8. & 9.* ſed an carmen ex Platone ſit poëtæ neceſſarium, dubitare non licet. Sed quoniam in præſens in Peripatetica verſamur ſchola quid Ariſtoteli placuerit videamus. Improbauit ſine dubio Ariſtoteles hanc ſententiam, idque eo maximè nomine quòd ſtatueret imitationem eſſe poëmatis quaſi formam & fundamentum: & propterea eos reprehendit, qui id carmini acceptum referrent. ſed tamen vel quia cenſeret carmen ad hanc rem momentum habere aliquód, vel quia non facilè auderet niſi ſenſim ac veluti diſſimulanter a re-
*Par. 9.* ceptiſſima opinione diſcedere, rem obſcurauit de more. nam propterea Empedoclem, qui tamen ſine imitatione res phyſicas carminibus commendauerat, nec quicquam niſi metrum cum Homero commune habebat, non phyſicum appellauit præciſè, ſed phyſicum
*Par. 55.* magis quàm poëtam. Et idcirco etiam monebat, oportere magis poëtam fabularum quàm metrorum eſſe fictorem: vbi metrum vtcunque retinere viſus eſt, atque in ſecundis vel tertijs collocare. ſed tamen ſenſim (vt dicere cœperam) metrum hac omnino ſpoliauit laude. ſiquidem in priore loco cum dixiſſet, Empedoclem eſſe magis phyſiologum quàm poëtam, continuò de his loquens, qni citra imitationem carmina miſcuiſſent, hos poëtas appellandos eſſe negauit: in poſteriore verò ſubiecit poëtam eſſe ſecundum imitationem. Itaque videtur Ariſtoteles imitationem ſolutæ orationis citra carmen ad poëſim reuocare, ac Platonis veterúmque ſententiam planè reijcere. quod ex eo etiam confirmatur, quia temerè & præter rem Epopœiam pro ficta narratione etiam ſoluta oratione conflatam vſurpaſſet ad poëmatis eiúſque formarum declarandam naturam, niſi ſolutæ orationis imitationi poëmati conflando adhibere decreuiſſet. ex quo etiam liceret inferre ſi quæ præter dialogos ſoluta oratione ſcripta ſint, quæ meram fabulam imitationémque referant. cuiuſmodi eſt Aeliodori Aethyopica, Eraſtns; Apulei aureus Aſinus, cuiuſ-
81 módi etiam apud Hiſpanos & alios ſunt Splandiani, Artus, Palmerini, Primaleones, & huius farinæ imitatrices narrationes, ex Ariſtotele eſſe germanas poëſis. quin etiam heroicum quoque poëma ſi metris ſoluatur & ſoluta oratione exaretur, velit nolit, poëma erit habendum, dum imitatio retineatur. & quanquam heroici

poematis nomen haud appellandum eſſet ampliùs, poëma tamen eſſet, cum ex imitatione dijudicandum ſit. Ita ſanè quod ſcribit in capite de Epopœia, Epopœiam metro contineri, id ſanè quoniam ad heroici poëmatis præcepta aggrediebatur, de Epopœia preſſa ſignificatione, quà ſcilicet pro heroico poëmate vſurpatur, ſine dubio eſt intelligendum. Verùm quid ſi quis non tam authoritati innitendum, quàm rationem in conſilium adhibendam putauerit in hac Controuerſia? ſanè crediderim ego rationi conſentaneum videri poſſe, imitationi ſolutæ orationis medium inter veram ac fabulæ imitationiſque expertem, & inter poëma quod tum fabula & imitatione tum carmine conſtet, locum eſſe tribuendum. Vt enim Natura inter plantas & animal ζωόφυτα procreauit, quæ partim animal eſſent, partim plantæ, útque rurſus hominem inter mortales, & immortales conſtituit, qui tamen vtriuſque eſſet particeps (cuius etiam ordinis, medij inquam vel ambigui, plurima notantur in Natura) ita medium locum ſibi vindicaret ſolutæ orationis imitatio, cum propter imitationem ac proinde fabulam (Ariſtoteleo more loquor) poëmati, propter ſolutam orationem, hiſtoriæ pedeſtríque doctrinæ, eſſet affinis. ita ſanè quoniam de re ſatis conſtat, equidem de nomine nihil eſt quòd magnopere certemus, niſi tamen quia multitudinis more loquendum eſt, pugnes eiuſmodi imitationem poëmatis nomine dignandum non eſſe, quandoquidem id ante Ariſtotelem inauditum videri poteſt, Id quod tunc vel maximè ſtatuendum eſſet, cum imitatio vix cuiuſdam ornatus cauſa adhiberetur ac leuiter. Quis enim Platonis Timæum, in quo grauiſſimè de rerum procreatione & Natura diſputatur, poëma iubeat appellari quòd ab initio perſonæ quædam introducantur, ac decoris cuiuſdam gratia & feſtiuitatis diſputationi conciliandæ adhibeantur? Etenim cum ſtatim diſputatio reliquâ ſit philoſophica vniuerſa. riderem eum qui poëma Timæum appellaret. atque idem dixerim de Ciceronis dialogis. nam ſi qui dialogi & metaphoris pleni eſſent, & poëticis luminibus ac pigmentis redundarent, nec iam certarum doctrinarum præceptis quàm poëticis inuentis ſcaterent, cuiuſmodi ſunt Luciani Dialogi, hos multò minùs quàm Ciceronis aut Platonis dialogos è poëſi abeſſe iudicarem.

*CONTROVERSIA XVIII. Num ex carmine vllo modo gignatur poema. Explicatur res tribus dictis.*

Atque ex his iam licet alteram Controuerſiam dirimere, quæ ſuperiori affinis eſt illa
quidem, ſed tamen non nihil adhuc habet diſſimilitudinis aut diſcriminis. Etenim ex di-
ctis colligitur quidem imitationem ſolutæ orationis ex Ariſtotele poëma conſtituere poſ-
ſe (nam id planè erat quod paulò ante fuit & reuocatum in controuerſiam & explicatū)
ſed tamen non planè explicatum eſt, num contra ex carmine imitationis vacuo poëma
exiſtere nullo modo poſſit: vel certè id non inde conſtat quia ſolutæ orationis imitatio
pertineat ad poëma. Quid enim prohibet quominùs ex carmine imitationis experte exi-
ſtat poëma, licet contra ex imitatione carmine ac metro vacua conſtare poſſit? Ex dictis
inquam iam planior res effici poteſt; ídque tribus effatis. Primum eſt reuera ex Platone
I. poſſe exiſtere poëma ſolo carmine, carmine inquam experte imitationis & vacuo. cum
enim poëſim aliam imitatione concludat vt Epopœiam & Tragœdiam, aliam carere illa
dicat, vt Dithyrambicam, rurſus verò carmen nunquam non exigat a poëta, quis non in-
telligat apud Platonem ex carmine ſine imitatione (id quod iam antea quoque attigerat)
poëma conſtitui poſſe? Vt propterea ſi quando poëtam vniuerſim imitationis nomine ap-
pellauit, id fecerit vel quia pleræque poëſis formæ eæque nobiliſſimæ, imitatione con-
ſtent, vel quia Lyricus etiam, etſi non neceſſariò, imitetur quemadmodum cæteri, non-
II. nunquam tamen imitetur, & verò pro arbitratu & cum laude ei liceat imitari. Alterum
effatum illud ſit, in contrariam ſententiam ex Ariſtotelis decretis eſſe diſcedendum, idq;
tum quia imitationem ſic facit poëſis fundamentum ac veluti formam, vt ob hanc vnā
ſolutæ orationi concedat poëſis nomen: tum quia etſi cunctanter eò progrediatur, vt ſta- 82
tuat è contrario carmen imitatione vacuum poëmatis nomine omnino eſſe ſpoliādum;
id tamen ſtatuit aliquando, cum doceat vinctam orationem, quamuis multigeno conſtet
carmine, poëma nequaquam habendam, vbi abſit imitatio, tum quia rurſus Herodoti Hi-
III. ſtoriam, vbi carminibus illigaretur, adhuc hiſtoriam appellari iubet. Poſtremum illud ſit,
ne id quidem ad extremum ſic ſtatuiſſe, quin contentionis veluti ſemina quædam diſſe-
minarit. cum enim diceret ἐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον (loquebatur autem de eo qui
multigeno carmine vteretur citra imitationem) ijs qui in græca oratione exercitatas ge-
runt aures neſcio quid inſuſurraſſe uiſus eſt, vnde adhuc quoquo modo cogatur ambige-
re. illud enim ἤδη ſeu iam, neſcio quo pacto efficere videretur, vt non tam neget poëtam
nullo modo habendum, qui metrum ſine imitatione vſurpet, quàm non iure optimo

poëtam

poëtam haberi.quaſi verò in eandem ſententiam recideret,quam paulò ante,cum de Em
pedocle loqueretur,expreſſerat, phyſicum ſcilicet magis quàm poëtam habendum , qui
imitatione relicta , res naturales carmine complecteretur . quam ſanè hæſitantiam tum
*1. Rhet. & in Poetic. rurſus.* deinde rurſus præ ſe tulit, cum poëtam ex fabula potius quàm ex carmine diceret æſti-
mandum,tum maximè quia Empedoclem ſæpè poëtæ nomine appellat , quin(ſi Laertio
credimus)poëticæ virtutis laude in multis celebrat. Hoc tertium. cui quartum per me *Additur. IV.*
*Ex Laertius in Emped.* addas licet,vnde ex dictis colligas,poëſim (qualis qualis ſit Ariſtotelis ſententia ) quibuſ-
dam veluti gradibus ad ſummum aſcendere;ita vt in primis illud conſiſtat poëma , quod
tum metro conſtat tum imitatione & fabula, tum poëticis ſententijs atque luminib.om-
nibus;in ſecundis aut tertijs ea ſint collocanda , quæ plus minus ad ſummum accedunt ,
aut inde recedunt.Qua ſanè in re fieri poteſt,vt interdum aliquis ſine carmine a poëtę lau-
de minùs abſit , quàm qui carmine vtitur, cũ ſcilicet alioquin & fabula & poëtica dictio-
ne cæteriſque poëtarum ornamentis egregiè inſtructus ſit:ſæpè etiam maximè omnium
abſit , cum videlicet imitatione excepta , cætera philoſophiam planè redolent aut orato-
riam virtutem. Nam ſi quis obijciat poëmatis naturam ſpecierum,ſeu numerorum inſtar *Dubitatur.*
veluti in puncto ſitam eſſe,ita vt indiuidua ſit potiùs quàm plus minus poëſis habenda ſit
& reputanda;nos quidem iam antea docere cœpimus multa reperiri , quæ ſiue latè pa-
teant ac minùs magiſque perfecta ſint,ſiue in medijs atque inter extrema cõſiſtant.qua- *Reſpondetur.*
propter etſi non inficior de quibuſdam rebus meritò illud efferri,tanquam in puncto eſſe
poſitas(ſic aliquid hominem eſſe vel affirmamus vel negamus,ſic non hunc magis quàm
illum hominem eſſe dicimus)tamen multa ſunt,quæ ſecus habent,atque ea maximè quæ
ex multis conflantur,idque ſiue naturalia ſint, ſiue (quod eſt magis obuium ) artificioſa.
Itaque ſicut beata vita, ex varijs bonorum generibus ſic conſtat ex Ariſtotele, vt quamuis
vnum verbi gratia aut alterum abſit ea non depereat (vt ſi quis operetur ſecundùm virtu-
tem præſtantiſſimam,licet interim diuitijs non planè abundet,aut prole)ita quidem poë-
ma eſſe poteſt,quamuis non ijs omnibus , quibus perfici ſolet, inſtructum eſſet. Sic ſanè
quemadmodum beata vita,ita poëma,plus minùsve eſſet perfectum,& in ſecundis inter-
dum tertiiſque conſiſteret. Quòd ſi quis hoc planè in loco,in quo Ariſtoteles non parùm *Paucis res tota; Num ſcilicet metris ſoluendum ſit poema,explicatur.*
carminis detrahit dignitati,Plato contra illi plurimum tribuit, diſputari cupiat, vtra reti-
nenda ſit ſententia,ac num fortaſſe ſentiendum ſit,carmen ſi non poëmatis conſtituat na-
turam,vt Plato ſignificat,ſaltem Ariſtotelis pace ab Poëmate nullo modo eſſe diſſocian-
dum(vt enim riſus non conſtituit ille quidem hominem, ſed tamen ab homine diſſociari
nequit , ita fortaſſe carmen etſi non conſtitueret Poëma , a poëmate tamen quippe illius
ſuauitas & quaſi riſus nullo modo diuellendum videretur)equidem id hoc tempore diſpu
tare nec velim,nec neceſſarium exiſtimo. Tantùm dicam nobis magnopere probari citra
dramaticum poëma,nullum niſi temerè a metris diſſociari:contrà verò dramaticum lon
83 gè commodius peragi,ſi metrorum vinculis liberetur. Cum enim veriſimili magnopere
ſtudendum ſit in poëmate,decorúmque in primis tuendum & conſeruandum,equidem
non ſatis video ,quo pacto ijs , quos inducimus metris perpetuò loquentes aut decorum
tueamur aut veriſimili ſtudeamus.Siquidem Reges,aulicos,matronas,ſenes,ſeruos,ado-
leſcentes videmus quidem ſoluta oratione loqui,& quicquid dicendo agunt pedeſtri ſer-
mone peragere,carmine nullo modo. Ac profectò quis veriſimile illud iudicet , vt ganeo
aut ſeruus fingatur interdum vel ebrius vel ſtultus , & tamen integras horas elaboratis
verſibus ſubitò & ex tempore colloquatur ? num fortaſſe ganeoni impuriſſimo & vino-
lento aut ebrio ſeruo & ſtolido id concedendum eſt,quod ne ſobrius quidem poëta & in-
duſtrius efficere valeat? Quapropter in eo poëmate,in quo poëtæ ſtudium & cura non diſ-
ſimulatur, quin admiratio in primis excitanda proponitur , vt in Epico maximè, aut ele-
gantiæ & vetuſtatis laus captatur, vt in Lyrico, & in vniuersùm in eo poëmate, quod ſcri-
ptis aut cantu contentum eſt, carmen, idque operoſum & elaboratum, non admiſerim ſo-
lùm, ſed neceſſarium iudicauerim (debet enim hoc poëmatis genus a vulgari ſermone pe-
deſtrique ſtylo abeſſe longiùs)at in dramatico quod videri debet ex tempore ac tumultua
ria ratione peragi,nullo modo. De qua tamen re quoniam integrum libellum conſcripſi-
mus,quem etiam in publicum edidimus, longius mihi faciendum non arbitror.

PAR-

Google

# PARTICVLA DECIMA.

Εἰσὶ δέ τινες, αἳ πᾶσαι χρῶνται τοῖς εἰρημένοις. λέγω δὲ οἷον ῥυθμῷ, καὶ μέλει, καὶ μέτρῳ, ὥσπερ ἥτε τῶν διθυραμβικῶν ποίησις, καὶ ἡ τῶν νόμων, καὶ ἡ τραγῳδία, καὶ ἡ κομῳδία. διαφέρουσι δὲ, ὅτι αἱ μὲν ἅμα πᾶσιν, αἱ δὲ κατὰ μέρος. ταύτας μὲν οὖν λέγω τὰς διαφορὰς τῶν τεχνῶν, ἐν οἷς ποιοῦνται τὴν μίμησιν.

*Paccius.* SVnt verò, quæ his omnibus promiſcuè vtantur, numero dico, harmonia, metro; vt Dithyramborum, Minorumve Poeſis, Tragœdia inſuper atque Comœdia: quæ tamen hoc differunt; quòd illæ quidem ſimul omnibus: hæ verò particulatim vtuntur.

*Riccobonus.* *SVnt autem aliqua, quæ omnibus vtuntur ijs, quæ dicta ſunt, nempe numero, & concentu & metro, ſicut Dithyrambicorum poëſis & Nomorum. Præterea Tragœdia & Comœdia. Differunt verò, quòd illæ quidem ſimul omnibus: hæ verò ſecundum partem. Atque has quidem dico differentias artium, in quibus faciunt imitationem.*

COEPERAT imitatrices quas recenſuerat formas ipſius imitationis inſtru-
mentis diſtinguere: ita vt Auleticam priùs & Cithariſticam continentérq;
Saltatoriam, illas rhythmo & harmonia, hanc verò ſolo rhythmo, diſſocia- COM. X.
uerit a cæteris, idque breuiſſimè. Mox verò Epopœiam diſtinxit, idque
ſermone & metro: quod dum faceret, alia quædam in tranſcurſu docere li-
buit, ac præſertim imitationem poëmatis conſtituendi initium ac funda-
mentum ſeu mauis formam eſſe habendam. nunc igitur ad inſtitutum rediens (& ideo
quæ de Epopœia diſputauerat; illis perorabat verbis. *Atque hæc quidem hoc modo ſint explica-
ta*) diſtinguit Dithyrambicum poëma, idque eo nomine quòd numero, concentu & me-
tro vtatur. At qui obſecro imitatione vtitur Dithyrambus, quem Plato in eorum poë-
matum profert exemplo, quæ carent imitatione? & ſanè, tametſi Dithyrambicum carmē
ſeu poëma rhythmum adſciſcit & concentum, tamen non ſatis conſtat, quo pacto in eo
ſeſe immutet poëta, aut etiam alios agentes inducat: vnde oritur poëtica imitatio. Deni-
que dum carminibus illis Bacchum aut alium quempiam laudabant, non fortaſſe perſo- 84
nam exprimebant & referebant. Nam ſi ea de cauſa imitatrix appellatur iſta poëſis, quòd
ſaltem citra immutationem aut alterius perſonæ, quam voce aut figura exprimeret, re-
præſentationem, exponeret facta, iam in eas recidimus anguſtias, in quas paulò ante nos
coniecerat Ariſtoteles. Neque enim is qui exponit tantùm, verè imitatur, Ariſtotele ipſo;
velit nolit, tandem aſſentiente ac docente. Sed de hac re vberiùs infra in particula xv. Nunc
tantùm dicam, reuera Bacchi ſacerdotes ant alios ſic tripartitam iſtam inſtrumentorum
varietatem adhibuiſſe illius factis repreſentandis, vt eius quoque perſonam exprimerent
ac repreſentarent, ita vt appoſitè Ariſtoteles Dithyrambicam inter imitatrices facultates
recenſeat: ſcitè etiam inſtrumentis illis ab alijs poëſis formis imitatricibúſque facultati-
bus diſtinguat. Tametſi quoniam Lyrici etiam deinde Odis Bacchi atque huiuſmodi a-
liorum cecinerunt facta & laudes, atque abiecto rhythmo & harmonia, ſolo carmine vte-
bantur, quemadmodum apud Pindarum animaduerſum eſt, hinc ſanè Dithyrambus imi-
tationis expers videri potuit, quemadmodum cenſetur a Platone. Dicitur autem non ſer-
mone ſed metro, ac rurſus non harmonia, ſed melo ſeu concentu imitari, quia quemad-
modum non quolibet ſermone, ſed metro, ita non qualibet harmonia, ſed vocali, vteban-
tur Dithyrambici: quæ commodiùs per melos exprimitur quàm per harmoniam, quæ
non voce ſolùm, verùm etiam tibijs aut fidibus gigni & exprimi poteſt. Sed iam quo pa-
cto cæteras diſtinguat formas, videamus. Cum enim dixiſſet *ſunt autem aliqua quæ omnibus
vtuntur ijs, quæ dicta ſunt, nimirum numero, concentu & metro*, id non de Dithyrambica ſolùm
intelligi voluit, quam tamen in exempli attulit loco dicens, *quemadmodum Dithyrambicorum
poëſis*, verùm etiam de alijs, etſi non eodem de omnibus. & ideo pergebat, *& nomorum, præ-
terea Tragœdia & Comœdia.* Id tamen non ſine diſcrimine. Nam Nomi perinde ac Dithyrā-
bici

Digitized by Google

bici tribus illis vtuntur ſimul. Tragœdia verò & Comœdia diſtinctè ac ſecundùm partẽ. Quo in loco requirendum eſſet, num nomorum omnino ſit legendum, & ſi hoc modo legendum ſit, qui ſint ij nomi, & quomodo tripartita iſta inſtrumentorum varietate vtantur. ſed rem ita commodè explicarunt interpretes atque in primis Madius, vt non neceſſe ſit actum agere, cum præſertim Ariſtoteles ipſe nõ obſcurè doceat conſueuiſſe priſcos illos legiſlatores carminibus illigare ſuas leges. atque ita factum vt vulgus eas caneret, ne effluerent memoria. atque hinc factum vt leges cantilenæ appellarentur. Sed & illud de nomis quæri poſſet, cur non eos ab initio commemorauerit, ſi enim poëmatis locum iure obtinent, quemadmodum ſignificat hoc in loco, mirum ſanè videri poteſt non perinde ac Dithyrambos ab initio relatos fuiſſe inter poëſis formas. Sed de re hac opportuniùs alibi. Nunc enim illud tantùm erat huius loci proprium vt doceretur huiuſmodi poëma tripartita illa inſtrumentorum varietate inſtructum fuiſſe. Id quod de Tragœdia quoque & Comœdia ſatis conſtat, cum actores ſiue hiſtriones ſolo metro vterentur vt iambo: chorus autem in ingreſſu & metro vteretur & rhythmo & harmonia. ſic enim in ſcenam prodibat chorus, vt venuſta quadam geſticulatione & corporis motu ad ſuas ſedes progrederetur: in quibus deinde conſiſtens, ſolo metro & harmonia vtebatur. quæ chori pars hac eâdem de cauſa ſtaſimon vocabatur. & ideo ait Ariſtoteles Tragœdiam & Comœdiam rhythmo, concentu, & metro vſas eſſe ſecũdum partem. Ita ſanè primam imitationis rationẽ eſt proſecutus: in qua (ſi quis rectè æſtimet) nec Auleticam a Cithariſtica aut è contrariò diſtinxit adhuc: ſed tantùm has a cæteris imitatricibus formis: nec rurſus Co-
85 mœdiam a Tragœdia, aut Tragœdiam viciſſim a Comœdia. ſiquidem in inſtrumentorum vſu coniunguntur. quin ne Tragœdiam quidem aut Comœdiam omnino diſtinxit a Dithyrambica, cum chorus interdum ijſdem quibus Dithyrambica inſtrumentis vtatur. itaque iam poſtulat ratio, vt ad ſecundam & tertiam imitationis rationem deueniat, quibus perfectè diſtinguat illas. Ob id igitur concludit Ariſtoteles has quidem eſſe differentias artium (vbi artes dixit non poëſis formas, quemadmodum etiam in particula IV. vt communi nomine complecteretur Auleticam quoque & Cithariſticam, quæ reuera non videntur tanquam poëſis formæ proferri) in quibus faciunt imitationem, quod eſt res genere diuerſas quibus imitantur iſtæ formæ, iam explicatas eſſe. Et ideo pergit ad alterum diſcrimen, quod ex materia ducebatur. Quanquam nos antequam ſecundũ iſtud diſcrimen attingamus, pauca quædam de propoſitis Poëticæ imitationis inſtrumentis diſſeremus, vt quoniam ſermone, metro, rhythmo, harmonia, concentu tum hactenus vſus eſt propoſitis formis diſtinguendis, tum ad alia non ſemel vtetur in poſterum, eorum ſũ vis & natura tum vſus reddatur planior. Talis itaque proponitur Controuerſia. Quid per rhythmum intelligat & huiuſmodi inſtrumenta, quibus diſtinguit imitatrices formas: & ad has diſtinguendas quomodo & num rectè illis vtatur Ariſtoteles. Porrò hac in re commodè cecidit, vt multa de ſermone dicta ſint & conſtituta, in primis verò demonſtratum fuerit, ſermonem quemadmodum in ſolutum & vinctum diſtribui ſolet; ita cum ſolutũ, tum maximè vinctum ab Ariſtotele in poëtici inſtrumenti haberi loco, ac poëmatum generibus diſtinguendis ac variandis adhiberi. Nunc de cæteris, & ſanè rhythmus, ſi Platoni credimus, eſt id quo incompoſitus corporis motus compoſitus redditur: harmonia vero eſt id quo inconcinnus cantus concinnus efficitur. Itaque ſic ſcribit Plato. *Conſiderandum igitur vtrum hic ſermo ſecundum naturam nobis verus eſt, qui dicit; tenerioris ætatis omnes, vt vno verbo complectar, non poſſe nec corpore, nec voce quieſcere; ſed moueri ſemper & loqui velle, alios exultantes ac geſtientes, & veluti cum voluptate ſaltantes ludenteſque, alios varijs vocibus conclamantes. Ac cætera quidem animalia ordinem ordiniſque defectum, qui ſanè ordo in motibus inſpicitur, & rhythmus harmoniaque vocatur, nequaquam aduertunt. Nobis autem ab ijs dijs, quos concelebratores datos eſſe nobis diximus, rhythmi & harmoniæ participem ſenſum eſſe tributum, eóſque mouere nos cum voluptate, chorúmque nobis ducere cantibus & ſaltationibus inuicem copulantes.* Sic Plato; qui propterea rhythmum id facit, quo incompoſitus corporis motus componitur, ac proinde oculis iucundus redditur. quemadmodum id quo inconcinnus ſonus concinnus ac iucundus redditur auribus, harmonia nuncupatur. motum verò cum dico, eum in præſens intelligo, qui fit in loco, ac propterea localis a philoſophis dici ſolet. Tametſi enim alij quoque motus habent ſucceſſionem ac fiunt in tempore, ac propterea quoniam veloces ſunt aut tardi, rhythmo, quippe breui aut longo, menſurari poſſunt (breue enim veloci, longum tardo reſpondet metienti) attamen Plato interim rhythmum locali adhibet motui,

*Probl. 28. ſe. 19*

*lib. 2. de leg. pag. 514.*

CONTROVERSIA. XIX.
*Quid per rhythmum intelligat ac reliqua inſtrumenta, quibus diſtinguit imitatrices formas: & quomodo & num rectè iſtis vtatur.*
*De rhythmo & harmonia.*

perficitur (perficitur enim à quarta vnitate) ita harmonia continet quidem rhythmum, ſed tamen quia vltima eius perfectio eſt concentus ſeu acuti & grauis ordo & modus,
87 ideo à rhythmo, quem tamen continet, diſtinguitur. Et ideo Ariſtoteles hunc in ſaltatione obſeruat maximè, vnde abeſt harmonia: harmoniam in concentu notat, in quo rhythmus maximè latet. Quanquam vbi ſemel metrum facit rhythmi partem, latentem illum & obſcurum vocis ſeu cantus rhythmum intelligit, quique ſub aſpectum non cadit, non verò rhythmum, quem in ſaltatione & corporis motu obſeruauerat. Verè enim rhyth-
*Li. de dif fer. pulſ. & lib. 3 de dign.* mus in quocunque motu reperitur, ita vt Galenus in pulſu, rhetores in ſoluta oratione, M. Tullius in motione cœleſti, quoquomodo illum obſeruet. Ita ſanè carminis metrum in rhythmo vocis aut ſonoræ illius motionis reperitur, quod Plato etiam eleganter ſigni-
*Par. 20.* ficauit, cum in Gorgia ſcriberet in poëſi præter ſermonem, concentum rhythmúmque reperiri. Ea verò de cauſa coactus eſt Ariſtoteles latentem illum metri rhythmum agnoſcere, quòd cum oſtendere decreuiſſet metrum & carmen a Natura in nobis ortum habere, neceſſe habuit eò quoque confugere, vt fateatur metrum eſſe rhythmi partem: quo ſanè (quoniam modò oſtenderat rhythmum in nobis a Natura proficiſci) effecit etiã metrum in nobis a Natura ortum ducere: Hæc de rhythmo & harmonia. quibus addere licet, concentum (melos ab Ariſtotele appellatur) non vno quidem modo vſurpari, nec eãdem notionem præſeferre ſemper; ſed tamẽ Ariſtoteli dum ait Dithyrambum rhythmo, *De concentu & metro.*
*Par. 10.* concentu & metro imitari, ſignificare certam harmoniæ ſpeciem ac formam, atque eam planè harmoniam, quæ voce gignitur; & hac de cauſa Ariſtoteles, qui ab initio ſermonẽ, rhythmum & harmoniam in medium attulerat, quæ eſſent imitantium illarum formarum inſtrumenta, ad extremùm Dithyrambo non ſermonem ſed metrum, nec harmoniam ſed concentum, dedit: quia ſcilicet metrico ſermone & humanæ vocis harmonia
*Par. 35.* imitaretur. Et eodem planè modo Ariſtoteles vſurpauit melos ſeu cõcentum, in Tragœdiæ definitione, cum præter rhythmum & harmoniam, melos etiam in Tragœdiæ ſermone requireret. Id quod Platoni quoque vſu venit: qui quamuis varia ratione vſurpet melos, ita vt interdum ſermone rhythmo & harmonia illud conflet, in Gorgia tamen, vbi in Poëſi præter ſermonem, rhythmum & melos agnoſcit, hoc pro harmonia, vel certè pro illa harmoniæ ſpecie ac forma, quæ cantu editur, accipit. Atque ex his omnibus conſtare poteſt quid hoc tempore ſignificet Ariſtoteli metrum: ſic enim pro carmine vſurpatur, vt rhythmi quoque ſpecies efficiatur. Si quidem metrum reuera eſt quædam rhythmi ſpecies ac forma. cum enim rhythmus cuicumque inſit motui dummodo velocitatem habeat ac tarditatem, ac partium referat varietatem, fit ſanè vt metrum, quoniã in ſolis exiſtit carminum cantúſque motionibus atque adeò pedibus, minùs latè pateat. Tametſi non eſt quod dubitemus metra quoque in magna eſſe varietate poſita, cum pedes vnde conflantur, mirificè variari & poſſint & ſoleant. Hæc de inſtrumentis, quæ ab Ariſtotele interim vſurpantur ad imitatrices illas diſtinguendas formas. & ideo concludit Ariſtoteles. ταύτας μὲν οὖν λέγω τὰς διαφορὰς τῶν τεχνῶν ἐν αἷς ποιοῦνται τὴν μίμησιν. *has quidem igitur duo differentias artium in quibus efficiunt imitationem.* quæ tamen verba non in omnibus (quod tamen non magnopere intereſt) reperiuntur codicibus. Nunc quoniam illud etiam declarandum propoſuimus, quomodo eis vtatur (quanquam id iam explicauimus magna ex parte) & num rectè ijſdem ſit vſus noſter Author; lubet iam huius rei cauſa dubitationes quaſdam proponere ac theoremata explanare. *Iam Theoremata quædam proponuntur.*

*Part. 4.* Primum verò illud ſit, Num in Auletica & Cithariſtica (in his enim primò agnoſcit rhythmum & harmoniam) rhythmus, ille eſſet qui cum harmonia coniunctus eſt, quíque ſub aſpectum non cadit, & a nobis latens ſiue obſcurus eſt appellatus: (nam in harmonia non modò grauem & acutum ſonum, verùm etiam velocem ac tardum motum, vnde breuitas & longitudo ac proinde rhythmus exiſtit, reperiri iamdiu docuimus) an ve- *I.*
88 rò qui in corporis motu & geſticulatione poſitus eſt, & ſub aſpectum cadit. Porrò id ab Ariſtotele non declaratur; ſed tamen coniecturas ille quidem offert aliquas, vnde dignoſcatur rhythmum illum deſignari qui ſaltatione ſeu corporis geſticulatione gignitur, quẽ nos breuitatis cauſa perſpicuum appellare poſſumus. cõiecturæ hæ ſunt. prima, quia alio- *Explicatur.*
*In par. 6* qui nihil erat cur ſubinde Epopœiam vel omnem vel certè aliquam ſolo metro vti affirmaret: nam obſcurum rhythmum metra continent omnia, ita vt rhythmi quoque pars
*Part. 10* ab Ariſtotele appellentur. Ex quo fit, vt quoniam metrũ interim ſpoliat rhythmo, rhythmum perſpicuum intelligat, neceſſe ſit: hoc enim metrum ſpoliari quidem poteſt, obſcuro

ſcuro

ſcuro nullo modo poteſt. Altera eſt quia non multò poſt ait, tribus illis inſtrumentis qui- Par. 10.
bus ſimul vtitur Dithyrambica, ſeorſim ſeu per partes vti Tragœdiam & Comœdiam: id
quod ea de cauſa pronunciat, quia actores modò ſolo metro, modò metro & ſaltatione
vt in choro qui parodos dicitur, modò harmonia etiam, vt in choro qui ſtaſimon appel-
latur, vterentur. quod non tam facilè affirmaſſet, vbi non in vnum perſpicuum metrum
cogitationem intendiſſet: nam obſcuro propter metrum ſaltem imitatio illa caruiſſet nũ-
quam. Quapropter egregiè multa hoc in loco Victorius, dum ſcriberet (lubet enim eius
orationem etſi paulò longiorem hìc deſcribere, quòd alijs quoque theorematis ſeruire
poſſit) ac ſuam hac in re ſententiam pateſaceret. *Exiſtimo accipi hic debere rhythmum, qui na-*
*ſcitur è motu corporis, pedúmque, aut manuum moderata atque ordinem quendam habente, elatione, ac* Pag. 7. poſt m.
*poſitura, & non rhythmum illum, qui notatur in ſonore muſicorum illorum inſtrumentorum. nam inde*
*quoque proficiſci rhythmum ſuum apertum eſt: cum enim dixiſſet in arte tibicinum ac citharistarum*
*exiſtere harmoniam, eodem tempore aliquo modo ſignificauit illic etiam manere rhythmum, qui per-*
*ſpicitur in ſonore illo ordinéque eorum temporum, ideſt breuitate ac longitudine ipſius: vix enim nume-*
*rus hic ab harmonia abeſſe poteſt, ac comitatur plerunque illi: vbi enim ordo eſt acuti & grauis, illic*
*etiam breuis ac longi motus eſt ordo. Cum igitur varia inſtrumenta eſſe oſtenderet diligens magiſter,*
*quibus vterentur hæ diuerſæ rationes imitandi, remota magis diſcrepantiáque ponere debuit: non quæ*
*ita inter ſe coniuncta aſſimiliáque forent: vt ſecerni diſiungique alterum, ab altero vix poſſet. Cum præ-*
*terea ſtatim dicat, ipſo rhythmo ſine harmonia imitari ſaltatores: planúmque ſit, quo rhythmo ars hæc*
*vtatur, quæ ſine voce ſonóreque vllo muſicorum inſtrumentum conficiat munus ſuum, videmur affirma-*
*re poſſe eundem profectò numerum ſupra etiam ab auctore intellectum eſſe: eam enim vim habet illud*
*αὐτῷ, ſignificátque, niſi fallor, ipſo illo rhythmo. Nam valet etiam non parum ad hoc confirmandum,*
*quod multò infra inquit, partes quaſdam Tragœdiæ ope metrorum ſolùm confici ad exitúmque perduci,*
*ideſt ſine harmonia & rhythmo. intelligit autem illas vbi ſunt colloquia perſonarum mutuique ſer-*
*mones ſine cantu vllo operáve chori: hoc enim nullo modo verum foret de numero prolatum, qui nota-*
*tur in breuitate & longitudine temporis: vbi enim, hoc etiam ipſo manifeſtò prodente, metrum eſt illic*
*neceſſariò quidam rhythmus: metra enim partes ſunt numerorum: non poſſet igitur aliquid confici per*
*metra ſola, vt ipſe præcipit, ſed id intelligitur verum eſſe, quia loquitur de rhythmo hoc, qui attenditur*
*in motu celeri ac tardo: ordineque illius ipſius motus a quo ſanè ſermones perſonarum vacui ſunt: illum*
*verò in cantilenis, choris exiſtere declarat, quod illic erant & ſtrophe & antiſtrophe. quæ res ſine motu*
*corporis conuerſióneque non manent: ijdem autem motus ſedulò ſeruabantur in artibus illis, quas appel-*
*lauit. ideſt & tibicines & citharistæ, vt cantus illi poſtulabant corpus mouebant, geſtúſque quoſdam*
*agebant.* Hæc Victorius. quibus item totam hanc rem explicauit percommodè. quamuis
enim non magnopere illa verba placent (*cum enim dixiſſet in arte tibicinum aut citharistarum*
*exiſtere harmoniam, eodem tempore aliquo modo ſignificauit illic etiam manere rhythmum qui perſpi-*
*citur in ſonore illo ordineque eorum temporum, ideſt breuitate ac longitudine*) cum hinc videatur
colligi poſſe Ariſtotelem in obſcurum illum rhythmum ſpectaſſe: quod ne ipſe quidem
Victorius deinde concedit, nec niſi alieno loco & ſecus quàm debuiſſet, ab Ariſtotele ſi-
gnificaretur. quamuis etiam ea diſplicent [*vix enim numerus hic ab harmonia abeſſe poteſt, &* 89
*comitatur plerumque illi* ] ſiquidem nunquam harmonia caret rhythmis; attamen cætera, Pag. 7.
quod pertinet ad propoſitum theorema, peracuta. & limitata videri debent. Vt propterea fi.
iure ipſe ſubijciat [*hæc niſi fallor animaduerſio valde vtilis eſt, euellitque ex pluribus locis huius li-*
*bri ſcrupulos non paucos.*] Atque hæc ſanè non modò de Auletica & Citharistica, verùm etiã
de Dithyrambica, Nomonpoëſi, Tragœdia & Comœdia pronunciaſſe velim & ſtatuiſſe;
dum ijs etiam rhythmi vſum attribuit. nam ijs etiam perſpicuum rhythmum adiungit,
II. Theorema quo diſtinguãtur. Iam verò alterum theorema, quod primo affine videri poteſt, illud ſita
num Ariſtoteles dum rhythmum ex ſaltatione & corporis geſticulatione deſumit, hunc
rhythmum ab vno eodémque actore ſiue harmoniæ authore prodire velit, quaſi vnus
idémque actor & ſaltaret & caneret; an verò actor vnus rhythmum, alter harmoniam ex-
Explicatur ptimeret. de qua re dubitauimus etiam in particula IV. rem in opportuniorem locum re-
ijcientes, Qua in re Victorius viſus eſt harmoniam & rhythmum ab vno eodémque acto-
re deriuare; cum ſcribat [tibicines & citharistæ, vt cantus illi poſtulabant, corpus moue-
bant, geſtúſque quoſdam agebant.] Vtinenſis contra videtur ſeiungere autes, quaſi verò
eadem vnus ſaltatione imitaretur, alter cantu & harmonia, alter ſermone & carmine.
Quanquam cùm hæc de Tragœdia & Comœdia proferret Vtinenſis, ipſe quidem non
omnino auſim id Auleticæ quoque tribuere & Citharisticæ. Sed qualiſqualis ſit eius ſen-
tentia,

tentia, crediderim ego ab initio, vt tumultuaria ratione initium habuere propoſitæ imi-
tationis formæ, tum deinde paulatim ad perfectionem aliquam traductæ ſunt, eaſdem ab
initio & harmoniam & rhythmum expreſſiſſe, tum verò procedente tempore, actores,
*In lib. de ſaltat.* vt ſcilicet munera commodiùs peragerentur & perfectiùs, fuiſſe diuiſos. Quare Luciano
facilè crediderim, ab initio eoſdem fuiſſe qui ſaltarent & canerent; ſed deinde ſeiunctos
fuiſſe, vt qui caneret quieſcens corpore, qui ſaltaret quieſcens voce, rem perageret com-
modiùs. Quam rem Ariſtoteles etiam indicauit in particula XXVI. dum diceret Aeſchy-
lum auxiſſe hiſtriones, minuiſſe quæ eſſent chori. ſignificabat enim chorum antea ferè
omnia peregiſſe, ſed deinde munera partim ad hiſtriones fuiſſe traducta. & huc etiam
pertinet quòd decurſu temporis ſcenam ampliatam legimus, ita vt alius ſaltatoribus,
alius recitatoribus, alius cantatoribus ſeu fabulæ actoribus eſſet locus. Tametſi Ari- *III. Theorema.*
ſtoteles reuera non declarat vtrum Auletica & Citthariſtica eo tempore diſtinctis
actoribus vteretur: ſed tantùm ſimul duo illa inſtrumenta imitationis (ſiue vnus
idémque caneret & ſaltaret, ſiue caneret vnus, ſaltaret alter) exercuiſſe. Hæc de ſecundo.
tametſi illud omnino fatendum eſt, qui recitarent hiſtriones, fuiſſe quidem tum ſaltatio-
nis, tum ſonoræ illius harmoniæ ſolutos munere: chorum verò non item, cum & ſaltan-
do & canendo ingrederetur; canens etiam & carmina fundens ſtaret. Tertium theorema
illud ſit, quod vnam atque alteram habet dubitationem. Prima eſt, actores figura etiam
imitationem exercuiſſe, quæ tamē a rhythmo non nihil differt. quid enim prohibet figu-
ram a motu ſeiungi, licet è contrario ſaltatorum motus & geſticulatio figuram exprimat
quoque? præter ſermonem igitur, rhythmum & harmoniam, figura inter iſtiuſmodi in-
ſtrumenta numerari debet. Atque hoc eſt, quod iamdiu dubitabamus aduerſus Ariſtote-
lem, dum rhythmum, ſermonem & harmoniam pro imitationis inſtrumentis agnoſce-
ret, non verò figuram adderet. Altera eſt, quid cauſæ ſit cur Plato rhythmum proferat
& harmoniam, illam ſaltationi & incompoſito corporis motui, hāc inconcinnæ voci aut
*Patr. l. 9 p. 180. m.* cantui, moderando, non verò figuram ad incompoſitam moderandam figuram. Sed re- *Explicatur*
ſpondeo; ſi, quod aliqui ſcribunt, figura genus ſit ſaltationis & geſticulationis, atque has
tanquam partes ſeu formas attingat; iam fortaſſe útraque ceſſaret dubitatio, quandoqui-
dem ſicut figuram cum rhythmo, ita rhythmum cum vtrâque illa forma coniunxiſſe vi-
80 detur Ariſtoteles, aiebat enim ὀρχηστὰς imitari *διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν, per figuratos
rhythmos*. quibus, quoniam rhythmos in ſaltatione & geſticulatione obſeruat, figuram
quoque comprehenderet. ita ſanè nec Ariſtoteles figuram prætermiſiſſet, nec Plato non
eam quoque rythmo componendam & moderandam ſignificaſſet, qui vniuerſo cor-
poris motui rhythmum adhibet moderando. Quod ſi etiam pugnes, figuram eſſe mo-
tionis (ſiue ſaltationem velis, ſiue aliam corporis geſticulationem) terminum, ita ut figu-
ra nō ſit à geſticulatione ſegreganda (id quod Ariſtoteles item indicauit, dum rhythmos
appellauit figuratos) multò magis dubitatio ceſſaret omnis. De qua re aliquid èx Platone
obſeruari poteſt in libro II. de legibus: nonnulla etiam in Plutarchi Sympoſio. Sed iam *IV. Theorema.*
*l. 9. Probl. vlt.* quartum addamus theorema, ac finem imponamus huic controuerſiæ. Illud igitur du-
bitatur, quî fieri poſſit, vt ſaltatio illa & geſticulatio aut etiam harmonia humanas actio-
nes imitaretur; præſertim verò ſi affectus & mores exprimendi erant. Ac profectò niſi
carminum iuuentur conſortio, vix ac ne vix quidem videntur huiuſmodi imitationi ido-
neæ. ſiquidem fieri quidem poterit, vt quibuſdam veluti ſignis leuiſſimè adumbrent ali-
quid; vt verò exprimant & repreſentent, nullo modo. Certè Plato in libro de legibus ſcri-
bit, eſſe longè difficillimum quod percipi poſſit, quid ſibi rhythmus multò verò minùs
quid harmonia repreſentet, vbi a ſermone diſſocietur. Itaque Auleticam & Citthariſti-
*Sect. 19. prob. 27. & 29.* cam ſpernit, quaſi rudem & nullius momenti imitationem. A qua ſententia ne Ariſtote-
les quidem abhorruit aliquando, qui tum in problematis videtur extenuare ac prope ar-
cere morū repreſentationem ab ijs, quæ ſenſibus obijciuntur, tum maximè in VIII. Poli-
ticorum, vbi ſic morum repreſentatione facit expertia quæ ſub ſenſus cadunt vix vt ocu-
lorum obiectis quæ appellant morum repreſentationem vtcumque concedat, ſi tamen
repreſentationem concedit vllam vbi morū ſimilitudines nullas ſed tantū ſigna quędam
in illis agnoſcat. Sed tamen idē Ariſtoteles ſaltationi rurſus tantū tribuit, vt hac affectus
mores, actiones exprimi affirmet: id quod Plato etiā cum alijs in locis multis, tū in II. de
*Lib. 9. Sympo. quæſ. vlt.* legibus ſignificauit. & ideò Plutarchus, id quod Simonides de pictura dixerat & poëſi, ſal-
tationi aptare non dubitat, hanc tacentem poëſim, illam loquentem ſaltationem appel-
lans. quid plura? olim ſola geſticulatione aut harmonia integras fabulas repreſentabant,

quod tamen non tam ſumit, quàm probat: ídque ea ratione, quia ſtudioſos ſolos aut ma-
los fermè conſequuntur mores: ſiquidem, quod pertinet ad mores, vitioſitate & virtute
differunt omnes: & hinc fieri concludit, vt imitatores vel meliores imitentur quàm nos
ſimus, aut peiores aut etiam ſimiles: ídque non ſecus ac pictoribus vſu veniret, inter quos
Polygnotus meliores, Pauſon deteriores, Dionyſius ſimiles exprimeret ac fingeret. Atq;
hinc colliget in ſequenti particula (nam ideo adhuc ſuſpenſa eſt oratio) pro rerum imita-
tarum varietate variari quoque propoſitas imitationes ac poëſim. Hæc loci huius ſenten-
tia. quæ tamen tot habet difficultates, vt in cõtrouerſiam reuocare ac latiùs diſputare co-
gar, Num quæ hîc de imitatione, præſertim humanarum actionum ſeu agentium, ſcribit
Ariſtoteles, probanda ſint. Ac profectò ſtatim illud dubitet quiſpiam, cur dicat, eos qui *CONTROVERSIA. XX.*
imitantur, agentes imitari. quid enim prohibet quominùs pictor verbi gratia aut alter ex
imitatoribus, montes, domos & huiuſmodi res alias exprimat & imitetur, vnde reuera *NVM probanda ſint quæ de imitatione, præſertim agentium, ſcribit hic Ariſtoteles. Refelluntur.*
92 πράττοντας (hi enim & agunt & conſilio agunt) ſiue agentes dici non poſſint? Quod ſi di-
cas non de vniuerſo imitatorum genere loqui Ariſtotelem hoc tempore, vel de imitatri-
cibus quas ab initio commemorauerat artis & facultatis nomine, iam fateor equidem ex
iſtis Tragicum & Comicum quoniam Dramatici ſunt, agentes imitari: id etiam nõ ægrè
omnino Dithyrambicæ conceſſerim dum Bacchi aliorúmve Deorum (quod exinde fa-
ctitari cœpit) Heroúmque facta repreſentaret. Tametſi enim Plato Dithyrambicum exi-
mit imitatione, nihil tamen prohibet quominùs cum imitatione coniungeretur vbi non
ſolo metro conſtaret ſed cum harmonia quoque & rhyrhmo permiſceretur. Atque idẽ
fortaſſe Auleticæ & Citharisticæ contingebat dum hominibus agentibus imitandis adhi- *I.*
berentur. Verùm ſexcenta ſunt quæ repreſentare Epici ac Lyrici, ſolent ac veluti ante ocu- *II.*
los ponere, quæ ab humanis actionibus diſſident, vt tempeſtates naufragia, Auroram, So-
lis ac diei ortum ſiue occaſum, noctem, & his ſimilia. Denique in poëmate interdum non
agentes etiam, quales ſunt otioſi, ſegnes ac dormientes, non imitemur, vix credi poteſt.
Certè Lyricum inprimis eſſe ab humanarum actionum imitatione ſolutum, vix vt per
tranſennam interdum mortalium actiones imitetur (ſi tamen is imitari dicendus eſt qui
ex propria perſona loquitur paſſim) compertum eſt ſatis. Vt propterea nõ tam facilè fuiſ-
ſet Ariſtoteli ſumendum, ac tanquam exploratum atripiendum, imitatores iſtos agentes
atque adeò humanas planè actiones imitari. Sed & ſecundo loco, dum ait eſſe neceſſariũ, *III.*
vt agentes ſtudioſi ſint ac boni vel mali, quid quæſo prohibet agẽtes quoſdam in medio-
*Par. 68.* critate quadam conſiſtere, ita vt non facilè aut probi aut improbi ſint appellandi? Profe-
ctò Tragicos Ariſtotele ipſo authore, eos imitatur, qui nec deteriores ſint nec optimi;
*In poſtpr. in ca. de oppoſ.* quod Comici etiam ſæpè faciunt. Qua etiam in re ad Ariſtotelem ipſum prouocare poſ-
ſem qui alicubi contrariam planè ſententiam tuetur, docétque fieri poſſe vt homo nec
prauus ſit nec bonus: ídque ea de cauſa quia nondum aut virtutis aut vitij habitum ha-
beat. Quòd ſi homines vitio & virtute mores oſtendunt varios: ijdem tamen multa natu *IV.*
raliter agunt, aut temerè & per incogitantiam, in quibus nec virtus reperitur nec vitium.
& tamen hæc quoque licet imitari. Sed fac eas actiones intelligat Ariſtoteles quæ gerun- *V.*
tur conſilio, quæque vitio aut virtute continentur. At quid eſt deteriores aut meliores
vel tales imitari? imitatio enim ſimilitudini ſtudet. ſiquidem, vt hoc in loco ſcribit Auer-
roes, in imitatione intenditur (interpretis vtar verbis) conuenientia aſſimilati cum ſuo aſ-
ſimilabili. & ideo non videtur Poëſis meliorum deteriorúmve imitatione varianda. Nam *VI.*
quòd pictores idem facere videantur, non magnopere intereſt, cum horum quoque ſit,
non tam meliores aut deteriores quàm ſimiles imitari, pictoris enim virtus in eo enitet
vt non meliores aut deteriores ſed ſimiles fingat. Hæc aduerſus propoſitam particulam.
Vt omittam videri Ariſtotelem minùs conſtanter loqui dum modò ſtudioſos & malos, *VII.*
modò meliores ac deteriores affert, quibus varietur imitatio: modò meliores, ſimiles, pe-
iores: de quibus opportuniùs infrà. Sed iam vt totam hanc Controuerſiam explicem ac
doceam Poëticam imitationem in vniuerſum actores eóſque ἑτέρους imitari, ſic reſpõdeo.
Reuera nihil prohibet quominùs pictor aut huiuſmodi imitator aliquis eas res imitetur, *Reſpondetur.*
quæ nihil minùs quàm πράττοντες, ſiue agentes dicantur: ſed tamen illud quoque veriſſi- *Ad Primum.*
mè dicitur, pictoris conſimiliúmque imitatorum ſtudium in humanis actionibus effin-
gendis occupari vel maximè, ita vt agentes in primis imitari videantur. & huc pertinet
quòd mores etiã quoquo modo exprimunt, ita vt pictura quaſi altera poëſis, morata ſci-
licet, haberi ac dici ſoleat. Quanquam non eſt cur inficiemur Ariſtotelem in præſentia nõ

# PARTICVLA XII.

ΔΗ͂λον δὲ, ὅτι καὶ τῶν λεχθεισῶν ἑκάστη μιμήσεων ἕξει ταύτας τὰς διαφοράς. καὶ ἔςιν ἑτέρα, τῷ ἕτερα μιμήσεσθαι τοῦτον τὸν τρόπον. καὶ γὰρ ἐν ὀρχήσει, καὶ αὐλήσει, καὶ κιθαρίσει ἐςὶ γενέσθαι ταύτας τὰς ἀνομοιότητας.

*Taccius.*

EX quo liquidò apparet imitationum ſupradictarum vnamquamque tales differentias ſortiri planéque diuerſam euadere, quòd res diuerſas ad hunc modum imitetur. Etenim tum in ſaltatione tum in tibiarum cithararúmve modulatione huiuſmodi diſſimilitudines fieri contingit.

*Riccobonus.*

*MAnifeſtum autem eſt, quod & ex ijs quæ dicta ſunt, imitationibus, vnaquaque habebit has differentias, & erit diuerſa, eò quòd diuerſa imitabitur hoc modo. Nam in ſaltatione & Auletica & Cithariſtica poßunt eſſe huiuſmodi diſſimilitudines.*

COM. XII.

QVOD olim dixerat imitatrices formas illas differre item earum, quas imitantur, rerum varietate, quod eſt, vt modò docuit, meliorum, deteriorum, ſimilium imitatione; confirmat & declarat (ſi tamen appoſitè declarat) in præſens. Itaque perſpicuum eſt (inquit) vnamquamque ex dictis imitationibus habere has differentias: ac proinde eſſe diuerſas, quòd res diuerſas imitentur hoc planè (quem ſcilicet meliorum, peiorum, ſimilium appellauimus ac declarauimus) modo. Id quod tum in ſaltatoria, tum in Auletica, tum in Cithariſtica agnoſcit primùm, quibus has diſſimilitudines ait ineſſe poſſe: mox etiam in Epopœia, continentérque in Dithyrambica, cui Nomonpoëſim adiunget, & in Tragœdia & Comœdia obſeruabit. Quo in loco illud ſtatim dubitationem habet, num ſcilicet per *ἑκάστην μιμήσεων, vnamquamque imitationum*, quarum ſingulas ait variari meliorum, peiorum, ſimilium differentijs, intelligat ſex illas imitatrices formas, quas propoſuit ab initio, hoc eſt Epopœiam, Tragœdiam, Comœdiam, Dithyrambicam, Auleticam, Cithariſticam; an verò quinque illas, quas deinde inſtrumentis variauit diſtinxitque imitationes, quarum vna ſolo rhythmo vtatur, altera rhythmo & harmonia, tertia ſermone ſiue ſoluto ſiue vincto, quarta rhythmo, concentu & metro ſimul, quinta ſeu poſtrema ijſdem ſed non vbique omnibus. Etſi enim dum inſtrumentorum vſu diſtingueret imitatrices facultates, has octonario comprehenderit numero (ſex enim propoſitis ſaltatoriam primò, deinde Nomonpoëſim addebat) eas tamen quinquepartito inſtrumentorum vſu cõprehendebat ac variabat, ita vt qui ex inſtrumentis duxerit partitionem, quinque conſtituat imitationum formas. Itaque dubitare valde licet, Num hoc in loco dum ait conſtare iam vnamquamque ex dictis imitationibus variari poſſe tripartita iſta quam modò proferebat meliorum, peiorum, ſimilium differentia, per dictas imitationes intelligat ſex illas imitatrices formas quas propoſuerat ab initio; an verò quinque illas formas quas deinde inſtrumentorum vſu ac varietate conſtituerat. De qua dubitatione ſic ſta-
95 tuo. Reuera videri poſſet Ariſtoteles de ſex illis prioribus formis verba facere. cum enim in particula IV. dixiſſet eas formas diſtingui, quòd vel genere diuerſis, vel diuerſa, vel modo diuerſo imitarentur, continentérque de ijſdem commonſtraſſet primã diſtinctionis rationem ac viam, quis neget hîc, vbi ad ſecundam accedit, id eo conſilio aggredi, vt nos item doceret quo pacto illæ ipſæ formæ ex materia ſint diſtinguendæ? Huc accedit quòd cum hîc continenter ſex illas formas reuera & commemoret rurſus & diſtinguat vix concipi poſſit per *ἑκάστην μιμήσεων* niſi ſex haſce formas deſignaſſe. Veruntamẽ ex progreſſu ſatis intelligitur eum ſic rem perſequi, vt ſpectet quinque illas formas quas modò inſtrumentorum vſu conſtituerat & varietate. & ideo in ſaltatione primùm quæ ſolo rhythmo, mox in Auletica & Cithariſtica quæ rhythmo & harmonia tum in Epopœia, inde in Dityrambica, & quam denuò proferet legum poëſi, ad extremum in Tragœdia & Comœdia hanc agnoſcit materiæ varietatem, quæ in quinque illis quas ex inſtrumentis conſtituerat, formis poſita eſt. quid plura? inter ſex illas formas ſaltatoriam

*Dubitatur.*

*Reſpondetur.*

 &legum

& legum poëſim nequaquam retulerat, ſed dum de inſtrumentis ageret, illa in Auleticæ & Cithariſticæ tractatione, hæc in Dithyrambicæ, cui eſt quamſimillima, diſtinctione occurrerat. & tamen has quoque diſtinguit ex materia, & in quinquepartita illa inſtrumentorum concludit varietate, quod nullo modo accidiſſet, vbi in ſex illas formas intendiſſet planè animum. & ideo qui ſcribunt per has imitationes intelligere artes illas, de quibus mentionem fecerat ab initio, mihi quidem omnino aberrare videntur. Nec obſtat quòd ab initio ſex illas facultates imitatrices ex materia itèm receperat diſtinguendas: nam vſque adeò conſtat hanc quam ex materia petimus diſtinctionem, ad quinquepartitam illã trium inſtrumentorum admiſtionem & varietatem referri, vt dubitare quidem liceat, num rem ex præſcripto proſecutus ſit Ariſtoteles (de qua etiam re paulò poſt) at quoniam nùs quinquepartitam illam formarum varietatem ſpectet, dubitare nullo modo liceat. & ideo ſex illas imitatrices formas ſic interim diſtinguit vt non ab ijs ſeda ſaltatoria ordiatur, ac ſummatim quinquepartitam illam quæ ex inſtrumentis ducta fuerat, formarum varietatem, triplici materia diſtinguat & partiatur. & ideo etiam ſenties Ariſtotelem in proxima particula haſce materiæ differentias in ijs requirere & obſeruare quæ ſermone aut nudis metris imitarentur. Iam verò his poſitis & explicatis ad propoſitas differentias deſcendamus, in quibus mirum eſt quantopere nos hærere adhuc cogat noſter author.

*CONTROVERSIA XXI. Num tripartitam materiæ varietatẽ aptè vſurpet Ariſtoteles vt imitatrices quas propoſuit formas & facultates diſtinguat. Dubitatur rurſus.*

Quapropter non poſſum non eam Controuerſiam diſceptandam proponere. Num ſcilicet ex materiæ varietate ac differentia quas proſequitur imitatrices formas, rectè iam diſtinguere aggrediatur Ariſtoteles. Ac primùm quoniam has differentias non tam ineſſe ait, quàm ineſſe poſſe, (id enim videtur valere ἐστὶ γενέσθαι) verendum eſt ne lubricæ ſint diſſimilitudines iſtæ, ac minùs idoneæ varijs iſtis facultatibus diſtinguendis: nõ enim quæ ineſſe poſſint diſſimilitudines (hæ enim ex fluxis affectionibus ducuntur quæque cum abeſſe & ineſſe poſſint, nil planè faciunt ad ipſam rei naturam conſtituendam ac propriè diſtinguendam) ſed quæ inſunt, ac ſubſtantiales quas appellant differentias conſtituunt, ſunt afferendæ. Ad hæc cum fieri poſſit vt vna eàdémque facultas, vt Auletica verbi gratia, modò meliores imitetur modò deteriores, idque Citharisticæ vſu venire poſſit, propoſita iſta rerum meliorum deteriorúmve varietas, formis iſtis non minùs coniungendis quàm diſſociandis erit accomodata. Quanquam illud palmare videri poteſt, quòd cũ ſingulæ differentiæ ſingulis poëſis generibus imò imitatricibus formis ineſſe debeant, vt
quæque forma ſeu ſpecies ſua differentia ab altera diſſocietur ſpecie, non modò eas imi-
I. tationes affert in medium, quæ propoſitis formis non minùs coniungendis quàm diſſo-
II. ciandis aptæ ſunt, verùm etiam ſtatuit ſingulas ſpecies triplici iſta diſſimilitudine variari
III. poſſe: quòd nimirum tum Saltatoria, tum Auletica tum Citharistica (idem tu de cæteris
IV. formis collige) modò meliores, modò peiores, modò pares imitari poſſit. quaſi verò hoc 96
in loco de ſimilitudine, imò verò de identitate, vt ſcolaſtici loquuntur, ſeu ταυτότητος nos
docere oporteret: & tamen cum in imitatione iunctæ fuiſſent hæ formæ ac ſpecies, pan
V. erat vt iam verè diſſociarẽtur: idque eo modo quo Tragœdia interim & Comœdia hinc
planè diſtingui poſſunt; vt hæc (ſi Ariſtoteli credimus) deteriores, illa præſtantiores, imitetur. Adde quòd cum ex propoſitis facultatibus pleræque iam commodè ſatis inſtrumẽtorum vſu eſſent diſtinctæ, ſatiùs erat eas, quippe iam commodè diſſociatas, prætermittere, quàm ad nouam hanc diſtinguendi rationem infœliciter reuocare. Certè Orcheſtica iam cõmodè diſtincta fuerat a cæteris, quòd vna ſolo rhythmo vteretur. quid igitur erat,
VI. vt rebus imitatis iam diſtinguenda ſuſciperetur, quibus (vt oſtendimus) rurſus cum Auletica & Citharistica non minùs coniungi poteſt quàm ab ijs diſſociari? Sed & illud addere licet, niſi rebus imitatis Auleticam & Citharisticam aptè diſtinguere liceat, magnopere ſuſpicandum ne tripartita iſta ratio, quæ interim ab Ariſtotele imitatricibus formis diſtinguendis adhibetur, minùs idonea ſit atque perfecta. ſiquidem alioquin prima & tertia diſtinguendi ratio cæteris imitatricibus facultatibus diſtinguendis ſeruit illa quidem, his duabus facultatibus diſſociandis nullo modo ſeruit. Nam ſi eò confugias vt dicas, eſſe quidem cur iſta materiæ ſeu actionum imitatarum diſſimilitudo Tragœdiæ & Comœdiæ adhibeatur, quæ quoniam & inſtrumentis iiſdem vtuntur, & eodem modo imitãtur, rerum imitatarum varietate indigent vt diſſocientur tandem; at Auleticam & Citharisticam per ſe ſatis diſtingui, cum hæc fidibus, illa flatu, imitationem faciat, iam id non Ari-
VII. ſtoteleam rationem tueretur, ſed rem aliter quàm Ariſtoteles explicaret. Vt omittam paulò poſt nouam illam poëſis formam (Nomonpoeſim inquam) ſeſe nobis in conſpectum

rurſus

rurſus daturam, quæ quoniam tum in inſtrumentis, tum modo imitandi cum Dithyrambica planè conuenire videtur, vix ac ne vix quidem ſinat vt vlla nobis ſuppetat ratio, vnde *In par. 13.* rurſus hæ duæ formæ diſſocientur, niſi materiæ varietas eam ſuppeditet. & tamen materię varietas vni eidémque formæ variandæ accommodata quidem videtur, multis diſtinguendis nullo modo. Hæ dubitationes. Quibus tamen, quoniam huic particulæ ſunt ferè cum duabus ſequentibus communes, in altera Controuerſia ſatisfaciam, quam particulæ XIV. continenter ſubijcere cogar. Vbi etiam requiremus num Ariſtoteles, quod attinet ad diſtinctionem ex materia ductam, promiſſis ſteterit.

---

# PARTICVLA XIII.

KAὶ περὶ τοὺς λόγους δὲ, καὶ τὴν ψιλομετρίαν. οἷον Ὅμηρος μὲν βελτίους, Κλεοφῶν δὲ, ὁμοίους, Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος, ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος, καὶ Νικόχαρις, ὁ τὴν Δηλιάδα, χείρους.

SImiliter quoque & quæ circa ſermones & nuda carmina verſantur. Exempli cauſa, Homerus præſtantes effingit, Cleophon ſimiles; Hegemon verò ille Thaſius (qui primus parodias ſcripſit) necnon Nicocaris qui Deliadem, viles. *Paccius.*

97 *ET circa ſermones & nuda metra: vt Homerus quidem meliores: Cleophon verò ſimiles: at Hegemon Thaſius qui Parodias, & Nicocharis qui Deliada, peiores.* *Riccobonus*

*COM. XIII.* AB ſaltatione quæ ſolo rhythmo, & Auletica ac Citharistica, quæ rhythmo & harmonia, imitantur, ad Epopœiam progreditur, quæ τῷ λόγῳ ſermone inquam imitatur; & hoc ſiue ſoluto ſiue numeris adſtricto. Ait igitur in imitationibus etiam, quæ ſiue ſermone, materiæ vel deterioris, vel melioris, vel mediocris ſeu ſimilis varietate variari poſſint. Id quod exemplis etiã illuſtrat. Nam Homerus, inquit, imitatus eſt meliores (id quod ex Iliade cõſtat & Odyſſea, vbi Achillis & Vlyſſis, hoc eſt meliorum ſeu præſtantiorum actiones imitatur (Cleophon verò ſimiles, & quales noſtra hac tempeſtate ſolẽt occurrere; Hegemon denique Thaſius qui Parodias ſcripſit, & Nicocaris qui Deliada compoſuit, deteriores. vt propterea horum poëmata re imitata diſſideant. Hæc loci ſumma. Ex qua illud primũ colligo, futurum fuiſſe vt temerè Ariſtoteles hoc in loco λόγους ſeu ſermones vſurparet, atque illos ex materia diſtinguendos ſuſciperet, niſi, vt λόγος orationem & ſolutam ſignificat & vinctam, cenſuiſſet vtroque modo imitari licuiſſe: ac proinde fieri vt eæ, quæ ſoluta oratione continentur imitationes, cuiuſmodi ſunt dialogi, materia rurſus diſtingui poſſint, quia tum præſtantiores, tum deteriores, tum ſimiles repreſentare valeant. Nam ſi dicas, hîc per λόγους ſeu ſermones, metricos intelligere ſermones & carmen; iam quid erat quòd ſubijceret καὶ τὴν ψιλομετρίαν ſeu nuda metra? quid enim dubitationem hîc creare ac rem inuoluere, cum (ſi fortè vnos ſermones vinctos intelligebat) commodè rem explicare potuiſſet dicendo καὶ περὶ τὴν ψιλομετρίαν & circa nuda metra, aut etiam circa metra, Nam quod cotinenter ijs vtitur exemplis, quæ quis ad metra pertinere arbitretur, id verò nihil prohibet quominùs hîc per ſermones & ſolutam & vinctam orationem, aut etiam, quoniã illis opponit ψιλομετρίαν, nudos ſermones ac metris ſolutos ſignificet; cum ſatis eſſet exemplum vel in ſoluta oratione, vel in carmine afferre. quod enim exemplum viliorum, præſtantiorum, ſimilium, afferebatur in vinctis imitationibus, illud ſolutæ accommodari poterat quàm facillimè. Vt omittam exemplum ſolutæ orationis facilè fuiſſe prætermiſſum, quod non eſſet in promptu. ſiquidem Platonis dialogi non totam illam præſtantiorum, deteriorum, ſimilium varietatem referebant. Quin fortaſſe Deliada ſoluta conſtabat oratione, ita vt exemplum miſti generis, partim ex ſoluta oratione, partímque ex vincta deſumptum ſit. nam Deliada quæ fuerint, ignoratur. Quid multa? hîc non tam ſcribit tripartitam iſtam materiæ varietatem fuiſſe ſoluta oratione vſurpatam quàm vſurpari, ſeu in eandem cadere poſſe: & ideo non neceſſe erat iſtius varietatis exempla requirere in ſoluta imitatione: præſertim verò quia nec Saltatoriæ, nec Auleticæ, nec Citharisticæ,

*Loci Summa.*

*Colliguntur quædam. I.*

riſticæ, quas tamen tripartita illa materia variari poſſe dixerat, exemplum attulerat vllum:
ídque ea fortaſſe de cauſa, quòd nullum ſuppeteret. & ideo dixit poſſe exiſtere in illis eas
tripartitæ materiæ diſſimilitudines, at ineſſe haudquaquã affirmauit. Ita demum quem-
admodum in particula I V. ſermonem in vniuersùm protulit in poëtici inſtrumenti loco;
in I V. verò eundem ſermonem in ſolutum & vinctum diſtribuit, ac tum ſolutæ tum vin-
ctæ imitationis exempla protulit: ita in præſentia ſtatuit tripartitam illam materiæ varie-
tatem poſſe tam in ſolutam quàm vinctam imitationem cadere. Niſi tamen ita concedas
indicari hoc in loco tum ſolutæ tum vinctæ orationis imitationem poſſe tripartita illa
materia variari, vt velis hîc *τοὺς λόγους ſermones* inquam, non quodlibet. ſermonis genus
tam vinctum quàm ſolutum, vt ab initio, ſed ſolutum tantùm ſignificare. quod ego qui-
dem crediderim facilè: cum hîc ſermo, carmini opponatur. nam ſermonem apud Ariſto-
II. telem ſæpiſſimè pro quolibet orationis genere tam ſoluto quàm vincto, ſæpe etiam pro 98
ſoluto tantùm (id quod cum alibi tum in I I I. Rhetoricorum videre licet) vſurpari com-
pertum eſt: at pro vincto dumtaxat, nullo modo. Alterum eſt, quæ dixit hactenus Ariſto-
teles de Saltatoria, Auletica & Cithariſtica, iis reſpondere, quæ in particula I V. & V. protu-
lerat de imitatricibus formis, vbi ſaltatoriam ſolo rhythmo, Auleticam & Citharisticam
rhythmo & harmonia inſtruxerat ad imitandum. Itaque quæ modò ſubiungit de ſermo-
nibus & nudis metris, iis reſpondent, quæ iam antea in particula VI. & VII. ſubiecerat de
Epopœia: quam vel ſolùm ſermonibus nudis vel metris dixerat imitari. Quòd ſi ibi ſermo-
nes appellauerat nudos, hîc metra facit nuda, iam res in idem recidit, cum vtrobique ſer-
mones opponat metris ac proinde Epopœiam indicet & ſoluta oratione & vincta conſta-
re poſſe. ex quo ſanè fit, vt hîc etiam non quidem nomine ſed re Epopœiam fuſiore voca-
bulo vſurpet. nam tum ſermone ſoluto eam rurſus indicat conſtare poſſe, tum verò me-
tro, quòd deinde non tres præſtantiſſimas complectatur actiones ſolùm, verùm etiam &
mediocres & viles. Quòd ſi fortè Parodiæ & Deliada non hexametro (vt coniectare licet)
III. ſed humiliore carmine, fortè etiam Deliada ſoluto ſermone, conſtabant, multò magis fa-
tendum erit Epopœiam hîc tacitè deſignari & vſurpari, quæ latiſſimè patet, quemadmo-
dum par quoque erat, cum Epopœiæ hæc reſpondeant, quæ in particula ſexta fuſiore voca-
bulo eſt vſurpata. Iam verò tertium quod ex hoc loco colligere licet, illud ſit: mirum vi-
deri poſſe Ariſtotelem hoc in loco ſtatuere voluiſſe Epopœiam ac ſummatim vnam pla-
nè eandémque formam imitationis tripartita iſta materiæ varietate contineri poſſe: ita vt
vna eadémque Epica imitatio modò meliores, modò deteriores, modò ſimiles imitetur:
atque idem de ſaltatoria, Auletica, Citharistica & de aliis confirmauerit. etſi enim non in-
ficior ſaltatoriam verbi gratia aut aliam ex propoſitis formis tripartita illa materia variari;
imo verò hanc varietatem vno eodémque tempore referre ac miſcere potuiſſe (id quod
contingeret, ſi in ſaltatorum choro vnus verbi gratia Achillem, alter Therſitem, alter Tal-
tibium repreſentaret) attamen videndum erat ne id alieno loco atque omnino præpoſte-
rè commemoraret Ariſtoteles: ſiquidem formæ imitatrices erant rurſus diſtinguẽdæ ma-
teriæ varietate illa, non coniungendæ: & ideo docendum hanc meliores, illam deteriores,
tertiam ſimiles imitari. Quare dum Victorius ſcribit, *omnibus autem his* (loquitur autem
de ſaltatione, Auletica, Citharistica) *ſi quis velit, cuſtodiuntur tres illæ diſſimilitudines, ideſt licet
peritis harum artium imitari ipſis & meliores viros quàm nunc ſint, & peiores, & pares: nam & qui
ſaltat motu illo corporis exprimere poteſt homines, qui bonitate virtúteque aliqua vincant homines,
qui nunc viuunt; & vt meliores, ita etiam deteriores iiſdem geſtibus imitari vales, vt eos etiam, qui pa-
res hominibus noſtri ſæculi ſint, eadem illa ratione referre ac nobis ante oculos ponere. eadem ratio eſt
reliquarum duarum artium*, vix cum Ariſtotele non pugnare, aut certè non dubitationem
huc permoleſtam non inferre dixeris. Quanquam reuera ſingulis illis formis tripartitam
illam materiæ varietatem conuenire poſſe docet ac ſtatuit Ariſtoteles: ſiquidem ſupra in
particula XII. aiebat, *vnaquæque habebit has differentias*: ideo etiam ſubdebat tum in ſaltatio-
ne, tum in Auletica, tum in Citharistica poſſe ineſſe tripartitam iſtam varietatem & diſ-
ſimilitudinem. & huc etiam pertinebat quod dixerat in particula XI. Polygnotum melio-
res pingere conſueuiſſe, cum Pauſon contra deteriores, Dionyſius ſimiles pingeret. hîc
enim vna eádémque facultas ſiue ars tripartita illa materia variatur. Et ideo cætera huic
ſimili, quoniam eo vtitur Ariſtoteles, ad poëticas illas formas materiæ varietate declaran-
das, reſpondere debent: ita ut tum Auletica, tum quæque ex aliis propoſitis formis imita-
tricibus poſſit tripartita illa materia variari. Ita ſanè dubitatio in Ariſtotelem exſtiterat ad-
huc

huc grauior; cum iſtinc non tam imitatrices formas diſiungat ac diſterminet prout debuit, cum in imitatione eas conſociaſſet, ſed ſeorſim ſingulæ uarientur. ex quo fieret ut potiùs tripartita illa materiæ varietate ſex illæ ſeu quinque imitatrices formæ copularen-
99 tur. De qua tamen re in ſequenti particula opportuniùs.

# PARTICVLA XIV.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοὺς διθυράμβους, καὶ τοὺς νόμους, ὡς πέργας, καὶ κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος μιμήσαιτο ἄν. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγῳδία πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέστηκεν. ἡ μὲν γὰρ χείρους, ἡ δὲ βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τῶν νῦν.

PAri ratione & qui per Dithyrambos & Mimos vt fatuos & Cyclopas Timotheus, & Philoxenus vtique imitantur. Qua etiam diſſimilitudine Tragœdiam a Comœdia differre dicimus: hæc enim humiliores: illa verò præſtantiores imitatur quàm qui modò ſunt. Paccius.

*SImiliter verò etiam circa Dithyrambos & circa Nomos: vt qui fecit Cyclopes Timotheus & Philoxenus poſſet aliquis imitari. In eadem verò differentia & Tragædia, & Comœdia ſeparata eſt: hac enim peiores: illa meliores imitari vult, quàm ij qui nunc ſunt.* Riccobonus.

COM. XIV. QVod modò ſtatuebat de Epopœia, nunc tum de Dithyrambica ſtatuit, tum de noua, quæ illi paulò ante occurrerat poëſi, nimirum de legum poëſi: docétque poſſe has quoque ſingulas tripartita illa materia variari, ita vt & meliores & peiores & ſimiles imitentur. quòd ſi quis dicat Dithyrambos Deorum ac fortiſſimorum virorum facta decantare, νόμους verò legislatores legúmque præſtatiam canere & imitari, ac proinde ijs nec mediocres nec viles aptari poſſe actiones, iam Timotheum & Philoxenum profert, qui Dithyrambos ad humiliorem materiam traduxerant. etſi enim non ſatis conſtat quales eſſent ſiue Pergæ ſiue Perſæ, quos Dithyrambo imitati eſſent, conſtat tamen ad humiliorem imitationem pertinere, & eiuſdem eſſe ordinis cum Cyclopibus, hoc eſt voracibus hominibus & perditiſſimis. quin fortè Perſæ, quoniam & voraces fuiſſe & ab Ariſtophane ipſo hoc nomine ſugillatos legimus, Cyclopum imitationem æmulabantur. niſi fortè πέργας corruptè legi, præpoſterè etiam πέρσας emendari, affirmes, & pro ὡς πέργας καί, reponendum cenſeas ὡς ὁ πέρσας vel ὡς ὁ ποιήσας. Itaque hoc etiam in loco ſtatuit formas iſtas poëmatum poſſe tripartita illa materiæ varietate variari ſingulas. quin Dithyrambicam ſaltem fuiſſe hoc modo variatam. cum enim iſtos non quidem νόμων ſed Dithyramborum Poëtas fuiſſe, atque humilem tamen imitationem exercuiſſe, legamus, facilè crediderim Ariſtotelem ſignificare voluiſſe Dithyrambos re ipſa fuiſſe variatos: ita vt ad mediocrem humilémque materiam ab iſtis fuerint reuocati. Nam ſi te illud commoueat, μιμήσαιτο ἄν *imitetur aliquis*, quod eſt *imitari poſſit aliquis*, quaſi verò hinc intelligatur nondum fuiſſe tripartita illa materia variatos ſed nil prohibere quominùs variari poſſint, equidem id de νόμοις, quoniam illi Dithyramborum ſcriptores fuerunt, intelligendum, non grauatè, de Dithyrambis ægrè omnino, conceſſerim. Dithyrambos enim tum etiam variari cœptos, tum rurſus variari poſſe ſignificat. Iam verò ad Tragœdiam pergit & Comœdiam: quæ duæ formæ poëſeos ſupererant: de his autem longè aliter decernit Ariſtoteles quàm de cæteris. cæteras enim ſingulas tripartita illa varietate aut variatas eſſe aut variari poſſe docuit: Tragœdiam contra propter materiæ diſcrimen a Comœdia differre (id enim valent ea
100 verba ἐν αὐτῇ δὲ τῇ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγῳδία πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέστηκεν) ita vt Tragœdiæ præſtantior tantùm materia conueniat, Comœdiæ vilior: ac proinde neutra tripartita illa variari poſſit materia, quare ſi mutuò conferantur, conſtare quidem poteſt inter ſe diſtingui, quòd illa præſtantem, hæc humilem materiam imitetur: at tripartitam illam varietatem nec per ſe ſingulæ, nec mutuò collatæ repreſentant. Atque hinc eſt vt dubitatio ſeu Con-

Controuerſia

*CONTROVERSIA XXII. NVM quæ ex materiæ varietate ducitur hic diſtinctio ea tandem propoſitis imitatricibus facultatibus apta ſit diſtinguendis. Quæ ſit dubitandi ratio. Explicatur iam Controuerſia.*

trouerſia quam hac de re in ſuperioribus particulis excitauimus, hîc emergat rurſus. de qua quoniam propoſitam imitantium formarum diſtinctionem euertit totam, iubet paulò vberiùs diſſerere, idque tali propoſita Controuerſia. N V M quæ ex materiæ varietate ducitur hic diſtinctio ea inſtituto ſeruiat, & imitatricibus facultatibus tandem ſeiungendis accommodata ſit. Portò autem videtur fuiſſe Ariſtoteli faciendum, vt quas in imitatione coniunxerat imitatrices formas, has diſiungeret omnes materiæ varietate. & tamen excepta Comœdia & Tragœdia diſſociauit nullas, quin conſociauit vniuerſas. Et ſanè cum ab initio tum inſtrumentis, tum materia, tum imitandi modo formas illas imitatrices diſtinguendas ſuſcepiſſet, idque continenter inſtrumentis feciſſet, idem etiam iamiam facturus ſit modo imitandi; cur obſecro materiæ varietate non eaſdem formas diſtinxit hoc in loco? Mihi ſanè alia grauiſſimæ huius dubitationis diluendæ ratio occurit nulla, niſi vt dicam id planè vnum commodè & adamuſſim cadere potuiſſe. cum enim inſtrumentis propoſitas illas formas diſtinxiſſet ſtatim omnes, Comœdia & Tragœdia excepta, quas reuera peræquè iiſdem planè inſtrumentis vti docuerat; ecce tibi hoc in loco vnam Comœdiam & Tragœdiam diſtinguit materia: oſtenditque hanc præſtantes, illam humiles, imitari: ita vt commodè res cadat ac bellè, cum diſtinctio formarum illarum abſoluatur vniuerſa. Quòd ſi rurſus obiicias, quorſum igitur cæteras illas formas interim coniungere tripartita illa materiæ varietate? hanc enim ſine dubio aptat ſingulis, ita vt mirificè conſocientur; eò fortaſſe ſpectauit Ariſtoteles quòd cum illæ inter ſe fuiſſent inſtrumentorum (rhythmi inquam, harmoniæ, metri, ſermonis, concentus) vſu diſtinctæ, iam quoniã animaduertebat poſſe adhuc ſingulas per ſe magis ac magis diſtingui, prout ſuis quæque inſtrumentis rurſus modò preſtantem, modò humilem, modò mediocrem complecterentur materiam, placuit antequam Comœdiam a Tragœdia ex materia diſtingueret, quas adhuc inſtrumentis diſſociare haud poterat, nos de noua illa ſingularum formarum quas diſſociauerat diſtinctione admonere; idque non vt eas mutuò conferentes conſociaremus, ſed potiùs vt ſingulas reputantes ac ſolitarias, intelligeremus ſingulas poſſe a ſe ipſis tripartitò diſtingui & variari, prout ſcilicet modò illuſtrem ac præſtantem materiam, modò humilem ac vilem, modò mediocrem imitarentur. ita factum eſt vt quamuis Epopœia verbi gratia vel ſaltatoria a cæteris diſſociata fuiſſet ſatis atque diſtincta, verumtamen quoniam ipſa rurſus tripartitò variari poterat, cum præſtantes modò, modò humiles, interdum medias actiones, liceret imitari, hanc quoque partitionem ſingulis adhibendam putarit: quæ Tragœdiæ atque Comœdiæ partitionem conquirenti, ſeſe in conſpectum dederat. Quæ ſanè dubitationis grauiſſimæ explicatio eò plauſibilior videri debet, quòd ab initio non dixerat propoſitas formas tum inſtrumentorum, tum materiæ, tum modi varietate eſſe inter ſe diſtinguendas (ſic enim triplicem iſtam diſtinguendi rationem ſingulis formis adhiberi debuiſſet, ac propterea tum inſtrumentis tum materia tum modo diſſocianda inter ſe) ſed aut genere diuerſis, aut quòd res diuerſas, aut quòd diuerſo modo imitantur. Ex quo ſatis intelligitur potuiſſe & verò debuiſſe alias formas inſtrumentis, quod fecit primò, alias materia, quod fecit hoc in loco, alias rurſus modo imitandi, quod faciet in particula ſequenti, diſtinguere ac diſſociare. Atque ex his tolli poſſunt variæ dubi- 101
tationes, quas aduerſus totam hanc diſtinguendi rationem ex materiæ varietate ductam partim excitare cœperam in ſuperiore Controuerſia, partim iam iam ſubiiciam.

*Diluuntur iam dubitationes.*

I. Primò enim conſtat *τῶν λεχθεισῶν ἑκάστων μιμήσεων vnamquamque dictarum imitationum*, Ariſtoteli ſignificare non tam ſex illas imitatrices formas, quas propoſuit ab initio, quàm quinquepartitam illam imitantium formarum varietatem, quæ ex vario ſermonis, rhythmi, harmoniæ, adde etiam metri concentúſque, uſu emerſerat. Id enim tum iam antea docuimus, tum ex toto huius diſputationis progreſſu, ſatis ſupérque conſtare potuit. Quòd ſi conſilium atque ordinem tum ab initio propoſitum, tum ſemel in inſtrumentis declarandis arreptum, minùs ſeruare uideatur; iam illud eſt reputandum; nimirũ quæ de quinquepartita iſta imitantium formarum uarietate dixit, ad ſex quoque illas imitantes formas pertinere: cum hæ in quinque illis incluſæ ſint. Ad hæc, quod ſubiiciebatur, quas ex

II. materiæ uarietate differentias afferebat, non tam ineſſe formis illis (ſi Ariſtoteli credimus) quàm ineſſe poſſe; ac propterea quoniam adeſſe poſſunt & abeſſe, ac ſummatim aduentitiæ ſunt, non eſſe idoneas formis illis diſtinguendis, quæ intimis & ſubſtantialibus, quas appellant, differentiis conſtituendæ ſunt ac diſſociandæ; ea ratione diluitur, quòd cum inſtrumentis formas illas aptè ſatis diſtinxiſſet, una Comœdia, & Tragœdia excepta, iam ſa-

tis

Digitized by Google

tis eſt Comœdiam a Tragœdia ſic diſtinguere vſu materiæ, vt intimè, & vt ita dixerim, eſ-
ſentialiter, diſtinguantur: quod ſanè, cum nec materia Comœdiæ in Tragœdiam, nec ma-
teria Tragœdiæ in Comœdiam cadere poſſit, fit adamuſſim. Ex quo fit vt quæ item diffe-
rentiæ afferuntur, vt propoſitæ formæ (Comœdia tamen ac Tragœdia excepta) a ſe ipſis
rurſus diſſocientur, nequaquam improbandæ ſint, quaſi verò formis illis diſtinguendis
minùs idoneæ ſint. neque enim in eum vſum fuerunt excogitatæ vt inde formæ illæ diſtin
guerentur inter ſe, ſed tantùm vt aduentitia illa ſingularum differentia & variatio note-
tur, & quo pacto variari quæque poſſit intelligatur. Quod ſi hinc fieri poteſt, vt quoniam III. & IV
ex propoſitis facultatibus ſingulæ (Comœdia dumtaxat ac Tragœdia excepta) modò me-
liores modò deteriores, modò ſimiles imitantur, hæc varietas formis iſtis coniungendis
potiùs quàm diſſociandis conueniat (in omnes enim cadit tripartita iſta materiæ varietas)
nos quidem id non inficiamur, ſed tamen rurſus contendimus non in hunc vſum fuiſſe
hanc varietatem ab Ariſtotele excogitatam & vſurpatam, ſed vt quamque ex iſtis facul-
tatibus a ſe ipſa tripartitò variari poſſe conſtaret. Nam ταυτότητα hinc inter illas non indu- V.
ci, aut etiam intimum diſcrimen non tolli, ſatis conſtat, dum inſtrumentorum illorum
varietate altiùs diſtinguuntur. Neque verò erat cur ab nouo hoc diſcrimine afferendo ac
proſequendo abſtineret, quòd commodè ſatis iam diſtinctæ eſſent inſtrumentorum vſu,
nam non ad formam a forma diſtinguendam (ſic enim infœliciter ad nouam hanc diſtin- VI.
guendi rationem confugiſſet) ſed vt quamque formam (Tragœdiam & Comœdiam ſem-
per excipio) variari poſſe conſtet, arripitur. Difficilius eſt quod ſubijciebatur, Auleticam
quoque & Citharisticam non ſecus ac Tragœdiam & Comœdiam, inſtrumentorum vſu
coniunctam fuiſſe magis ac magis quàm diſtinctam: & tamen, niſi materia inter ſe diſtin-
guantur, indiſtinctas perſeuerare, cum modo imitandi etiam conueniant, iam ſic ſtatuo;
fuiſſe quidem cur Ariſtoteles diſſociaret Comœdiam & Tragœdiam, dum non imitatio-
ne ſolùm, verùm etiam inſtrumentis conueniebant, quod materiæ præſtitit varietate. at
Auleticam & Cithariſticam, minimè. cum enim hæ non ſint poëſis formæ, non neceſſa-
rium fuit vt de ijs longiùs laboraret. Itaque probanda eſt quidem Ariſtotelis induſtria,
quòd de Auletica & Cithariſtica ſignificauit poſſe illas tripartitò variari ſingulas: at dum
102 viciſſim inter ſe reipſa non diſtinguuntur, non eſt quòd eius improbemus induſtriam. Et
ideo quàm difficillimum eſt explicatu cur Dithyrambicæ & legum poëſi non illud diſcri- VII.
men tripartitæ materiæ aptarit, quas tamen eſſentialiter nec diſtinxit antea nec diſtinguit
in præſentia. cum enim poeſis vtraque ſit, iam, cum in imitatione conueniant, inſtrumen-
torum verò vſu magis adhuc ac magis conſociatæ ſint, par erat vt aliqua ratione diſſocia-
rentur, vt Dithyrambicam a legum poëſi, & è contrario differre & eſſentialiter differre
intelligeremus. cur enim ad Comœdiam a Tragœdia, quoniam in imitatione & inſtru-
mentis coniunctæ fuerant diſtinguendam ſe retulit Ariſtoteles, nec ad legum poëſim, quæ
eodem modo cónuenit cum Dithyrambica, non ſeſe tandem refert? An igitur hic μίμων
legendum potiùs quàm νόμων? ſanè hoc pacto euaneſceret dubitatio. minimè verò. nam
præterquam quod græci codices habent omnes νόμων, profectò μίμους non cum Dithy-
rambica ſed cum Epopœia coniunxerat: & ideo nō huc, vbi de tripartiti inſtrumenti poë-
mate loquitur, retuliſſet μίμους: contra verò, quoniam νόμοι tribus illis inſtrumentis pera-
gebant imitationem, iure hoc in loco cum Dithyrambica numerantur. An igitur id con-
tigit quia legum poëſim non ab initio commemorauerat, ac tanquam poëſis ſiue imita-
tricis facultatis partem protulerat? ne id quidem. nam ſi eam non ab initio commemora-
uit, ſed in particula x. quaſi occurrentem ſimul cum Dithyrambica excepit, ſaltatoriam
quoque prætermiſerat ab initio, & tamen cum in progreſſu occurriſſet, eam inſtrumenti
vſu diſtinguere non dubitauit. quod ſi id effecit de ſaltatoria, quæ reuera non eſt pars poë-
ſis, quantò magis id de legum poëſi, quæ tanquam poëſeos forma producitur, id præſtan-
dum fuit? Denique quòd legum poëſim prætermiſerit ab initio, id ſanè culpæ potiùs ver-
ti poſſet, quaſi diminuta ſit poëticarum commemoratio formarum, quàm Ariſtoteli ex-
cuſando valeat, qui legum poëſim non diſſociauerit a Dithyrambica. Ita ſanè ſuperior
culpa non poſteriori eleuandæ eſt referenda. Fortè igitur dicendum eſt legum poëſim
nomine tantùm in Ariſtotelis ſchola differre a Dithyrambica, cum imitatione, inſtru-
mentis, materiæ granditate (quod hactenus oſtendit) adde etiam imitandi modo (id quod
conſtabit in ſequenti particula) conueniat cum Dithyrambica, ac propterea non fuiſſe
cur eam a Dithyrambica diſſociaret. cum enim fiſtulatum imitationem non diſſociet ab
Auletica,

Auletica, tametſi alioquin granditate non nihil differant, cur legum poëſim a Dithyrambica diſſociet, quâ cum hæc etiam tantopere conuenit? Dixi autem in Ariſtotelis ſchola, *Par. 4.* quoniam inſtrumentis, materia, modo imitandi diſtingui poëſis formas. ex quo fit vt Dithyrambica & legum poëſis eſſentialiter diſtingui nequeant. Nam apud Platonem fortaſſe diſſociandæ eſſent materia. cum nihil prohibeat quominus legum legiſlatorúmque celebratio, etſi grandis, a Bacchi Heroúmque laudatione differre fateamur; cum præſertim ſuſpicari fortaſſe liceat Ariſtotelem hanc præſtantiorum deteriorúmque varietatem huc introduxiſſe, & poëticis formis variandis adhibuiſſe, quòd Comœdiæ a Tragœdia diſtinguendæ hæc vna ſuppeteret ratio. cùm enim inſtrumentis & modo imitandi planè conueniant, ducenda fuit ex materia diſtinctionis occaſio & ratio. Hæc perdifficili huic nodo ſoluendo occurrebant nobis. maluimus enim in re difficili laborare ac de iudicio periclitari, quàm dubitationem (quod alij faciunt) diſſimulare. Id quod & iam antea in alijs multis fecimus, & in quamplurimis faciemus in poſterum. decet enim interpretem ingenij vires periclitari potiùs ingenuè quàm graues in authore dubitationes ſupprimere aut prætermittere. Et hac de cauſa alteram rurſus dubitationem afferre non dubitabo, in qua de more conniuent interpretes ac ſilent.

*CONTROVERSIA XXIII. Num poëſeos formæ rectè ad hunc materia diſtinguantur ac varientur.*

Quanquam dum tot tantiſque dubitationibus quaſi monſtris occurrimus, ecce tibi poſtrema, quæ nimirum ex materiæ varietate ducebatur, quaſi hydra multis ſeſe in nos rurſus attollit capitibus. Vt propterea cum ijs Controuerſiam quaſi certamen ſtatuere ac veluti ferro ignéque pugnare cogar & decertare. Et ſanè dum Ariſtoteles tripartita iſta 103 materiæ varietate variat poëſeos formas, mirum eſt quantopere ob huiuſce materiæ vel *Par. 11.* inconſtantiam vel varietatem & nos torqueat rurſus, & ſibi obſcuritatis, ne dicam repugnantiæ, conflet inuidiam. Primò enim ait poëſeos materiam eſſe σπουδαίους καὶ φαύλους *ſtudioſos & malos*, ſeu probos & improbos, ac proinde bonarum & malarum actionum imitatione variari: vbi bonos ad Tragœdiam (neque enim diſſimulandum eſt Tragœdiæ & Comœdiæ diſtinguendæ hanc varietatem excogitaſſe vel maximè) malos ad Comœdiam traducit. Et tamen Tragœdia ſæuos plerumque & crudeles imitatur mores: Comœdia non rarò bonos exprimit. quid enim prohibet quominus Comœdia fidelem ſeruum interdum, pudicam vxorem, cautum & prudentem ſenem, cum laude repreſentet? aut ſi furacem ſeruum, impudicam vxorem, ſtultum ſenem referat, prudentes, pudicos ac frugi ijs admiſceat? Deinde paulò poſt non bonis & malis, ſed melioribus, ſimilibus, peioribus, materiam variat Imitationis. Vbi non bipartitò, ſed tripartitò, nec bonis aut malis, ſed melioribus ac deterioribus, poëticam imitationem variat actionibus. Adde quod ſupra ſine exceptione vlla bonos & malos ſubiecit poëtæ, nunc comparatè & καθ' ἡμᾶς *ſecundum nos*. quod eſt meliores & peiores quàm nos ſimus. Denique ambiguitate nos interim videtur etiam eludere, cum pictorum exemplo non tam bonorum & malorum, quàm fortaſſe pulchriorum & turpiorum imitationem exprimat. Hæc Dubitationis, quæ ſe rurſus hydræ inſtar obijcit, capita. An igitur dicendum eſt, præſtantiores ſignificari per bonos ſeu ſtudioſos, ſeu meliores? ſic enim nihil prohiberet quominus Tragœdia præſtantes imitaretur, hoc eſt ſi non virtute, at certè genere (id quod paſſim accidit) nobilitate, opibus, potentia, authoritate. & verè hos imitatur Tragœdia. Comœdia contra minùs nobiles, atque adeò opibus & authoritate multò inferiores, ad viles etiam deſcendens. Sed profectò id optandum eſt potiùs in Ariſtotele quàm omnino ſperandum. ſiquidem Ariſtoteles bonos & malos ſeu meliores & peiores vitio & virtute diſſociat, ſeu improbitate & probitate. & ideo Tragœdia ex Ariſtotele imitandos ſuſciperet non opibus modò & authoritate ac fortuna præſtantes, ſed etiam moribus & virtute. Contra verò Comico humiles & deteriores non genere ſolùm & fortuna, verùm etiam moribus reſeruaret, atque adeò vitioſos ſubijceret. De qua tamen re, vbi de Tragœdia & Comœdia copioſiùs. Nunc tantùm dicam Ariſtotelem acutè quidem agnouiſſe uirtutum ac uitiorum momenta: itaque ſi quid eſt quòd in Ariſtotele hoc eſt ethnico homine demirer, illud inprimis demiror, quòd in uirtutum ac uitiorum natura & ui æſtimanda, digerenda, declaranda admirabile ac propè diuinum ingenium oſtenderit. Sed tamen illud quoque ueriſſimè affirmari poteſt, bonorum & malorum naturam & conditionem in Tragœdia & Comœdia populariter uſurpaſſe. quare quemadmodum Homerus præſtantiſſimum facit Achillem, quem tamen reuera immiti iræ, auaritiæ, aliíſque repreſentat uitijs obnoxium; quaſi uerò ſumma illa corporis fortitudo & ſtrenuitas ſatis eſſet ad præſtantiſſimum ducem fingendum,

&ut

Digitized by Google

& vt rurſus Vlyſſem non tam prudentia quàm calliditate inſignem oſtendit, quaſi verò eximia prudentia in calliditate illa admirabili poſita eſſet, ita Ariſtoteles in perſonarum, quas Tragœdiæ & Comœdiæ ſubijciebat moribus, bonos & malos aliqua ſaltem ex parte populariter æſtimauit; ac prout ferè Homerum ac Tragicos feciſſe animaduerteret, qui Tragœdiæ meliores, hoc eſt genere, opibus, fortunæ ornamentis præſtantiores, ſubijciebant; quos propterea præſtantes appellabant, humiliores verò quos idcircò deteriores vocabant, reſeruabant Comœdiæ. Tametſi non eſt negandum Ariſtotelem ſæuitiā quoque & crudelitatem & omnino vitioſitatem abeſſe voluiſſe a Tragœdia; vel certè infortunia illa grauiſſima non tam improbitate quàm fragilitate cōtingere. ita vt quemadmodum nec ſæuas ac peſſimas, ita nec moribus optimas, ſed comparatè tātùm meliores, viſus ſit in Tragœdia perſonas admittere. ſed de his opportuniore loco pleniùs. Nam & propoſitum pictorum exemplum nihil eſt quòd nos perturbet: ſiquidem in pictura etiam meliores ad Heroas & præſtantiſſimos homines, peiores ad prauos, referre com-
104 modè poſſumus Madij pace, cæteros ad mediocres. Vt omittam cum Pictore dum pulchros & turpes refert, certa analogia poëtam conferri poſſe, ita nimirum vt præſtantiores pulchris, deteriores turpibus reſpondeant.

# PARTICVLA XV.

*Ἔτι δὲ τούτων τρίτη διαφορά, τὸ ὡς ἕκαστα τούτων μιμήσαιτο ἄν τις. καὶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὰ αὐτὰ μιμεῖσθαί ἐστιν, ὅτε μὲν ἀπαγγέλλοντα, ἢ ἕτερόν τι γιγνόμενον, ὥσπερ Ὅμηρος ποιεῖ, ἢ ὡς τὸν αὐτὸν, καὶ μὴ μεταβάλλοντα, ἢ πάντας ὡς πράττοντας, καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους.*

Paccius. TErtia præterea in his differentia eſt; quo quiſque modo ſingula imitetur. fieri enim poteſt, vt eiſdem eadem, diuerſa tamen ratione imitentur: aliquando quidem narrantes nos. idque modò alienam perſonam induti (quod Homerus facit) modò vt ijdem ipſi non mutati: aliquando verò quaſi negotiantes omnes, & agentes introducentes.

Riccobonus. *PRaterea verò in his tertia differentia eſt, vt ſingula hac imitaretur aliquis. Etenim in eiſdem, & eadem imitari licet interdum quidem exponentem, vel aliud quidpiam factum, vt Homerus facit: vel vt eundem & non ſe immutantem: vel omnes vt agentes & molientes aliquid, quos imitantur.*

NON idem eſt omnium Interpretum ſenſus in hac particula. quæ varietas inde oritur primùm, quia poſterior illius pars reuera poteſt nō incommodè vno atque altero modo varia interpunctione legi. Et quidem vt certa priùs ab incertis diſtinguamus; conſentiunt omnes hoc in loco Ariſtotelem, quippe qui in particula 11. dixerat Epopœiam & cæteras illas facultates imitatrices tribus rebus inter ſe diſtingui, nimirum quia vel rebus genere diuerſis, vel res diuerſas, vel modo diuerſo imitantur; nunc, quoniam duo explicuit priora genera, explicare tertium, quomodo ſcilicet diuerſo imitentur modo. & ideo ait Ariſtoteles, *Iam verò tertia in iſtis eſt differentia quæ pertinet ad modum, quo quæque ex dictis facultatibus imitetur. ſiquidem fieri poteſt, vt ijſdem & eadem imitentur* (quod eſt inſtrumentis & materia conueniant) *ſed tamen imitandi ratione ac modo diſcrepent ac varientur.* Et in hoc interpretes conueniunt omnes. diſſident in verbis, quæ continenter ſequuntur. nam (vt ſignificare cœperam) poſſunt primò ſic legi. *ὅτε μὲν ἀπαγγέλλοντα (ἢ ἕτερόν τι γιγνόμενον, ὥσπερ Ὅμηρος ποιεῖ, ἢ ὡς τὸν αὐτὸν καὶ μὴ μεταβάλλοντα) ἢ πάντας ὡς πράττοντας καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους*, quod eſt, fieri poſſe vt imitetur quis *aliquando quidem narrando (idque vel aliud quid factum quemadmodum Homerus facit, vel vt idem & non ſe immutans) aliquando omnes aut negotiantes & agentes introducendo.* Et hoc modo legit Valla, Paccius, Lombardus, Madius & Mutinenſis interpres. nam omnes primum diſtinctionis membrum diuidunt,
105 quaſi verò is qui narrat modo alienam perſonam indutus narret, modò ex propria loquatur perſona, ita vt non mutetur. alio modo legi poſſunt parentheſi illa abiecta, ac ſententia tripartitò diſtributa, hoc pacto, *Imitari quidem poteſt aliquis aliquando partim*

COM. XV.

*Quæ certa hoc in loco.*

*Quæ incerta: & cur: & de interpretum diſcordia.*

*exponens, partim aliud quidpiam factus, vt facit Homerus ; aliquando narrando; ita vt non mutetur,*
*ſed idem planè appareat: aliquando agentes & molientes inducens.* Et hoc pacto legunt Robortel-
*Propoſita diſcordia componitur.* lus, Victorius & Riccobonus. Quanquam res in idem recidit tandem; quod enim poſte-
riores faciunt tripartita diuiſione, priores quoque efficiunt bipartita diuiſione, cum pri-
mum membrum in duo rurſus diſterminent ; cum illis in ſententiam, etſi non ex iiſdem
eam eliciunt verbis, deſcendentes. Non eſt tamen quòd inficiemur Victorij lectionem eſ
ſe commodiorem, ſi literam ſpectemus, & planiorem. etſi enim fortaſſe ordo Naturæ po-
ſtulaſſet, vt a ſimplici imitatione inciperet, in qua Poëta loquitur perpetuò, tum ad mi-
ſtum progrederetur, in qua partim ex propria perſona loquitur, partim ſuſcipit alienam;
ad dramaticum (quod facit) ad extremum contendens; placuit tamen a miſta illa incipe-
re, quòd quoniam Homerica eſſet, notior ac proinde rei explicandæ commodior, videri
poſſet. Sit igitur imitatio tripartita, ſeu tripartitò varietur: ita vt poëta vel loquatur ipſe
partim ex propria perſona, partim ex aliena, vt Homerus facit in Iliade & Odyſſea, & Vir-
gilius in Aeneide. vel rurſus ipſe ex propria perſona loquatur perpetuò, quemadmodum
idem Virgilius in Georgicis; vel denique ſuam perpetuò celet perſonam, alienas inducens
aliquid agentes & molientes, quemadmodum Aeſchylus & Ariſtophanes & in vniuer-
ſùm Comicus & Tragicus ſiue Dramaticus. Sed iam ſuccedunt maiores tenebræ. Ete-
*Noua dubitatio: qualis ſit narratio in qua perpetuò loquitur Poëta. Robortel.* nim ſi requiras qualem dicat Ariſtoteles eam narrationem, in qua Poëta perpetuò loqui-
tur, atque idem manet non ſe immutans, Robortellus pugnat ſignificari ſimplicem illam
imitationem, in qua primò alteram perſonam dicendo repreſentat poëta, vt cum Home-
rus in Odyſſea Vlyſſis, in Iliade Achillis, loquitur nomine, aut Virgilius Iunonis. contra
verò dum poëta dicitur ſe immutare, eam imitationem deſignari, in qua rurſus Vlyſſes
verbi gratia aut Aeneas nouam perſonam ſuſcipit, ille Polyphæmi verbi gratia aut Aeoli,
quorum loquitur nomine, hic Sinonis, Hectoris & aliorum. Quæ ſententia (vt pro Rober-
tello aliquid afferamus) inde videtur poſſe confirmari, quia niſi præter imitationem dra-
maticam, duplicem hanc imitantis narrationis rationem concedas; ita vt reuera Poëta
non cum ipſe ex propria planè perſona loquitur Imitetur, ſed cum primò alteram aſſumit
perſonam (& hoc erit primum narrantis imitationis genus) aut per primam aſſumit ſecun
dam (& hoc erit alterum narrantis item genus imitationis) explicare nullo modo poſſu-
mus, quo pacto tripartita ſit imitatio; quandoquidem poëta dum ipſe loquitur ex propria
perſona: ſic aliquid narrat, vt nullo modo imitetur. alioquin Hiſtoricus etiam imitator
dicendus eſſet: quid enim interſit inter Virgilium dum canit,

*Conticuere omnes intentique ora tenebant,*
*Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto,*

a Cæſare verbi gratia aut Liuio, dum ille ſcribit. *Diuitiacus multis cum lacrymis Cæſarem com-*
*plexus, obſecrare cœpit, ne quid grauius in fratrem ſtatueret: ſcire ſe, illa eſſe vera; nec quemquam ex eo*
*plus, quàm ſe doloris capere.* hic verò *Conſules* (inquit) *in ſedem proceſſere ſuam; miſſique lictores*
*ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt: cum inter omne tempus pater, vul-*
*túſque & os eius ſpectaculo eſſet, eminenti animo patrio inter publicæ pœnæ miniſterium.* Certè Plato
in III. de Rep. hunc narrandi modum eximit imitatione. Hæc inquam ratio Robortellũ
adducere potuit (neque enim cauſam affert vllam) cur talem dixerit eſſe poëtæ imitatio-
nem illam, qua non ſe immutat. Et quidem cum Ariſtoteles alio loco affirmet poëtam
cum ipſe loquitur, reuera non imitari, id etiam Robortellum impellere potuit, vt ad pro- *Par. 132*
poſitam explicationem tanquam ad ſcopulum adhæreſceret. Sed tamen hoc in loco cla-
*Refellitur.* riora ſunt Ariſtot. verba illa (vel vt eundem & non ſe immutantẽ) quàm vt niſi de ſimpli-
ci poëtæ narratione, in qua ex propria perſona loquitur, intelligi poſſint. ita vt huic quoq.
narrationi affingat imitationem: atque vnum imitationis genus ac ſimplex, ſi Ariſtotelem
audias, id ſit, in quo poëta ex propria perſona loquitur ; alterum genus ſit illud in quo ſu- 106
ſcipit alienam perſonam (idque ſiue primam velis, ſiue per primam alteram) poſtremum
in quo agentes ipſos induceit ac negotiantes. Atque hæc planè eſt aliorum omnium ſenten
tia: qui omnes a Robortello diſcedunt quàm longiſſimè: præſertim verò quia hoc pacto
non tripartitò (quod ſtatuit Ariſtot.) ſed quadripartitò, fortè etiam quinquepartitò, eſſet
varianda poëſis ſi imitandi modum ſpectemus. nam ſi Epicus bipartitò varietur quòd Poë
ta modò vnam referat perſonam, modò per hanc alteram repreſentet (vt cum Aeneas Si-
nonis nomine loquitur) iam Dramaticus quoque bipartitò erit variandus, cũ is qui agen-
do inducitur, alterius perſonam non rarò ſubire ſoleat. ita demum cum conceſſeris apud
Ariſt. quadripartitò variari imitandi modũ, nihil habeas cur non quinquepartitò etiã cum

diſtri-

diſtribuas: cum velis nolis ſatis ſupérque conſtet Poëtam dum ex propria narrat perſona apud Ariſtotelem imitari, Et ſanè, niſi concedas Poëtæ narrationem ex Ariſtotele hoc in loco imitationem habere, haud habeas vnde oſtendas non ſecum pugnaſſe Ariſtotelem qui paſſim affirmat ac ſtatuit Dithyrambicam imitari. Itaque erat quidē cur & Robortellus & interpretes cæteri hoc in loco tum dubitarent tum explicarent, quo pacto non ſecum ipſe pugnet Ariſtoteles, qui alibi perſpicuis verbis fatetur, poëtam cum ex propria perſona loquitur, non imitari (& hac etiam de cauſa monebat poëtæ quampauciſſima eſſe dicenda, & quammaximè fieri poſſet ex aliena perſona loquendum) cur verò negaret hic eiuſmodi narrationi imitationē attribui, nullo modo erat. His igitur atque alijs multis de cauſis, de quibus conſtabit non multò poſt, nihil eſt cur a receptiſſima aliorū omnium ſententia & explicatione diſcedamus. Sed potiùs eò conuertenda eſt oratio, vt nouam Controuerſiam excitantes, duo declaremus. Primum eſt; vnde permotus Ariſtoteles, poëtam, dum ex propria narrat perſona, imitatorem fecerit: & an reuera hac in re lapſus (ſiue id memoriæ culpa acciderit, ſiue alia de cauſa) fuerit noſter author. Alterum, vtra opinio ſit retinenda; hæc quam affert ac ſtatuit Ariſtoteles hoc in loco; an quæ ad extremum ab eo profertur quǽque eſt Platonis germana & propria. Et ſanè quod pertinet ad primum; Alexander Piccolomineus (iuber enim interpretes cōſulere priùs, & ab Alexandro quippe qui rem data opera proſequitur ac lōgiùs, initium facere) ſic rem peregit, vt crediderit poëtam dum narrat poſſe bifariam ex propria loqui perſona: nimirum proponendo, & inuocando, ſiue exclamando documentúmve aliquod, aut etiam ſuum in re aliqua iudicium interponendo: vel ſimili ratione aliqua digrediendo. & hoc tempore (inquit) reuera non imitatur vel aliorum ſiue dicta ſiue facta proprijs verbis, & ex propria loquens perſona referendo, vt cum Virgilius canit.

*Statuitur Ariſtotelē tribuiſſe imitationē Poetę dum ex propria quoque perſona loquitur.*

*CONTROVERSIA XXIV.*

*Cur Poeta ex propria pſona narrāti tribuerit imitationem.*

*Et nū probāda an verò reijcienda ſit eius ſententia.*

*vid. pag. 55. m. & 385. vbi latius.*

*Interea medium Aeneas iam claſſe tenebat,*
*Certus iter, fluctúſque atros Aquilone ſecabat,*

& hoc pacto narratio (inquit) eſt cum imitatione coniuncta: ita vt poëta dum narrat & ex propria perſona narrat imitetur. Itaque Ariſtoteles, cum iuberet vt poëta loqueretur pauciſſima, quia dum non alios inducit, ſed ipſe loquitur, non imitaretur, id authore Piccolomineo, de Propoſitione intelligebat, inuocatione, & huiuſmodi alijs; non autem de narratione qua, etſi ex propria perſona, rem perſequitur ac refert. Sed vtinam tam verè quàm ſubtiliter hæc eſſent dicta. Etenim fateor quidem poëtæ propoſitionem poëtica imitatione carere; idem de inuocatione; ſiquidem nec voce nec figura ſeu perſona alterum repreſentat. idem dixerim cum exclamat vt dum canit

*Explicatur I. vbi multi conſulūtur Piccolomineus.*

*Refellitur.*

*Tantaéne animis cæleſtibus iræ?*

aut *Heu vatum ignaræ mentes, quid vota furentem,*
*Quid delubra iuuant?*

107 idem dum ſuum interponit iudicium, vt dum canit

*Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

aut documentum profert, vt canens,

*Neſcia mens hominum fati ſortíſque futuræ,*
*Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.*

ſiue denique alio nomine digreditur, vt cum carminibus illis Niſum & Euryalum cadentem laudat.

*Libr. 9.*

*Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt,*
*Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,*
*Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum*
*Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.*

Hæc inquam poëtica imitatione fateor eſſe omnino vacua. Sed tamen (ſi quis attentiùs æſtimet) nihil erat, cur Ariſtoteles hoc nomine Homerum cæteris Epicis anteponeret, ac tam ingentem querelam ne dicam tantum pulueris tantula hac de cauſa in eos excitaret, qui tum Propoſitione & inuocatione vterentur, tum exclamationem, documentum, iudiciúmve interponerent ſuum. nam præterquam quod Homerus quoque Propoſitione iteratáque inuocatione vtitur, ac iudicium interdum adhibet ſuum, vt cum canit

*(Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή)* *(Iouis autem perficiebatur voluntas)*

certum eſt hæc & id genus alia exiguam (præſertim ſi cum rerum narratione ac poëmate reliquo conferantur) ac ferè nullam obtinere poëmatis partem; ita vt non hac de cauſa

poëmata ſint habenda imitationis expertia. Quid multa? cum dixiſſet Ariſtoteles, *Homerus autem & in alijs multis dignus eſt qui laudetur, & in hoc etiam quòd ſolus inter poëtas id non ignorat quod ipſum facere oportet. ipſi enim poëtæ quampauciſſima dicenda ſunt. etenim ipſe non eſt ſecundùm hæc imitator* continuò pergebat, *Et alij quidem ipſi per totum in actione verſantur, & pauca imitantur, ac paucis in locis*; vbi nemo non videt cæteros poëtas reprehendi quòd paſſim in poëmate loquerentur ipſi & ex propria perſona narrarent, perraró autem alios loquentes facerent: ita vt non in propoſitionē & huiuſmodi alia, hoc eſt minuta & perexigua, ſpectarit, ſed in poëtæ ipſius narrationem; quæ ferè eſſet perpetua, vix vt perraró alios loquentes induceret. Quare Plato etiam imitationis expertem iudicat Homerum dum ex propria narrat perſona, non in propoſitionem & inuocationē intuens, & ſi quid huiuſmodi, quod perquamexiguam continet poëmatis partem. Vt propterea minuta potiùs & leuis quàm acuta & ſubtilis dicenda ſit Piccolominei interpretatio: præſertim verò cum ſtatim pergat Ariſtoteles. *At hic* (Homerum intelligit) *cum pauca præfatus ſit, ſtatim inducit virum aut mulierem.* Vbi ſi tunc ſolùm Homeri aut Epici poëma eſt expers imitationis, cum inuocat vel quid huiuſmodi facit, non verò cum ipſe narrat, aut alios loquentes facit, dicere debuiſſet Ariſtoteles, *At hic cum pauca præfatus ſit, ſtatim aliquid narrat aut virum vel mulierem inducit.* An igitur id pronunciauit Ariſtoteles quia dum primam

*Madius & Lōbardus.* illam imitationis ſpeciem ac formam deſcriberet, quam poëtæ tribuit dum ex propria perſona loquitur, Dithyrambicam narrationem atque adeò Dithyrambicum (quo fortaſſe nomine Lyricum quoque intelligere licet) ſpectaret ac deſignaret? ſic Lombardus ac Madius. id quod inde videtur ſuaderi poſſe (neque enim id probant) tum quia nulla alia ratione tueri licet Dithyrambico conuenire imitationem, cum tamē ab initio illum inter imitatores collocauerit: tum quia reipſa Dithyrambicus ac Lyricus videtur imitari, & non ſine dignitate imitari, quemadmodum & in Pindaro & in Horatio licet animaduertere: vbi quandoque Epici more alienam perſonam oratione imitatur. & ideo hæc ſententia Alexandro etiam, etſi alteram quam retulimus probauit magis, commoda

*Refelluntur.* & probabilis viſa eſt. Ego verò vix ac ne vix quidem crediderim huc ſpectaſſe Ariſtotelem. Etenim quà imitatur, hoc eſt Epici more, alienam perſonam ſubit, non eius tuetur 108
ac retinet poëtæ morem, qui ex propria perſona loquitur: & tamen Ariſtoteles Poëtam interim quà narrat, & non ex aliena, ſed ex propria perſona loquitur, alteram illam imitationis formam exprimere & conſtituere aſſirmat. Et idcirco ſi quando Dithyrambicus ac Lyricus alienam ſubit perſonam & imitatur, quod pertinet ad imitandi modum, non propriam ſpeciem conſtitueret, ſed cum Epico ad eam formam reuocaretur, in qua Poëta ex ſe partim, partim ex aliena perſona, verba facit. Huc accedit quod Dithyrambicus ac Lyricus imitatur ille quidem interdum vt Pindarus Ode 1. (ne vager longiùs) cum Pelopem loquentē facit: Anacreon Ode 11. quæ in Amorē eſt, cū Amorem inducit clamantē: Horatius non vno in loco cū Annibalem, Iunonem, Canidiam, & alios introducat loquentes: id quod apud noſtrates quoque faciunt multi; ſed tamen id non neceſſariò faciunt, quemadmodū Dramaticus & Epicus, ſed & obiter ferè, & parciùs & raró. & quāuis non ego reprehenderim, quin probauerim Lyricū, qui libenter imitetur, atque Epici more alios faciat loquentes, ita vt Petrarcha elegātiſſimus mihi ibi maximè videatur, vbi hoc genus dicendi ſectatus eſt (& ideo qui dicunt hoc genus dicendi non eſſe Lyrico conueniens, mihi non probantur) tamenquoniā Ariſtoteles hoc in loco imitandi modos declarans, diſcrimina ducit ex ijs, quæ neceſſariò requiritur, vt eſt in Tragœdia, Comœdia & Epopœia, idcirco nullo modo affirmandum eſt, ea de cauſa ab Ariſtotele Dithyrambum inter imitatores referri, quòd interdum imitetur, hoc eſt ex aliena perſona loquatur; ſed ex ijs quæ illi inſunt neceſſariò; cuiuſmodi imitatio iſta non eſt. Denique fateor quidem Dithyrambum & Lyricum maiore cum dignitate imitari, hoc eſt alios loquētes inducere, quàm Oratorem, cui vix in proſopopœis quibuſdā ac paucis id efficere liceat, ne poëtica videatur oratio. Fateor itē Hiſtorico minùs affingendam eſſe einſmodi imitationē: & ideo fieri vt conciones, quæ tanquā in præſentia haberentur, a nonnullis interponuntur, fidē Hiſtoriæ minuant. Sed in Lyrico & Dithyrambico, quos Poëtas eſſe conſtat, id vitioſum videri nullo modo debet. quin vbi argumenti granditas id poſtulat, vſurpāda eſt alacriter. Sed tamen illud quoque veriſſimè dicitur talē imitationem Lyrico ac Dithyrambico omnino aduentitiā eſſe, & quæ plerunque ab integro poëmate abſit; itaut quoniam adhuc ab Ariſtotele imitator planè cenſetur, idq; quà ipſe narrat, turpe ſit ad exiguā

illam

illam imitationem & aduentitiam, quæ perrarò etiam odis & carmini inſeritur, confuge-
re. ſit igitur Ariſtotelem Poëtæ narranti, quà planè ex propria perſona loquitur ac narrat,
*Mad. in annotat.* affinxiſſe imitationem. Hæc aduerſus Lombardum & Madium, qui ſatè cum ſimplici *Madius rurſus.*
huic Poëtæ narrationi ab Ariſtotele imitationem affingi cerneret hoc in loco, fatebatur
quidem reuera hac in re a Platone diſceſſiſſe, ſed tamen addebat meliorem quàm Plato-
nem ſententiam ſecutum eſſe, imò in melius (Madij vtar verbis) eius decreta reformaſſe. *Refelluntur.*
Sed profectò videndum illi erat ne tam facilè nulla ratione allata, ne dicam temerè, Plato-
nem notaret: cum præſertim interim aduerſus Ariſtotelem in promptu ſit dubitatio, quia
nimirum non poſſit non hinc imitatio (id quod Piccolomineo quoque reputãdum erat)
Hiſtorico cum Epico eſſe communis, cum Hiſtoricus etiam eodem planè modo narret
ac res geſtas humanáſve actiones referat. Atque huc etiam pertinet, quod idem Madius
& cum eo Lombardus in hunc locum ſic ſcribit, *Quamobrem in poëſi, quæ narrat, differentia
penes modum erit; ſi videlicet in altera loquentes perſona non inducantur, ſed poëta ſemper imitando
loquatur; in altera verò alij introducantur. Poëſim autem cum dico, quæ narrando ſit, ſemper intelligo,
quòd in ea narratione ſit imitatio; alioquin poëſis propriè non eſſet*; hoc enim opus, hic labor: do- *Victorius*
cere nimirum quomodo dum ſic narrat, imitetur poëta. Idem fermè obiecerim Petro *& Riccobonus: qui*
Victorio & Riccobono, qui totam hanc dubitationem egregiè diſſimularunt. nam etſi *coarguuntur.*
109 fatentur eiuſmodi narrationem eſſe puram enarrationem, haud tamen declarant, ſed ne
dubitant quidem, quomodo hæc ſit imitatio, aut quo pacto non ſecum ipſe pugnet Peri-
pateticorum princeps; imò verò cum hac enarratione imitationem coire ſumunt tanquã *Mutinenſis*
exploratum ac certum. Neque verò placet Mutinenſis opinio: qui cenſet eam narratio- *Interpres.*
nem, qua Epicus ex propria loquitur perſona, comparatè tantùm dici imitationis exper-
tem. quia ſcilicet ſi cum eo comparetur quà Epicus ex aliena perſona loquitur, ab imita-
tione videatur abeſſe. quo etiam nomine ait narrationem item quæ ab Epico aliena fiat
perſona, imitatione carere, ſi cum dramatica conferatur. Non inquam hæc placet opinio, *Reijcitur.*
tum quia Ariſtoteles dicere debuiſſet, Poëtam cum ex propria perſona loquitur, minùs
imitari quàm cum alienam perſonam refert, non verò dicere in hoc (dum ſcilicet ex pro-
pria loquitur perſona) non eſſe imitatorem: tum quia rurſus dum ait alios poëtas, quoniã
ferè ſemper loquuntur ipſi, raròeſſe imitatores, non tam facilè imitationis expertes dicen
di fuiſſent, ſed minùs quàm Homerum imitari, ſeu minùs perfecta imitatione vti; tum
quia videndum eſſet cur Empedoclem verſificatorem potiùs haberi iuſſiſſet quàm poë-
tam: nam ſi non perfectus imitator erat, erat imitator tamen (niſi fortè quia non huma-
nas actiones, ſed res naturales narraret, hinc ab imitatoris ordine cecidiſſe dicas: quan-
quam Ariſtoteles illum ab poëtarum deiecit ordine & verſificatorem potiùs haberi iuſ-
ſit, quia careret imitatione; qua tamen non careret dummodo ex propria perſona narra-
ret) tum quia adhuc videndum eſſet cur Hiſtoricus non ſit dicendus imitator, cum Epi-
cus ea planè de cauſa quòd res ſiue humanas actiones ex propria narret perſona, ſit imita-
tor: nec niſi comparatè imitatoris amittat nomen, quia ſcilicet eius imitatio a perfectiſſi-
ma imitatione aliquid recedat. Denique vt hoc in loco ſemel, iterum ac tertiò perſpicuis
verbis neget Ariſtoteles poëtam quà ipſe ex propria perſona loquitur, imitari (ait enim
non quà ipſe loquitur, eſſe imitatorem: & rurſus cæteros poëtas pauca & paucis in locis
imitari, quia ferè ſemper loquuntur ipſi: denique Homerum contra imitari frequenter,
quia pauca loquitur ipſe: frequentérque virum aut mulierem loquentem facit) id verò
non accurati Doctoris eſt ac boni, ſi comparatè tantùm (id quod nullo modo ex verbis ip-
ſis colligi poteſt) hoc intelligi voluit. Ergo vt in hac re vniuerſa ingenuè aperiam quid
ſentiam, equidem ſic ſtatuo. Tantùm abeſt vt Ariſtoteles in huius particulæ verbis, dum *Authoris ſententia.*
inquam Poëtam ex propria perſona loquentem, imitatorem facit, Platonis ſententiam at-
que doctrinam in melius reformarit, vt ait Madius; atque adeò ad meliores fruges tradu-
xerit, vt potiùs in eo magnopere peccauerit, in quo ab eo diſceſſit. verè enim narratio, in *Probatur.*
qua ex propria perſona loquitur poëta, non eſt imitatio quemadmodum tum Plato aper- *I.*
tè docet, cuius verba paulò poſt fideliter deſcribentur; tum Ariſtoteles ipſe ad extremum *II.*
confeſſus eſt; tum communi veterum conſenſu eſt receptum, qui poëmatis ſtylum ſeu *III.*
poëticam narrationem in δραματικὸν, διηγηματικὸν, μικτὸν diſtribuunt, ac tum primam
tum poſtremam imitatione concludentes διηγηματικὸν ſimplici narratione cõcludunt, at-
que omnis expertem imitationis faciunt. & hac de cauſa nõ poſſumus in ſimplici illa poë- *IV.*
tæ narratione veram ac propriam imitationem agnoſcere, quin fatendum ſit, Orato-

rem, multò verò magis Hiſtoricum, qui perpetuò narrat, eſſe imitatorem. Si quidem dum aut Virgilius Aeneam verbi gratia loquentem facit, aut Aeſchylus Prometheum agentem inducit, ſatis conſtat quo pacto poëta differat ab Hiſtorico: at dum rurſus Virgilius ex propria loquitur perſona canens,

*Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum*
*Vela dabant læti,*

& quæ mox ſequuntur, nullum afferre diſcrimen licet, vnde a Salluſtio differat ſcribente. *Poſtquam Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia & ipſe reuerti domum decreuit, donatum atque laudatum magnificè pro concione Iugurtam in concionem adduxit.* Et hac de cauſa Trogus Liuium & Salluſtium reprehendere ſolebat, quòd cum concionibus frequentiùs vterentur, ac Romulum, verbi gratia, Menenium Agrippam, Scipionem & huiuſmodi alios loquentes facerent, hiſtorici modum excederent, in poëticam imitationem delabentes. Atque hinc etiam fit, vt ij hac in parte hiſtoriæ adimant fidem, ac potiùs eloquentiæ oſtentandæ gratia, quàm ad veritatem loquantur. Ita fit, vt quod poëtæ laudi datur, cuius eſt imitari, id vitio vertatur Hiſtorico, cuius eſt a veritate ne latum quidem vnguem diſcedere. Quapropter nihil eſt quod a Platone diſcedamus, qui propterea, vt de tota eius ſententia conſtet adhuc vberiùs (nam breuiter eandem retulimus in particula ſecunda) ſic rem explicauit vniuerſam, dum Socratem cum Adimanto faceret differentem. *Deinceps de dicendi ratione, vt arbitror eſt diſſerendum, atque ita nobis & quæ & quomodo dicenda ſint compertum erit. Quid dicas, inquit Adimantus, non ſatis intelligo. Oportet tamen id de te intelligere inquam, atque ita fortaſſe clariùs hoc intelliges. An non quæcunque a poëtis vel fictoribus ſabularum dicuntur, narrationem eſſe dicimus vel præteritorum, vel præſentium vel futurorum. Quid enim aliud inquit. Num ergo vel ſimplici narratione, vel per imitationem facta, vel etiam vtroque modo narrant? Clariùs, inquit, hoc quoque exponi requiro. Ridiculus inquis, equidem præceptor, & in primis obſcurus videor. Quemadmodum igitur qui dicendo parum valent efficere ſolent, ita ego nunc, non vniuerſum ipſum, ſed partem aliquam ſumens, in ea tibi quod volo, conabor oſtendere. Et primùm mihi dic, noſtin' Iliados principia, in quibus ait poëta, Chryſem Agamemnoni ſupplicore, vt ſibi filiam reſtitueret. Hunc autem ſuccenſere. Quod poſtquam non impetrauit, imprecari contra Achiuos Deum? Equidem & illud credo noſti, quod vſque ad hos verſus, precatus eſt omnes Achiuos, in primis Atrei filios gentium duces: ipſe poëta loquitur, neque tentat aliò mentem noſtram conuertere, tanquam alius quàm ipſe loquatur. Deincept verò ita loquitur, ac ſi Chryſes ipſe ſit, conatùrque non Homerum ſe nobis, ſed ſacerdotem illum oſtendere. In cæteriſque ita ſemper exponit, tum rebus geſtis apud Ilium, tum apud Ithacam, tum quæ in Odyſſea acciderunt. ſic eſt omnino. Nónne igitur narratio eſt, & quando orationes continuas affert, & quando ea quæ inter ipſas intercedunt? Quid ni? Verùm cum orationem profert tanquam alius quidam ſit, nónne tunc dicemus orationem ſuam ei quamſimillimam reddere, quem loquentem introduxerat? quidni dicamus? An non alteri ſe ſimilem reddere vel figura vel voce eſt eum imitari, cui facit ſe ſimilem. Proculdubio. In hoc igitur vt videtur ipſi & reliqui poëtæ per imitationem narrant. Aſſentior. Vbi autem ſe non celat poëta, vniuerſa illa poëſis & narratio ſine imitatione eſt. Ne autem dicas, te neque hoc quidem intelligere quomodo fiat, ego dicam. ſi enim Homerus cum dixiſſet, Chryſem veniſſe filiam redempturum & ſupplicaſſe Achiuis præcipuéque regibus, deinceps non tanquam Chryſes, ſed Homerus eſſet locutus, noſti profectò imitationem illam non fuiſſe futuram, ſed ſimplicem narrationem. Sic verò ſe res habuiſſet. Dicam enim ſine verſu, cum non ſim poëticus. Profectus ſacerdos precabatur, vt dij eis darent, vt incolumes ipſi Troiam caperent, ſibique acceptis donis filiam reſtituerent: Deum Apollinem venerantes. Hæc cum dixiſſet, reliqui ſacerdotes dicta probarunt. Agamemnon verò efferatus, ipſum protinus abire, neque poſtea redire iuſſit: neque enim ipſi Dei vel coronam vel ſceptrum profutura: aſſeruitque priuſquam ipſi filiam redderet, fore vt illa ſecum in Argo conſeneſceret. Quamobrem abire eum iuſſit, ſéque vt ſaluus abire poſſet, non irritare. Quæ cum audiſſet ſenex, extimuit, tacitúſque diſceſſit. Caſtra autem egreſſus ſupplex Apollinem multis verbis eius agnomina commemorans, orauit, ſi quid vnquam aut in ædificandis templis, aut hoſtijs litandis, illi gratum feciſſet, vt puniret Achiuos, ſuásque lacrymas ſagittis vlciſceretur. Hunc in modũ, o amice, ſimplex narratio ſine imitatione fit. Intelligo iam. Et illud præterea ſcito, contrarium huic eſſe, cum remotis poëtæ verbis quæ inter orationes intercedere ſolent, orationes ipſæ viciſſim continuatæ relinquuntur. Id quoque intelligo. Eſt enim & in Tragœdijs quiddam ſimile. Rectè admodum accepiſti, exiſtimóque tibi iam nunc aperire, quod antea non valebam: poëſim videlicet fabularúmque figmenta aut eſſe omnino per imitationem, quemadmodum ipſe dicebas in Tragœdia atque Comœdia, aut per enunciationem ipſius poëtæ, quod maximè in Dithyrambis inſpicitur, aut per vtraque confici, vt in heroicis, alijſque multis apparet, ſi modò intelligis. Intelligo.* Hæc

Confirmatur adhuc ex Platone, cui hac in re hærendum decernitur.

Ex Inſt lib. 28.

110

Lib. 3 de Rep. poſt init.

Plato.

Plato.ex quo loco multa nobis erunt eruenda, cum Poëticæ Platonis præcepta ſaltem in
111 vniuerſùm perſtringemus. Nunc illud breuiter colligo, Platoni poëſim aliam imitatione contineri, vt Tragœdiam, Comœdiam, Epopœiam: aliam imitationis eſſe expertem, vt Dithyrambicam. Quid cauſæ eſt igitur vt Ariſtoteles [iam enim ad eum noſtra redit oratio] narrantem ex propria perſona poëtam imitantem faciat, Dithyrambicámque propterea lyricámque poëſim (eiuſdem enim ordinis eſt) imitatione concludat? Illa, vt vehementer quidem ſuſpicor, fuit cauſa, quæ in alijs ſexcentis occurrit Ariſtotelem diligenter peruolutanti & cum Platone cõferenti: nimirum Ariſtotelem ab initio tritam aliorum viam ſibi haud terendam, ac Platonis ſententiam non facilè retinendam, propoſuiſſe: (neque enim id diſſimulari vllo modo poteſt, aut inuſitatum illi ac nouum videri debet) quin eorum decreta ſibi proſternenda decreuiſſe: ita vt cum Plato ac cæteri carmine tanquam forma concluderent poëma, mox etiam illud in imitantem, narrantem, & miſtum diſtribuerent, ac proinde ex tribus iſtis poëmatis formis vnam imitatione eximerent, ipſe contra omnes è contrariò imitatione concludendas, aliquas etiam carmine liberandas ſtatuerit. Et hac de cauſa vix varias illas poëmatis formas commemorauit, cum illas imitatione concluſit omnes. Contra verò in eos diſputauit, qui carmine potiùs quàm imitatione poëmatis naturam atque eſſentiam, vt ſignificantiùs loquar, conſtituerent. Hac itaque de cauſa quantum potuit & quàndiu potuit, poëſim & in vniuerſùm & pro ſingulis formis imitatione implicuit. ita vt hoc ipſe in loco in quo tripartitam illam imitandi rationem commemorabat, libẽter diſſimulauerit, id quod tandem aliquando, hoc eſt in Particula CXXXI. (ſiue id memoriæ culpa acciderit, ſiue quia interdum vel inuitis excidit veritas) indicare atque adeò fateri coactus eſt: nimirum poëtam dum ex propria narrat perſona, reuera nõ imitari. Ita factum eſt, vt qui non ſophiſtæ, ſed ingenui interpretis more particulam hanc CXXXI. cum XV. conferat non poſſit non clariùs animaduertere repugnantiam, quàm vt citrà temeritatem diſſimulari poſſit. Quanquam qui liberalior videri velit ne dicam conniuentibus oculis rem hanc inſpectare, ac propterea Ariſtotelis culpam non dicam eluere, ſed vtcumque minuere cupiat, huic per me licet eò confugiat, quò ipſi confugimus aliquando, cum eiuſmodi culpam vtcumque extenuari poſſe doceremus. Etenim imitationis nomen patet quam latiſſimè, ita vt analogia quadam & proportione varia ſexcentis conueniat, quæ imitationis nomine deſignantur aut concluduntur. Quapropter licet propriè omnino illi conuenit imitatio, qui voce aut figura ſeu perſona alterum repreſentat, quemadmodum Comicus aut Epicus facit, veruntamen ei qui ex propria narrat perſona, quemadmodum & Dithyrambus facit & Hiſtoricus, quin Orator quoque non raró, imitatio alio ſaltem nomine conuenit; prout ſcilicet eos qui in eo excellunt genere imitantur. ſiue enim Orator cauſam dicat, ſiue Hiſtoricus res geſtas pertexat, ſiue Dithyrambus alicuius actiones canat, in ſuo quiſque genere excellentem vel Oratorem vel Hiſtoricum vel Dithyrambum vel Lyricum imitari & poteſt & debet. Sed tamen id Poëtæ propria quadam conuenire poteſt ratione. etenim hiſtoricus poteſt illi equidem in ſcribendi ratione meliores imitari, quod pertinet ad ſcribendi formam ac normam, at res geſtas, quoniam veritatem ſectatur, colligere ex factis cogitur, non æmulando aut imitando decerpit. atque idem quoquomodo accidit Oratori, qui meliores æmulatur in ratione dicendi, ſed argumenta ex rebus ipſis atque perſonis cogitur deriuare. Poëta contra quippe cui res fingere licet, aut permutare & à vero variare, meliores imitatur non in artificio ſolùm & pangendi ratione verùm etiam in rebus & actionibus ipſis, quas ex poëtis quin ex hiſtoricis etiam & authoribus multis leuiter immutatas exprimit. ita Tacitus potuit quidem Thucydidis ſectari artificium: res certè aliunde comparare coactus eſt: Virgilius contra
112 Homerum & in artificio & in rebus ipſis imitari potuit & æmulari. Atque hoc imitationis genus in ea quoque elucet narratione, in qua ex propria perſona loquitur poëta. Ita vt licet ab ea differat imitatione, in qua poëta aliorum ſubit perſonam, atque hos vel voce, vel figura æmulatur, imitatio tamen ſit, quæque mirificè Lyrico ac Dithyrambo conueniat. ita demum quoquomodo Ariſtotelis culpam eleuare licet, dum Homerum aut aliũ poëtam ex propria perſona loquentem modò imitatorem facit, modò ab imitatione abeſſe ſcribit. Propria enim, quæ inquam vel perſona aut figura fit imitatio, reuera dum ex propria narrat perſona, non imitatur: minùs propria, quæque illi certa quadam ratione conuenit, dum imitatur meliores, imitari dicendus eſt: atque ita etiam imitari, vt non omnino cum Oratore aut Hiſtorico talis imitatio illi communis ſit. Quapropter hanc potuit hoc

Reditur ad Ariſtotelem.

hoc in loco poëtæ dum ex ſe narrat, imitationem concedere, cum tamen alibi dum imitatione carere ſcribit, de vera imitatione & propria loqui potuerit. Nam ſi obijcias propriè ſemper in poëmatis natura declaranda ac formis conſtituendis fuiſſe vſurpandam, iam hac de cauſa nos admirabilem illam imitationis varietatem obſeruauimus; vt ſcilicet quoniam analoga eſt, varia ratione vſurpari potuiſſe doceremus. alioquin, vbi preſsè vtrobique ſumi velis (quod faciendum non nihil ſuſpicamur) quò me vertam vt Ariſtotelem tuear, non habeo.

# PARTICVLA XVI.

*ἘΝ τρισὶ δὴ ταύταις διαφοραῖς ἡ μίμησίς ἐστιν, ὡς εἴπομεν κατ' ἀρχάς, ἐν οἷς τε, καὶ ἃ, καὶ ὥς. ὥστε τῇ μὲν ὁ αὐτὸς ἂν εἴη μιμητὴς Ὁμήρῳ Σοφοκλῆς. μιμοῦνται γὰρ ἄμφω σπουδαίους, τῇ δὲ Ἀριστοφάνει. πράττοντας γὰρ μιμοῦνται, καὶ δρῶντας ἄμφω. ὅθεν καὶ δράματα καλεῖσθαί τινες αὐτά φασιν, ὅτι μιμοῦνται δρῶντας.*

Atque in his tribus ſanè differentijs, vt a principio diximus, imitatio eſt, quibus videlicet, quæ, & quomodo. Quo ſanè fit, vt ab Homero Sophocles aliquo pacto imitatione non diſcrepet, quòd vterque præſtantes imitetur; nec item ab Ariſtophane, quod vterque negotiantes & agentes; vnde *δράματα* ideſt actus ipſos, non nulli ab agentium imitatione appellari dicunt. *Paccius.*

*Iam verò in tribus his differentijs imitatio eſt, vt dicebamus in principio, tum in quibus, tum quæ, tum quomodo. Quare in vna quadam parte idem erit imitator cum Homero Sophocles; imitantur enim ambo bonos: in altera verò cum Ariſtophane: molientes enim aliquid & agentes ambo imitantur; vnde & dramata ipſa appellari quidam dicunt, quòd imitentur agentes.* *Riccobonus.*

*COM. XVI. Summa Particulæ.*

Colligit, idque mira breuitate, ſed pari tamen perſpicuitate, quæ dixerat de triplici illa imitationis ratione ac via. Quapropter. *Atque in his tribus differentijs* (inquit) *poſita eſt imitatio: quæ differentiæ ſunt, ἐν οἷς, ἃ, ὥς: quibus, quæ, & quomodo.* Vbi per *οἷς* intelligit primam differentiam, quæ ſanè inſtrumentis continetur, nimirum rhythmo, ſermone, harmonia; per *ἃ*, meliorum, peiorum, ſimilium materiam; per *ὥς* modum imitandi, videlicet dramaticum, narratiuum, miſtum. Atque ex his, vt tantiſper exemplo aliquo rem illuſtret, fieri ait vt Sophocles hinc ſit Homero ſimilis, quòd imitetur meliores ſeu præſtantes; illinc Ariſtophani, quòd imitetur *πράττοντας καὶ δρῶντας*, agentes & molientes. Sed cur obſecro nil de inſtrumentis, vt tripartitam imitationis varietatem omni ex parte exemplo complecteretur, & quemadmodum *ἃ* & *ὥς*, ita *οἷς* declararet & illuſtraret? An non Sophocles inſtrumentis quoque ſimilis eſt Ariſtophani? Verùm Ariſtoteles vel quia facilè nobis colligere ac ſupplere liceret primam illam differentiam, cum inſtrumenta, quippe copioſiſſimè explicata, ſint in promptu; vel quia operæpretium iudicaret exemplo materiam & modum tantùm, quæ duo modò explicata fuerant (de inſtrumentis enim multò antea) illuſtrare, ſatiùs habuit primæ differentiæ exemplum præterire: præſertim verò quia ſtatim ac modi diſcrimen attigiſſet, occaſio ſeſe illi apta obtulerat, vnde ſenſim orationem ad poëſis originem & incrementa traduceret. Itaque oblatam occaſionem ſine cunctatione, ac cæteris poſthabitis omnibus ſibi arripiendam putauit. Ergo cum materiæ diſcrimen in Sophocle agnoſcens & Ariſtophane, dixiſſet, ambos imitari *πράττοντας καὶ δρῶντας*, hinc occaſione arrepta, (nam ideo ſtatim pergit *ὅθεν καὶ δράματα καλεῖσθαί τινες αὐτά φασιν, ὅτι μιμοῦνται δρῶντας, vnde etiam dramata ipſa appellari quidam dicunt quod imitentur*) exponit quinam Tragœdiæ & Comœdiæ ortum & inuentionem ſibi vendicarent: & ad poëmatis vniuerſi ortum ſeſe refert. Ita quidem re Sophoclis exemplo materiæ modique diſcrimine illuſtrata, ex duabus vocibus occaſionem arripit vt doceat vnde ex quibuſdam *δράματα* quoque nomen inuenerint & ad Comœdiæ Tragœdiæque authores ſic pergit.

*Dubitatur.* 113

*Reſpondetur.*

PAR-

# PARTICVLA XVII.

Διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας, καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωριεῖς. τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς, οἵ τε ἐνταῦθα, ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτῆς δημοκρατίας γενομένης, καὶ οἱ ἐκ Σικελίας. ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴ, πολλῷ πρότερος ὢν Χωνίδου, καὶ Μάγνητος. καὶ τῆς τραγῳδίας ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, ποιούμενοι τὰ ὀνόματα σημεῖον οὗτοι μὲν γὰρ κώμας τὰς περιοικίδας καλεῖν φασὶν, Ἀθηναῖοι δὲ δήμους, ὡς κωμῳδούς, οὐκ ἀπὸ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεως. καὶ τὸ ποιεῖν αὐτοὶ μὲν δρᾶν, Ἀθηναίους δὲ πράττειν προσαγορεύειν. περὶ μὲν οὖν τῶν διαφορῶν, καὶ πόσαι, καὶ τίνες τῆς μιμήσεως, εἰρήσθω ταῦτα.

QVamobrem Tragœdiam atque Comœdiam Dorienſes ſibi vendicant, Comœdiam quidem Megarenſes, tam hi qui hîc ſunt, vt eo tempore inuentam, quo populari adminiſtratione eorum reſpublica regebatur, quàm qui ex Sicilia: ſiquidem ab his poëta Epicharmus prodijt, multò ſanè prior Chonnida, atque Magnete, Tragœdiam verò quidam in Peloponneſo. eiúſque rei indicium illi vocabula eſſe volunt: cum ipſi quidem κώμας vicos appellari dicant, Athenienſes verò δήμους, quaſi Comœdos, non a κωμάζειν, hoc eſt à comeſſendo, ſed tanquam errantes per comas, ideſt vicos, in vrbe deſpectui habitos, dictos exiſtimant. rurſus hi quidem facere δρᾶν, Athenienſes. verò πράττειν, dicunt. Ac de imitationis hactenus differentijs, quot videlicet, & quales hæc dicta ſint. Taccius.

*QVamobrem ſibi vendicant & Tragœdiam & Comœdiam Dorienſes. Comœdiam* Riccobonus
114 *quidem Megarenſes, & qui hîc ſunt, tanquam in ipſorum Democratia natam. Et qui ſunt ex Sicilia: inde enim fuit Epicharmus poëta multò priùs quàm Chonnides & Magnetes. Et Tragœdiam aliqui eorum qui ſunt in Peloponneſo, ducentes a nominibus ſignum: hi enim comas pagos appellare ſe dicunt: Athenienſes verò demos: quaſi Comœdi non a κωμάζειν dicti ſint, ſed nominati ab errore illo per pagos ex vrbe. Eo facere ipſi quidem oſtendunt ſe dicere δρᾶν: Athenienſes verò πράττειν. Ac de differentijs quidem imitationis, & quot, & quæ ſint, tam multa dicta ſint.*

*COM. XVII.* EX dictis (vt monere cœperam) ac præſertim ex aliquibus vocibus occaſionem nactus, exponit quinam ſibi vindicant Comœdiæ & Tragœdiæ inuẽtionem. Quare & Tragœdiam, inquit, & Comœdiam ſibi vendicant Dorienſes. Sed cum Dorienſes bipartiti eſſent, atque alij, in Attica, alij in Sicilia degerent, vel certè ex Sicilia profecti eſſent, quinam Comœdiam; (de Tragœdia enim poſtea) ſibi adſciſcunt ac vendicant? Vtrique, reſpondet Ariſtoteles. nam & ex Atticis Dorienſes, hoc eſt qui hîc ſunt Megarenſes, eam ſibi vendicabant, quòd dicerent in ſua democratia popularíque adminiſtratione eſſe natam, & Dorienſes Siculi illius inuẽtores haberi volebant. quòd Epicharmus, qui Comicus poëta fuit & Siculus, & primus fabulam inueniſſe dicitur, multò ante Chonnidem & Magnetem (fuerunt hi Attici Poëtæ Comici & Athenis verſati ſunt) floruiſſet. At verò Tragœdiam quinam ſibi vindicant? eorum aliqui (ſubijcit Ariſtoteles) hanc ſibi adſciſcunt & vendicant, qui Pellopponneſum incolerent Dorienſes. Ita ſanè Siculi Dorienſes cum Dorienſibus Atticis de Tragœdia non contendebant, quemadmodum de Comœdia. Neque verò hoc in loco Ariſtoteles probat Tragœdiæ inuentionem Dorienſes, qui Pelloponneſum colerent, ſibi tribuere. Contra tamen dè Comœdia. rem enim argumentis confirmat. Ac primò ab Ethimologia ſeu nominis notatione: nam Dorij Megarenſes dicunt apud ſe pagos ſeu vicos appellari κώμας non verò δήμους quemadmodum apud Athenienſes: ac pro-

ac proinde factum eſſe vt a κωμῶν hoc eſt a pagis Comœdia nomen inuenerit. Quod argumento eſſet, Dorienſibus inuentionem deberi, quorum proprium eſt κωμῶν nomen. Ex quo etiam fieret, vt perperam κωμάζειν quod eſt laſciuire, Comœdiæ nomen tribuerent aliqui, quaſi verò laſciuia atque licentia Comœdiæ nomen dediſſet. Et ſanè vbi Comœdia ἀπὸ τῶν κωμῶν, propter errores illos & peruagationes, quas per pagos ſeu vicos facerent, dum vrbe pellerentur, inueniſſet nomen; fieri potuiſſet vt ob laſciuiam pellerentur illi quidem aut nimiam dicacitatem, ſed tamen adhuc a κωμῶν ſeu pagis, quos peruagari cogerentur, nomen inuenire potuiſſent. De qua tamen re quoniam alibi de Comœdia dicendum erit; fuſiùs alibi. Iam verò eo quoque argumento vtuntur, quod Tragœdię cum Comœdia commune eſt, quia ſcilicet pro ποιεῖν hoc eſt facere, δρᾶν apud Dorienſes, apud Athenienſes verò πράττειν, eſſet in vſu. Ex quo fieret vt cum Comœdia & Tragœdia δρᾶμα dicatur, hinc etiam coniectare liceret illarum inuentionem Dorienſibus deberi quorum δράω & δρᾶν, vnde drama eſt ortum, eſt proprium verbum. ſic Ariſtoteles, qui, quoniam ad Tragœdiæ & Comœdiæ inuentionem excurrerat, ex vocibus illis, quibus materiæ varietatem atque adeò differentias imitationis explicabat, occaſione ſumpta, colligit ex dictis de differentijs imitationis, & quot quéve ſint, hæc ſatis videri poſſe: ſtatimque nouo quaſi initio ſumpto (commodo illo tamen, cum de origine Tragœdiæ & Comœdiæ dicere cœpiſſet) ſe ſe ad poëſis poëticarúmque formatum ortum, incrementa, abſolutionem, refert perueſtiganda. Id quod nos etiam eum ſequentes faciemus, ſi tamen

*Dubitatur. I.* priùs tum pauca quædam in præſenti particula dubitauero, tum verò de tota Ariſtotelis doctrina, quam in primo hoc capite protulit, paulò fuſiùs diſputauero. Tria igitur in hac particula dubitantur. primùm quid cauſæ fuit, cur Attici, Dorienſes ſeu Megarenſes qui 115

dicerent apud ſe ortam Comœdiam, ad Democratiam ſeu popularem gubernandi rationem,

*Reſpondetur.* qua vſi eſſent, confugerent? An quia in Democratia florere artes ſoleant, ac propterea factum ſit vt Comœdia quoque in eorum Democratia floruerit? Sic perſuaſum habet Vtinenſis Interpres: qui hac planè de cauſa, *Tunc*, inquit, *excitantur & inueniuntur omnes* *Part.*

*quidem artes, at ingenuæ præſertim & liberales; cum libertate & otio fruuntur ciuitates: nam liberæ* *27. m.*

*vrbes alunt homines neſcio quomodo ingenioſiores & cupidiores honoris ac virtutis. Athenienſes olim in primis libertate diu potiti ſunt: atque hoc in cauſa fuit, vt perpetuò apud ipſos bonæ vigerent artes, & eorum ciuitas omnium diſciplinarum mater & altrix fuerit*. ſic iſte. quem facilè crediderim Venetæ Reipublicæ, cuius beneficentia eius aleretur induſtria, ſiue blandiri, ſiue gratum animum oſtendere, voluiſſe. Quanquam, vt omittam, nec Venetum imperium aut dominatum eſſe Democraticum potiùs quàm Ariſtocraticum, nec tam Ariſtocratiam aut Democratiam quàm otium, & pacem, de quibus tamen nihil interim Dorienſes, artes alere; nec id quod eloquentiæ tribuitur a M. Tullio tam facilè Comœdiæ fuiſſe tribuendum, cui fortaſſe in regio quoque dominatu non incommodè florere licet, quemadmodum eloquentiæ tractatio in Rep. vigere magis ſolet; perfectò Vtinenſis ratio è veſtigio pugnat cum Ariſtotele. Si quidem Ariſtoteles ait, Dorienſes ac Megarenſes ea de cauſa affirmaſſe Comœdiam apud ſe ortam eſſe, quòd Comœdi in Vrbibus ſpreti & ex iiſdem pulſi, per pagos ac vicos errare cogerentur. Non igitur ad Democratiam ea de cauſa confugiebant Megarenſes, quòd in Democratia Comœdia atque artes florere ſoleant, cum interim Comicos ex vrbe pulſos ſignificarent, atque inde Comœdiæ nomen tributum eſſe ſtatuerent. Itaque ex otio & pace, cuius ſtudioſiſſimi ſunt Veneti & peramantes, in primis verò quia optimas alunt artes, ac ſtudia fouent doctrinarum, iure quidem laudare illos potuiſſet Vtinenſis; at inde occaſionem arripere, quòd Comœdia vnà cum liberalibus artibus in libero populo florere ſoleat, minùs opportunè. Perplacet igitur mihi victorij ſententia: quia ſcilicet poëma illud licentiæ plenum & dicacitatis, ibi faciliùs ortum habere potuiſſet, vbi ciuitas in populi dominatu qui libertate vti ſolet, poſita eſſet. verè enim cum populari licentia facilè Comicorum libertas coniungitur. Iam verò vtrum Dorien-

*Dubitatur II.* ſes ex Sicilia in Atticam, an ex Attica in Siciliam commigraſſent, dubitare licet, præſertim

*Reſpondetur.* verò, quòd Vtinenſis priorem, Victorius poſteriorem, ſententiam ſequitur. Et quidem Ariſtoteles tum in illis verbis οἱ μεγαρῆς tum in illis paulò poſt prolatis καὶ οἱ ἐκ Σικελίας conciſè ac proinde obſcurè loquitur, quòd fortaſſe eo tempore res plana eſſet; ſed tamen ſi coniectura agere licet, ſignificat in Attica Megarenſes miſtos fuiſſe, tum ex incolis, tum

*Dubitatur III.* ex aduenis ex Sicilia. Denique illud dubitatur, cum πράττοντας non minùs quam δρῶντας dicantur Comici actores, quid eſt quò Athenienſes, quorum vox eſt πράττειν, non hinc

ſibi

ſibi aliquo modo Comœdiæ adſciſcunt inuentionem? Cui rei ſic reſpondeo, fortaſſe Ariſtotelem cum diceret Athenienſes verò πράττειν pro facere vſurpaſſe, non tam ſignificare voluiſſe Athenienſes non poſſe ſibi Comœdiæ inuentionem aliquo modo vindicare, cum Comici, quin Tragici etiam, πράττοντας ac veluti negotiatores dicerentur, quàm efficere illos minùs infirmo vti argumento, qui oſtenderet, eoſdem Comicos aut etiam Tragicos & δρῶντας dici, & eorundem actiones dramata appellari, quod eſt gemina illi coniectura ſuum argumentum conflarent. Hæc de præſenti particula qua etiam primum caput concluditur. Quanquam ad alterum haud dum aggredi lubet; ſed vt fidem liberem meam, quædam iuuat attingere, quæ iamdiu in hunc locum reieci, & verò plurimum illuſtrare
116 poſſunt, quæ ſunt hactenus diſputata. Agedum igitur nouam Controuerſiam excitantes, inueſtigemus, NVM a germanis Poeticæ artis initijs inceperit Ariſtoteles, & in vniuerſùm quo loco habenda ſint ea, quæ in hoc primo capite docuit.

*Reſpondetur.*

*CONTROVERSIA XXV.*

*Num à Germanis Poeticæ artis initijs inceperit Ariſtoteles & quo loco habenda ſint, quæ docuit hactenus. duos ſcopulos in hac re vitandos.*

De qua re mihi quidem etiam atque etiam cogitanti, ac tum quæ hactenus, tum quæ in poſterum explananda ſunt, attentiùs reputanti, omnino ſentiendum videtur ac ſtatuendum, duos extremos ſcopulos illi eſſe vitandos, qui ſummi in re tali ac tanta interponit iudicium. Ac primus ſcopulus mea quidem ſententia ille eſt, vt ne cum Mutinenſi interprete aut Franciſco Patritio (hoc nimirum Ariſtotelis oſore & obtrectatore, illo Ariſtotelicis interpretibus quibuſdam infenſo, vtroque denique nouatore egregio) ſentiamus. Etenim ille Artem hanc Commentatiolum quoddam haberi iubet, in quod memoriæ cauſa, idque tumultuaria quadam ratione, multa ac varia coniecerit Ariſtoteles, nec ſanè vt Ars Poëtica haberetur, ſed vt inde poëticam artem ſcripturus aliquando hauriret. Hic verò eundem libellum longè imperfectum ac neceſſarijs præceptis vacuum, denique præpoſterum erroribúſque pleniſſimum eſſe, diſputare non dubitauit. Alter ſcopulus priori è regione aduerſus ille eſt, vt ne hunc librum omnibus numeris abſolutum atq; perfectum eſſe pugnemus, quaſi verò nihil planè requiri in eo poſſit, nihil ſalebroſum offendi; ſed potiùs præceptis quęcunque in hac arte expeti poſſunt, iiſque conſtanti ordine, miráque perſpicuitate diſpoſitis, inſtructus ſit. Media itaque ratio ac via tenenda eſt, omninoque fatendum, partim quia bona huius libri pars interijt, partim quia Ariſtoteles preſsè loquitur & obſcurè, ac Muſis, vel potiùs ſibi ſuiſque ſimillimis, veluti canit, non omnia quæ optanda eſſent, ſperanda fore. Denique induſtrijs (ſi me audias) ac nauis multa, (ij enim ex ijs quæ extant, ea quoque poſſint ſarcire magna ex parte quæ interierint, præſertim cum Tragœdiæ tractatio reuera perfecta ſit) minùs induſtrijs pauca, colligere licebit. Quapropter qui Commentariolum eſſe pugnat memoriæ cauſa comparatum, hic mihi toto cœlo aberrare viſus eſt. Et vt de primo hoc capite, vnde verum non coniectare ſolùm licet, ſed etiam agnoſcere & conſtituere, dicam hoc tempore (cætera enim ſuo loco) non video cur dicendus ſit Ariſtoteles memoriæ tantùm cauſa, non verò artis docendæ gratia, diſputaſſe, quæ hactenus explanauimus. ſiquidem & res dicendas proponit primùm, quemadmodum in libris cæteris, quos doctrinæ conſcribit gratia, & de ordine nos admonet, quo res propoſitas tractare iuuat; & poëticæ genus, partes, differentias continenter requirit; ita vt obſcurus quidem videri poſſit ac ſalebroſus (iamdiu enim id monere cępimus, quod tamen eſt ferè Ariſtotelis proprium) at cur hæc memoriæ cauſa ſcripta ſint, aut tumultuaria ratione veluti in faſcem coniecta, tam falſum quàm quod falſiſſimum videri poteſt. Denique tria ſunt quę docet ac requirit in hoc capite; vbi nos egregiè de rebus dicendis & ordine ſeu methodo admonuit. Quod ſit poëſeon, ſeu imitantium artium genus, quæ formæ ac ſpecies, quibus differentijs conſtituantur & diſtinguantur: & per hanc occaſionem de tripartitis illis imitantium formarum diſcriminibus copioſè diſputauit ad finem vſq; capitis, vbi de more doctoris optimi epilogum quoque rerum dictarum fecit. Quid eſt igitur quod non germana artis initia referat? aut qua ratione inſtituẽdus, quóve tenore verborum ſcribendus erat, vbi in publicũ artis nomine edendus fuiſſet liber? Nam quod ibi planè, vbi Epopœiam inſtrumentis diſtingueret, in eos quaſi digrediens inuectus ſit, qui ex carminis non autem ex imitationis varietate, poëſis formas diſtinguerent & variarent, nemo non videt quàm id appoſitè factum ſit, nequis minùs tutum, id quod de imitationis varietate, vnde diſcrimina illa deriuanerat, reputaret. ſic etiam dum ad extremùm eorũ recenſet diſcordiam, qui certatim ſibi Tragœdiæ multò verò magis Comœdiæ inuẽtionem vendicarent, non ſanè alieno loco, ſed appoſitiſſimè (ſi quis attentiùs æſtimet) hãc interponit contentionem. Vt enim ad eam aggreditur commemorãdam non ſine magna oppor-

*I. Quem nobis Mutinenſis partim, partim Franciſcus Patritius obiecit.*

*II. Quieſt mul torum.*

*Mediam viam eſſe tenendam. Refellitur iam Mutinenſis.*

opportunitate (captat hanc ex vocibus illis, quibus declarauerat, Sophoclem eſſe in imi- 117
tandi modo Ariſtophani ſimilem, quia ſcilicet vterque πράττοντας inducerent ac δρῶντας)
ita rem hanc miro artificio ad opportunum vſum & finem retulit, vt ſcilicet quoniam de
inuentione Tragœdiæ & Comœdiæ non inopportuna occaſione arrepta dicere cœperat,
iam ipſe de re tota accuratè diſputaret & cum poëſis in vniuerſum, tum eiuſdem forma-
rum originem, cauſas, incrementa, perfectionem ac ſtatum (id quod continenter effecit)
declararet pro virili. Vt mihi quidem Mutinenſis qui inter cætera ſcribit multa interpo-
nere Ariſtotelem & additamenta alieno planè loco facere, in re ſeria ludere, ne dicam de- *Pag. 3. & al.*
lirare videatur. Nunc venio ad Patritium: qui ſanè decem integris libris (hos diſputatam
appellat Decadem) ac plurimis rurſus, quas tanquam puncta quædam Stoicorum more
obijcit dubitationibus, Ariſtotelea oppugnat præcepta, quaſi verò & perpauca illa ſint &
præpoſtera inprimis & aliena, Inter quas ſanè dubitationes, eæ quidem primi huius capi-
tis oppugnant doctrinam, quæ in III. IV. V. VII. IX. X. habentur libro. & quidem in II.
Ariſtotelem oppugnat poëſim imitatione omnino concludentem, atque adeò imitatio-
nis nomine deſcribentem. In II. aduerſus eundem diſputat, poëtam non planè imitato-
rem eſſe habendum. De quibus quoniam nos multa diximus, & in Platonis ſententiam
(hanc enim fermè ſequitur in hac re Patritius) non ægrè diſceſſimus, in præſens nihil ad-
do: cum præſertim hæc res alio loco, vbi ſcilicet Plato de re poëtica eſt audiendus, ſit at-
tingenda rurſus. & idem dixerim de ijs, quæ Patritius diſputat in V. vt efficiat poëſim ſolu-
ta oratione confici nullo modo poſſe. nam de hac quoque re plurima ſcripſimus tū pau-
lò antè in Controuerſia XV. XVI. & XVII. tum in eo libello, quem de Tragœdia & Comœ-
dia metrorum ſoluenda vinculis edidimus: aliqua etiam, vbi de Platone, proſequemur.
quod attinet ad Empedoclem quem Patritius in libro VII. Homero anteferre non dubi-
tat, ac poëtam facit meliorem, non diſputo in præſentia. Quamuis enim in hoc capite Ari
ſtoteles Empedoclem quippe imitationis expertem, verſificatorem potiùs quàm poëtam
haberi iubet, ita vt non alieno planè loco hanc dubitationem excitauerit Patritius, nos ta
men illam ad alium locum, quoniam de Homero quoque alibi copioſiùs dicendum erit,
reſeruamus. Quod attinet ad rhythmum & harmoniam, quæ libro IX. poëticæ imitatio-
nis inſtrumenta haberi vetat, idque tametſi Plato etiam illa poëticæ imitationi adhibeat,
ea interim ſatis videri poſſunt quæ attigimus in Controuerſia XIX. Denique dum in libro
X. contendit falsò ab Ariſtotele tres imitandi modos proferri, quibus omnes poëſis for-
mæ contineantur, nos in Controuerſia XXI. huic fecimus ſatis. De ijs verò quæ tanquā pun
cta quædam aduerſario obijcit, Ariſtotelem item oppugnans, ſunt quæ rurſus ad primum
hoc caput pertinent. nam prima quatuor vnà cum ſeptimo Ariſtoteleam imitationem
labefactant, ſextum verò ſolutam poëmatis orationem, octauum poëſis definitionem
quaſi prætermiſſam obijcit. quibus quoniam eiuſdē ſunt ferè ordinis cum ſuperioribus,
id quod de illis paulò ante diximus (quanquam alia etiam, nec inopportunè, dicentur in-
fra) dicimus in præſentia. Sed quoniam primum quem declinare oportet, ſcopulum cō-
monſtrauimus, ſimúlque illius quaſi molitores ac machinatores profligauimus, agedum
cōmonſtremus alterum, ac doceamus librum hunc reuera maiores habere dubitationes
ac veluti ſalebras, quàm vt ſine offenſionibus decurri poſſit. Et ſanè vt mirè conciſus &
preſſus (id quod iamdiu monere cœperam) ac proinde obſcurus eſt Ariſtoteles, quique ſi-
bi inprimis canit, multa ſunt, quæ poëticæ expetētibus præcepta, ſint adhuc ex eo requirē-
da, præſertim verò quia erudito illi ſæculo ſcriberet, eruditis caneret auribus ac poëmatis
longè exercitatis: itaque multa tunc ſine crimine potuit reticere quæ, quippe non ignota
ſupplere ſibi quiſque poſſet, quæ tamen nos hoc tempore requirere cogimur. At enim
quæ tandem ſunt, quæ obſcura ſunt inprimis in hoc capite aut ſalebroſa? quæue rurſus
non ſine iactura ſunt prætermiſſa? exponam illa ac fatebor ingenuè. Ac primò magnope-
re optaſſem vt Ariſtoteles poëticam artem ſeu facultatem definiret, aut ſaltem deſcribe- 118
ret & adumbraret. Quid enim eſt quòd Rhetoricæ præcepta ſcripturus, eius definitionē
ſeu deſcriptionem attulerit primùm; non verò Poëticam definierit aut deſcripſerit, cum
I. Poëticæ præcepta tradere inſtituiſſet? ſanè quanti interſit in doctrinis tradendis ac rebus
explicandis a definitione initium ducere & docti viri fatentur omnes & per ſe facillimum
eſt cognitu. Itaque quemadmodum in Rhetoricis mirificè ſibi aditum aperuit Rhetori-
cæ ipſius deſcriptione propoſita, dum diceret eſſe facultatem videndi quid in quaque re
ſit accommodatum ad perſuadendum (hinc enim rerum dicendarum veluti filum du-
xit ea

*Nunc refellitur Patritius.*

*Refelluntur iam ij qui alterum quaſi ſcopulum intrudunt: ac librum hunc reuera ingentes ſalebras habere oſtenditur: ita vt multa inprimis requirenda videantur. Quæ videntur requiri poſſe in primo hoc capite.*

xit ea requirens,quæ ad fidem faciendam eſſent idonea)ita a Poëticæ definitione ac vi adi-
tum ſibi pateſacere,nec ſine magno legentium bono ad reliqua pergere potuiſſet. Deni-
que vbi nos admonuiſſet ab initio Poëticā eſſe ſiue Artē ſiue ſacultatem vidēdi quid ei-
ſet accōmodatum ad Poëmata rectè pangenda intelligendáve tractanda (hac.n. ratione,
quoniam Poëmata ſunt in promptu,cenſemus potuiſſe Poëticam non incommodè defi
niri)iam hinc Poëmatis vim explorare atq; illa ſubinde requirere potuiſſet, quæ ad illud
pangendum dijudicandúmue idonea ſunt & accommodata. Id quod eò maiore cum bo-
no feciſſet, quòd eodem tempore docere licuiſſet quo rerum genere continetur Poëſis
(nam ne hoc quidem non magnopere controuerſum eſt in Peripatetica ſchola)& quem
inter doctrinas cæteras aut facultates obtineat locum. Cur enim id de Rhetorica nos ad-
monuit non ſemel quam Politicæ partim moralíque Philoſophiæ, partim Dialecticæ at-
texuit(quo enim conſilio, diſputamus in Rhethoricæ commentarijs) de Poëtica verò re-
ticendum putauit?Quòd ſi fortè minùs neceſſarium id iudicabat,quòd,vt monere cœpe-
ram,eruditioribus ſcriberet, finis ſaltem erat ab initio indicandus, (finis enim debet eſſe II.
perinde cognitus ac ſagittarijs perſpectus ſcopus)vt quoniam rationes fermè & præcepta
ex fine deriuantur, fine propoſito & commonſtrato,ad reliqua recto ordine liceret pro-
perare. Certè in Ethicis ſic finem propoſuit, vt maxima cum vtilitate inde ad reliqua li-
cuerit curſum intendere. Sed fac ipſa libri inſcriptio induſtrios ac nauos de huiuſmodi fi- III.
ne admonere poſſet, at ſaltem Poëſis ipſius (hanc enim a Poëtica tanquam opus ab arte
diſtingui nemo non videt)definitio afferenda erat,ac natura tota planior efficienda; ídque
tum quia de Poëſis vniuerſim (id quod ipſemet ſtatim ab initio ſignificauit) agere opor-
teret:tum quia Poëſis multas concluderet partes ac formas, quas explicare & illuſtrare
opus eſſet. nam genere vniuerſo ignorato,partes ac formas ignorari neceſſe eſt. Neque
verò mihi objiciat quiſpiam id planè fuiſſe quod ab initio conquireret Ariſtoteles. nam
propoſuit quidem de Poëtica,quod eſt de poëſi (vt interpretes rectè admonent) diſputā-
dum; ſimúlque eiuſdém partes requirendas ac formas; ſed tamen vix ac ne vix quidem
poëſis naturam in vniuerſùm conſtituiſſe,ſed ne inueſtigaſſe quidem conſtat. Quid plu-
ra?genus formarum ac partium continuò in medium attulit:quod ſanè longè abeſt vt ac-
commodatum ſit ad poëſim ipſam definiendam. qui enim id commonſtrauerit, in quo IV.
homo,leo,& huiuſmodi formæ cōueniant,atque animal eſſe oſtenderit, non ſanè animal
definierit; quod ſuperiore adhuc genere & natura, nimirum ſubſtantia animata ac ſenſu
prædita, continetur. Nam ſi dicas ſaltem dum id ſtatueret in quo Poëſis formæ ac partes
conueniunt, anſam non indiligentibus præbuiſſe, vnde Poëſis naturam in vniuerſùm
agnoſcerent ac definirent, profectò id facilius effertur quàm intelligi ac probari poſſit.
Sed fac iſtinc coniectari vtcunque liceat quod ſit Poëſis genus, quæ illius vis & natura: V.
fac intelligi deinde poſſit Poëſim eſſe humanarum actionum imitationem (quan-
quam & Plato reclamaret, qui non exiguam poëmatis partem ſoluit imitatione: &
ratio ipſa vsúſque repugnaret, quo ſatis conſtat Lyricum poëma paſſim & imitatio-
ne & humanarum actionum narratione ſeu tractatione carere) fac etiam eiuſmodi
imitatio ſit ſermone aut metro vel etiam rhythmo rurſus, & harmonia peragenda
(alioquin definitio illa in alias quoque facultates cadere poſſet, quæ humanas imitan-
tur actiones) at nec de poëſi ſeorſim egiſſet ſatis Ariſtoteles, ſed cum partibus adhuc
miſcuiſſet illam & confudiſſet: quin nec tam de illa cum partibus egiſſet,quàm eandem
ex partibus colligendam, vel coniectura quadam & ſuſpicione informandam aut attin-
119 gendam reliquiſſet. Etenim Ariſtoteles proponit quidem & de poëſi ipſa & de formis ip-
ſius agendum,& quam vim quæque habeat,demonſtrandum: ſed tamen neſcio quo pacto
dum ad rem aggreditur,partes (quantum quidem aperta orationis facies præſefert) pro-
fert ac formas;earum requirit genus:eaſdem continuò diſtinguit,& in ſuas redigit claſſes;
ita vt de poëſi in vniuerſùm,præſertim ſeorſim,ne verbum quidem. Quanquam neque VI.
ita poëſis formas vel requirit, vel commemorat, vel earum genus aut differentias perue-
ſtigat,quin eaſdem partes cum imitatricibus formis alijs miſceat & confundat,quæ reue-
ra poëſis formæ nullo modo ſunt. Niſi tamen ſtatuas poëſim carmine, quin ſermone ca-
rere poſſe,ac poëſis nomine id etiam intelligas & comprehendas, quod humanas actio-
nes ſolo rhythmo vel harmonia imitetur, cuiuſmodi eſt ſaltatoria, Auletica, Citharistica,
& ſi quæ huiuſmodi. nam certè has cum poëmatis aliiſque germanis poëticæ formis per-
miſcuit, dum genus, differentias, naturam ipſam poëſeon inueſtigaret. Quid plura? ſic rem

peregit, vt non minùs Saltatoriam, Auleticam, Citharisticam requirere, diſtinguere, decla-
rare, conſtituere videretur, quàm Comœdiam, Tragœdiam, ac germanas haſce perſpe-
ctáque poëſis formas. ita vt ad extremùm quoque profiteatur, ſe de differentijs imitatio-
nis quæ & quot ſint diſputaſſe; quaſi verò non aut poëſim in vniuersùm, aut varias poëſis
formas, ſed imitatrices artes ac formas declarandas, diſtribuendas, conſtituendas ſuſcepiſ-
ſet. Itaque Victorius non ignobilis interpres, etſi in huius primi capitis explicatu has atque
huius generis alias diſſimulat præteritque dubitationes, ad extremùm tamen epilogo illo
permotus, (De differentijs igitur imitationis & quot & quæ ſint, hæc ſatis) ſic ſcribit. *Re-
petit quid adhuc fecerit, commemorátque ſe ſatis diſputaſſe de diuerſis rationibus imitandi; tradidiſſé-
que quot numero ſint imitationes; & vim naturámque omnium illarum docuiſſe. Vnde arbitror certo
teneri, quod ſupra indicaui, non fuiſſe propoſitum auctoris a principio genus propinquum diuerſarum
poëſeon indagare, ſed ſuperius quoddam genus, quod contineret etiam artes nonnullas, ſimiles ſanè illis,
non tamen & ipſas poëſis: in extremo enim ſingularum diſputationum conſueuit repetere paucis, quæ
confecerit; hîc autem quot & quæ ſint genera imitationum teſtatur ſe docuiße. Videtur autem ex hoc lo-
co ſeparatim de poëtica agere incipere, ac verum ordinem ſequi, cum ortum ipſius ſedulò inquirat. Quo-
modo enim ſupra potuit rectè de illa diſſerere, cum ipſius originem non dum monſtraſſet?* En nobilem
interpretem in eam ſententiam deſcendiſſe, vt crediderit quæ ab initio poſuit Ariſtoteles,
hæc niſi in proximo capite non attingi: quaſi verò hactenus vel digreſſus ſit, cum tamen
non dum rem eſſet aggreſſus, vel altiùs rei initium ſic duxerit vt non dum ad ea deuene-
VII. rit, quæ propoſuit. Qua ſanè re nihil abſurdius fingi poſſet, ſi rerum propoſitionem ſpe-
ctes, atque ordinem commonſtratum, ac dicendis rebus propoſitum. Adde quod poëſis
formas quaſdam cum alienis formis ſic permiſcuiſſet, vt omnino videri poſſit germanas
poëſis formas ac ſpecies prætermiſiſſe multas, próque illis Saltatoriam, Auleticam, Citha-
riſticam repoſuiſſe, & alieno loco explicaſſe. Et ſanè cum Lyricum poëma, quod tamen
in magna varietate poſitum eſt, prætermiſiſſet, peccaſſet ſine dubio non mediocriter. cum
enim Dithyrambi mentionem feciſſet, & inter poëmata numeraſſet, cur obſecro Lyri-
cum fuit negligendum, quod ſimplici etiam narratione continetur? Nam ſi fortè conce-
das Dithyrambum eſſe Lyrici ſpeciem ac formam, iam cur ſpeciem in medium afferret,
genus vniuerſum contemneret, non habebat. quin potiùs genus, formis poſthabitis, fuit
VIII. commemorandum. Iam vero cur Idyllia & eclogas; cur ſatyras, epiſtolas (nam heroicę in-
ter cæteras apud Ouidium narratione imò verò imitatione haud carent) epithalamia, epi- 120
grammata, & id genus alia prætermiſerit, quæ alibi percenſuimus, requiri meritò poteſt.
Vt omittam Tragicomœdiam atq; alia quædam poëmatum genera (imitationem nam-
IX. que habent) in dies fuiſſe excogitata & inuenta, quæ non facilè ad propoſitas ab Ariſtote-
le formas reuocari poſſint: cum tamen plurimum & dignitatis habeant, & venuſtatis; nec
X. ſpernenda ſint vllo modo. Nam νόμων poëſim vel fuiſſe ab initio recēſendam: vel in decur-
ſu reticendam, vbi ab initio contempta fuerit: vel ſaltem docendum eſſe generum, quæ ab
initio propoſita fuerunt, ſeu formarum, partem aliquam aut membrum compertum eſt.
Sed eſto ſalebroſus ſit in his omnibus atque adeò mancus, fortaſſe autem præpoſterus vi-
deri poſſit, quantumuis non pauca tot tantiſque culpis eleuandis dicta ſint; at quid de imi-
XI. tatione? Vix enim dici poteſt quot quantáſque dubitationes creauerit nobis propter imi-
tationem, vel quia non eam definiuit, ſed ne ſignificauit quidem quid eius nomine intelli-
geret, vel quia ſecum ipſe de illa pugnet alacriter. & tamen cum imitatione, non ſecus at-
que Hercules claua, libro toto vſus ſit, atque omnia imitatione concluſerit, diſtinxerit, de-
finierit, explicarit, par erat vt quid imitationis nomine intelligeret, doceret ac declararet.
XII. Atque hinc implacabilis inter eum & Platonem diſcordia: quæ in alijs deinde multis eos
diſcordes facit ac diſſidentes. Quid quod ne Epopœiæ quidem nomen aut notio non lu-
brica eſt paſſim? Sanè cum alij multi hac in re (id quod iandiu obſeruauimus) interpretes
commoueantur, tum inprimis Alexander Piccolomineus author acutus ſanè ac doctus,
id nobis ſæpè reuocat in memoriam, nuſquam in toto hoc capite primo Epopœiam pro-
priè fuiſſe ab Ariſtotele vſurpatam, atque eo nomine quo ad extremùm diſputat de Epo-
pœia. quin eam quam interim Epopœiam vſurpat, eam eſſe, quæ tum ſoluta oratione tum
carmine, ac rurſus meliorū, peiorum, ſimiliumque imitatione poſſit variari. ſic ſanè cū alio-
quin Epopœia heroicum carmen & poëma (quo etiam nomine illam ad extremum com-
plectitur) ſignificare fermè ſoleāt in poëtarū ſcholis, nutaret paſſim eius oratio, nóſq. mira
XIII. inuoluere ambiguitate. De rhythmo verò & harmonia nihil attinet dicere; nā præterquā
quod

quod nuſquam declarauit quid propriè illi ſignificent (declarare autem debuiſſet, cum illis totam poëmatum varietatem diſtinguat ac notet) metra rhythmi partem facit, quod
Part. 10 Part. 5. abſurdum, & verò cum eius initijs pugnans, videri poſſet: alioquin ſaltatoria, quam ſolo concludit rhythmo, metris quoque conſtaret: contra verò Epopœia quam ſolo metro paſſim conſtare fatetur, rhythmo etiam eſſet concludenda, quod cum eius initijs non cōſentit, cum rhythmum in motu obſeruet tantùm, atque hunc ſermoni opponat ac metro a qua ſanè re haud ſatis fortaſſe adhuc tenebræ diſcuſſæ ſunt atque depulſæ. Ad hæc XIV.
quis tripartita illa differentia non commoueatur, quam poëticæ formis vel imitatricibus quas recēſuerat, facultatibus adhibet diſtinguendis? certè prima quæ ex inſtrumentis ducitur, multas formas ſine diſtinctione relinquit: neque enim Auletica a Citharistica, aut Dithyrambica a legum poëſi, aut Tragœdia a Comœdia illis diſtinguitur inſtrumentis. Altera quæ ducitur ex materia, tantùm abeſt vt formis illis valeat diſtinguendis, atque in ſuo quaſque conſtituat genere, vt eas iam diſſociatas partim, conſociet rurſus (ſingulis. n. tripartitā illam aptat materiam) vixque Comœdiam diſtinguat a Tragœdia. Vt omittā XV.
materiæ varietatem, qua interim vtitur, ſic nutare (modò. n. bipartitò, modò tripartitò, modò comparatè, modò ſimpliciter, eam vſurpat; modò etiā bonos in præſtantiores, malos in deteriores conuertit, ſimiles etiam mira ambiguitate inuoluit) vt mirum ſit, ſi quid
conſtanter in ea teneri poſſit. Nam de tertia, quæ ex modo imitandi deſumitur, nihil eſt XVI.
quod querelas renouemus; cum ſatis ſupérque demonſtratum ſit, Ariſtotelem in imitandi modo ac formis non cum Platone ſolùm atque alijs paſſim, ſed ſecum etiam mirificè pugnare. Tantùm dicam iſtinc tres tantùm poëſis conſtitui formas, ita vt diſtinctio poëti-
121 carum formarum imperfecta relinqui videatur. Nam ad formas ſingulas ſeu ſpecies non tam facilè tantam diſtinguendi varietatem fuiſſe adhibendam, cum vnica differentia & diſtingui & conſtitui quæque debeat ſpecies; non commemorabo in præſens, ne quis in poëtarum ſchola, atque ijs in rebus quæ αὐτοσχεδιάζοντες ſeu tumultuaria quadam ratione ortæ ſunt, Naturæ acribologiam requirere videar. & ſanè rigor huiuſmodi cum non in omnibus rebus naturalibus diſtinguendis ac declarandis eum retinuerit Ariſtoteles, multò minùs hoc in loco ſeruandus eſſet. Hæc ſunt, vt minora taceam, quæ propter obſcuritatem inprimis requirenda videntur in hoc capite, quaéque in huius libri quaſi veſtibulo ijs obijcienda putaui qui ingentes eas ſalebras non animaduerterent. Nam ſi eádē aut omnia aut pléraque explicare ſtuduimus ipſi, ac pro virili dilucidare, nihil prohibet quominus non aliqua ſuſpicioſa videri adhuc poſſint. Vt omittam ſaltem a ſuo illa authore talia prodiiſſe, vt ingenijs exercendis ſeu potiùs ad diſſidia tenebráſve impellendis excogitata ac literis conſignata videantur.

*Colligitur hunc librū ſuas habere ſalebras*

# CAPVT SECVNDVM
## PARTICVLA XVIII.

Ἐοίκασι δ' ἐγεννῆσαι μὲν ὅλως τὴν ποιητικὴν ἀιτίαι δύο τινὲς καὶ ἄυται φυσικαί. τό τε γὰρ μιμεῖσθαι σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις ἐκ παίδων ἐςί. καὶ τούτῳ διαφέρουσι τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι μιμητικώτατόν ἐςι, καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας. καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας.

Ceterùm a duabus cauſis, & quidem naturalibus, videtur Poetica habuiſſe originem. Nam & inſitum eſt a Natura hominibus a pueris imitari; & differunt a cæteris animantibus, tum quod aptiſſimi ad imitationem ſunt, tum quòd primas diſciplinas imitando acquirunt, & vnuſquiſque iuxta imitationibus gaudet. Paccius.

*Videntur autem genuiſſe in vniuerſum Poeticam cauſa duæ, eaque ipſa naturales. nam imitari inſitum eſt hominibus a pueris; & hac re differunt ipſi ab alijs animalibus; quòd homo eſt animal maximè accommodatum ad imitandum; & perceptiones faciunt primas per imitationem. & gaudent omnes rebus imitatione expreſſis.* Riccobonus.

*COM. XVIII. Inueſtigat Poëſis originem & cauſas.*

DIMITTIT Athenienſium & Dorienſium diſcordiam de Tragœdiæ Comœdiaéque inuentione, idque vel quia leuioribus coniecturis vterentur, vel quia non de toto genere (vt par erat) ſeu de Poëſi tum in vniuerſum, tum pro ſingulis formis ac partibus, diſputarent. Sed tamen ita dimittit Controuerſiam, vt ipſe ad veras ac germanas Poeſis cauſas, ortum & incrementa, inueſtiganda ſe referat. Ait igitur videri Poëſim a duabus cauſis, atque his naturalibus, ortam. & quamuis reuera haſce cauſas de nomine haud exprimat,

*A duabus cauſis profectam dicit.*

prima tamen ſic deſcribitur, vt dubitationem habeat nullam. quare interpretes fatentur
omnes hanc ab Ariſtotele ſtatui imitationem. ſecus tamen de altera: nam mirificè diſſen- 122
*De prima quam Naturalem eſſe probat multis.*
tiunt interpretes; ſed de hac re poſtea. Nunc redeo ad primam. Etenim cum dixiſſet Ariſtoteles, Poëſim, ſiue (vt ipſe loquitur, poëticen, quam tamen pro poëſi vſurpat) a duabus cauſis ortam eſſe, atque his naturalibus; continenter efficiebat imitari inſitum eſſe hominibus a pueris: ac propterea eſſe naturale. & rectè. neque enim fieri poteſt vt cum a pueris
I. imitemur, hoc eſt cũ adhuc vſu rationis fermè caremus, electione planè & conſilio, multò minùs arte, imitemur. nam ſi in nobis imitandi ſtudium veluti erumperet confirmata ætate, ac poſtquam rationis vſus in nobis dominatur, liceret quidem ſuſpicari id electione & conſilio aut arte fieri, ſed tenera illa ætate ſuſpicari id minimè licet; ita vt Naturæ acceptum ſit referendum. Nam ſi dicas caſu aut fortuna id contingere non natura, id verò refellitur, quòd imitationis ſtudium in nobis frequenter exiſtat, atque in omnibus propemodum aliqua in re appareat. Denique ſi quis ne illud quidem animaduertat, verè quidẽ pueros imitari, is fictas puerorum domunculas ſpectet, fictos quos conſcendunt equos, ficta arma & bella quæ tractant, & his ſimilia reuocet in memoriam, in quibus puer viro-
rum ſimius videri poteſt. Vt propterea iure M. Tullius affirmet, Naturam creaſſe homi- *2. de Orat.*
nes imitatores. At enim ſint iſta, ita vt verè a Natura ſit imitatio: at quî obſecro hinc efficitur, imitationem eſſe poëſis cauſam, ſiue poëſim ab imitatione eſſe profectam? tu quidẽ Ariſtoteles cum ſignificaſſes poëſim ab imitatione ortam, & hanc eſſe naturalem, iam poſteriorem hãc partem comprobas; priorem, quæ maximè inſtituti erat, prætermittis. Re-
II. ctè: ſed tamen poëſim ab imitatione ortam eſſe, efficiet & colliget non multò poſt. Nunc cætera proſequamur, quibus confirmat, imitationem eſſe naturalem; ſi tamen continẽter non is id rationibus confirmat, quod plerique exiſtimant: de qua tamen re poſtea. Addit igitur eo etiam differre hominem a cæteris animantibus, quòd ad imitandum maximè

*Dubitatur. Reſpondetur. Simulque de hominis ac cæterorum animantium imitatione diſſeritur multa.*

procliuis aptúsque ſit. Sed cum ratio ea ſit, quæ hominem a cæteris animantibus diſtinguit, cur obſecro id imitationi acceptum refert? Non negat Ariſtoteles ratione diſtingui, ſed imitationem eidem quoque rei ſeruire affirmat. vt enim præter rationem & intelligẽtiam ſermo, ita imitatio poteſt eum diſtinguere. Difficilius eſt quod probetur a cæteris animantibus reuera imitatione diſtingui, cum animantia multa imitentur. Certè ſimius quàm aptè imitetur, omnes norunt, ita vt ab imitatione quoque (ſi quibuſdam credas) nomen acceperit. & ideo etiam humani oris ſimulator dicitur: quin inde manauit prouerbium, vt qui alterum appoſitè imitetur, ſimius appelletur. Cati mimones etiam ab imitatione mimones dicuntur, quibus aues aliquæ imitationis vſu ſimiles ſunt. Sed profectò ex hoc planè ipſo quòd animantes quædam ob imitationem ſunt admirationi, ſatis conſtat animantis non eſſe imitari ſed hominis. Denique ſi quis reputet hominem coloribus aut ſaxo vel alio materiæ genere cœlum exprimere, animantes, plantas, ac ſummatim nihil cœlo, terra, marique reperiri, quod non imitetur, is ſentiet longè exiguam ac leuem eſſe belluarum imitationẽ. Tametſi moderatus adhuc videri poteſt Ariſtoteles, quòd ita demum hominem a cæteris animantibus imitatione diſſociat, vt tamen μιμητικώτατον hoc eſt maximè aptum & procliuem ad imitationem (vbi belluas aliquas in ſecundis aut tertijs conſiſtere non planè vetat) eſſe affirmet. Id quod in problematis etiam ſcriptum reli-
quit, vbi rurſus μιμητικώτατον appellat hominem; atque id euenire ait, quia hinc diſcere ſo- *Sect. 30. probl. 5.*

*Qui ex dictis efficiatur imitationem homini eſſe naturalem.*

let. At, n. ſint ita quoque. at qui fit vt in homine imitatio ſit naturalis, quòd inde à belluis diſtinguatur, vel belluas longo ſuperet interuallo? ea de cauſa: quòd cum tantopere illa excellat, credere par eſt, id Naturæ dono ac præſidijs effici. vnde enim tanta vis ad imitãdum, niſi Naturæ præſidijs muniremur, ac veluti eius impulſu excitaremur? ſanè qđ dicitur, nihil inuita Minerua, mihi quidẽ ſignificat, nihil inuita Natura, præſertim ſi in eo excellas. Deniq; ea quæ ex Naturæ initijs nõ oriuntur, nec perpetua ſunt, nec omnium, nec eximia. itaq; Ars etiã friget, niſi a Natura non modò iuuetur, ſed excitetur. Ad extremum

idem

123 idem confirmat Ariſtoteles quia homo primas diſciplinas percipit imitando: quod eſt ſiue Mathematicas diſciplinas (nam primæ appellari a multis ſolent) ſiue pueriles artes vt legendi ſcribendíque, ſiue liberales, qualis eſt Muſica, &, ſi placet, Pictura. At ne id quidem negamus, ſed cur id naturale potiùs erit quàm artificioſum & conſilij electioníſque proprium? Naturalis idcirco dicitur propoſita imitatio, qua primæ diſciplinæ parantur, quia Naturæ inſtinctu ad imitandum prouocamur: ita vt quamuis diſcendi ſtudium vniuerſum ſit a natura, illud tamen ſit vel maximè, quod conſtat imitatione: quemadmodum in Problematis etiam ſcriptum eſſe monuimus. Denique dum omnes trahimur diſcendi ſtudio, qui imitando percipit aliquid, is Naturam ſequitur Ducem. At enim cur Ariſtoteles primas tantùm diſciplinas commemorat quas imitando percipiamus, cũ reuera alias diſciplinas multas atque doctrinas imitatione aſſequamur? Certè Ariſtoteles ipſe in I. Rhetoricorum ſic ſcribit. *Quoniam diſcere & admirari iucundum eſt, illa quoque omnia, cæteráq; eiuſmodi iucunda eſſe neceſſe eſt: quæ per imitationem facta ſunt: vt pictura & ars ſtatuaria, & poëtica & denique quicquid imitatione bene expreſſum fuerit, quod exprimit imitatio: neque enim quiſquã ex hoc voluptatem capit, ſed quia colligit hoc illud eſſe, quo fit, vt aliquid diſcere videatur.* Sed in promptu eſt ratio vnde hanc diluamus dubitationem, ſi enim alias diſciplinas commemoraſſet quàm primas, quod eſt, quàm eas quæ a pueris addiſcuntur, minùs facilè perſuaſiſſet imitationem eſſe a Natura. Primæ enim diſciplinæ, quoniam a pueris diſcuntur, Natura duce & inſtigante diſcantur neceſſe eſt: quemadmodum quæ adulta parantur ætate, electione maximè & conſilio parari ſolent. Tametſi hæ quoque, vt dicebam, nõ inuita Natura. Sed iam ſuccedunt tenebræ. quandoquidem requirenda eſt ſecunda cauſa poëſis, quam tamen vix fortaſſe indicat Ariſtoteles. Itaque alij delectationem eſſe dicunt, de qua mox verba facit: alij carmen ſeu metrum de quo non multò poſt: alij Muſicam ſeu rhythmum & harmoniam quam item huc reuocare videtur: alij omnino prætermiſſam affirmare audent. qui propterea verba illa continenter prolata καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας, *& gaudere imitationibus omnes*, quartam eſſe dicunt rationem, qua efficiat imitationem eſſe naturalem. Et ſanè cum ea quæ voluptatem afferunt, Naturæ ſint conſentanea & amica, nemo inficietur voluptatem, quæ ex imitatione percipitur, eſſe naturalem. Vt enim dolor eſt Naturæ veluti hoſtis, ita voluptas naturæ conciliandæ valet plurimùm. ſed tamen ſi græca verba atque illatum vis & diſpoſitio accuratiùs ſpectetur, erit quòd in Vtinenſis Victoríſque ſententiam (tametſi eam afferunt potiùs quàm ex verbis planam faciant) deſcendamus. nimirum his verbis alteram poëſis cauſam deſignari: verè enim totus hic locus ſic legendus eſt; *Videntur autem Poëticam in vniuerſùm genuiſſe duæ quædam cauſæ, & hæ naturales. ſiquidem hominibus innatum eſt tum vt a pueris imitentur (& hoc differunt ab alijs animantibus quòd homo eſt animal maximè procliue & aptum ad imitandum, & primas diſciplinas imitando percipit) tum vt gaudeant imitationibus omnes.* Hæc inquam eſt germana huius loci vis, quam is ſentiet qui geminum illud τὸ, quod nos *tum* vertimus, obſeruarit ſingulis cauſis deſignandis deſtinari: ita vt ea verba καὶ τοῦτο, vſque ad τὰς πρώτας tanquam parentheſi ſint comprehendenda. ex quo etiam fieret, vt quæ parentheſi claudebantur verba, non tam ſecundam & tertiam rationem continerent, quibus efficeretur imitationem eſſe naturalem, quàm confirmarent homini innatum eſſe vt a pueris imitetur: & huic rationi explicandæ ſeruirent. ſic ſanè mea quidem ſententia τὸ χαίρειν, gaudere inquam imitatione, ſeu imitationis delectatio, pro altera poëſis cauſa profertur. Etſi enim huiuſmodi delectatio effectus eſt poëticæ imitationis, effectus autem quippe poſterior, nequit eſſe ſufficiens iſtiuſmodi imitationis cauſa; quæ ex imitatione proficiſcitur, tamen ad nouam imitationem atque adeò ad poëſim incendit animos: ita imitatio delectationem, delectatio rurſus imitationem parit, vnde poëſis cognitio ac ſtudium augetur atque perficitur.

124 Quanquam, vt verè dicam, dum infra Ariſtoteles ratiocinationem cogit vniuerſam, ac poëſis colligit ortum, difficile eſt intellectu, quo pacto delectationis rationem habuerit, ac non potiùs harmoniam & numerum in alterius cauſæ vſurpauerit loco. De qua tamen re in particula xx. Nunc qua ratione confirmet omnes gaudere imitationibus videamus. nam vt hoc doceat, ſic pergit.

*III. Ratio qua probat cauſam primò allatã; ſeu imitationẽ eſſe homini naturalem. Dubitatur.*

*Cap. XI.*

*Reſpondetur.*

*Part. 20*
*Patr. l. 2*
*Part. 36*

*IAM Requiritur ſecunda cauſa.*

# PARTICVLA XIX.

Σημεῖον δ᾽ἐ τούτου τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ἔργων. ἃ γὰρ αὐτὰ λυπηρῶς ὁρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιςα ἠκριβωμένας, χαίρομεν θεωροῦντες, οἷον θηρίων τε μορφὰς τῶν ἀγριωτάτων, καὶ νεκρῶν. αἴτιον δ᾽ἐ καὶ τούτου, ὅτι μανθάνειν οὐ μόνον τοῖς φιλοσόφοις ἥδιςον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. ἀλλ᾽ ἐπὶ βραχὺ κοινωνοῦσιν αὐτοῦ. διὰ γὰρ τοῦτο χαίρουσι τὰς εἰκόνας ὁρῶντες. ὅτι συμβαίνει θεωροῦντας μανθάνειν, καὶ συλλογίζεσθαι, τί ἕκαςον. οἷον, ὅτι οὗτος ἐκεῖνος. ἐπεὶ, ἐὰν μὴ τύχῃ προεωρακὼς, οὐ διὰ μίμημα ποιήσει τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπεργασίαν, ἢ τὴν χροιὰν, ἢ διὰ τοιαύτην ἄλλην αἰτίαν.

Cuius rei, quod in operibus accidit, argumentum ſit. Etenim quæ ipſi cum moleſtia aſpicimus, eorum imagines affabrè factas gaudentes intuemur, vt ferarum formas truculentarum cadauerúmve. Huius verò ratio ſit, quòd non ſolùm Philoſophis, ſed etiam cæteris mortalibus addiſcere iucundiſſimum eſt: quanquam modicè in hoc hi communicent: ideóque huiuſmodi imagines inſpicientes, gaudent; quoniam ex illarum contemplatione accidit, vt & diſcant vnumquodque & in eis, quod hoc ipſum ſit illud, probè ratiocinentur. alioquin ſi veras formas neutiquam inſpexiſſent, nullam omnino voluptatem præberet imitatio, præterquam vel opificio, vel colore, vel tali aliqua ratione. *Paccius*

*Signum autem huius rei eſt id, quod contingit in operibus opificum. quæ enim ipſa moleſtè cernimus; horum imagines exactiſſimè expreſſas dum ſpectamus, gaudemus: vt ferarum formas abiectiſſimarum & cadauerum. At ſignum huius rei etiam eſt, quòd diſcere non ſolùm Philoſophis iucundiſſimum eſt, ſed etiam alijs ſimiliter, qui tamen parum eius participes ſunt. ob id enim gaudent cernentes imagines, quia contingit ſpectantes diſcere, & ratiocinari, quid vnumquodque ſit, & hunc illum eſſe. Quoniam niſi contigerit eum priùs vidiſſe, non propter id quod imitatione expreſſum eſt, efficiet voluptatem, ſed propter artificium, aut colorem aut talem aliquam aliam cauſam.* *Riccobonus.*

COM. XIX.

*Secundam poeſis cauſam quam a Delectatione duxit confirmat a ſigno. Cur rerum imagin. delectemur*

ARGVMENTVM ac ſignum quod propoſitæ ſententiæ; omnes inquam imitationibus gaudere, adhibet confirmandæ, perſpicuum eſt: nemo enim non interdum eleganti earum rerum imagine delectatur, quas vel horret, vel non ſine moleſtia intuetur; vt truculentæ feræ aut interdum cadaueris: ſic Cleopatram aſpidis dente necari, Laocoontem vnà cum filijs a ſerpentibus interimi, non ſine horrore ac moleſtia ſpectaremus; cum tamen elegantes harum rerum imagines, quæ in Vaticano viſuntur Romæ, non ſine quo 125
dam voluptatis ſenſu agnoſcamus. Quòd ſi quis rurſus huius rei cauſam requirat, cur inquam reũ imaginibus delectemur, ea eſt (inquit Ariſtoteles) quia inde diſcere ſolemus, quod eſt iucundiſſimum. & ideo ſi quando expreſſarum imaginum notitiam non percipimus; ita vt inde nihil aut diſcamus aut reminiſcamur, vix ac ne vix quidem delectamur; quin interdum ea ignoratione affligimur. Quamuis enim interim artificium capere oculos poſſit, mens tamen non conquieſcit, niſi quid imagine illa repreſentetur, intelligat. ſic ſanè vbi regiam domum ingrediaris, quæ aulæis inſtructa ſit, vnde longo ordine Alexãdri Macedonis aut Scipionis facta repreſententur, mirum eſt quantopere illorum hiſtoriam noſſe cupias. quòd ſi eas didiceris, magnam quoque inde hauſeris voluptatem. Ac profectò cur idiotæ imitatione delectentur, nihil mirum, ſiquidem imitatorum imagines ſunt veluti idiotarum libri, ex quibus non ſine voluptate diſcere ſolent: eruditos verò propter reminiſcentiam delectant maximè. & hinc eſt vt elaboratis imaginibus vtique gaudeant; etiam ſi earum ſint rerum, quæ alioquin vel metum vel moleſtiam afferunt

ferunt

ferunt. Proſequitur verò eleganter Plutarchus totum hoc argumentum in Conuiualibus quæſtionibus. vbi eum quæſiſſet cur non ſine voluptate audiamus eos qui iratorum vel mœrentium geſtus repreſentant; mœrentes verò ipſos aut iratos moleſtè feramus, non vnam afferebat cauſam. Prima erat quòd delectemur dum videmus eos quos ſat ſcimus affectos non eſſe, affectus tam egregiè referre. Altera quia ijs facilè delectamur, quæ ſcitè atque artificioſè aguntur: & idcirco, inquit, admiratione interim capimur. Tertia in Ariſtoteleam planè recidit, atque his continetur verbis.

c. 1. *Eodem verò modo afficiunt nos ſpectacula. Homines enim morientes aut morbo conflictatos ſine moleſtia non videmus. Philoctetam pictum & effictam Iocaſtam (in cuius facie aliquid argenti admiſcuiſſe ferunt artificem, vt as hominis exanimati & contabeſcentis ſpeciem in ſuperficie referret) cum voluptate ſpectamus & admiramur.* & paulò poſt. *Gallina continenter vociferans & cornix, moleſtum eſt ingratúmque auditu. qui autem gallinæ cantum imitatur aut cornicis, is voluptatem affert. & tabe correptos non adſpicimus ſine moleſtia: eorundem ſimulacra ſpectare nobis eſt volupe. quia nimirum animus imitatione trahitur: quod quidem eius naturæ conuenit. Alioquin enim quid paſſi, aut qua extrinſecùs adfectione accidente Parmenionis ſuem ita admirati ſunt homines vt in prouerbium abiret?* Hæc Plutarchus. cuius ſententia cum ijs etiam optimè conſentit, quæ eâdem de re ſcripſit Ariſtoteles in 1. Rhetoricorum,

Cap. 11. vbi ſanè *Quia diſcere* (inquit) *& admirari iucundum eſt, illa quoque omnia cateráque huiuſmodi iucunda eſſe neceſſe eſt: quæ per imitationem facta ſunt: vt pictura & ars ſtatuaria & poëtica & denique quicquid imitatione benè expreſſum fuerit: etiam ſi illud minimè iucundum fuerit, quod exprimit imitatio. neque enim quiſquam ex hoc voluptatem capit: ſed quia colligit hoc illud eſſe, quo fit vt aliquid diſcere videatur.* ex quibus omnibus efficitur delectationem quæ ex imitatione percipitur, quoniam nemo non gaudet imitatione, eſſe naturalem. quod enim in omnibus hominibus facilè obſeruatur, & tanta cum naturæ conſenſione (quæ enim delectant. Naturæ amica eſſe ſolent) id naturale cenſendum eſt.

…OTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# PARTICVLA XX.

Κατὰ φύσιν δ' ὄντος ἡμῖν τοῦ μιμεῖσθαι, καὶ τῆς ἁρμονίας, καὶ τοῦ ῥυθμοῦ (τὰ γὰρ μέτρα, ὅτι μόρια τῶν ῥυθμῶν ἐστι, φανερὸν) ἐξ ἀρχῆς οἱ πεφυκότες πρὸς αὐτὰ μάλιστα, κατὰ μικρὸν προάγοντες, ἐγέννησαν τὴν ποίησιν ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων.

Paccius. CVm verò nobis natura inſita ſint imitatio, harmonia, numerus (metra enim numeri partes eſſe ſatis apparet) ab initio ad hæc maximè facti, ea paulatim promouentes ex ipſis quidem extemporarijs Poëticam genuerunt.

Riccobonus. *VErum cum ſecundum naturam ſit in nobis ipſum imitari, & harmonia & numerus (nam metra particulas eſſe numerorum manifeſtum eſt) a principio, qui natura apti erant adhac ipſa maximè, paulatim promouentes genuerunt poeſim ex ijs, quæ ſubitò dicebantur.*

COGit argumentum quo poëſis originem & cauſas declaret; aitque cum & imitari & harmonia & numerus inſit nobis a Natura, a principio eos qui Natura apti erant ad hæc maximè, paulatim genuiſſe poëſim ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, ex ijs inquam quæ ſubitò dicebantur, ac nulla mediatione adhibita. Vbi dum æquè videtur referre inter cauſas naturales harmoniam & numerũ perinde atque imitationem; indicare videtur, harmoniã & numerum eſſe alteram illam poëſis cauſam, quàm requirebamus. Vt enim ibi nos admonebat, vtramq; cauſam eſſe naturalẽ, ita dum hîc tam imitationem quàm harmoniã & numerum a Natura eſſe docet, indicare videtur has fuiſſe poëſis cauſas. Quid multa? ait eos qui Natura maximè ad hæc (hoc eſt ad imitationem, harmoniã & numerum) apti eſſent, paulatim promouentes, poëſim genuiſſe. quis igitur nõ fateatur harmoniã & rythmum eſſe alteram cauſam, ac proinde illud, *Et gaudent omnes rebus imitatione expreſſis*, eſſe potiùs rationem, qua adhuc confirmet & doceat imitationem eſſe naturalem, eum voluptatem afferat quæ Naturæ amica eſt, quàm alteram, quæ requirebatur, cauſam? & hunc

COM. XX. Bipartitũ colligit argumentum quo Poëſis originẽ & cauſas attulerat. Dubitatur circa poſteriorem cauſam.

Digitized by Google

hinc eſt vt quoniam eodem tempore monet metra eſſe particulas rhythmorum: metrum
quoniam eſt ſpecies quędam rhythmi, ſigillatim in ſecundæ illius cauſæ loco a quibuſdam
habeatur. ex quo fit vt Muſica etiam, quoniam rhythmo conſtat & harmonia, ſecundæ
illius cauſæ obtinere poſſit locum. Ita demum vna quam nos cum Vrinenſi & Victorio
amplexi ſumus opinionem, falſa erit: reliquæ omnes, quibus Auerroës etiam non obſcu-
rè fauet, erunt ad aures Ariſtotelis. Ac profectò niſi ille loquendi modus *τότι καὶ τὸ*, mirifi-
*Enodatur dubitatio vniuerſa.* cè impediret, poſteriorem hanc ſententiam libentiſſimè amplecterer. Quanquam vt no-
ſtram retineam, ſic ſtatuo. Dixit omnes imitatione gaudere, vt conſtaret non modò imita-
tionem (id quod iamiam probauerat) verum etiam delectationem ſeu voluptatem quæ ex
imitatione percipitur, eſſe naturalem: ſiquidem vt ab initio monuerat a duabus cauſis, iiſ-
que naturalibus, Poëſim ortum habuiſſe; ita docendum fuerat vtranque cauſam eſſe na-
turalem. id quod de imitatione fecit dum ſtatim dixit a Natura eſſe nobis inſitum & a pue
ris vt imitemur: de voluptate verò ſeu delectatione fecit continenter: cum enim dixiſſet,
*& gaudent omnes rebus imitatione expreſſis*; continenter a ſigno (atque hinc eſt vt Ariſtoteles
in hac quam delectationi aptabat probationem, indicaret atque adeò arriperet delectatio-
nem eſſe cauſam alteram) id comprobabat: ita vt tacitè effecerit delectationem quæ ex
imitatione percipitur, eſſe naturalem. Nunc igitur quoniam delectatio Poëticæ imitatio-
nis ex harmonia oritur & rhythmis, vel certè ex metris, quæ ſunt rhythmi ſpecies, colligit 127
non ſolùm imitationem, verùm etiam harmoniam & numerum ſiue metrum, eſſe a Na-
tura, vt efficiat delectationem, quæ ex harmonia & rhythmo in metro gignitur, tum eſſe
naturalem, tum denique (id quod ab initio ſibi docendum propoſuerat) vnà cum imita-
tione Poëſim genuiſſe, dum a principio aliqui ex ijs qui ad imitationem præ cæteris ficti eſ-
ſent, ac rhythmi & harmoniæ vim perſentirent, poëſim ipſam promouerunt. Neque verò
*Dubitatur.* mihi obijciat quiſquam hinc fieri vt Poëma ex Ariſtotele metro tantùm confici poſſit, ſi
quam ex metris delectationem haurimus, alteram ſtatuit Poëſis cauſam: ac propterea
Epopœia quoque ex Ariſtotele contra quàm ſtatuimus, metris cohibenda ſit vniuerſa. Et-
enim nil prohibet quominus reuera ipſa Poëſis initium duxerit ab imitatione primùm,
*Reſpondetur.* tum verò ab metri voluptate; ita vt carminis delectatio reipſa fingendæ aut orientis pro-
mouendæ fuerit Poëſis cauſa: cum tamen decurſu temporis aliqua forma & ſpecies mi-
nùs perfecta, quæque in ſecundis aut tertijs conſiſtat (talem enim eſſe ſolutum Poëma ſeu
ſolutam illam Epopeiæ formam docuimus ſuo loco) non ab vtraque cauſa orta ſit, ſed a
priore tantùm. & hinc eſt vt cum delectationem poſteriore loco ſtatuat Ariſtoteles, quaſi
verò imitatio initiū dederit Poëſi, delectatio verò quæ ex imitatione percipitur, rudi ope-
ri vrgendo comes ſe ſe adiunxerit, (ideo enim delectationē iſtam ex imitatione ortā dicit)
delectatio non parem Poëſi gignendæ cum imitatione vim habeat & pondus. Denique ſæ-
pè fit vt argumenta ex ijs ducamus quæ nō generi planè vniuerſo ſed ferè toti, inprimis ve-
rò præcipuis partib. ſolent conuenire. cuiuſmodi eſt delectatio quæ ex metro oritur, quæ
ſanè omnib. Poëſis partib. ac formis, (vna illa Epopeiæ forma excepta quam Ariſtot. ſolu-
ta oratione concluſit) promouēdis, ſeu iam ex imitatione ſuborientib. progignendis acceſ-
ſit imitationi comes. Et ideo nihil eſt cur ob vnam hanc Ariſtoteleæ Poëſis formam, atque
illam abſtruſam & in ſecundis aut tertijs poſitam, retardemur, quominus delectatio ex me
tro proficiſcens altera Poëſis cenſeatur cauſa: præſertim cum ſerò admodum extiterit hæc
ſoluta poëſis, ita vt cum anteactis ſeculis metricæ tantùm poëſeon formæ extitiſſent, iure
ſuo metrica delectatio altera poëſeos cauſa cenſeri potuerit. Vt omittam Ariſtoteli mer il-
lud fuiſſe peruidendum, nedum Platonem atque alios qui Dialogis imitarentur, per iniu-
riam poëtas facere niteretur, per incogitantiam deinde in hunc inciderit ſcopulum, ſæpè
enim fit vt qui alicui inuidiam conflare nititur, is citra libidinem illam atque inuidiæ con-
flandæ ſtudium veritatem fateatur qua ſibi etiam creet anguſtias. Nos certè qui ingenuè
fatemur Ariſtotelem ſolutam illam poëſis formam induxiſſe quidem, ſed tamen factum
minùs probamus, inuidiam nobis conflamus nullam dum metri delectationem ex Ari-
ſtotele, alteram illius poëſeos cauſam ex Ariſtotele agnoſcimus hoc tempore. Atque hinc
etiam ea omnia explicaſſe velim ac diluiſſe quibus Franciſcus Patritius hunc locum tam
multis (integro enim libro eum labefactat) atque adeò Ariſtotelem ipſum traducit. Nam
alteram Poëſis cauſam acutiùs cernenti delectationem ſtatuit, atque hanc ex metro hau-
ſtam. quam ſanè eo conſilio facit naturalem, quia quæ ex metro capitur delectatio, paſ-
ſim delectet omnes. Vt enim eſt naturæ conſentanea & amica, atque adeò ex naturali
quadam

quadam (id quod in problematis docet) oritur propenſione qua homo gaudet metris, in-
re ac merito naturalis appellatur. Sed iam hic dubitare & in Controuerſiam reuocare co- CONTROVERSIA. XXVI.
gor id quo Interpretes etiam aliqui commouentur. Cur ſcilicet ab Ariſtotele metra di-
cantur eſſe μέρια τῶν ῥυθμῶν, particulæ numerorum. Et ſanè id non modò non videtur per Qui tandē metra ſint particula numerorū.
ſe perſpicuum, quod tamen aſſirmat Ariſtoteles, verùm etiam falſum, & cum ijs quæ di-
Part. 4. cta ſunt repugnans. cur enim metrum rhythmo tanquam oppoſuit? ſermonem enim
Part. 6. quem è regione collocauit rhythmo, in ſolutum ſermonem diſtribuit & metrum, cur ne-
Part. 10 gat Epopœiam vti rhythmo, ſi metrum, quod tamen Epopœiæ concedit, eſt pars rhyth-
128 mi? Vt omittam nugacem videri poſſe Ariſtotelem qui ait Dithyrambicum numero, vti
ac metro: id quod de Tragœdiæ quoque ſentit & Comœdiæ choris. quid eſt enim vt me-
trum addat, quem rhythmi particulā ſtatuit? Hæc in præſens de metris dubitatio. In qua Quid Interpretes ſenſerint.
quidem Vtinenſis ex Suida, Victorius ex Philopono docet verè metrū eſſe rhythmi par-
tem; tametſi Victorius, mea quidem ſententia, idem ratione ex Philopono item confir-
mat perſpicua: quia ſcilicet metrum ſit pars rhythmi illius tantùm qui in voce reperitur, Victorius.
In Cōt. 19. non omnis. Et ſanè rhythmus (id quod nos alio loco demonſtrauimus copiosè) & in ſal-
tatione & in alijs multis quæ velocitate & tarditate continentur, ac proinde longitudine
& breuitate menſurantur, exiſtit: ita vt metrum ſub rhythmo tanquam ſpecies & forma
contineatur. Contra verò Vtinenſis rem infirma quidem ratione, aut ego magnopere fal- Vtinenſis.
lor, vel potiùs præpoſtera confirmauit: nam quòd tam rhythmus quàm metrum habeat
velocitatem & tarditatem, ſiue vtcunque propter huiuſmodi velocitatem ac tarditatem
differat a ſe ipſo, non video cur metrum ſit rhythmi pars, ſed tantùm ſimilitudinem inter
illa intercedere. Sed vt vt ſit de rationibus quibus iſti docent, metrum eſſe rhythmi par-
tem, iam illud docendum fuerat, quo pacto non ſecum ipſe pugnet Ariſtoteles, qui me-
trum rhythmo è regione collocare ac tanquam opponere non dubitauit. Itaque propoſi-
tis argumentis reſpondendum erat, quæ ab vtroque diſſimulantur egregiè. Sed agnouit Madius.
illa Madius, ac diluit fortaſſe non indiligenter. Monebat autem aliud eſſe rhythmo carmi-
nis imitari, aliud in carmine rhythmum reperiri. Ex quibus colligebat eum, qui metro
ſeorſim a ſaltatione & harmonia imitaretur vt Epicus, nec rhythmo nec harmonia imita-
ri; tametſi carmini interim & metro verè ineſſet rhythmus & harmonia. Sed tamen ne-
ſcio quo pacto vereor vt aptè ſatis dubitationibus ſatisfaciat. nam Ariſtoteles ſcribit, ab
initio qui præ cæteris ad imitationem, harmoniam, & rhythmum ficti eſſent, hinc permo-
tos, repentè poëſim cœpiſſe pangere: vbi primos Poëmatum authores ſtatuit, rhythmū
etiam & harmoniam ad imitandum poëmáque pangendum retuliſſe. Et tamen quia vi-
debat poſſe quempiam obijcere, metris & carminibus non rhythmis videri illos fuiſſe
vſos, (verè enim ab initio nudis carminibus vtebantur) reſpondet Ariſtoteles, eum, qui
metro ſit vſus, rhythmo item vſum eſſe, cum metrum ſit pars rhythmi, quod eſt ſi non
perſpicui rhythmi, quique propter ſaltationem & geſticulationem ſub aſpectum cade-
ret, rhythmus tamen eſſet attentiùs æſtimanti. Crediderim igitur eò confugiendum quò Authoris ſententia.
nos iandiu confugere cœpimus, nimirum vt dicamus rhythmum alium eſſe perſpicuū,
quique ſub aſpectum cadit, cum in ſaltatione & corporis geſticulatione poſitus ſit; alium
obſcurum, quique aſpectum effugit, ac talis eſt ille, qui in metro reperitur; cui ineſt qui-
dem celeritas quædam motus & tarditas, ſed quæ vix auriū iudicio ab exercitatis diſcer-
natur. ac priore quidem rhythmi genere in toto primo capite vſus eſt Ariſtoteles, dum
imitatrices diſtingueret formas; ea enim de cauſa docuit Epopœiam vti ſolo metro, non
autem rhythmo & harmonia quemadmodum Aulerica & Citharistica, quia rhythmum
perſpicuum (vt hìc tritus erat & vſitatus) vſurpabat; & idem rhythmi genus tum Dithy-
rambicæ & Nomonpoëſi tum Comœdiæ & Tragœdiæ attribuit, idque non propter me-
trum, quaſi verò delitèſcentem in metro rhythmum ſpectaret, ſed propter ſaltationem
& concentus quibus perſpicuus rhythmus & harmonia continebatur. Ita ſanè dum hìc
rurſus, vbi non in formis imitatricibus diſtinguendis verſatur ampliùs, ſed aliud agit, non
grauatè rhythmum agnoſcit in metro; obſcurum illum quidem ac veluti tacitum, ſed
rhythmum tamē, quique ſatis ſeruiat inſtituto. nam Ariſtoteles vt efficiat Poëſim a Na-
tura ortam duxiſſe, ſatis habet docuiſſe, imitationem, harmoniam & rhythmum qualis
qualis iſſe ſit (nam cum priſci metro poëſim gignere cœpiſſent, obſcuro tantùm rhyth-
mo vſi erant) naturalem eſſe.

Sed iam grauior, ſed, vt ſpero, iucundior ſeſe offert CONTROVERSIA. In qua ſanè CONTROVERSIA XXVII.
quic-

*In qua diſceptatur. quicquid de Poëſis ortu et cauſis pronunciauit Ariſtoteles. Dubitatur itaque.* I. quicquid de Poëſis ortu & cauſis pronunciauit Ariſtoteles, paulò accuratiùs diſceptetur. Igitur principio illud quæritur. Vnde nam didicerit Ariſtoteles, poëſim ita eſſe ortã? aut cur tam facilè affirmet eos qui a principio ad imitationem, rhythmum & harmoniam præ cæteris ficti eſſent, paulatim genuiſſe poëſim? ſanè interim Ariſtoteles ijs Oratoribus perſimilis videri poſſet, qui venditant Reſpublicas atque hominum cœtus eo. ũ induſtria eſſe ortos, qui eloquentia præ cæteris excellerent: ita vt ij a ferina vita ad Ciuilem traduxerint mortales. vt enim ij faciliùs id proferunt quàm demonſtrent; ita Ariſtoteles faciliùs eiuſmodi ortum tribuit poëſi quàm vt coniectura aut argumento vllo ſententiam confirmet ſuam. Et ſanè ſi dixiſſet id ſibi veriſimile videri, tolerabilis, fortaſſe etiam plauſibilis, cenſeri poſſet eius ſententia: ſed tam aſſeueranter ac Delphici inſtar Oraculi aut etiam Pythagoræ more ac modo id affirmare, audax videri poteſt. Itaque verendum eſt ne inde talis profecta ſit ſententia ac tam aſſeueranter pronunciata, quòd cum decreuiſſet poëſim omnem imitatione concludere, ac quicquid cæteri iudicaſſent, hanc carmini laudem adimere, id planè ſupereſſet, vt ab imitatione, & quæ cum imitatione coniungitur, harmonia & rhythmo (quaſi verò expers imitationis carmen aut harmonia vix ac ne vix quidem ad poëſim pertineret) poëſim ortam conſtanter aſſeuraret.

II. Et huc etiam vtcunque pertinere poteſt quod ait, poëſis authores hanc genuiſſe *ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων*, ex ijs quæ ſubitò ac ſine vlla præmeditatione ac ſummatim veluti tumultuaria ratione proferrent. Nam fateor quidem id veriſimile videri poſſe, cum res humanæ, ac prærtertim artes pleræque, vt inchoatæ ac rudes ſunt ab initio, (nihil enim ſimul inuentum atque perfectum) tanquam tumultuaria exiſtant ratione; paulatim verò accedente ſtudio excolantur & perficiantur; ita vt appoſitè Quintilianus monuerit, Poëticen ex imperito exiſtiſſe initio; ſed tamen id aſſeueranter affirmare non licet; cum nihil prohibeat, quominùs aliquid rude habeat initium; quod tamen non ſubitò & tumultuaria ratione, ſed ab aliqua præmeditatione, profectum ſit.

III. Quare ne illud quidem non in Controuerſiam reuocari meritò poſſit, num ab ijs qui ad imitandum maximè facti eſſent, genita ſit poëſis. ſiquidem ab initio poëſis ſimplicior fuit, quæque imitatione fermè careret, ac ſummatim nudo carmine veriùs quàm rhythmo & harmonia contineretur.

IV. Quanquam illud fortaſſe maiorem habet dubitationem, cur Ariſtoteles poëſis cauſas dum requireret, poëticum furorem prætermiſerit, hic enim cum a veteribus inter poëſis cauſas numerabatur paſſim, tum verò ab Ariſtotele ipſo exceptus eſt, qui in Particula LXXXVIII. *Poëſis*, inquit, *eſt εὐφυοῦς, ἢ μανικοῦ vel ingenioſi, vel inſtincti & furore perciti*. Quæ cum ita ſint, iam ea hic CONTROVERSIA eſſet agitanda, Num ſcilicet Ariſtoteles præpoſterus habendus ſit, qui Poëſis ortum in imitationem, harmoniam & numerum reiecit, poëticum verò furorem prætermiſerit.

V. Ita demum non probaſſet Ariſtoteles imitationem eſſe cauſam Poëſis, quod ei fuerat demonſtrandum. Etenim iandiu fuit dubitatum ſiue obſeruatum Ariſtotelem, cum dixiſſet Poëſim a naturali cauſa, nimirum ab imitatione, profectam eſſe, probaſſe quidem imitationem in nobis eſſe a Natura, quod videri poterat non obſcurum; at verè eſſe cauſam Poëſis, quod tum obſcurũ videri poterat, tum docuiſſe huius loci erat ac temporis, ſine probatione præteriiſſe. Cuius rei explicationem ea in eum locum reiecimus, in quo Ariſtoteles longam hanc cogeret perorarétque ratiocinationem. Cum igitur id faciat hoc in loco, videndum eſſet qui tandem probet imitationem eſſe cauſam Poëſis. Sed iam enitendum vt totam hanc CONTROVERSIAM ac propoſitas dubitationes enodemus, & Ariſtotelis ſententiam tueamur.

*Reſpondetur ad Primum, & Quintum.* Ergo primæ dubitationi ſic reſpondeo. Reuera ab initio Ariſtoteles illud tantùm dixerat, videri Poëſim tum ab imitatione, tum a delectatione, profectam: itaque id non tam in certis poſuit, quàm veriſimile haberi voluit: quod ſanè moderatum videri poſſet. quod ſi hic vbi ratiocinationem cogit, non videri, ſed ab imitationis ſtudioſis profectam eſſe, ait, inde fortaſſe adductus eſt, quia cum ex dictis intelligeretur ſatis, imitationis ſtudium eſſe nobis inditum a Natura, multò verò magis excitari cum voluptas acceſſerit & delectatio; quæ ex harmonia & rhythmis percipitur maxima, ac tunc inprimis excitari homines, cum non vulgari & communi, ſed excellenti propenſione quadam, & (quod in quibuſdam vſu venire ſolet) impetu, ad hæc incitarentur ac veluti raperentur (ab his enim ortam Poëſim ſtatuit) ijs ſanè omnibus rem; poëſim inquam ab imitatione ortam eſſe, feciſſet planiorem. Atque hinc etiam conſtare ſatis poteſt, Ariſtotelem non antea ratiocinationem concluſiſſe totam; quàm illud etiam oſtenderit, imitationem

quam

Margin, right: 129 (beside the first line); Part. 18 (beside "merum reiecit"); 130 (beside "ſerit & delectatio")

quam a Natura nobis inditam & fecerat, & multis magniſque argumentis probauerat, fuiſſe poëſis initium. Ideo autem dicere potuit ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων eſſe ortam Poëſim, quia non ſolùm id in reliquis artibus vſu veniſſet, vt initio eſſent rudes, & ſubitò ſeu non a magna præmeditatione profectæ, (quod ſanè momenti erat magni) verùm etiam memoriæ proditum eſſet Archades atque alios multos priùs cœpiſſe carmina fundere, quàm liberales doctrinas vllas callerent, aut etiam ſcribendi artem ac notitiam adepti eſſent: ita vt repentè & altercando, vt fit, cœperit apud eos florere poëſis. Quòd ſi aliquando ſimplici carmine vſi ſunt priſci illi mortales & imitatione fermè vacuo, quid ſi iſtos non inter Poëtas numeret Ariſtoteles, ſed inter verſificatores cenſeri velit? Et ſanè vbi Ariſtoteles perfectum ſpectaret Poëtam, cuiuſmodi eſt Epicus inprimis aut Dramaticus, nil mirum ſi poëſim ab imitatione profectam diceret. Tametſi, quia imitationem interdum (id quod nos alio loco oſtendimus) vſurpat fuſiùs; nihil prohibet quominus priſcos etiã ab imitatione ad poëſim adductos ſtatuat, cum, ſi non ſemper, aliquando ſaltem, ac rurſus ſi non perfecta ac propria, inchoata tamen & rudi, imitatione vterentur. Denique fateor dubitari poſſe num interim Ariſtoteles vllum inſtinctis & afflatis ſeu furore percitis locum reliquerit Poëtis, dum videtur Poëſis initium in imitationem & voluptatem quæ ex imitatione percipitur, penitus reuocaſſe. Quæ dubitatio eò etiam grauior videri poteſt, quòd quos alibi furore percitos poëtas facit, hos a Natura fictis opponat: cum tamen
Par. 88. hoc in loco Poëſim naturali initio aptet totam. Sed quoniam res hæc grauior eſt quàm vt hîc ſit pertractanda vbi nondum in id incidimus, quod furori Poëtico recolendo veluti anſam porrigit; idcirco ſatiùs erit, totam hanc de Poëtico furore Cõtrouerſiam opportuniori loco reſeruare: præſertim verò quia Ars etiam audienda erit, quæ Naturæ pace Poëſis cauſa & procreatrix haberi vult, aut certè quemadmodum non ægrè patitur oratores & naſci & fieri, ita Poëtas & fieri & naſci pugnat, ac ſummatim contendit Poëſim ſibi quoque acceptam eſſe referendam. Vt omittam verendum ne Ariſtoteli quoque furore perciti interdum ſuſpecti fuerint Poëtæ; cum ad naturalem temperationem viſus ſit aliquando maniam reuocare.

*Ad ſecundum.* — *Ad tertiũ.* — *Ad quartum.*

# PARTICVLA XXI.

131 Διεσπάσθη δὲ κατὰ τὰ οἰκεῖα ἤθη ἡ ποίησις. οἱ μὲν γὰρ σεμνότεροι τὰς καλὰς ἐμιμοῦντο πράξεις, καὶ τὰς τῶν τοιούτων, οἱ δὲ εὐτελέστεροι τὰς τῶν φαύλων, πρῶτον ψόγους ποιοῦντες, ὥσπερ ἕτεροι ὕμνους, καὶ ἐγκώμια.

IN diuerſa verò abijt pro vniuſcuiuſque natura. Vt enim actiones honeſtas digniores, taliúmque fortunas imitabantur, ita prauas humiliores, ſanè primùm conuitijs agentes, quemadmodum ſuperiores hymnis laudationibúsve. *Paccius.*

*DIuiſa autem eſt ſecundum proprios mores poëſis. Nam grandiores honeſtas imitabantur actiones ac huiuſmodi hominum, humiliores verò malorum, facientes primùm vituperationes: quemadmodum alteri hymnos & encomia.* *Riccobonus.*

COM. XXI. COEPIT Ariſtoteles poëſis cauſas proferre, quas tum in imitatione, tum in voluptate, quæ ex imitatione vel certè metro percipitur, collocauit, ita tamen vt interim ſtatuerit Poëſim non ab ijs ortum habuiſſe, qui vulgariter, ſiue ad imitandum eſſent facti, ſiue metri, harmoniæque voluptatem ac vim perſentirent; ſed qui præ cæteris imitandi ſtudio excellerent, & carminum harmoniæque vi commouerentur. Et quoniam ſtatim requirere potuiſſet aliquis ab Ariſtotele vt cum vniuerſim indicaſſet Poëſis ortum, iam ad certa illius deſcenderet genera; doceretque quo pacto ab imitatione ac voluptate certa Poëmatis genera dimanaſſent, Reſpondet Ariſtoteles poëſim in genera ac partes fuiſſe diuiſam pro eorum ingenio & motibus, qui eam tractaſſent. nam homines grauiores, inquit, pulchras atq; honeſtas actiones imitari cœperunt: contra verò leuiores, qui inquã ad leues ac ridiculas procliues eſſent, turpia & vilia imitabantur: ita vt pro ſua quiſque indole

*Qui deinde a duab. propoſitis cauſis varia Poëmatũ extiterint forma.*

próque

próque ingenio & propenſione, vel graue carmen pangeret vel humile ac leue. Ita factū eſt vt ij ad vituperationes ſeſe conuerterint (atque hinc iambus deinde ac vetus Comœdia orta eſt quæ probris continebatur) illi ad hymnos & encomia ſeſe retulerint, vnde Epopœiam ac Tragœdiam conſecutam eſſe conſtabit non multò poſt. Sed quæſo te Ariſtoteles eos proferas qui primi vel hymnos & laudes vel vituperationes ac probra cecinere: ita enim planior exemplis efficietur res vniuerſa. Hac igitur de cauſa pergit Ariſtoteles.

---

# PARTICVLA XXII.

*Τῶν μὲν οὖν πρὸ Ὁμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα. εἰκὸς δ' εἶναι πολλούς. ἀπὸ δὲ Ὁμήρου ἀρξαμένοις ἐστὶν, οἷον, ἐκείνου ὁ Μαργείτης, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐν οἷς καὶ τὸ ἁρμόττον ἰαμβεῖον ἦλθε μέτρον. διὸ καὶ ἰαμβεῖον καλεῖται νῦν, ὅτι ἐν τῷ μέτρῳ τούτῳ ἰάμβιζον ἀλλήλους. καὶ ἐγένοντο τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἡρωικῶν, οἱ δὲ ἰάμβων ποιηταί.*

Paccius.

ANte verò Homerum nullum omnino tale Poëma habemus, tametſi plura extitiſſe credere par eſt. Extat autem ipſius Homeri (vt ab eo initium ſumamus) Margites, & huic conſimilia: quibus inſuper, quòd maximè congrueret, iambicum metrum acceſſit: iambicumque propterea appellatur, quod his plerunque numeris veteres *ἰαμβίζειν*, ideſt conuitiari inuicem ſoliti ſint. E veteribus aliqui heroici, aliqui iambici Poetæ extitere. 132

Riccobonus.

*ATque eorum quidem, qui ante Homerum fuerunt, nullius poſſumus nominare poëma tale. Veriſimile autem eſt, multos eſſe. At ab Homero exorſis licet, vt eſt illius Margites & talia. Quibus ſecundum id quod conueniebat, iambicum acceſſit metrum. Itaque & iambicum vocatur nunc, quòd & in hoc metro conuitia inter ſe exercebant. & fuerunt ex priſcis alij quidem heroicorum; alij verò iamborum poëta.*

*COM. XXII. Exemplis ex Homero ductis rem illuſtrat. Locus tamen, quoniam eſt ſpinoſus, tripartitò diſtribuitur & per partes explicatur. Explicatur I. Pars. In qua tamen dubitatur contra Ariſtotelem. Reſpondetur.*

SIc inquam, pergit Ariſtoteles. qui ſanè videtur exemplis, ex Homero ſaltem ductis; docere, qui a duabus propoſitis cauſis variæ extiterint Poëmatum formæ. Tametſi, quoniam locus reuera eſt ſpinoſus ac perdifficilis, pedetentim progrediemur, ac ſententiam per partes (tripartitò enim diſtribuitur commodè) declarabimus.

Principiò igitur monet eorum qui Homerum ætate anteceſſerint, nullius extare huiuſmodi Poëma: tametſi credibile ſit, fuiſſe Poëtas multos, ac proinde (id quod colligere licet) poëmata multa aut ſaltem aliqua. Sed quæſo tenet Ariſtoteles, vide quid ſtatuas. qui enim id proferas de Poëtis (veriſimile inquam eſſe ante Homerum poëtas fuiſſe multos) qui in ſummam antiquitatis ignorationem præ te feras? nam vt omittam ante Homerum & apud Hebræos floruiſſe poëtas (Tubalum enim Noè fratrem ad cytharam, pſalterium, & organum ceciniſſe legimus) & apud Aegyptios tum Zoroaſtrum, cuius etiam carmina ſeu fragmenta quædam extant quæ oracula appellantur, tum Muſas, quæ in Oſiris exercitu ſub Apolline, qui propterea Muſageres dictus eſt, carmina poëſímque tractaſſe; ſanè Phemonoë (vt ad Græcos veniam) Pierus, Amphion, Linus, Tamira, Muſæus, vnus & alter Orpheus, Piſander, Palamedes qui Philomela muſarum appellatur ab Euripide, & alij ſexcenti fuerunt, qui poëſis laude claruerunt. Itaque Aelianus, Clemēs Alexandrinus, Euſebius & alij multi eorum qui ante Homerum floruerunt, poëtarum meminerunt. Vt mirum ſit id a te veriſimile iudicari, quòd vel ijs qui liberales doctrinas primis labris deguſtaſſent, exploratum ac certum eſſet. Sed fortaſſe dicendum eſt, Ariſtotelem ita locutum eſſe, quòd eos tantùm in poëtarum haberet loco, qui imitatione & fabula vſi eſſent: cæteros enim inter verſificatores (id quod in particula VIII. & IX. indica-

indicauit (non obſcurè, vbi hac de cauſa Empedoclem phyſiologum potiùs quàm
poëtam haberi iuſſit) ſignificauit eſſe reponendos, & a poëtarum ordine & choro
eximendos. Et idcirco etiam ab illis diſceſſit, qui metris non imitationis genere poë-
tas diſtinguerent ac dijudicarent. Atque huc fortaſſe ſpectabat Ariſtoteles in præſentia
dum diceret eorum qui floruerunt ante Homerum nequaquam poſſe nos proferre, ſed ne
nominare quidem, *τοιοῦτον ποίημα tale poema*: quaſi diceret, non me latet poëtas & poëmata
vulgò nominari aut etiam circumferri Homero antiquiora; ſed iſthæc, quoniam illi non *Dubitatur*
fabulam pertexebant & imitationem faciebant, inter poëtas & poëmata non ſunt nume- *rurſus.*
randa. Quod ſi obijcias, Ariſtotelem in particula xv. imitationem retuliſſe ad ea quoque
carmina, in quibus author ipſe perpetuò loqueretur, atque illa dummodo humanas
actiones veriſimili pertexerent, poëmata, hunc poëtam, cenſuiſſe, equidem quò me ver-
tam non habeo. ſiquidem talia poëmata multa ante Homerum ſine vlla dubitatione
extitiſſe, fortaſſe etiam aliqua Ariſtotelis tempore aut ſaltem poſt Homerum ad multo-
rum manus perueniſſe cuiuſmodi verbi gratia fuit Oleni, de quo Callimachus poë-
333 ma, & Orphei Argonautica, ita vt certum non veriſimile dicendum eſſet ante Home-
rum tales floruiſſe poëtas aliquos, dubitare non liceat. Atque in idem res tandem re-
cidit, ſi, quod & Victorius monet, & nos omnino fatemur, negat Ariſtoteles *τοιοῦτον ποίημα*
*tale poema* in præſentia extitiſſet vllum, hoc eſt quod laudes & vituperationes contineret.
neque enim credi vllo modo poteſt ex ijs quæ circumferrētur aut nominarentur poëma-
ta Homero antiquiora, nullum fuiſſe de quo affirmari poſſet ad laudem aut in vitupera-
tionem fuiſſe compoſitum, cum id ferè ſit poëmatis proprium. nam huius generis poë-
mata (vbi poëtæ ipſius narrationem poëma exiſtere poſſe concedas) fuiſſe multa inficiari
haud licet. Sed fortaſſe Ariſtoteles quemadmodum in alijs multis mirificè extollit Home- *Reſpondetur.*
rum, ita hanc ei gloriam reſeruauit: quaſi verò nullum ea tempeſtate poëma tereretur
hoc nomine dignum: nullum etiam antea talem laudem ſine vlla dubitatione meruiſſet,
proindeque Homerus veri poëmatis author habendus eſſet, & ideo ſtatim ſeſe ad Home-
ri poëmata effundit celebranda. Quapropter ſi quis adhuc requirat vt Ariſtoteles, quo-
niam vniuerſim retulit poëſis cauſas, iam ſenſim ad poëmatum genera deſcendat, quæ ex
commonſtrato fluxerit imitationis & delectationis fonte, reſpondet hac in re (atque ita
progrediar ad alteram loci huius partem) non aliunde exordiri licere quàm ab Homero,
ac propterea eius Margitem proferre & alia ſubinde poëmata, quibus prout conueniens *Explicatur*
fuit, iambicum acceſſit metrum. Ita ſanè Homerum priùs leuioris imitationis principem *altera pars*
facit, mox verò faciet grauioris. Sed quæ nunc leuioris gratia doceat, videamus. Profert igi
tur primo loco Margitem, vt ſit leuioris imitationis (id quod in ſequenti particula ſatis
declarat) & Comœdiæ veluti exemplum ac norma. Quanquam quoniam hoc poëma in-
terijt iniuria temporis, non ſanè licebit nobis id planè agnoſcere. Illud tamen ex antiquis
authoribus intelligere licet, Margitem non probroſæ ſeu ridiculæ Comœdiæ (ſi tamen Co *De Margite.*
mœdiæ erat aſſimilis) exemplum videri potuiſſe: id quod ipſemet Ariſtoteles indicabit in
particula xxv. Et ſanè talis fingebatur Margites ab Homero, vt ad riſum facilè poſſet exci-
tare. Dicitur enim (ſi Suidæ credimus) nunquam diſcere potuiſſe ſupra quinque nume-
rare: cúmque vxorem duxiſſet, hau congredi auſus cum illa eſt, veritus, ne id reſciret ma-
*In Homeri vita.* ter. Ita vt facilè coniectare liceat Margitem eſſe Homeri opus, ſolúmque Iliadem & O-
diſſeam eſſe germanum Homeri fœtum, cætera adulterina; veruntamen longiùs Plato-
ni credendum eſt & Ariſtoteli. quorum prior in Alcibiade ſecundo, alter rurſus in vi. Mo-
*Cap. 7.* ralium quædam profert ex Margite, quem Homeri faciunt. Quod ſi coniectura vti licet,
magnopere dubitarim Plutarchum, quippe qui Homero ornando ibi ſtuderet, Margitem
ac ranarum & huiuſmodi animantium bellum Homero perperam tribui voluiſſe, quòd
ſatis intelligeret leuioris eſſe ingenii ac vilis induſtriæ carmina; nec magnam illi concilia-
rent laudem. ſed callidior fuit laudator Ariſtoteles, qui cum animaduerteret tum iſthæc
tum alia non immeritò adſcribi Homero (huiuſmodi ſunt Battrachomyomachia, Simiæ,
Turdi, Galeomiomachia, Geranomachia, Pſaromachia, Aragnomachia) eò rem conuer-
tit, vt eius ingenium verſatile fecerit, & ad omne poëmatis genus accommodatum, ſic
eum & Comici ridiculique poëmatis propter Margitem, & Heroici Tragiciq; atque vno
verbo grauis poëmatis propter Iliadem & Odyſſeam, parentem fecit. Et quanquam re-
uera propter ea quæ ſiue Plato in Alcibiade ſiue Ariſtoteles in Moralibus ex Homeri

refert Margite,non facilè intelligere licet planè ſtupidum ac bardum fuiſſe Margitem,ſed
tantùm præpoſterè ſapientem:veruntamen Harpocration, qui item Margitem Homeri
opus eſſe teſtatur,Margitem pro fatuo & ſtolido habitum ſcribit. Vt minimè mirum ſit
Alexandrum Macedonem a Demoſthene probri cauſa Margitem appellatum. Sed qui-
*Dubitatur.* busait Ariſtoteles acceſſiſſe iambicum,cum Margites hexametris(id quod ex Ariſtotelis 134
loco paulò antè recitato ſatis conſtat)conflatus eſset? Nam Batrachomyomachiam hexa-
metro contineri,eodémque conſtitiſſe cætera illa poëmata,nemo dubitat.] Porrò perdif-
ficilis eſt hæc dubitatio,cum veteres authores multi iidémque grauiſſimi ſcribant, Mar-
gitem non hexametris modò,ſed iambis etiam fuiſſe variatum:ſi enim iambos etiam con
*Reſpondetur.* tinebat,quo pacto deinde facta eſt illi iamborum acceſſio? Ego verò (quicquid alij ſen-
tiant)magnopere ſuſpicor,Margitem ab initio ſolis elaboratum fuiſſe hexametris,quem-
admodum Homeri poëmata reliqua hexametris conſtant:ſed procedente tempore fuiſſe
illi iambos inſertos,ac facilè a Pigrete(niſi tamen hic Margitem alterum ad Homeri imi-
tationem,ſed iambis variatum,ſcripſit,)Arthemiſiæ fratre qui deinde, per inconſideran-
tiam a quibuſdam Margitis planè author dictus eſt, & huc fortaſſe pertinet quod ſignifi-
cat Ariſtoteles iambicum illi aduenisse ſeu acceſſiſſe metrum: idque quia eſſet aptiſſi-
mum:hinc enim indicatur Margitem ab initio caruiſſe iambis.] Quod ſi ita ſit,iam expla-
nare licebit quod continenter,quaſi occaſione arrepta, concludit Ariſtoteles: nimirum
hinc euenisse,vt metrum illud nunc iambicum appelletur:quod eſt cum primùm inuen-
tum eſt metrum iſtud atque vſurpari cœptum, non hoc illi ſtatim impoſitum fuiſſe no-
men,ſed potiùs deinde,quoniam *πρὸς τὸ ἰαμβίζειν conuicijs faciendis*,eo vterentur poëtæ,iam-
bi inueniſſe nomen. Quanquam ſi quis audiat dicentes Iambam Maganiræ ancillam in
Margite fuiſſe introductam, quæ eo carminis genere vteretur dum Cererem conſola-
retur,ſatius erit dicere,eiuſmodi metrum ab initio ſuum illud nomen, a Iambe ſcilicet,
habuiſſe;ſed tamen deinde factum vt quoniam conuiciatores eo planè vterentur, maledi-
cum carmen ad conuicium ſit traductum,atque inde *ἰαμβίζειν* pro conuiciari vſurpatum.
Quod ſanè mirificè conſentit cum Ariſtotele dum ſignificat iambum multò ante viguiſ-
ſe ac de nomine etiam appellatum fuiſſe, quàm contigiſset vt eo conuiciatores vteren-
tur:& pro conuicio iambus *ἰαμβίζειν* pro conuiciari ſumeretur. Quòd ſi te illud perturbet
interim,quod illud *ἐν οἷς in quibus*,ſignificat non Margiti ſolùm,verùm etiam poëmatis il-
lis omnibus,quæ indicauerat verbis illis *οἷον ἐκείνου ὁ Μαργείτης καὶ τὰ τοιαῦτα,vt illius Margi-
tes & ſimilia*,acceſſiſſe iambum,iam dum pergeret *in quibus ἦλθε iambicum metrum*,illud *ve-
nit* latè pateret,ſignificarétque Margiti & alijs Homeri poëmatis, quæ complectebantur
illa quidem res leuiores,ſed tamen hexametro conſtabant, acceſſiſſe iambum, quocun-
que id euenisſet modo:quod eſt partim quia Homeri Margiti additus fuerat; partim quia
in vniuerſùm leuiora poëmata deinde peragi cœpta ſunt iambo. nam ea verba *vt Margi-
tes & ſimilia*,in vniuerſùm ad leuiora poëmata deſignanda prolata eſſent. Alioquin dicen-
dum erit per ea verba *καὶ τὰ τοιαῦτα & ſimilia*, reuera non ludicra illa Homeri poëmata eſſe
intelligenda, quæ præter Margitem commemorabam (quos enim *ψόγους* ſeu quas vitu-
perationes continebant Turdi verbi gratia, Simiæ & alia id generis poëmata?) ſed omnia
quæcunque ſiue ab Homero, ſiue ab alijs deinde leuioris argumenti & in vituperatione
poſita extarent poëmata;atque hæc poëmata iambi deinde eſſent conſecuti, quod pro-
broſum illud argumenti genus non hexametro, ſed iambo, vt erat conuiciis aptiſſimus,
peragetur. Sed nos dum varios mouemus lapides, vt arduum hunc locum ſuperemus,
*Dubitatur rurſus.* in nouas anguſtias incidimus. Etenim cœperat Ariſtoteles eorum proferre poëmata,
qui ad vituperationem ingenium conuertiſſent ac ſtylum. Qua de cauſa ab Homero,
quoniam antiquiora non ſuppetebant exempla, initium faciens,Margitem in medium
attulit. Et tamen paulò poſt, Margitem non probroſi, ſed ridiculi facit poëmatis exem-
plum. quin ſignificat inde Homerum commonſtraſſe exemplum, vnde Comœdia, con-
uiciis ac probris valere iuſsis,ad ridicula traduceretur, qui igitur hoc in loco Margitem
profert in poëmatis exemplum,quod vituperationem contineret? Quanquam hæc dubi-
*Reſpondetur.* tatio non tam explanationem premit noſtram,quàm Ariſtotelem ipſum ad repugnantiam
impelleret. Adde quod hoc non tam huius eſt loci quàm particulæ inſequentis, vbi quaſi 135
velum conuertens, Margitem ridiculi poëmatis facit exemplum. Itaque nunc ſat ſit me-
miniſſe,nihil prohibere quominus Margites,quoniam tam multa non minùs contume-
lioſa quàm ridicula de Margite continebat,poſsit hîc in probroſi poëmatis haberi loco,li-

cet

cet deinde propter ridicula exẽplo eſſe poſsit ridiculæ Comędiæ id quod accideret, ſi quis Margitem ſic imitaretur vt perſonis parceret, & ridiculis in vniuerſum reſpergeret fabulã *Explicatur vltimas pars.* Iam verò tertia ſeu poſtrema ſuccedit pars, in qua colligit ſeu nos admonet Ariſtoteles ex veteribus alios fuiſſe heroicorũ, alios iamborum, poëtas: quod eſt poſt Homerum ſtatim ac iambus quoque vſurpari cœptus eſt, bipartitò diuiſos eſſe poëtas, ita vt alij heroici fuerint, quòd primum illud metri genus, hexametrum ſcilicet, retinerent: alij iambici, quod adinuento iambo hunc libenter arripuerint. Quo in loco tria ſunt obſeruanda. Primum *Obſeruanda tria.* *I.* eſt, diſcrimen interim non tam ex argumento duci quàm ex carmine: quia ſcilicet dum ad vituperationem inflecterent metrum, qui ad vituperationem procliues eſſent, alij hexametrum, alij (quòd poſteriùs eſt conſecutum) iambum adamarint. Alterum eſt Ariſto- *II.* telem hoc in loco dum poëtas iſtos alios ait heroicos fuiſſe, alios iambicos, heroicum poëma non pro heroico preſsè ac propriè vſurpare, quemadmodum faciet aliquando, ſed fuſo vocabulo, quemadmodum antea quoque vſurpauerat Epopœiam. Verè enim hîc heroicum vituperationi adhibet quemadmodum Margitis declarat exemplum; vel certè iam otto iambo, admonet nos ad heroicum poëma, quod eſt heroico carmine conſtans, quale quale illud eſſet, acceſſiſſe iambicum. Ex quo fieret vt duo iſta poëtarum genera trito more & ex carminis genere appellaret. nam veteres ex metri genere poëmata ſeu poëtas diſtinxiſſe & appellaſſe iamdiu nos admonuit. Poſtremum illud eſt, ex hoc loco *III.* non facilè colligi Archilochum falsò ab Horatio iambi authorem cenſeri; ſi tamen tantùm ſignificet Ariſtoteles iambum procedente tempore vſurpatum fuiſſe conuicijs. nam nihil prohiberet, Archilocum fuiſſe primum. tametſi vel quia Iambes primò in Margite introducta dicitur iambico metro vtens (id quod multò ante Archilocum fuiſſet) vel quia vetus Comœdia, quæ iambos frequentaret, ante Archilochum prodijt, ſaltem aliunde colligere liceat, Archilochum excelluiſſe potiùs iambo, atque illud nobilitaſſe propter eximiam illam conuiciorum vim, vnde Lycambem ad laqueum perpulit, quàm quòd veri iambi fuerit author. Tametſi vbi eum ipſum Homeri Margitem iambis variatum, & ab Homero ipſo variatum, conſtaret, (quod ego quidem vix ac ne vix quidem crediderim, cum exametris conſtent cætera Homeri poëmata omnia, ita vt hymni ipſi hexametris omnes conflati ſint) ex hoc quoque loco vtcunque Archilocho derogari fatendum eſſet: nam illud ἦλθε quoquomodo factum quod commemorabam indicare poſset.

---

# PARTICVLA XXIII.

Ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ποιητὴς Ὅμηρος ἦν, μόνος γὰρ οὐχ' ὅτι εὖ, ἀλλ' ὅτι καὶ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν, οὕτω καὶ τὰ τῆς κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν, οὐ ψόγον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας. ὁ γὰρ Μαργείτης ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ Ὀδυσσεία πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας.

AT verò ipſe Homerus, quemadmodum præcipuè heroicus fuit (ſolus enim *Paccius.* hîc non modò rectè ſed actionum imitationibus referta poëmata condidit:) ſic etiam Comœdiæ normam primus tradidit, non quidem probris, ſed ridiculis in
136 actuum forma collatis. Et ſanè ſimilis in Margite ratio. hic enim ita ſe ad Comœdiam habet, vt ad Tragœdiam Ilias atque Odyſſea.

*QVemadmodum autem & in grauibus maximè poëta fuit Homerus (ſolus enim fuit; non ſolùm quia benè, ſed etiam quia imitationes dramaticè fecit) ſic & Comœdiæ figuras primus ſubmonſtrauit, nõ vituperationem, ſed ridiculum dramate complectens. Nam Margites proportionem habet vt Ilias & Odyſſea ad Tragœdias, ſic & ipſe ad Comœdias.* *Riccobonus.*

tam non ſatis intelligi, inde ſolum eſſe cenſendum, quia vel benè vel dramaticè ſit imita- V.
rus. potius enim quia ſolus benè, aut ſolus dramaticè, imitatus ſit, ſolus dicendus eſt,
cum is qui malè imitetur, non iniuria veri Poëtæ ſpolietur nomine. Neque verò non
magnopere ambigere cogimur quo pacto Homerus dramaticas fecerit imitationes. nam
Ilias & Odyſſea narratiuæ ſunt imitationes, & ideo Epopœia ab Ariſtotele dicitur narrati-
Pa. 184 ua imitatio, ſiue imitatio in narratione poſita. Margites verò præterquam quod drama-
ticum pœma fuiſſe haud conſtat, ſanè ad rem non faceret: ſiquidem in leuiore argumen-
to verſatur. Ariſtoteles verò Homerum facit dramaticum vt in grauiore Poëmate illum VI.
extollat ac celebret. Quid? An non ſatius erat ad Homerum in graui argumento celebran-
dum, oſtendere quo pacto benè imitatus eſſet, ac perfectæ imitationis muneribus & con-
ditionibus allatis, eas in Homeri imitatione agnoſcere, quàm tam facilè arripere (qui
enim docet, rationibus vti debet, non pro arbitratu aliquid pronunciare) eum benè imi-
tatum eſſe? Certè Plato illius improbat imitationem tum vniuerſim, tum ſigillatim in
In 2. 3. & 10. de Rep. multis: id quod alij etiam philoſophi graues ante Platonem & Ariſtotelem editis quoque
libris fecerant: quemadmodum poſt Ariſtotelem quamplurimi; a quibus nec M. Tullius
omnino abeſt; in eandem iuerunt ſententiam. Denique viros acutos fuiſſe ac doctrinis
perpolitos qui Odyſſeam inprimis anilem fabulam inſulsámque narrationem appellent,
compertum eſt. Atque hinc coniectare licet aut ſaltem ſuſpicari Ariſtotelem pro arbitra- VII.
tu ſtatuere Margitem habendum Comœdiæ exemplum. nam ſi metrum ſpectes, abhor-
rebat ab hoc exemplo, cum Margites conſtaret hexametris: Comędiæ verò iambus & hu
mile debeatur carmen. Quòd ſi genus imitationis reſpicias, non ſanè intelligi poteſt aut
probari Margitis imitationem fuiſſe dramaticam; & tamen vna dramatica imitatio con-
uenit Comœdiæ. Quòd ſi eò confugias quia Comœdia reuera ridiculis conſtare debet: ri-
diculis verò conſtaret Margites; iam præterquam quod id non ſatis eſt ad exemplum ali-
quod & ideam Comœdiæ ſtatuendam, quæ idea omnes numeros debet explere, omnes
virtutes referre, quid erat quòd paulò ante Margitem in probroſi poëmatis proferret e-
xemplo? Itaque verendum eſt, ne Ariſtoteles per cuniculos in Homeri irrepat laudes, &
vndequaque, imò verò ex præpoſteris locis arripiat argumenta laudationis. Vt enim illum VIII.
138 leuioris poëmatis conſtitueret parentem & coryphæum (de grauiore enim non multò
poſt) docere debuit ideam perfectam veluti extuliſſe Comœdiæ & cuiuſque humilioris
imitationis; non verò in vno margite niti, quem non poſſet non fateri, reuera tantummo
do figuram quandam ac veluti vmbram prætuliſſe Comœdiæ, nec Comœdiæ omnis ſed
ridiculæ: ſi tamen ridiculæ Comœdiæ vmbram refert, qui ridicula quædam facta, quod
& Orator & Hiſtoricus interdum facit, proſequitur. vt mirum videri debeat leuioris poë-
matis & Comœdiæ anteſignanum haberi ac vocari illum, qui vix vnum, illúdque comica
imitatione expers & dramate, confeciſſet poëma, ſanè Plutarchus ea quoque de cauſa ne-
gauit Margitem fuiſſe Homeri opus, quòd intelligeret ad eius laudationem (hanc enim
fermè pertexebat eo tempore) non magnopere pertinere. Iam verò par eſſet vt præter Ilia IX.
dem & Odyſſeam, hoc eſt Epicum poëma, Tragicam quoque ac Dithyrambicam profer
ret imitationem, in qua Homerus excelluiſſet. cum enim ſcribat Homerum in grauibus
poëtam fuiſſe maximè, ſimúlque grauia poëmata Epopœia, Tragedia, Dithyrambica, ad-
de etiam (ſi placet) Nomonpoëſi, concludat, quî obſecro excelluit in grauibus qui Epi- X.
cum poëma tantùm in hoc genere eſt perſecutus? Nam quod ſubijcit Iliadem & Odyſ-
ſeam habere proportionem ad Tragœdiam, nō ſanè oſtendit Homerum Tragœdia quo-
que excelluiſſe. præſertim verò quia Iliadem & Odyſſeam habere proportionem ad Tra-
gœdiam, tam falſum videri poteſt, quàm quod falſiſſimum. etenim non metro conuenit
Ilias aut Odyſſea cum Tragœdia; (hæc enim iambo conſtat & humili carmine; illa heroi-
co & præſtātiſſimo) nō longitudine aut breuitate, ſeu mauis tempore. ſiquidem hæc per-
breuis eſt ſi cum Epopœia conferatur, & verò vnico ſolis ambitu ne dicam paucis horis
cōcluditur, cum Epopœia nullis fermè temporis finibus cōtineatur: non imitandi ratio-
ne ac modo. vna enim dramate gaudet, altera narratione contenta eſt. non fortunæ, quæ
maximi in vtroque poëmate momenti eſt, commutatione: ſiquidem vna a fœlicitate ad
ſummam calamitatem, altera a calamitate ad fœlicitatem traducit. ex quo etiam fit vt diſ-
ſideant quoque fine; nō affectione, quæ maximè vtrique imitationi proponitur. vni enim
ſumma admiratio, alteri commiſeratio proponitur excitanda: non fabulæ vnitate:
nam ſi quæ eſt imitatio quę ad fabulæ vnitatem minùs accedat, hæc certè (quod ne ip-
Par. 156 ſe quidem Ariſtoteles non fatetur) eſt Epopœia; cum tamen Tragœdia illam retineat

*In quamultis Epopœiæ ac Tragœdiæ notati diſcriminibus, proportio quā ſtatuit Ariſtoteles euertitur.*

facilè; non epiſodijs, quandoquidem Epopœia ijs mirificè gaudet & dilatatur; Tragœdia ob temporis anguſtias & breuitatem vix ea tanquam delibat: ſed & ſaltatione, expreſſa harmonia & melopœia, choro, apparatu etiam ſi velis, conſtat Tragœdia, quibus omnibus caret Epopœia, quòd ſi fabulam, mores, ſententiam, dictionem proferas, quæ omnia ſunt vtrique communia, iam ſi ita eſt, Ilias & Odyſſea ac ſummatim Epopœia eandem planè ad Comœdiam haberet proportionem: cum hæc quoque fabula, moribus, ſententia, dictione contineatur. Vt omittam hæc & Epopœiæ cum reliquis poëmatum formis eſſe communia, & verò non eiuſdem rationis ſiue fabulam, ſiue mores, ſiue dictionem atque ſententiam in Epopœia requiri & in Tragœdia. At enim materia, inquies, conueniunt ac forma; materia, quia præſtantes actiones, forma, quia alienæ inductione perſonæ útraque imitatur. minimè verò. nam quod attinet ad formam, Epopœia enarratione peragitur, ita vt poëta verbis, aliorum & verba imitetur & facta; nec propriã omnino celet perſonam: quæ tamen in Tragœdia apparet nuſquam: ita vt hæc verè perſonas inducat: & hac de cauſa hæc dramate, illa per enarrationem, dicitur peragi. Denique non inficior Epopœiam a dramate minùs abeſſe quàm Dithyrambicam; ſed tamen abeſt non parùm. Quod verò attinet ad materiam, magnum adhuc extat diſſidium, cum præcipua Tragœdiæ actio & perſona vel ad ſæuitiam accedat & improbitatem; vel, ſi nonnihil recedat, ad excellentem virtutem & probitatem, in qua Epopœiæ materia eſt poſita, nullo modo accedat: ita vt cum Ariſtoteles moribus diſtinguat actiones ac virtute & vitio, nihil interſit regias perſonas ac præſtantes ſanguine in vtroque poëmate repreſentari, cum 139
moribus & virtute, vnde actio æſtimatur, longo diſſideant interuallo. Ex quo etiam fit, vt ſi quam Ilias & Odyſſea proportionem habent ad Tragœdiam, hanc haberet Margites ad Comœdiam, (id quod affirmabat Ariſtoteles) iam de Margite quoque actum ſit, cum veriùs dici poſſit mirificè diſſidere. Hæc aduerſus Ariſtotelem in propoſita particula.

*Dubitationibus propoſitis occurritur. Ad Primam, & Tertiã.*

Quibus ſatisfaciam ſi quo modo potero. Ac primùm non magnopere perturbor, quòd dixerit Homerum Comœdiæ indicaſſe figuras: nõ in leuibus id feciſſe vniuerſim; quia quemadmodum vituperationes commemorat quaſi leuem imitationem, ita Margites, quoniã de nomine hîc ſtultitiæ inſimulabatur, non carebat vituperatione. Magis dubitarim quomodo ridiculæ potiùs (id quod ſubijcit paulò poſt) quàm contumelioſæ Comœdiæ figuras inde oſtenderit, quanquam huic rei & reſpondimus ſupra, & nunc addere poſſumus, ideo dicere ibi oſtendiſſe ridiculæ Comœdiæ figuras, quia certa ex Margite ſublata perſona & ſuppreſſo nomine, ridicula illa figuras ridiculæ Comœdiæ oſtendunt, vel potiùs quoquomodo indicant (id enim valet ὑπέδειξεν) ac veluti adumbrant. Quo pacto Comœdiæ figuras non quidem probroſæ ſed ridiculæ adumbraſſet. Niſi tamen inde rurſus, quoniam probroſa reijcienda eſſet, ridicula retinenda, germanam Comœdiæ formam oſtendiſſe dixeris. Etſi propter veteres tutiùs fortaſſe dici Comœdiæ figuras indicaſſe, libenter affirmarim: ſimpliciter nunquam affirmauerim, cum multis careret Margites quæ ad perfectam Comœdiam requiruntur. Atque ex his conſtare poteſt quoquomodo & ridiculæ & probroſæ eſſe exemplum, (huius enim re ipſa fuit exemplum) quod reuera contumelias in Margitem contineret: poteſtate verò ridiculæ tantùm, cum vbi nomen ſupprimas ac perſonam Margitis, ridiculæ tantùm Comœdiæ ſuperſit exemplum.

*Ad Secundam.*

Quòd ſi bipartitò diſtribuit Homericam imitationem, eámque tum grauibus aptauit tum leuibus, non verò medijs, id facilè euenit, vel quia non ſuppeteret in Homero exemplum, vel quia ad eius laudem præcipuam id maximè pertinebat, vt duas illas extremas ac diſſidentes imitationes pro dignitate exprimeret. Nam media imitatio obuia & facilis in eo futura erat, qui in graui ac leui excelleret. Iam verò quoniam longum eſſet ad omnia, & verò Ariſtoteles Homeri laudandi ac poëmatis omnis principem faciendi, qualem poteſt (fortaſſe etiam ſiue callidè ſiue minutè nimis.) arripit occaſionem, vniuerſim ſic reſpondeo.

*Iam reliquis argumentis vniuerſim occurritur ac paucis.*

*Vide pa. 131.*

Reuera Homerus ſi cum antiquioribus conferatur, ſuam ille meretur laudem: fortaſſe etiam poëmatis quoquomodo parens haberi poteſt, ſiue materiam ſpectes ſiue formam narrandíque rationem. nam (quantum ex Ariſtotele ipſo coniectare licet) veteres illi ſuo fermè nomine narrabant omnia & perſequebantur, Hiſtorici nimirum more: Homerus contra alienam frequenter ſubit perſonam: & hac de cauſa cæteri ab Ariſtotele dicuntur poëmate ferè toto ipſi in actione verſari, & pauca ac paucis in locis imitari. cõtra verò Homerus, alios dicitur introducere. ita ſanè Homerus, quod attinet ad formam imitationis, potuit veteribus omnibus anteferri. tametſi alioquin Ilias & Odyſſea non ſit dramatica, nec pro-

pte-

pterea Tragœdiæ formam oſtendiſse dicendus ſit: multò verò minùs Dithyrambici ac Nomonpoëſis. Atque idem dixerim (quod pertinet item ad formam) de Comœdia. neque enim crediderim Margitem dramaticum fuiſse, licet minùs quàm aliorum vituperationes, qua fermè imitatione carerent, ab dramate ipſo abeſsent. Quod verò pertinet ad materiam, Homeri Epopœia eo tantùm nomine ad Tragœdiam proportionem habet, quòd regias, ſeu virorum genere præſtantium, facta imitetur vtraque: alioquin in materiam etiam diſſidia cadunt multa. vt omittam actiones eò quoque mirificè diſſidere, quòd in Iliade leuia quædam, in Odyſſea leuiſſima quamplurima, repetiantur. ita vt Homerica Epopœia minùs referat Tragœdiæ imaginem ſi actionum ſpectes nobilitatem. Ita ſanè
140 comparatè & antiquiorum tantùm ratione habita, fortaſſe potuit in Epico poëmate facilè princeps conſtitui Homerus: ſimpliciter tamen & cuiuſcunque poëmatis pater haberi, quod percipere poſſim, non debet. Nec profectò Ariſtoteles vbi deguſtare ei licuiſſet Heroicas aut etiam Tragicas & Comicas poſteriorum imitationes, (quanquam Comicas & Tragicas deguſtare cœpit) non facilè iuſſiſſet vt aliquibus libenti animo ſubmitteret faſces. Sed de hac re alibi copioſiùs. Tametſi illud in præſens non prætermittam, mirum videri poſſe vt cæteri homines vel honeſti & graues eſſent ingenio, vel petulantes & riſus amici, atque hinc factum vt pro ſuo quique ingenio vel humilia & ridicula aut etiam probroſa vel honeſta & grauia imitati ſint: ſolus tamen Homerus fuerit qui a Natura ad grauia ſimul & leuia, honeſta & turpia, laudata & probroſa, fictum acceperit ingenium. Quantum enim inde varijs Poëſeos propagandis formis ſibi aperit aditum, tantum hinc eundem obſtruit Ariſtoteles. Sed quoniam Homerum ornare decreuerat, nihil eſt cur ſeueri in laudatorem ſimus.

# PARTICVLA XXIV.

*OI δ' ἐφ' ἑκατέραν τὴν ποίησιν ὁρμῶντες, κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, οἱ μὲν ἀντὶ τῶν ἰάμβων, κωμῳδοποιοὶ ἐγένοντο, οἱ δὲ ἀντὶ τῶν ἐπῶν, τραγῳδοδιδάσκαλοι, διὰ τὸ μείζω, καὶ ἐντιμότερα τὰ σχήματα εἶναι ταῦτα ἐκείνων. τὸ μὲν οὖν ἐπισκοπεῖν εἰ ἄρα ἔχει ἡ τραγῳδία τοῖς εἴδεσιν ἱκανῶς, ἢ οὔ, αὐτό τε, καθ' αὑτὸ κρινόμενον, καὶ πρὸς τὰ θέατρα, ἄλλος λόγος.*

Paccius. ALij verò pro vniuſcuiuſque ingenio impulſi ad alteram tantùm Poeticæ huius partem animum applicauerunt. ſicque nonnulli loco iamborum Comici, nonnulli loco hexametrorum Tragici, vt qui circa ſublimiorem, honoratioremve dicendi characterem verſati ſint, Tragœdiæ doctores extiterunt. An verò Tragœdia, quatenus attinet ad ipſa genera, ſatis adhuc ſit abſoluta néc ne, cum id per ſe iudicando, tum ad theatra referendo, alia conſiderandi ratio eſt.

Riccobonus. *CVm autem apparuiſſet Tragœdia & Comœdia, qui ad vtranque poëſim ferebantur ſecundum propriam naturam partim quidem pro Iambicis Comici facti ſunt, partim verò pro Epicis Tragici, quia maiores & honoratiores figuræ eſſent hæ, quàm illæ. Ac conſiderare quidem, vtrum ſufficienter ſe habeat iam Tragœdia in formis ipſius, nec ne: tum ſi res ipſa per ſe iudicetur, tum ad Theatra, alia ratio eſt.*

AGnouerat generales Poëticæ cauſas: cœperat etiam cauſas requirere poëticæ formarum ac partium, ſaltem primatum, nimirum tum honeſtæ & grauis tum ridiculæ & leuis. itaque hinc hymni, encomia, Epopœia, Tragœdia; illinc vituperationes, iambi & Comœdia in conſpectum ſe dederant. quæ dum pertexeret, Homeri quoque laudandi occaſionem non prætermiſerat, ſigillatímque, indicarat, hunc propter Margitem ridiculæ Comœdiæ, propter Iliadem & Odyſſeam Tragœdiæ, initia quædam iecisſe & indicaſſe. Nunc igitur quærat aliquis, vt pergat ad incrementa & perfectionem inuentorum poëmatum declaranda. En igitur Ariſtotelem, qui vt id præſtet, a Tragœdia & Comœdia incipiens, ait, his iam apparere ſéque in conſpectum dare incipientibus, ex ijs qui pro ſuo ingenio atque indole *ἐφ' ἑκατέραν*, ad alterutram inquam, quod eſt (ne te ij decipiant qui ad vtranque

*COM. XXIV. De Tragœdia & Comœdia incrementis.*

Digitized by Google

honoratiores, quia agentes introducuntur in Tragœdia, cum in Epopœia narrando imitetur poëma. quanquam non vnam hanc cenſuerim cauſam. nam quemadmodum maiores facit Comœdiæ & Tragœdiæ figuras, quia prolixior eſt dictio, ac fluit latiùs, quàm antea vel iambi vel hymni, aut etiam encomia, paterent; ita Comœdia iambis, Tragœdia hymnis & hexametris, cultu, ſplẽdore, varietate, dignitate antecellat. Denique hexametrum iambicúmque poëma cum exile & anguſtum, tum inchoatum ac rude, videri potuit Tragœdia & Comœdia exorta. Nam Mutinenſem, qui maiores honoratioréſque figuras dici ait Epopœiæ & Tragœdiæ quàm Iambi & Comœdiæ, ab re planè loqui res ipſa clamat ſatis. Poſtremum eſt illud *ἀντὶ τῶν ἐπῶν pro Epicis* non planè (id quod paulò ante indicare cœperam) heroica poëmata ſignificare qualia ſunt Ilias & Odyſſea, quemadmodum perperam Vtinenſis & Madius interpretantur, ſed quemadmodum rectè Victorius, hexametrum atque adeò hymnos & encomia, quibus exametros adhibebant priſci illi grauiores poëtæ: vt enim per iambos (quanquam qui *ἰαμβικῶν* legunt pro *ἰάμβων*, *ἐπικῶν* pro *ἐπῶν*, mihi magnopere probantur) vituperationes, ita per epos laudationes deſignat. Ac propterea non neceſſe eſt dubitare, quo pacto Tragœdia Epopœiam ſuperet magnitudine ſeu longitudine. Hæc inquam obſeruari velim in hac particula. Nam cur dicamus Ariſtotelem hoc in loco, Tragœdiæ dignitatem ſpectaſſe, cum diceret poſſe illius formas tum in ſe tum ad Theatra perpendi; ac ſignificare voluiſſe contra Platonem Tragœdiam, quæ in theatro verſatur, & in actione ponitur, eſſe Epopœia honoratiorem, cum hæc theatro apparatúque careat, equidem, Madij pace, non video. Quamuis enim Ariſtoteles aliquando anteponet Tragœdiam Epopœiæ, ídque ea etiam de cauſa, quia Tragœdia apparatu actionéque gaudeat, quibus caret Epopœia, nunc tamen illud tantùm docet, non eſſe huius loci requirere, an Tragœdiæ *σχήματα* & figuræ perfectæ ſint, idque ſiue Tragœdia in ſe, ſiue quia in Theatrum prodit, vel etiam quà in Theatro a ſpectatoribus iudicatur, æſtimetur ac reputetur. Nam Tragœdiæ aliam eſſe vim ac rationem, ſi propria illius natura æſtimetur, quàm ſi ſpectatorũ ac Theatri ratio habeatur, ſignificabit etiam in particula Lvı. clariùs verò in Lxxı ı. vbi Tragicã fabulam, ſi Theatri habeatur ratio, geminæ conſtitutionis, ſi propriæ naturæ, ſimplicis, laudatur.

IV. [margin, beside the line "ſa clamat ſatis. Poſtremum eſt illud"]

*Additur V.* [margin, beside the line "ret magnitudine ſeu longitudine"]

---

143

# PARTICVLA XXV.

*Γενομένης οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ κωμῳδία, καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν ηὐξήνθη προαγόντων, ὅσον ἐγίγνετο φανερὸν αὐτῆς.*

Paccius. CVm igitur à principio rudes eſſent planèque informes Tragœdia, atque Comœdia, illa quidem ab ijs, qui Dithyrambum, hæc autem (quantum ſeipſa aperiebat) ab ijs qui Phallica produxerunt, quæ noſtra etiam tempeſtate in vrbibus non paucis in conſuetudinem ex lege recepta ſunt; paulatim auctæ fuere.

Riccobonus. *NAta igitur eſt à principio ex tempore & ipſa & Comœdia, & vna quidem ab ijs, qui Dithyrambum primi canebant: altera verò ab ijs qui Phallica, quæ propterea etiam nunc in multis Ciuitatibus manent, legibus conſtituta, paulatim aucta eſt; producentibus quantum ipſius factum eſt manifeſtum.*

COM. XXV. TVrpe fuiſſet vt qui Tragœdiæ Comœdiaéque ortum & incrementa ſuſceperat explicanda, & verò id non paucis tentauerat, nos tandem planè ieiunos relinqueret. Itaque tria demum hîc ſubijcit, quæ non nihil ſeruiant inſtituto. Primum eſt tumultuaria veluti ratione & ex tempore habuiſſe ortum, ita vt *αὐτοσχεδιαστικαὶ* & extemporales (vt cum Quintiliano loquar) dicendæ ſint. Alterum eſt; non ab vno tamen eodémque principio, nec ſubitò ſed ſenſim ac paulatim, incrementum habuiſſe: ac Tragœdiam quidem ab his qui Dithy-

*Tria docet de Tragœdia & Comœdia.* [margin, beside the first lines of the commentary]

I. [margin, beside "tum, ita vt αὐτοσχεδιαστικαὶ"]

II. [margin, beside "cendæ ſint. Alterum eſt"]

Dithyrambos, Comœdiam verò ab his qui Phallica, præcinerent ac decãtarent. quæ Phallica, inquit, adhuc in multis ciuitatibus perſeuerant, diuturnis inſtitutis tanquam legibus confirmata atque retenta. Vbi ſanè illud ἐξαρχόντων, quod præcinentibus ſignificat, ſine dubio eſt retinendum (quanquam qui reponunt ἐξαρχόντων exercentibus, de ſententia immutant nihil) & tam ad dithyrambum quàm ad phallica referendũ: ſentit enim Tragœdiam ab Dithyrambica, & Comœdiam ab Phallica præcinentibus eſſe auctam. Poſtremum, vtranque prouectam & amplificatam prout iam perſpici poterat. Hæc Ariſtoteles de Tragœdia & Comœdia hoc in loco. Quibus iam iam ſubijciet multa de Tragœdiæ mutationibus primùm & incrementis ad ſtatum vſque & perfectionem: nonnulla etiam de Comœdiæ mutationibus & incrementis vel declarabit vel requiret. Sed de his in ſequentibus. Nunc redeo ad præſentem particulam: in qua, mea quidem ſententia, haud ſcriptum reliquit Ariſtoteles γενομένης δ' ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς, multò verò minus, ſi fortè ita ſcriptum reliquit; de ipſa poëſi vniuerſim hæc pronunciauit. quaſi verò doceret extemporalem fuiſſe ortum poëſis & ab initio veluti ex abrupto eam fuiſſe editã: ſiquidem poëſis ortum in vniuerſum iamdiu concluſerat & perorauerat, indeque ad illius formas orientes ſe contulerat dignoſcendas: atque ad Tragœdiæ & Comœdiæ ortum propagationémque deuenerat; quapropter cum iam in medio eſſet Tragœdiæ Comœdiæque explicatu, ineptè ad poëſis ortum rediſſet, illúdque protuliſſet, poëſim ab initio & extempore extitiſſe. quod ſi etiam id monendum vel repetendum cenſuiſſet (quanquam quo conſilio, vix ac ne vix quidem intelligere licet) iam, quoniam eius mentionem iamdiu fecerat nullam, poëſis nomẽ iterare debuiſſet ac dicere *orta verò ab initio poëſi extemporanea*, non autem *orta verò ab initio extemporaneâ*. Itaque ea verba καὶ αὐτὴ, καὶ ἡ κωμῳδία cũ perioribus iungenda ſunt verbis, legendúmque γενομένη δ' ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικὴ καὶ αὐτὴ καὶ ἡ κωμῳδία *orta igitur ab initio extemporalis tum ipſa, tum Comœdia*, vel certe γενομένη δ' ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς, vertendúmque, *orta igitur ab initio extemporali, tum ipſa tum Comœdia*. Et ſane cum modo de Tragœdia & Comœdia loqueretur, quis non videt (id quod ex particula illa *igitur*, luce meridiana fit clarius) hîc colligere primùm ex dictis qualis fuerit ortus illarum? Id quod eò tutiùs ſtatuitur, quòd continenter Tragœdiæ item & Comœdiæ explicat incremẽta. ita vt Victorij, & Alexãdri pace verba iſta nullo modo de Poëſi in vniuerſum pronuncientur. Nec obſtat quod hoc ipſum multò antea eândémque voce (quanquam ibi ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, hic, αὐτοσχεδιαστικῆς ſcribit) pronunciauerat de poëſi in vniuerſum: nam tum demum fit vt poëſis in vniuerſum extemporalis dici poſſit, cum eius formæ, ſi non omnes, ſaltem pleræque extemporales fuerint ab initio: poëſis enim ab ſuis formis, inchoatis tamen & rudibus, duxit initium. Cur igitur abſurdum ſit, aut potiùs cur non magnoperè ſit conſentaneum, vt Tragœdia & Comœdia ab extemporali fuiſſe dicatur initio, ac veluti tumultuaria nuncupetur? Nam quod clamat Victorius, totidem ferè verbis repetit Alexander, Tragœdiam non ex tempore extitiſſe, nec de Tragœdia tale quidquam ab Ariſtotele antea pronunciatum eſſe, ac propterea id de poëſi vniuerſim intelligendum; quàm falsò afferatur, iam iam conſtabit. Pergit igitur Ariſtoteles, atque vt planiorem ac magis perſpicuum earum faciat ortum, vel certè vt vtriuſque incrementa ſubijciat, ait Tragœdiam quidem ex Dithyrambicis, Comœdiam ex Phallicis auctam eſſe, ſeu potiùs Tragœdiam ab ijs qui Dithyrambum, Comœdiam ab ijs qui Phallica præcinerent ac decantarent. Sed quo pacto obſecro ex Dithyrambicis aucta eſt Tragœdia? aut quo modo Comœdia ex Phallicis? an non dixit paulò ante Tragœdiam ex Epopœia, Comœdiam ex iambis & conuicijs, eſſe profectam? ſic ſanè. vel potiùs Tragœdiam ἐκ τῶν ἐπῶν, Comœdiam ex Margite iambo accedente metro? An igitur id quod dixerat de illius ortu, nunc explicat enucleatiùs? ſanè cum ἔπη hexametros ſignificent, quibus hymnos & encomia cõplexus eſt antea; Dithyrambici verò eſſent fermè laudationis encomiorúmque formæ (continebãt enim Bacchi priùs, deinde Heroũ clariſſimorúmq; virorum, laudes) quid prohibet hîc Tragœdiæ ortũ diſtinctiùs explicari? ſic etiam cũ vituperationibus quæ ab initio hexametris fieri cœptæ ſunt, ſucceſſiſſent iambi, atq; his ſigillatim Phallica ſint expreſſa & decantata, a quibus Comœdia, perinde atq; a Dithyrambicis Tragœdia, eſt propagata, cur non fateamur hîc Comœdiæ itẽ ortũ effici planiorem? Minimè verò, nam quantumuis Dithyrambici ad epos, Phallica ad iambos, reuocarentur, hîc tamen Tragœdiæ Comœdiæve non ortum ſed incrementa ſubijcit; & quã ab Epopœia Tragœdiam dixerat ortam, hanc docet ex Dithyrambicis auctã; quámve rurſus ex

Margite

*De I. Dubitatur doceturque nõ Poeſim in vniuerſum hîc cõmemorari tãquam ex tempore ortã. ſed Tragœdiam et Comœdiã. & quomodo legẽdus locus.*

144

Part. 10

*II. Explicatur latius idq; grani dubitatione explanata.*

*Dubitatur itaque quo pacto ex Dithyrambicis aucta ſit Tragœdia, vel ex Phallicis Comœdia.*

*Proponitur ac refellitur reſponſio quædã.*

Margite ac Iambis initium duxiſſe oſtẽderat Comœdiam, nunc ex Phallicis auctam amplificatámve teſtatur. Quæ verò a Dithyrambicis incrementa acceperit Tragœdia, non explicat hoc in loco noſter author: ſed facilè intelligere licet tum in ſaltatione & rhythmo, tum in harmonia & cantu, tum denique aliqua ex parte in metro dictioniſque magnitudine & ortu, eſſe poſita; vt enim hæc ab ἔπους accipere haud potuit in ortu, ita è contrario a Dithyrambicis ea cõmodè potuit deriuare, dum veluti aleretur. Idem dixerim de Comœdia, cũ enim a λόγων & vituperationibus aut etiam ab iambis iſthæc, oriens, nõ accepiſſet, deinde a Phallicis, quæ tum ſaltatione & harmonia tum aliquo verborum apparatu & metrorum peragebantur (præſertim procedente tempore cum in Vrbes quoque baccharentur) tanquam a nutrice, ſed peſſima, hauſit & deriuauit. Tametſi non eſt quòd inficiemur Dithyrambicam ac fortaſſe etiã Phallica rhythmo, harmonia & metro ſimul vſa: Tragœdiam & Comœdiã ſeorſim plerunq; illa vſurpaſſe. Quapropter (vt ſummatim dicam) laudes & vituperationes cœperunt primùm ab imitationis cantúſque harmoniæ ſtudioſis: ita tamen vt hexametro exerceretur vtrunque poëmatis & imitationis genus:

*Senſim ad res ex plicatà deſcendi tur.*

145 tametſi mox ferè conuicioſo poëmati acceſſit iambus, ita vt inde alij hexametrorum ſiue heroicorum, alij iamborum, poëtæ dicti ſint; cum iambi conuicijs adhiberi cœpti eſſent, hexametri encomijs & laudibus reſeruarentur: ita ab Epicis deinde ſiue Eporum & hexametrorum poëtis Tragici, ab iamborum poëtis Comici, profecti ſunt. Quod ſi rurſus quæras vnde aucta ſit Tragœdia ſiue Comœdia, reſpondet Ariſtoteles, Tragœdiam Dithyrambicis eſſe auctam: Comœdiam contra a Phallicis incrementa ſumpſiſſe. Quæ cum ita ſint iam intelligere licet Tragœdiæ quaſi parentem Epopœiam, Comœdiæ Iambos, fuiſſe rurſus Tragœdiæ quaſi altricem eſſe Dithyrambicam; Comœdiæ Phallicam imitationem. Ita fit vt quamuis non ex tempore ſed paulatim ſit aucta, ex tempore tamẽ orta dicatur ab Ariſtotele. Vt propterea ſi prima incunabula ſpectes, αὐτοσχεδιαστικὴ dicenda ſit. Sed cum αὐτοσχεδιαστικήν, ſiue ex tempore ortam, ex dictis colligat Ariſtoteles, quî obſecro ex dictis colligere licet, Tragœdiam & Comœdiam eſſe αὐτοσχεδιαστικάς? Inde, quia quemadmodum qui Poëſim ex tempore ac ſubitò & ſine præmeditatione genuiſſe dicti ſunt & ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, ij fuere qui vel encomia vel vituperationes faciebant: ſic deinde ex ijſdem Tragici & Comici, etſi non ſine aliqua carminum illorũ varietate vsúque, extitere. Et ſanè cum poëſis in vniuersùm autoſchediaſtica fuerit, neceſſe profectò eſt vt eius formæ (in ſuis enim exiſtit formis) ac ſpecies, præſertim primæ, autoſchediaſticæ fuerint; ita vt Ariſtoteles cum Poëſim autoſchediaſticam appellaret, in primarum eius formarum ortum; quod ex tempore factus eſſet, ſpectarit. Huc accedit quòd cum ſentiat priſcos ex tempore profudiſſe carmina, hæc verò continenter in hymnos encomiáque ac vituperationes diſtribuat, atque inde Tragœdiam hinc Comœdiam gignat, Comœdia quoque & Tragœdia ex tempore incœperit neceſſe eſt. Denique ſatis conſtat, res, præſertim artificioſas, ab initio rudes & impolitas ac nulla fermè antegreſſa meditatione proferri. Ita vt de Comœdia quoque & Tragœdia idem par ſit exiſtimare. Tametſi nil prohibet quominus procedente tempore accuratæ ac meditationis pleniſſimæ in publicum prodierint. Hæc, ni fallor, oſtendunt ſatis Tragœdiam & Comœdiam & ex tempore ortum habuiſſe, & quo pacto id contigerit. Quapropter qui ea ratione Tragœdiam faciunt extemporalem, quòd Homerus Epopœiam quaſi dramaticam aut proximè ad dramaticam accedentem feciſſet, nihil de Tragœdia quæ inde ſuborta eſt cogitans, cum tamen caſu inde dramatica Tragœdiæ forma fuerit deriuata; Margitem quoque ridiculis non ea ratione conflauerit, vt inde Comœdiæ ratio ac modus deſumeretur, cum tamen caſu factum ſit, vt ex Margite ridiculæ Comœdiæ ratio ac modus deſumptus ſit, ij ſanè rem ingenioſè fortaſſe, verè certè non explicant. Nam, vt omittam hic iſtos Epopœiam pro heroico poëmate ſigillatim, imò verò pro vna Iliade & Odyſſea, vſurpare, dum Tragœdiam ab Epopœia orientem faciunt; cum tamen Ariſtoteles Epos pro hexametris vniuerſim accipiat, quæ ab initio eſſent hymnis & encomijs, quin vituperationibus quoque communia; útque rurſus mittam, iſthinc effici vt Tragœdia ab Epopoeia propter vnam formam, ob dramaticã ſcilicet imitationem, Comœdia a Margite propter materiam & ridicula orta ſit; ſanè Ariſtoteles in tumultuarium initium ſpectat, vnde Tragœdia, quippe ex tumultuarijs encomijs epiſque, Comœdia ex tumultuaria vituperatione ac iambis, coepit exiſtere. Quare ridiculæ Comœdiæ campum propter Margitem oſtendere quidem caſu potuit Homerus, Comœdiæ in vniuerſùm ac veteris,

*Qui Epopœia ſit Tragœdia parẽs: Comœdia Iãbus. Qui Tragœdia Dithyrãbica habuerit altricem. Comœdia Phallica.*

*Cur Tragœdia & Comœdia ſubitò dicantur ortæ.*

quæ

quæ probroſa erat tota ac maledica, nullo modo. & tamen hic Ariſtoteles prima Comœdiæ incunabula intelligit. Ita etiam Homerus Iliade & Odyſſea potuit Tragœdiæ iam adultæ ſpeciem quandam ac modum ſuppeditare, naſcenti certè, cùm rudis ab encomijs & Epis ex tempore dictis orta ſit, non potuit. Vt propterea Tragœdia quoque & Comœdia, quod attinet ad initia, extemporaliſ fuerit, quemadmodum tū hymni, Encomia, di- 146

*De Phallicis.* thyrambici & in vniuerſùm Epi, tum vituperationes, iambi, phallica extiterunt. Sed ſint iſta: ac quænam erant Phallica? laſciuum fuit & obſcœnum poëmatis genus, quo tum Bacchū, tum alios quoſdam laſciuos & agreſtes Deos caherent, idque petulantiùs quàm referre neceſſe ſit. & ideo diu in vrbibus, vt voluptuoſa inſtituta difficilè euelluntur, mordicus etiam a vulgo retinentur, (præſertim ſi religionis ſpecie reſperſa ſint, quemadmodū ſuperſtitioſis priſcorum Græcorum ceremonijs contigit) retenta ſunt, ad Romanos etiā turpiter propagata. De qua re legere licet quæ ſcribit Vrinenſis in hunc locum ex Plutarcho & alijs optimis antiquitatis authoribus. quibus nonnulla etiam addere licet, quæ ex

*Explicatur quoq; III. paulo latius.* varijs item authoribus ac poëtis maximè collegit Gyraldus in lib. de Dijs Gentium ſyntagmate VIII. Iam verò tertium quoque explicemus. Cū enim dixiſſet Ariſtoteles, Tragœdiam & Comœdiam extemporaneas eſſe ortas; atque illam quidem ab dithyrambicum canentibus, hanc ex phallicis, quæ adhuc perſeuerarent in quibuſdam vrbibus, paulatim creuiſſe, pergebat *προαγόντων producentibus*. vbi ſanè nullo modo crediderim, vocem illam *προαγόντων* ad phallica eſſe referendam; quaſi verò deſignare voluerit Ariſtoteles ac veluti ante oculos ponere phallica quia longo illo gradientium hominum ordine ac progreſſu celebrarentur; ſed potiùs cum *ἀπὸ τῶν* iungendum, vt intelligatur alios Tragœdiā ex Dithyrambicis, alios Comœdiam ex Phallicis promouiſſe, & ad eam amplitudinē produxiſſe, quemadmodum iam tum perſpicuum videri poterat in illis. nā pro *ἀυτῶν* omnino cum Valla *ἀυτοῖς* eſſe legendū magnopere ſuſpicor, alioquin quæ ſit voci illi ſubiecta notio, ſeu quò vox illa ſpectet, non ſatis video. niſi tamen diſtributiuè & de Comœdia & de Tragœdia, quoniam in ſingulari numero pronunciatæ fuerāt, intelligantur, & ſit ſententia, quantum iam apparuit in ipſa, quod eſt quantum vnaquæque illarū per ſe ſatis declarat. Ita quidem poſteriora hæc verba de ſola Comœdia pronunciarētur: atque illud *προαγόντων* cum poſteriore illo *ἀπὸ τῶν* eſſet nectendum, ſententiáque, ſi fiat planior, illa eſſet. Comœdia verò ab ijs creuit paulatim qui phallica (manent hæc ad hoc vſque tempus in quibuſdam ciuitatibus inſtituta legibus & confirmata) proueherēt, prout in ipſis (ſiue in ipſa) perſpicuum factum eſt. Q iam fermè ſentētiam, etſi alijs verbis, expreſſit Victorius. Quanquam cum illud *ἐξαρχόντων*, *incæptantibus* referendum ſit etiam (vt ab initio docuimus) ad *ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ* quod haud permitteret, vt cum *ἀπὸ τῶν προαγόντων* nectērētur, vix crediderim illud *προαγόντων* longiùs hoc eſt cum *ἀπὸ τῶν φαλλικὰ*, eſſe nectēdum præſertim verò quia periodis in circulum recurrentibus non facilè ſpatiatur Ariſtoteles, ſed preſsè loquitur, & Atticam adamat ſiccitatem. Itaque cum aliquibus leuiter interpungerem poſt *ἀυξήθη*, ac ſequentia verba, pro *ἀυτῶν* reponens *ἀυτοῖς*, exponerem, *progreſſum, quantum perſpicuum factum eſt, facientibus ipſis*, ſeu *procedentibus ipſis*, (Comœdia ſcilicet ac Tragœdia) prout perſpicuum iam videri poteſt. Quod eſt Tragœdiam & Comœdiam illis auctas acceſſionibus tantam feciſſe progreſſionem, & ad tantam amplitudinem perueniſſe, quanta in præſens perſpicua eſſe poteſt. Ita ſanè longè commodiùs *προαγόντων* cū verbis ſequentibus necteretur, atq; hæc peræquè ad Tragœdiā & Comœdiā pertinerent.

## PARTICVLA XXVI.

KΑὶ πολλὰς μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ Τραγῳδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν ἑαυτῆς φύσιν. καὶ τότε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος, 147
ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε. τρεῖς δὲ, καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς.

SIcque Tragœdia diuerſis mutationibus variata; quoad proprios numeros impleret, tandem quieuit. Tunc enim hiſtrionum numerum, ex vno videlicet in duos Aeſchylus primus auxit, & ea quæ circa chorum ſunt, imminuit, ſermonemque primarum partium inſtituit: quos Sophocles ipſe cum ſcenæ ornatu ad tertias vſque produxit. *Paccius.*

*Et mul-*

*ET multas mutationes cum habuiſſet Tragœdia, conquieuit: quia conſecuta eſt ſuam ipſius naturam. Ac hiſtrionum multitudinem ex vno ad duos, primus Aeſchylus produxit. Et ea quæ ad chorum pertinent, minuit. Et orationem primarum partium inſtituit. Tres autem & ſcenæ ornamentum Sophocles.* *Riccobonus*

COM. XXVI.

*Tragœdiæ mutationes variæ.*

CVM Tragœdiæ Comœdiæque tum originem, tum incrementa retulerit noſter author, poſtularet ratio vt docerer, quo pacto tandem perfectæ fuerint (ſi tamen hoc bonum conſecutæ eſſent) & abſolutæ; ita vt conquieuerint. Id igitur ſibi, quoad eius fieri poterit, declarandum proponit: ac de Tragœdia primùm: ſiue enim nobilitatem, ſiue fortaſſe antiquitatem ſiue vtranque ſpectes, par eſt vt a Tragœdia ducat initium. Quanquam, antequam docet Tragœdiam fuiſſe abſolutam & quieuiſſe, monet niſi poſt multas mutationes ſuam perfectionem atque naturam aſſecutam non eſſe. Sed quæſo te, Ariſtoteles, ediſſere priùs quæ & quales fuerint imitationes iſtæ: aut ſaltem, ſi longum ſit ad omnes, præcipuas exponito. *Ac tunc* (inquit) *hiſtrionum multitudinem ex vno ad duos primus produxit Æſchylus. ea etiam quæ ad chorum pertinent, minuit. orationem quoque primarum partium inſtituit. Tres autem* (hiſtoriones addidit intellige) *& ſcenæ ornamentum Sophocles.* Ita ſanè in hac particula tres refert, quas Aeſchylo acceptas refert, Tragœdiæ mutationes: duas quas tribuit Sophocli. De quibus ſingulis dicam ex ordine: ſi tamen priùs vnum, quod magni momenti eſt, accuratiùs explanauero: id quod faciā Controuerſia excitata in qua ne præpoſtero, qui ſe offerre videtur, Ariſtotelis ordine perturbemur, oſtenditur cur docuerit priùs Tragœdiam conquieuiſſe, tum è veſtigiò illius mutationes perſequatur. Ergo dum Ariſtoteles exponit, quę ſiue Aeſchylus ſiue Sophocles dicitur præſtitiſſe circa Tragœdiam (idem dixerim de alijs, quæ Tragœdiæ contigiſſe commemorabit in duabus ſequentib. particulis) miretur ſtatim aliquis cur Ariſtoteles priùs exponat Tragœdiam poſt multas mutationes, quaſi fluctibus agitatam denique conquieuiſſe, quia ſuam naturam ſeu perfectionem eſſet conſecuta, cum è veſtigio longo ordine tot tantáſque illius mutationes & varietates ſubijciat ac proſequatur. profectò ne prępoſtero ordine diſputaret, priùs docere debuit, & quas & quātas ſubijſſet mutationes, tum qua ratione tandem, ſuam naturam & perfectionem aſſecuta, conquieuiſſet. ſic enim & naturæ & doctrinæ ordo poſtulabat ac ratio. niſi tamen fingas priùs abſolutam fuiſſe & ideo conquieuiſſe, tum ingentem illam mutationem ac varietatem ſubijſſe. Vtinēſis igitur ſcribit, docere Ariſtotelem Tragœdiam poſt multas mutationes ad propriā naturam deueniſſe, ita vt nihil amplius in ea deſiderari poſſit. ſigillatim verò exponere incrementum Tragœdiæ & a quibus fuerit aucta, & a quibus ſingula fuerint inuenta. Vbi præpoſterum ordinē diſſimulat ac dubitationem: vel quæ ſubijciuntur, incrementa haberi vult, nō mutationes

*CONTROVERSIA XXIX.*

*Cur priùs doceat Ariſtoteles Tragœdiā poſt multas mutationes conquieuiſſe; tum verò mutationes perſequatur.*

*Vnum explicatur quod eſt locibuius fundamentum quam re Interpretes cōſuluntur prius Vtinenſis.*

148 quaſi verò non præpoſterè adhuc affirmetur, ſuam priùs naturam habuiſſe, ita vt nihil in ea deſiderari poſſet, tum verò incrementa ſuſcepiſſe & auctam eſſe. Vt omittam ab Ariſtotele non incrementa ſolùm ſed mutationes & decremēta etiam proferri, vt cum Aeſchylum ait minuiſſe chorum, ſiue quæ ad chori munera pertinerent: aut cum tetrametrum ſiue octonarium in iambicum conuerſum eſſe. Madius verò videtur ſanè commoueri: nam ideo particulam illam τότε mutat & corrigit. nam *alioquin*, inquit, *cum pluribus mutationibus mutata fuit, tunc verum non eſt dicere, quæ de Æſchylo & Sophocle in contextu dicuntur: eò minùs cum propriam adepta eſt naturam.* ſed tamen nihil præterea ſcribit, vnde nos educat è latebris. Victorius verò cum nos planiùs monuiſſet Tragœdiam mutationes accepiſſe, ac tandem poſt crebras mutationes naturam ſuam conſecutam eſſe, & in eum locum ſtatúmque veniſſe, vt commodè illic manere poſſet (quanquam Ariſtoteles non tam commodè ibi manere potuiſſe, quàm quieuiſſe ait) ſic pergebat. *Quamuis autem ſuam verámque formam iam conſecuta eſſet, tamen cum adhuc tenuis impolitaque foret, deſiderari in ea videbantur, quæ dignitatem ipſi adportarent; & ampliorem vndique honeſtiorémque eam redderent. oſtendit igitur qui primi huic rei incubuerint, & quid ei ornamenti ſtudio ſuo attulerint. Primum autem narrat Aeſchylum primum numerum hiſtrionum auxiſſe.* Hæc Victorius. quibus fatetur quidem acceſſiones illi factas eſſe multas: ſed tamen has ad ornatum ac ſummam dignitatem ſpectaſſe, non ad eius conſtitutionem & formam. Denique ſuum ſtatum iam antea conſecutam eſſe & naturam, ſed impolitam ac tenuem, ita vt quæ ſequuntur ad eam perpoliendam, & amplificandam pertineant: etſi alioquin iam eſſet conſtituta & in ſuo illa ſtatu poſſet conquieſcere. Quæ ſanè opinio, dum

*Madius.*

*Victorius.*

interpretes cæteri rem clauſis prætereunt oculis ac fatentes mutationes quoque ſubijci (id quod ſigillatim Mutinenſis rotundo fatetur ore) repugnantiam & præpoſterum ordinem præteruolant, fortaſſe tolerabilis videri poſſet. Tametſi mihi quidem iſthæc non magnopere ſatisfaciũt. ſiquidem video mutationes ſubijci magnas, nam iam etiam commutari cum dicatur è ſatyrica & ſaltatoria ſtabilem factam: &, quod caput eſt, rurſus ſignificatur ex nouis hiſce mutationibus ſiue incrementis & decrementis ſuam naturam eſſe conſecutam. ita vt hæc non ſolùm ad ornatum & dignitatem, verùm ad perfectionem pertineant & naturam. Ipſe igitur crediderim omnino Ariſtotelem (id quod ab initio indicare cœptam) quippe qui monuerat Tragœdiam poſt mutationes multas ſuam adeptam eſſe naturam, continẽter docere quæ & quales fuerint mutationes illæ, & quomodo poſt multas mutationes tandem eam perfectionem & naturam ſit conſecuta, quã ſignificare cœperat. Ita ſanè ordo perſpicuus erit ac naturæ conſentiens: cum priùs paucilſimis ac ſummatim moneat mutationes ſubijſſe multas, indeque ad perfectionem perueniſſe: tum hæc omnia, ne temerè iſthæc effutire videatur, doceat & explanet copioſè.

*Authoris ſententia.* *Pag. 86. m.*

*Explicantur à mutatiões ſingula. I.*

Nunc redeo ad mutationes ſingulas. ac primùm ait hiſtrionum multitudinem ab vno ad duos primùm ab Aeſchylo fuiſſe productam. ſed quî obſecro ab vno ad duos? fierine poteſt vt antea Tragœdia ab hiſtrione perageretur vnico? præſertim verò cum iam Tragœdia tum dramatica apparuiſſet, tum ex Dithyrambicis ſuſcepiſſet incrementa? Et ſane vt exoriente illa author ipſe Tragœdiam quam ſcripſerat lectitando, vel etiam ſi quo modo poſſit, actitando ſolus quoquo modo repræſentaret (tametſi longè imperfecta fuiſſet repreſentatio) non difficile crediderim: de qua tamen re ſuo loco. ſed vt poſtea quàm dramatica facta, in publicúmque producta, multíſque incrementis aucta eſt, ab vno tantùm hiſtrione perageretur, id verò intelligi nullo modo poteſt. Itaque facilè interpretes concedunt Tragœdiam a choro peragi conſueuiſſe vetuſtis temporibus, Theſpin tamen, chori ſubleuandi cauſa, & vt reſpiraret interdum, hiſtrionem vnum induxiſſe, qui aliquid muneris ſubiret. Poſt Theſpin verò factum vt Aeſchylus ab vno ad duos, Sophocles etiã 149
paulò poſt duobus ad tres produxerit hiſtriones. quæ ſententia plauſibilis, imò verò conſtans videri poſſit, vbi duos euellamus ſcrupulos. Primus eſt cur Ariſtoteles dum mutationes iſtas ſiue incrementa & decrementa perſequitur, non ab vno hiſtrione cœperit: imò verò a choro, atque inde ad primum hiſtrionem deuenerit, tum ad reliquos. Alter atque is ſanè difficillimus & confragoſus, quî fieri iſtud potuerit ab Aeſchylo aut Sophocle, cum iſtorum, quæ in præſens etiam feruntur Tragœdiæ, octo etiam ac nouem hiſtrionibus conſtent præter chorum.

*Dubitatur duo; I. II.*

*Ad Primum.*

Quod attinet ad primum, reuera Chorum peregiſſe priùs Tragœdiam vniuerſam, tum vnum a Theſpi additũ hiſtrionem, mox ab Aeſchylo alterum, tertium deinde a Sophocle, docent interpretes pulcherrimum Laërtij locum ex Platonis vita referentes, qui eſt huiuſmodi. *Quemadmodum olim Tragœdia priùs quidem chorus ſolus agebat: poſtmodum verò Theſpis vnum inuenit hiſtrionem, vt chorus interdum requieſceret; ſecundum poſtea Aeſchylus adiecit; & tertium Sophocles: atque in hunc modum Tragœdia conſummata eſt: ita cum philoſophiæ ratio dudum circa vnam tantùm Phyſicæ ſpeciem verſaretur: acceſſit Socrates, & adiecit Ethicam; tertiam Plato Dialecticam addidit, & conſummato Philoſophiæ operi extremã manum appoſuit.* Hæc iſte. ex quibus licet nondũ facilè conſtet quomodo chorus ſine hiſtrionibus perageret fabulã (de qua tamen re, ne tam multa ſimul inuoluamus, opportuniore loco) conſtat tamen verè hiſtriones auctos perinde atque indicat Ariſtoteles. Cur autem non initiũ ducat a choro & primo hiſtrione, inde contingere potuit, quòd iſthæc ad conſtitutionem ſiue inchoationem pertinuerent, non verò ad mutationes, quæ ſunt conſecutæ, aut incrementa & decrementa, quæ ſucceſſerunt.

*Ad ſecundum.*

Denique cum antea monuiſſet a Dithyrãbicis fuiſſe auctam, par eſt exiſtimare, hanc non modò chorum (alioquin nulla fuiſſet verius) verùm hiſtrionem habuiſſe, qui fortaſſe choro cui erat apprimè neceſſarius, ſtatim ferè ſit additus. Quod pertinet ad ſecũdum; mira inter interpretes exiſtit diſcordia; ita vt rem latiùs diſputare, ac propterea ad Controuerſiam reuocare cogar, quæ ſanè erit huiuſmodi. Quî tandem hiſtriones Aeſchylus ad duos, Sophocles ad tres, perduxerit tantùm, cum in eorũ Tragœdijs multò plures offendantur. Ergo Mutinenſis, quem ſequitur Riccobonus, cum rem mirè inuolutam animaduerteret tres iſtos hiſtriones ſic accepit, vt tres hiſtrionum formas voluerit deſignari. Sed rem, ſi placet, ex Ricoboni verbis & paraphraſi (neque enim Italica authoris verba referre lubet) agnoſcamus qui cum dixiſſet per chorum intelligendam multitudinem interlocutorum, ſic pergebat. *Primùm igitur Chorus ſolus, id eſt ſoli interlocutores agebant Tragœdiam, ſine ſaltatione*

*Cuius cauſa inſtituitur.* *Mut. p. 86. Riccob. p. 23 & 24.*

cantu

Digitized by Google

*cantu & ſono: poſtmodum verò Theſpis vnum inuenit hiſtrionem, ideſt vnam ſpeciem hiſtrionum, vt etiam infra Diogenes nominat vnam Phyſicæ ſpeciem, & intelligit alteram ſpeciem fuiſſe Ethicam, tertiam Dialecticam. Iam illa ſpecies hiſtrionum quam inuenit Theſpis ſimul ſaltabat, canebat, & ſonabat. Secundum poſtea hiſtrionem Aeſchylus adiecit, ideſt ſecunda ſpeciem hiſtrionũ, ita vt vna ſpecies & multitudo caneret & ſonaret. Tertiũ hiſtrionẽ Sophocles adiunxit, ideſt tertiam ſpeciẽ hiſtrionum, ita vt vna multitudo caneret, altera ſonaret, tertia ſaltaret. Iam ad Ariſtotelẽ veniamus, qui ait Aeſchylũ in Tragœdiam tria incrementa intuliſſe, nempe produxiſſe multitudinem hiſtrionum ex vno ad duos, ideſt ex vna ſpecie ad duos: minuiſſe partes chori, vt non niſi ad diſtinguendos quinque actus introducerentur.* Hæc Riccobonus: quæ ex Mutinenſi ferè transtulit ad verbum. Ego verò magnopere vereor vt iſtis aſſentiri poſſim: nam neque ex propoſito Laërtij loco niſi temerè tres iſtæ hiſttionum ſpecies deſumuntur (quibus enim ſignificantioribus verbis vti potuiſſet, ſi tres numero hiſtriones deſignare voluiſſet? aut cur in re alioquin abſtruſa tres iſtas ſpecies non commemorauit, aut aliquo modo deſignauit, cum facillimè & vna ſpeciei vocula res effici poſſet perſpicua?) neq; veriſimile vllo modo eſt, vt cũ Tragœdia iam antea a Dithyrambica incrementum accepiſſet, quod incrementum tum in rhythmo & ſaltatione, tum in harmonia & cantu poſita erat vel maximè, hæc eadem deinde a

150 *Vid. Mut p. 84. f. & Ric. p. 23. m.*

Theſpi acceperit, qui primã illam hiſtrionum ſpeciem, hoc eſt vno eodémq; tempore ſaltantium, canentium, ſonantiúmque, addiderit. Quid plura? ſecũ ipſi mirificè pugnãt iſtius authores ſententiæ: cum. n. iam antea ſcripſiſſent incrementa, quæ ex Dithyrambica recepit Tragœdia, fuiſſe ſaltationem, harmoniam & cantum, qui obſecro hæc accepit a Theſpi, qui Tragicus fuit non Dithyrambicus? Itaque rectius Victorius qui longe antea eum Laërtij locum obſeruauerat, ex quo tres numero hiſtriones collegit; hiſtrionum ſpecies illas ne ſuſpicione quidem attigit. Sed quàm falſa ſit iſtorum ſententia, ex vera quæ poſt paulò perſpicua fiet, conſtabit adhuc planiùs. Alij igitur ſunt interpretes conſulendi: inter quos Vtinenſis nil aliud habet niſi quod Ariſtoteles ipſe; Aeſchylum. ſ. hiſtriones prætuliſſe duos? quam rem cæteroquin præteriens ad eum Luciani locum nos reijcit, quem iandiu attulerat. in quo tamen loco (is eſt. n. in quo docet quomodo Dithyrambicus tripartita illa vteretur inſtrumentorum varietate) oſtendit tantùm hiſtriones choro additos, vt reſpirare illi tantiſper & quieſcere poſſent: ſed quales eſſent hiſtriones iſti, ſeu quomodo numerus auctus ſit, non perſequitur. Perſequitur tamẽ Victorius & Alexãder: qui ſine vlla dubitatione vnum numero hiſtrionem priori additum ſentiunt. Quanquam dũ

*Pag. 18. m.*

vrgetur apud Aeſchylum multò plures in Tragœdijs ſingulis præter chorum hiſtriones offendi, non eodem modo nodum diſſoluunt. ſiquidem Victorius ſecundum ait inductum hiſtrionem ab Aeſchylo, quia cum vnus tantùm, uel ſecum ipſe uel cum choro loqueretur antea, ſecundus additus eſt, qui vel ſecum, vel cum priore hiſtrione aut etiam cũ choro verba faceret. Itaque poſt multa ſic concludit. *Quare putandum potiùs intellexiſſe, Aeſchylum duos hiſtriones eodem tempore in ſcenam induxiſſe, cum priores, quamuis & ipſi conficerent fabulas ex pluribus hiſtrionibus, non inducerent tamen ipſos inter ſe ſermonem inſtituentes, ſed ſeorſim exponentes, quod ipſis videretur.* Quæ ſententia fuerat etiam Madij, qui etſi quampauciſſimis illam attingit, attingit tamen, nã ait, *Cum vnus antea ſolus loqueretur, Aeſchylus duos ſimul lo-*

*Pag. 83. p.*

*quentes induxit.* Ita ſanè nihil prohibet quominus lõgè plures hiſtriones habuerint Tragœdiæ ſingulæ apud Aeſchylum, cum tamen niſi ad duos auxiſſe hiſtriones nõ dicatur. & ſanè ſi quis curioſiùs obſeruet, intelliget Aeſchylum nuſquam in ſuis Tragœdijs niſi vnum aut duos hiſtriones loquentes facere præter chorum. Sophoclem verò tres ad ſummum; ita ut quamuis uterque multò plures Tragœdiæ adhibeat hiſtriones; veruntamen ille ad duos, hic ad tres, quemadmodum Ariſtoteles item teſtatur, colloquentium hiſtrionum produxerit numerum, & hoc eſt etiam quod Horatius nos admonet in Poëtica, cum ſcribit,

*Nec Deus interſit niſi dignus vindice nodus*
*Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.*

vbi interpres *In dramate*, inquit, *tres perſonæ ſolæ agunt: quarta muta eſt: quamuis latini plures perſonas in fabulis introduxerint, vt ſpecioſiores frequentia facerẽt.* Et huc pertinet illud Martialis

*Comœdi tres ſunt, ſed amat tua Paula Lupercos*
*Quatuor.*

Id quod ea maximè de cauſa factum eſt, ne ſi plures loquantur, tumultus atque confuſio gignatur. Hæc igitur (ni fallor) eſt germana huius loci ſententia. Quam tamen Alexander

L 2 oppugnat

*CONTROVERSIA XXX. & quæritur. Qu: Aeſchylus hiſtriones ad duos, Sophocles ad tres, perduxerit tantùm. cum multò plures apud eos numerentur.*

*Mutinenſis & Riccobonus. Refelluntur.*

*Vtinenſis.*

*Victorius: cuius ſententia excipitur, & confirmatur multis.*

*Alexander: qui Victorij oppugnat ſententiam: ſed refellitur.*

oppugnat ea maximè de cauſa, quòd ante Aeſchylum etiam neceſſe fuerit non vnam introduci perſonam ſed plures. Itaque Aeſchylum ad duos hiſtriones multitudinem produxiſſe ait; quia cum antea vnus idémque hiſtrio varias perſonas ſubiret, & perſona commutata, modò hunc modò illum referret, Aeſchylus, vt res peragetur commodiùs, alterum addit hiſtrionem, qui item modò hanc modò illam imitaretur perſonã, atque ita factum vt duo hiſtriones illi apud Aeſchylum mutatis vicibus octo verbi gratia perſonarum explerẽt munera. Ita duos hiſtriones agnoſcit in Aeſchylo, perſonas verò fatetur plurimas. Sed magnopere aberrat Alexander, & a Victorio diſcedit perperam, qui enim 151
fieri potuit, vt cum perſonæ & hiſtriones apud Aeſchylum ſibi continenter ſuccedant, tanta celeritate habitum ſpeciémque deponant, aſſumant, varient, vt vnus idémque ſibi continenter ſuccedere poſſit? nam vt antea octo vicem perſonarum, etſi variatis vicibus, vnus idémq; ſubiret hiſtrio, fieri nullo modo potuit. Denique cũ octo illæ perſonæ magnitudine & paruitate, ſexu ac proinde voce atque habitu inter ſe differrent, qui obſecro vnus aut etiam duo hiſtriones tantã perſonarum varietatẽ ſubire poterant? Nõ eſt igitur cur à Victorij ſententia, quam nos multis confirmauimus argumentis, diſcedamus: præſertim verò quia quod obijcit Alexander, friuolum eſt, nam fateor quidem ante Aeſchylos permultas fuiſſe fabulæ ac Tragœdiæ perſonas, ſed tamen non vno eodémq; tempore niſi vnus hiſtrio aut alter præter Chorũ prodibat in publicũ. ita vt nihil prohiberet octo perſonas verbi gratia & octo hiſtriones, qui ſibi tamen viciſſim ſuccederent, numerari: cum tamen deinde vno eodémque tempore duo apud Aeſchylum præter Chorum, tres apud Sophoclem, ſimul loquentes numerentur. & ideo ad duos ille, hic ad tres, hiſtrionũ dicitur produxiſſe numerum. Et quamuis non inficior poſſe interdum accidere, vt aliquis non incommodè duas, variatis item vicibus, perſonas agat, vt tamen vna aut duæ in ſcenã de more prodeant, atque octo expleant perſonarum numerum, dictu ridiculum eſt. Itaque non neceſſe eſt hoc in loco perſonas ab hiſtrionibus diſtinguere. Hæc de prima Tragœdiæ mutatione ac de Controuerſia hac tota. Nunc paucis de ſecunda Tragœdiæ mutatione agendum eſt.

*Explicatur ſecunda Tragœdiæ mutatio.*

Dum igitur ait Ariſtoteles Aeſchylum item minuiſſe chorum, ſeu minuiſſe τὰ τοῦ χοροῦ ea quæ ad chorum pertinent, ſatis intelligitur minuiſſe munera & functiones chori: cum.n. antea Chorus fabulam perageret totam ſanè accedentibus hiſtrionibus, qui aliquam fabulæ peragerent partem, vt τὰ τοῦ χοροῦ, chori inquam munera, minuerentur neceſſe eſt. & huc pertinet pulcherrimus ille Luciani locus, ad quem prouocabat Vtinenſis. ſiquidem in libello de Saltationibus declarat hiſtrionum introductum numerum, vt chorus qui ſaltationem cum cantu exerceret, reſpirare poſſet, & cantum commodiùs inſtauraret. Quapropter Vtinenſis ac Madius qui chorum imminutum ſcribunt ab Aeſchylo, quòd introductis hiſtrionibus imminuerit chori perſonas, verè fortaſſe loquũtur, ſed non ad rem. nam Ariſtoteles loquitur de functionibus chori, atque has imminutas cohærentèr docet. niſi fortè τὰ τοῦ χοροῦ vtramque imminutionem ſignificare pugnes. in qua redummodo in primis functionum agnoſcas imminutionem, non magnopere altercabor.

*III. Tragœdiæ mutatio, cui adnectuntur etiam alia multa.*

Verùm (vt ad tertiam mutationem veniam) quid ſibi vult Ariſtoteles dum poſtremò ait Aeſchylum inſtituiſſe *τὸν λόγον πρωταγωνιστεῖν, orationem quæ prima concertaret:* ſiue ſermonem prima certantem ſeu primarium? ſanè ſi verbis iſtis ſignificet Ariſtoteles ab Aeſchylo fuiſſe inſtitutum ſermonem primarum partium, quẽadmodum Paccius ſentit ac Robortellus, nihil ad rem declarandam aptius inuenias, quàm quod hoc in loco commodiſſimè idem ſcribit Robortellus. *Hiſtriones* (inquit) *quantum ego obſeruare potui, a veteribus appellabantur πρωταγωνισταὶ δευτεραγωνισταὶ, τριταγωνισταί, πρωταγωνισταί, hiſtriones erant primi ordinis, quibus maximum onus fabulæ recitandæ committebatur δευτεραγωνισταὶ, quibus ſecundæ partes. τριταγωνισταί, quibus tertiæ. Neceſſe autem erat, vt πρωταγωνισταὶ eſſent peritiores ſecundis: & ſecundi tertiis. Ideo legere eſt apud Demoſthenem in oratione περὶ παραπρεσβείας. Aeſchynem ab eo ſæpè vocari per probrum τριταγωνιστὴν, quaſi innuat illum, tum quòd fuerit hiſtrio, vilem fuiſſe: tum quòd hiſtrio tertiarum partium, multò viliorem.* Verba ſunt hæc *ἐξεβάλλετε αὐτὸν καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ μόνον οὐ κατελεύετε ὥστε ἄν τελευτῶντα τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι. Appellat eundem Demoſthenes προδότην δευτεραγωνιστὴν, quaſi ſecundariũ.* Hæc & alia, quæ per te cõſulas licet, ex Budæo inprimis & Rodigino. Ita ſanè inſtituiſſet Aeſchylus primariũ ſermonẽ, eius in quã qui multò quã cæteri plura loquerẽtur. quomodo Donatus ẽt primas partes in ea collocat perſona, quæ loquitur plurima. ſed fortaſſe frigidũ videri poſſet dictu hoc in loco eius ſermonẽ inſtituiſſe. qui plura loquatur quàm ceteri, quaſi verò nõ antea fuiſſet inſtitutus, 152

Pag. 4. m.

aut

aut etiam re ipſa, vt fit, poſtulante atque adeò cogente non priùs receptus & in more poſitus eſſet. niſi tamen dicas Aeſchylum primarũ partium ſermonẽ, quoniam præcipui eſſent momẽti, nõ quidem inſtituiſſe, ſed ad ſuam illum perfectionem adduxiſſe. Sed quanquam nõ hanc ego explicationem reprehẽderem, vtcunque etiam illos tolerarem, qui ſermonẽ primariũ ſeu πρωταγωνιστὴν ad eum referãt, qui vel authoritate primas gerat in fabula vel certè in quẽ cadit commiſeratio (talis apud Sophoclẽ in Oedipo Tyranno eſt Oedipus ipſe) longiùs tamen arridet Madij & Victorij ſententia: qui ſanè ſentiunt inſtituiſſe primarium ſermonem hoc eſt prologum. prologum verò cum dico, prima fabulæ ſeu Tragœdiæ colloquia, ſeu proloquia, intelligo, quæ coniuncta appellantur. nam Græci prologo, qui fabulam antegrederetur, ac propterea prologus disiunctus appellatur, non vtebantur. ita ſanè cum facilè hærentes diu perſeuerarent auditores, niſi primi fabulæ interlocutores ita ſermonem inſtituerent, vt inde fabulæ occaſio & argumentum perciperetur; neceſſe fuit vt huc diligens Tragicus conferret ſtudium, atque id feciſſe dicitur Aeſchylus dum παρασκευάσας (inquit Ariſtoteles) τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν quod eſt, benè primam fabulæ partem & orationem excoluit & ordinauit, vt ſcilicet ad rem totam intelligendam
Pa. 30. tanquam inſtrueret auditores. Ac talem eſſe loci vim, aptè docet Madius expendens verba, quæ paulò poſt de Comœdia pronunciat Ariſtoteles, dum ait in hoc obſcurũ eſſe qui introduxerit perſonas, prologos, hiſtrionum multitudinem & id genus alia: quaſi diceret horum omnium paulò ante authorem protulimus in Tragœdia (tametſi in hac nõ prologum, ſed ſermonem primarium dixiſſet) at in Comœdia propter obſcuritatem proferri nequit. atque huc fortaſſe pertinet quod ſcripſit Philoſtratus in Apollonij vita, dum Aeſchylum dicit Tragœdiam, cum antea eſſet confuſa, in ordinem redegiſſe. nec verò eſt quod nos magnopere perturbet, quia Euripidi hæc tribuatur gloria, vt mirificè ſtatim ab initio argumentum vniuerſum ex primis colloquijs in auditorum animos inſtillauerit. nam quod Aeſchylus tentauit, atque aliqua ex parte effecit primus, Euripides perfecit ad amuſſim: ita vt eius Tragœdiæ hanc in primis laudem ſibi vindicent. De qua re ibi aliquid dicemus, vbi Ariſtoteles de Tragœdiæ præcipit prologo. Vnum tamen addo: Mutinenſem & Riccobonum, qui ſcribunt Aeſchylum inſtituiſſe orationem primatum partium, ita. ſ. vt maiora præmia agentibus primas partes proponerentur, videri ab ſcopo aberrare longiùs. nam nec authorem proferunt vllum, vnde probent varios iſtos præmiorũ ordines & gradus fuiſſe, quæ hiſtrionibus proponerentur, nec Aeſchyli erat & poëtæ præmia proponere hiſtrionibus, ſi quæ proponebantur, ſed aliorum. nec verba illa *παρασκευάσας τὸν λόγον, instituit ſermonem*, niſi ineptè, id exprimerent quod iſti commentantur: dicendũ. n. fuiſſet aut præparaſſe præmia non orationẽ. Hæc de ijs quæ ab Aeſchylo mutationes aut incrementa profecta ſunt in Tragœdiã. Tametſi non eſt quod inficiemur alia quoq; multa in eãdẽ fuiſſe ab Aeſchylo partim mutata, partim inuẽta. nã & pulpita ſternere cœpit, & cothurnũ inuenit, & pallã ſeu ſtolã quæ plurimũ haberet dignitatis: aliquid ẽt eius ſtudio ſaltationibus acceſſit vel adiumenti vel ornamenti. idem quoque vetuit ne cædes coram ſpectatoribus fierent, locutionem quoque auxit ac magnificam fecit. quin etiam ſunt qui perſonam ſeu laruam inueniſſe dicant; de hac enim locutus videtur Horatius in ſua Poëtica cum caneret,

*Poſt hunc perſonæ pallæque repertor honeſtæ*
*Æſchylus.*

153 Ita demum ab Athenienſibus his omnibus de cauſis Tragœdiæ parens eſt appellatus. Tametſi vt facile fuit inuentis addere, ac vetera magis ac magis excolere, procedente tẽpore non omnibus (id quod ex Quintiliano intelligere licet) vndequaque ſatisfecit Aeſchylus. Atque hæc de Aeſchylo. Nam ſi illud mireris quòd cum tam multa adinuenerit Aeſchylus, tã pauca de eo cõmemoret Ariſtoteles, (vel enim præterẽdus ille fuerat, vel pro dignitate illius induſtria & ſtudium referendum) iam ſat ſit monuiſſe, fateri ad extremum Ariſtotelem alia multa poſſe proferri, quæ Tragœdiæ acceſſiſſent: ſed tamen operoſius eſſe de omnibus dicere, ac propterea quæ commemoraſſet, ſatis videri poſſe. Itaque Ariſtoteles generatim indicauit ea quæ quis ſiue de Aeſchylo, ſiue de alijs proferre poſſet, cũ tamen interim ſigillatim non attingantur, Iã verò, vt ad Ariſtotelẽ redeam, facilè intelligere *Quarta Tragœdiæ mutatio.*
licet cur ſubiungat *τρεῖς δὲ Σοφοκλῆς, tres autem*, hiſtriones nimirum, *Sophocles*. quod eſt tres cœpiſſe hiſtriones vno eodémque tempore in ſcenam inducere, cum antea Aeſchylus duos tantùm feciſſet loquentes. quod ſanè haud aliter eſſe intelligendũ quàm nos, Madij

etiam ac ne vix quidem abſuit Madius. quibus tamen acriter reſtitit Victorij prior, tum Alexander, qui pari conſenſione docent Ariſtotelem vnum tantùm præcipere, Tragœdiæ ſcilicet magnitudinem a paruis fabulis ac ridicula locutione liberatam, tandem aliquando ſuam granditatem & dignitatem accepiſſe. Ita ſanè illi Tragœdiam ex parua magnã, ex ridicula grauem faciunt verbis iſtis. ij contra Tragœdiæ magnitudinem breuitate ridiculáque locutione liberant. Nec profectò ab ijs diſſentiendum (neque enim id græca verba patiuntur) diſcedendúmve eſt. Tametſi docendum quo pacto non ineptè Ariſtoteles ita locutus ſit. nam reuera Tragœdia aut fabula exiguitate & ridiculo ſtylo liberata ſuámque grauitatem adepta commodè diceretur: quandoquidem nimia breuitas, multò verò magis ridicula locutio, minùs graue, imo leue, efficiunt poëma; ſed magnitudinem, vt dicebam, fieri grauem, & ſolui ridiculis, & ſerò grauem effici, ineptè. Nam quod Victorius (vt leniret, credo, locutionis aſperitatem) ἀπεσεμνύνθη vertit *granditatem honeſtatémque ſuam nacta eſt*, ſanè de Tragœdia & fabula appoſitiſſimè pronunciaſſet. ſiquidem granditas breuitati, honeſtas ridiculæ locutioni, opponeretur egregiè. ſed dum adhuc magnitudo granditatem honeſtatémque accepiſſe ſcribit, id verò non videtur limatis Ariſtotelis auribus ſummóque iudicio dignum. Idem dixerim dum Alexander duritiem item mitigare nititur, monẽs illud ἐκ μικρῶν μύθων, non tam *ab paruis fabulis* quàm ab vilibus fabulis (quæ ſententia Mutinenſis quoque fuit) eſſe vertendum. nam præterquam quod licentiùs verba iſta interpretatur (& ideo ne ipſe quidem in ſua translatione μικρῶν *breuibus* vertit) adhuc magnitudinem cogimur ad grauitatem ex vilibus fabulis & locutione ridicula reuocare, cum tamen de Tragœdia, non de grauitate id eſſet pronunciandũ. Ita ſane vtrinque ſunt anguſtiæ. Vt minimè mirum Riccobonum totum hunc locum præter morem pauciſſimis verbis attigiſſe ac ſententiam maiore adhuc obſcuritate inuoluiſſe. ſic enim ſcribit, *Incertos autem quoſdam authores alia quadam inſtituiſſe; vt ab humilitate materiæ & ſermonis ad grauitatem extolleretur*. Quibus verbis Tragœdiam non magnitudinem vindicata materiæ & ſermonis humilitate. An igitur τὸ μέγεθος eſt accuſandi caſus? ac propterea hæc *Reſpondetur.*
1551 de Tragœdia (de hac enim modò loquebatur) ſunt efferenda, (quod tamen μέγεθος in recto non patitur) ita vt ſit ſententia, *Præterea verò* (Tragœdia ſcilicet) *magnitudine ab exiguis fabulis, quæque ridicula locutionis eſſent, grauitatem, cum ex ſatyrica mutata ſit, dignitatémque tandem eſt aſſecuta?* Ita quidem ſententia hæc eſſet, Tragœdiam, etſi ſerò, grauitatem & dignitatem accepiſſe ſuam, quòd cum ſatyricum habitum abiecerit, magnitudinem ab exiguis ridiculæque dictionis fabulis liberarit. Quanquam quoniam magnitudo ſæpè optimis authoribus grauitatem ſignificat & dignitatem (ſic enim Ariſtoteles dixit μέγεθος τῆς ἀρετῆς magnitudinem virtutis) tutius eſt affirmare τὸ μέγεθος hoc in loco ſignificare non tam magnitudinem, quæ paruitati opponitur aut breuitati, quàm granditatem, quæ tum ex materia, tum ex locutione gignitur, quam appellare poſſumus dignitatem ac nobilitatem ſeu maieſtatem. Ita ſanè talem magnitudinem hoc eſt dignitatem tum fabularum breuitati & exiguitati, tum locutionis humilitati opponere liceret, ita vt breui fabula ridiculáque locutione reiecta, ad ſuum illam decus & debitam dignitatem (id quod ἀπεσεμνύνθη commodè ſignificare poteſt) tandem poſt longum tempus (nam id etiam valere poteſt) ὀψὲ traducta ſit. Sic ſanè qui ad perpolitam dicendi rationem cæteros informat Ariſtoteles, non *Dubitatur* impolitus & rudis, ſed limatus & elegans videri poteſt. Iam verò illud etiam dubitari poſſet, num Ariſtoteles hanc mutationem Sophocli acceptam referat, quemadmodum cenſet Madius, an nullo probato authore (quia ſcilicet ignoraretur) eam in medium afferat. Qua in re cum verba, præſertim ſi græcè expendantur, nullo modo faueant Madio, nil eſt *Reſpondetur.* quòd a cæteris diſcedamus. Poſtremò dubitari quoque poſſet quomodo antè ſatyrica eſ- *Dubitatur* ſet Tragœdia, ac num verè ſatyricas perſonas abiecerit, vel potiùs ſtylũ & habitum quẽ- *item.* dam. Etenim Vtinenſis & Madius, quos Alexander etiam ſequitur, de perſonis locum interpretantur, quas ſuo quodam modo inſertas Tragœdijs credidere, præſertim ad Tragœdiæ temperandam ſeueritatem. Cõtra Victorius negat perſonas fuiſſe Tragœdijs immiſtas, ac propterea ſentit de ſatyrica locutione tantùm intelligendum Ariſtotelem. Cui *Reſpondetur.* ego quidem non ægrè aſſentior: ſiquidem Ariſtoteles eo tantùm nomine è ſatyrico mutatam dicit Tragœdiam, vt hanc ridicula locutione liberatam probet. quod ſi ſatyri quoque eiecti eſſent, multò plus ad Tragœdiæ ſanitatem & dignitatem declarandam id pertineret, quàm vt hoc reticendum vel perſpicuè haud efferendum fuiſſet. In quam ſententiam eò procliuior feror, quòd in ſequenti particula etiam de ſatyrica huiuſmodi

poëſi

poëſi mentionem facit:nec tamen ſatyros ipſos ſed locutionem tantùm deſignat.Tametſi vtrum reuera cum Tragœdia ſatyri ipſi miſcerenrur (aliquando ita vt ij etiam interdum potuerint a Tragœdia repelli,nolim hoc tempore definire. Tantùm dicam mirum eſſe ex iis quæ ſuperſunt Aeſchyli.Sophoclis,Euripidiſque Tragoediis (ſuperſunt enim non paucæ)nullam,Cyclope excepto,habere ſatyros qui etiam ſatyros haber in choro tãtùm, & quia drama ruſticorum eſt,atque ab vrbe procul habitũ.Nam quod ait Vtinenſis ideo non extare in præſens ſatyricas quæ ab Aeſchylo & Sophocle Tragœdiis adhiberẽrur recitationes,quòd non pertinerent ad fabulã,& ideo non fuerint cum Tragoediis ipſis cõiunctæ,vereor vt fidem inuenire poſſit;cum præſertim in Euripidis Cyclope ſatyri ita cũ Tragoediis reliquis permiſti ſint quibuſcum paſſim verba faciunt, vt ſine fabulæ mutilatione (vt ita dixerim) & corruptione ſeiungi haud queant. ſed tamen illud Horatii.

*Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum,*
*Mox etiam agreſtes ſatyros nudauit,& aſper*
*Incolumi grauitate iocum tentauit:eò quòd*
*Illecebris erat & grata nouitate morandus*
*Spectator,*

clariùs oſtendit ſatyros aliquando fuiſſe Tragœdiis aliquo modo adhibitos & implicatos,quàm vt diſſimulari poſſit.præſertim quòd ſequitur,

*Verùm ii riſores,ita commendare dicaces* 155
*Conueniet ſatyros:ita vertere ſeria ludo,*
*Ne,quicunque Deus,quicunque adhibebitur heros*
*Regali conſpectus in auro nuper & oſtro,*
*Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.*

Sed quicquid ſit,Ariſtoteles ſatyricam locutionem tãtùm abiectam indicat in præſentia.

# PARTICVLA XXVIII.

*ΤΟ', τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο, διὰ τὸ σατυρικὴν, καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν. λέξεως δὲ γενομένης, αὐτὴ ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον εὗρε, μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖον ἐστί. σημεῖον δὲ τούτου. πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, ἑξάμετρα δὲ ὀλιγάκις, καὶ ἐκβαίνοντες τῆς λεκτικῆς ἁρμονίας. ἔτι δὲ ἐπεισοδίων πλήθη: καὶ τὰ ἄλλα ὡς ἕκαστα κοσμηθῆναι λέγεται. περὶ μὲν οὖν τούτων τοσαῦτα ἔστω ἡμῖν εἰρημένα. πολὺ γὰρ ἂν ἴσως ἔργον εἴη διεξιέναι καθέκαστον.*

SEnariúmque metrum ex octonario adoptauit.hoc enim antea metro vtebantur, quòd ſatyrica magiſque ſaltatoria Poeſis eſſet.Itaque elocutioni iam conſtitutæ natura ipſa proprium adinuenit metrum. Maximè enim ſermonibus aptum alternis iambicum eſſe,argumento ſit,quòd in diſſerendo plurimi ſanè iambici, rariſſima verò exametra mutuo in ſermone a nobis proficiſcuntur, licet etiam colloquij ipſius armoniam excedentibus.Ad hæc epiſodia quoque plura cæteráque,vt ſingula exornata fuiſſe dicuntur. De his igitur ſatis; nimis enim fortaſſe operoſum ſit in ſingulis commorari. *Paccius.*

COMM. XXVIII. *AC metrum ex tetrametro iambicum factum eſt.Nam primùm tetrametro utebantur;propterea quòd ſatyrica & magis ſaltatoria erat poeſis.Locutione autem nata ipſa Natura proprium metrum inuenit. Maximè uerò ſermone accommodatum omnium metrorum iambicum eſt.Signumque cuius rei eſt, quod plurima iambica proferimus in collocutione quam inuicem habemus; hexametra verò raro & exeuntes ex accommodata ſermonis harmonia.Praterea uerò epiſodiorum multitudines & alia, ut ſingula ſe habent,ornata eſſe dicuntur.Ac de his quidem tam multa a nobis dicta ſint: plura enim fortaſſe dicenda eſſent,ſi ſingula eſſent explicanda.* *Riccobonus.*

DVAS

COM. xxviii 157

VII. & VIII. *Tragœdiæ mutatio. Explicatur VII.*

DVas in hac particula ſubijcit Tragoediæ mutationes; nam ait metrum ex tetrametro factum eſſe iambicum, & epiſodia atque id genus alia, quæ Tragoediæ ornandæ ſeruire poſſent, in eam eſſe inuecta. Et quidem, quod pertinet ad priorem mutationem, Ariſtoteles, vt de ea conſtet planiùs, monet olim Tragicos vſos eſſe tetrametro, idque quia hæc poëſis eſſet ſatyrica καὶ ὀρχηστικωτέρα, & ad ſaltationem multùm inſtructa. quaſi dicat, illud metri genus fuiſſe viitatum, quod per idem tempus eſſet opportunum: opportunum verò illud eſſet quod ſaltationi ſatyricaéque leuitati, ad quam Tragœdiæ ab initio eſſet procliuis, ſeruiret. hoc verò fuiſſe tetrametrum vel vnum vel maximè, cum hoc ob pedum mobilitatem ac veluti agilitatem ſaltationi eſſet aptiſſimum. Quanquam locutione (ſubdit Ariſtoteles) exorta, quod eſt (vt ego quidem interpretor) honeſta & Tragœdiæ debita, de qua paulò ante loquebatur, locutione adſcita & in ridiculæ locum ſuffecta; Natura metrum quoque ſibi aptum adinuenit & conſentaneum: atque hoc eſt iambicum: ſiquidem inter metra omnia iambus eſt locutioni aptiſſimus. Ita ſanè quemadmodum tetrametrum adhibitum eſt Tragœdiæ, dum ſatyrica magis eſſet & ſaltatoria, quàm ad grauitatem ſpectaret; ita ſatyrica leuitate abiecta, & ridicula locutione in ſaniorem & honeſtiorem commutata, iambus quippe ſermoni non minùs quàm tetrametrum ſaltationi accommodatus, Natura ipſa docente adſcitus atque retentus eſt. Atenim vndenam conſtat iambū inter cætera metra eſſe locutioni aptiſſimum? inde (inquit Ariſtoteles) quod inter ſermocinandum & colloquendum ne cogitantes quidem plurimos iambos proferre ſolemus paſſim: hexametros contrà pauciſſimos, idque tunc ſolùm cum familiaris ſermonis tonum ac veluti fines aggredimur. vix enim cur a plebeio pedeſtrique dicendi genere ad magnificum ſonorúmque exurgit aliquis, hexametrum fundit aliquem, ac ſummatim præter morem quotidiani ſermonis. Hæc de prima mutatione. De qua antequam ad alteram progrediar, lubet pauca quædam ſciſcitari, vt ſententia, etſi iam non nihil dilucidata, adhuc efficiatur illuſtrior. Ac primùm poſtulaſſet ſanè ratio vt locutio quoniam metro ſeruit, adinuenta fuiſſet metro accommodata, non è contrario. Itaque perturbatus hic & præpoſterus videtur proferri ordo. qui ſanè eò magis vitioſus videri poteſt, quòd Naturæ tribuitur, quaſi verò ipſa metrum locutioni adinuenerit conſentaneum. *Dubitatur* Qua in re illud occurrit, vnde huic dubitationi ſatisfaciam. Tragœdia quemadmodum poëſis vniuerſa αὐτοσχεδιαστικῶς & tumultuaria fermè ratione orta eſt. Cum igitur propter inconſiderantiam ſatyrica leuitas hoc eſt ſaltatio & ridicula oratio fuiſſet in eam inuecta neceſſe fuit vt antea inſanæ huic leuitati conſuleretur. *Reſpondetur.* Itaque ridicula locutio ac ſatyrica ſaltatio tanquam morbus propulſata fuit priùs, tum vt perfecta illi ſanitas ac naturalis decor tribueretur iambus illi tributus eſt, vnde ſuam illa grauitatem & honeſtatem commodiùs retineret. Quapropter licet naturalis ratio poſtulaſſet, vt ordinata illius conſtitutio iambum, iambus honeſtam locutionem afferret, ac proinde locutio ipſa metro ſeruiret, quia tamē Tragœdiæ ab initio præpoſtera fuerat ratione conſtituta, ratio poſtulauit vt a locutione, quæ priùs eſſet abijcienda, ad metrum quo Tragœdia eſſet perficienda, fieret progreſſio. Sed & requiri poſſet vt planiùs efficeretur & exemplis illuſtraretur, quod tum de Tetrametro tanquam maximè mobili & ſaltationi accommodato, tum de iambo quippe grauitati & ſermonis honeſtati apto, ſignificabatur. id enim, quoniam hoc tēpore haud viget talis ſaltationis exercitatio, obſcurum videri poſſet. Sanè perfectum tetrametrum (hoc nos octonarium appellamus: aliqui etiam quadratum) poſt priſcos Tragicos parùm vſitatum inuenias. ſed tamen quoniam exempla ſuppetunt aliqua, octonarium perfectum eſt illud, teſte Seruio, *Iam de Tetrametro & Iambo.*

*Pelle tonſis terga Ponti, vela tende; iam pergamus.*

& in Terentio

*Qui poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo,*
*Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit, neque id ægrè tulit.*

& rurſus

158 *Enim verò Daue nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſocordiæ,*
*Quantum intellexi modò ſenis ſententiam de Nuptijs.*

atque hæc ſatis eſſe poſſunt octonarij exempla: de perfecto loquor, nam imperfecta octonaria apud Senecam occurrunt paſſim & verò vſitatiora ſunt. huiuſmodi eſt illud.

*Pallidi ſauces Auerni, vóſque ferales ſpecus.*

Hæc

Hæc igitur carmina, propterea quòd mobilitatem quandam habent, (quadrata enim dicuntur non propter ſtabilitatem ſed quia quatuor conſtent menſuris) ſaltationi accommodata ſunt. Id quod Ariſtoteles rurſus nos admonuit in III. Rhetoricorum, cum diceret tetrametrum valde incitatum & lubricum eſſe: quod ſanè accidit ea maximè de cauſa quòd tum choræo ac tribracho vtitur, qui celeres ſunt, tum maximè trochæo gaudet, qui rotato veluti curſu, vnde nomen quoque inuenit, deferri ſolet. ſed tamen octonarius verſus non facilè ex tempore funditur: ſiquidem longè difficile eſt vt octo huius rationis pedes nulla adhibita cura atque adeò fortuitò iungas ac fundas. ſecus de iambo qui vt breuior eſt & licentior, nobis, ne cogitantibus quidem, excidit ſæpè: & verò eſt aptiſſimus dramaticis colloquijs qualia in Tragœdia cernas & Comœdia. Itaque eleganter Horatius,

*Hunc ſocci cæpere pedem grandeſque cothurni,*
*Alternis aptum ſermonibus, & populares*
*Vincentem ſtrepitus & natum rebus agendis.*

& ideo ab Ariſtotele λεκτικὸς dicitur, quia ſcilicet colloquio ſit aptiſſimus. idem etiam πρακτικὸς appellatur quòd ſit rebus agendis accommodatus: dicitur verò populares ſtrepitus vincere, quòd dum altiùs effertur ac perſonatur, ſuperat populi ſtrepitum. Quanquam longè varius eſſe ſolet: etſi enim ab Ouidio duo videntur proferri iambi genera, perfectum vnum ac velox, imperfectum alterum, & claudum, (ideo enim ſic canit.

*Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur iambus,*
*Seu celer extremum ſeu trahit ille pedem.)*

veruntamen vſu receptum eſt, vt mirè varietur, ac paſſim fiat pedum mutatio & modorum: de quibus tamen non neceſſe eſt plura dicere hoc tempore. Illud potiùs dubitarim, *Dubitatur* cur non ſaltationi aptiſſimus ſit iambus, præſertim verò is qui celer dicitur & mobilitatem refert? Certè ab Horatio pes citus dicitur, a Terentiano præpes: & Auſonius,

*Iambe Parthis & Cidonum ſpiculis,*
*Iambe pennis alitum velocior,*
*Padi ruentis impetu torrentior,*
*Magni ſonora grandinis vi denſior,*
*Flammis coruſcis fulminis vibratior,*

canit vt huius celeritatem admirabilem exprimat. & Horatius. *Od. 11.*
*Et in celeres iambos, cecinit rurſus.* *libr. 1.*

Quin etiam cum metrum locutioni aptum a Natura inuentum dicatur, metrum verò illud fuerit, vnde locutio ἀπεσεμνύνθη, grauis inquam facta eſt, Tragœdia; quî obſecro iambus velocitatis quoque nomine celebratur? Nam cur ad latinorum iambos confugias, qui adſcitis ſpondeis illos effecerunt grauiores, non habeas, cum hac in re minùs liberi eſſent Græci. *Reſpondetur.* Vel igitur dicendum eſt iambum quippe breuiorem, fuiſſe tetrametro quippe multò longiore, ſaltationi minùs accommodatum, cum in ſaltatione præſertim laſciua & ſatyrica, maior pedum fluxio & longior exigatur: vel etiam iambum, quantumuis celeritatem referret, non potuiſſe cum tetrametro de celeritate contendere.

*Dubitatur rurſus.* Denique illud etiam requiritur, cur dicat Ariſtoteles hexametra ratò a nobis proferri, 159
cum iambum tetrametro tanquam antidotum opponeret nō hexametrum. Ac profectò non dubitarim hexametrum eſſe difficillimum vt interloquendum ex tempore effundatur: nam verba, vnde continenter ſex pedes exiſtunt, ac tales quales hexametro conficiendo requiruntur, ex tempore vix vnquam pronunciantur, cum tamen è contrario facile ſit ea inter loquendum verba continenter proferre, vnde iambus coagmentetur: præſertim verò quia (vt ſignificare cœperam) tanta eſt iambi licentia, & pedibus tantopere variatur vt nullo ferè negotio fundatur, & quales quales illius ſint pedes, in aliquo iambi ordine collocetur. Quapropter cum Ouidius de ſe illud pronunciauit,

*Quicquid tentabam dicere, verſus erat,*

id de hexametro protulit (etſi de pentametro etiam) quòd dum ipſe ad carmen fictus eſſet poſſet etiam hexametros (id quod nouum videri poterat & admirabile) mediocri ſtudio & conatu fundere inter loquendum. quod etiam proprium ferè illi fuit: nam Virgilium, vt hominum ingenium eſt varium, legimus non ſine magno labore ſuos hexametros compoſuiſſe, ita vt aliquo die vix pauca quædam conficeret carmina. Itaque ſunt qui commoueantur dum Liuij hexametrum illum offendunt, quo Hiſtoriam inchoauit ſuam,

*Facturúſne operæ pretium ſim:*

Cicero etiam cum fortè hexametrum illum, etſi ſpondaicum & minùs ſonorum, fudiſſet dum ad Atticum ſcriberet,

*Flabat ab Epiro leniſſimus Auſter mitis*

commotus eſt cum animaduertiſſet, ſe ne cogitantem quidem fudiſſe heroicum carmẽ. Quare, hunc verſum (inquit) ſi cui voles, pro tuo vendes. Qua in re non diſſimile accidit Socrati, qui cum in Phædro impudicum amorem reprehendens in hexametrum illum incidiſſet

*ὡς λύκοι ἄρνα φιλεῦσ' ὡς παῖδα φιλεῦσιν ἐρασταί:*

*Vt lupus ipſe agnum, puerum ſic ardet amator,*

ſtatim commotus eſt quaſi verò afflatum perſenſiſſet. Ex quibus omnibus, vt rem concludam, conſtare quidem poteſt, verè dici hexametrum non facilè fundi: ſed cur id dicat Ariſtoteles cum de octonario loqueretur, atque hoc contra quàm iambum, ſtatueret difficile eſſe, quod ex tempore proferretur, non eſt in promptu. Niſi tamen dicas hexametro rẽ veluti illuſtrare, cum hexameter ſit quàm octonariũ notior, & verò, quod attinet ad propoſitam difficultatem, ſit eidem octonario ſimilis. Vt propterea in octonarium quippe minùs perſpicuum id transferendum ſit quod de hexametro, quippe trito ſatis atque perſpecto, commemoratur. Nam qui aut locum exiſtimant mendoſum eſſe, aut hexametri mentionem fieri, ne quis miretur, cur Tragœdia non pro tetrametro reiecto, hexametrũ potiùs quàm iambum acceperit, ac propterea hexametro etiam tanquã familiari ſermone minùs idoneo derogari, mihi non ſatisfaciunt.

Succedit iam VIII. mutatio: quæ pertinet ad epiſodia, hoc eſt ad digreſſiones quibus fabula ſolet augeri: ſi quid enim extrinſecùs petitur ad fabulam augendam & exornandã, id epiſodium in præſens appellamus. Quare Pollux etiam ſcriptum reliquit epiſodium eſſe *πράγμα πράγματι συναπτόμενον actionem actioni additam*: vbi fabula tanquam actio iam veluti fundamentum ponitur, cui altera conſocietur extrinſecùs. Atque hac etiam de cauſa a Suida epiſodium appellatur *ἐξαγώνιον πράγμα, καὶ ἐξ ὑποθέσεως ὄν*. Quibus verbis ſignificat eſſe rem concertationi & fabulæ atque adeò argumento extrinſecùs adiunctam. Sic apud Homerum Deorum conuiuium ac Vulcani miniſterium, pompa etiam qua Patrocli funus ornat Achilles, Epiſodium eſt. & apud Virgilium Daretis & Entelli pugna, quin ludi vniuerſi, quibus Anchiſis inſtauratur honos & id genus alia. Quæ quidem epiſodia poëmati tum augendo tum ornandò accerſiti nemo non videt. Atque hæc in Tragœdiam inuecta dicit Ariſtoteles eius ornandæ gratia. id quod in Aedipo tyranno verbi gratia con-
160 tigit, vbi poſt primum Thebani chori cantum quædam ſubijciuntur vnde fabula & ornatur & augetur. Sed de his in Tragica & Epica diſputatione vberiùs. Iam verò quoniam aliæ afferri poterant Tragœdiæ mutationes, de quibus operoſum nimis atque adeò moleſtum eſſet longiùs facere, concludit *καὶ τὰ ἄλλα*, quaſi dicat non me fugit alias Tragœdiæ mutationes afferri poſſe; ſed tamen ne ſim prolixior, hæ ſint ſatis. Ac rectè quidem: nam, quantum coniectura aſſequi licet, grauiores mutationes percenſuit. Quanquam illas partim attigimus antea dum ex Athenæo commemorarẽ quæ rurſus Aeſchylus addidiſſet, partim coniectura informare licet. nam cum locutionis ridiculæ mutatione, ſententia quoque ac dictio grauis facilè eſt conſecuta; mores etiam ad ſeueritatem reuocati; ac ſummatim fabula tota ſiue per ſe ſpectetur, ſiue apparatum æſtimemus, ad ſummum ſplendorem prouecta eſt. de qua tamen re opportunior ſe ſe offeret dicendi locus in Tragœdiæ tractatione.

*Explicatur VIII. & aliæ quædam indicantur.*

---

# PARTICVLA XXIX.

Ἡ δὲ κωμῳδία ἐστὶν, ὥσπερ εἴπομεν, μίμησις φαυλοτέρων μὲν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ ἐστὶ τὸ γελοῖον μόριον. τὸ γὰρ γελοῖόν ἐστιν ἁμάρτημά τι, καὶ αἶσχος ἀνώδυνον, καὶ οὐ φθαρτικὸν, οἷον, εὐθὺς τὸ γελοῖον πρόσωπον αἰσχρόν τι, καὶ διεστραμμένον ἄνευ ὀδύνης.

Comœ-

COmœdia autem eſt (vt diximus) peiorum quidem imitatio, non tamen ſecundùm omne vitij genus, quanquam ridiculum a turpi proficiſcitur. Ridiculum enim aliquo pacto peccatum eſt, & turpitudo ſine dolore, miniméque noxia; perinde ac ridicula ſtatim appareat deformis facies, diſtorta ſine dolore. *Paccius*

*COmœdia verò eſt, vt dicebamus, imitatio peiorum. At non ſecundùm omne vitium: ſed turpitudinis eſt particula ridiculum. Etenim ridiculum eſt erratum quoddam & turpitudo ſine dolore, & non habens vim interimendi: vt ſtatim ridicula facies, turpiſque ac diſtorta ſine dolore.* *Riccobonus.*

*COMM. XXIX. DE COMOEDIÆ incrementis: vnde eius definitio apparebit, ridiculorumque natura.*

DECLARAVIT eximius poëtarum magiſter quibus incrementis aucta ſit Tragœdia, atque vnde ἔσχε τὴν ἑαυτῆς φύσιν, ſuam inquam naturam ſit conſecuta: quod eſt omnibus planè ſit abſoluta numeris atque perfecta, ita vt in regia veluti ſede tandem fuerit collocata. Eſt hoc eſt etiam quod indicauit Ariſtoteles cum diceret ὀψὲ ἀπεσεμνύνθη ſuam tandem grauitatem & dignitatem eſt conſecuta. Nunc igitur eo traducit diſputationem vt Comœdiæ quoque incrementa, ſi quomodo fieri poſſit, declaret, & per quos aut quo pacto ea quoque abſoluta ſit atque perfecta, inque ſua ſede, etſi longè minùs ſublimi, poſita ſit. Quod vtinam paribus auſpicijs aggrediatur. Cum enim Comœdia humillimis, ne dicam viliſſimis, ſit ab initiis profecta, ita vt ſæpè ab optimè inſtitutis ciuitatibus pelleretur atq; exulare iuberetur; factum eſt vt ignobile fuerit authorum nomen & obſcurum. Sed Ariſtotelem ipſum ausdramus, qui ſanè (vt rem ordiatur.) *Comœdia*, inquit, *quemadmodum diximus, eſt μίμησις φαυλοτέρων, imitatio peiorum*. Sed quæſo te, Ariſtoteles, cur a definitione incipis, vbi incrementa requiruntur? ſanè Tragœdiæ incrementa ſic retuliſti, vt non a definitione incœperis, ſed eam in proprium locum reieceris, vbi diligenter eam expoſuiſti. Sed fortaſſe ea de cauſa placuit Ariſtoteli a definitione, qualis qualis illa ſit, initium ducere, vt quoniam Comœdiæ incrementa minùs aperta ſeſe offerrent ac plana, imò verò magna ex parte ignota eſſent & obſcura, inde quædam veluti excuſatio extaret, quòd τῶν φαυλοτέρων *viliorum* inquam eſſet imitatio. Id quod eò etiam opportuniùs commemorari potuit, quòd cum viliorum ſit imitatio, æquiore animo ferri poſſit comicorum incrementorũ ignoratio. Et ſanè iacturæ iſtius & ignorationis ipſius, Comœdiæ vtilitatem non poſtremam fuiſſe cauſam conſtabit paulò poſt. At enim ſint iſta, ſed vide, Ariſtoteles, ne tum indignum ac propemodum execrabile, tum grauiſſimum & intolerabile, imponas Comico Poëtæ onus: quódque ne Atlas quidem valeat ſuſtinere. ſi enim τῶν φαύλων malorum, inquam, imitationem Comico impoſuiſſes, rem ſanè & grauem & fortaſſe indignam impoſuiſſes: ſed cum τῶν φαυλοτέρων, peiorum inquam, impoſueris ac præceperis imitationẽ, rem & ſpectatoribus plenam offenſionis, & actoribus intolerandam præcepiſti. ij enim peiores habendi ſunt ac dicendi, qui multis ac magnis vitijs affecti, atque adeò ſexcentis criminibus cooperti ſunt; quos tamen nec vnicæ fabulæ capiant anguſtiæ (qui enim ternis quaterniſve horis tanta vitiorum multitudo inter Comicos riſus exprimatur & adamuſſim repreſentetur?) nec ſi capere poſſint, in medium afferri debeant. nam quæ magna laus, quæve vtilitas, tanta vitiorum varietate ac mole Auditorum aures mentémque onerare? Sed ecce tibi Ariſtoteles qui continenter hanc vt dubitationem tolleret. οὐ μέντοι (inquit) κατὰ πᾶσαν κακίαν. quibus verbis monet Comœdiam eſſe quidem peiorum imitationem, ſed non in quolibet improbitatis aut vitij genere, ſed illius quod cum ridicula turpitudine coniunctum ſit: vt ſi Aeſopum aut Periclem vel alium huiuſmodi imiretur, qui eſſet diſtorto ore aut oblongo capite, aut etiam naſo tum diſtorto tum longiore. Atq; id planè quod de corporis vitijs dixi, ſtatuerim de animi vitijs quæ riſum mouere poſſint; qualem referebat Margites: aut de vtriſque, qualia item apud Homerum referebat Therſites. Ergo ſi ita eſt, tolerabile quidem imponis Comicis onus, auditoribus etiam minorem ſtruis offenſionem. Sed tamen videndum eſt num hæc cum ijs quæ paulò ante dicta ſunt & in vniuerſùm eum ratione conſentiant. ſiquidem Comœdia, vt conuenit in dramatica imitatione cum Tragœdia, ita ab eâdem diſſociatur, quòd Tragœdia ſit τῶν σπουδαίων, bonorum inquam ſeu præſtantium, Comœdia malorum & humilium. non igitur peiorum ſed malorum dicendum erat: præſertim verò quia malum ſeu turpitudo, quæ

non

*Marginal notes:*

*Dubitatur.* (beside "mus, eſt μίμησις φαυλοτέρων …")

*Reſpondetur.* (beside "fortaſſe ea de cauſa …") 161

*Dubitatur rurſus.* (beside "mam fuiſſe cauſam …")

*Reſpondetur.* (beside "onerare? Sed ecce tibi …")

*Dubitatur tertiò.* (beside "ſites. Ergo ſi ita eſt …")

Digitized by Google

non indignationem aût iram ſeu riſum ciere ſolet, leuis ſit. Adde quod ſi peiorum ſit imitatio, malos etiam proferat neceſſe ſit: alioquin inſultabunt Grammatici, qui peiorum mentionem fieri audiant cum malos præter Comicum imitetur nullos. Rectè. Sed tamē reſpondere poſſumus φαυλοτέρων pro φαύλων vſurpari poſſe, cum comparatiuum (id quod optimorum authorum confirmat vſus) pro poſitiuo, quod appellant, vſurpetur elegāter. *Reſpondetur.* Ad hæc cum probitas & improbitas in eodem genere quodammodo verſetur, nimirum in homine nihil prohibet quo minus meliores illi, ij peiores appellentur. neque enim Artificum aut Poëtarum, ſed ne Philoſophorum quidem verba ſemper ad libram ſunt expēdenda: ſed populariter æſtimanda. & ideò promiſcuè viſus eſt Ariſtoteles iſtos modò bonos & malos, (vt in particula XI.) modò meliores & peiores, appellare. vt minimè mirum videri debeat hîc φαυλοτέρους ſubijci Comœdiæ. Adde quod viſus eſt aliquando Ariſtoteles

Pa. 11. 13. 14. ſignificare Epopœiam & Tragœdiam imitari meliores quàm nos ſimus, Comœdiam contra. ita vt comparatè loqui videatur, quia Comœdia imitetur peiores quàm plerique hominum eſſe ſolebant, & turpia ridicula repreſentent, quæ, quoniam illis affingunt multa, præſentem conſuetudinem longè ſuperant. Quid multa? Tragœdia (inquit Ariſtoteles particula XIV.) eo differt a Comœdia, quòd hæc peiores, illa meliores imitatur, quàm qui *Dubitatur IV.*

162 modò ſunt; ita vt peiores dicat quia loquitur comparatè. Verùm enim verò quî ſunt peiores iſti cum turpia ridicula, vt demonſtratum eſt, ſint ex minoribus vitijs? *Reſpondetur.* Ego verò optarem vt quoniam reuera Ariſtoteles non ſemper videtur præſtantiores iſtos aut peiores cōparatè deſignare, ſed pro bonis & malis aut præſtantibus & vilibus vſurpare, prior explicatio retineretur. Sed tamen ſi poſterior arrideat (vtranque enim offert Ariſtoteles; quaſi non magnopere interſit ad Tragœdiæ, & Comœdiæ explicatum vtram ſequaris) ſic ſtatuo. In Comœdia ſenex interdum ſordidus deſcribitur & auarus, ſed qui tamen omnem auaritiæ lineam prætergrediatur, vnde turpitudo & riſus exiſtit. niſi enim talis eſſet ac tanta illiberalitas, riſum aut nullum aut leuiſſimum concitaret. *Dubitatur V.* Idem dixerim de ſeruo, qui ſtupore ſit maximo ac bardus planè & inſipiens. Idem de paraſito: niſi enim ſit helluo aut vorator ſummus ac tanquam gurges repreſentetur, riſum vix excitet. Idem dixerim de Traſone, de meretricula, de lenone, de ſcurra & his ſimilibus. niſi enim ſuo illi vitio excellāt, ægrè gignant riſum. En igitur quo pacto in eo vitij genere quod inter vitia & turpitudines, tolerabilius eſſe ſolet peccatum & turpitudo appareat, quæ cōmunem vſum ſuperet, atque adeò peiorum comparatè cenſeri poſſit. Sed ſint iſta etiā. At quo pacto non falſa erit Comœdiæ definitio? quid enim prohibet quominus Pictor etiam in peiorum imitatione verſetur? Certè Pauſon ab Ariſtotelé ipſo dicitur peiorum imitator. Nam ſi dicas hunc aut huiuſmodi alios non ita peiores expreſſiſſe, vt ad riſum prouocarent, audi Horatium in ſua Poëtica ſcribentem

*Humano capiti ceruicem pictor equinam*
*Iungere ſi velit, & varias inducere plumas,*
*Vndique collatis membris; vt turpiter atrum*
*Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè,*
*Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?*

Ego verò nō inficior poſſe pictorem quoque rem ridiculam imitari, quæque riſum (etſi longè minùs quàm comicum drama) excitet ac gignat. *Reſpondetur.* Sed tamen pictoris vis ac munus non adſtricta ſunt ridiculis, tantùm abeſt vt intra ridiculi fines coërceatur: ac propterea definitio picturæ haud poteſt ridiculis exprimi & conflari, quemadmodum Comœdiæ conſtituitur definitio; cum ridiculis carere nequeat. Adde quod propoſita Comœdię definitio ſeu deſcriptio non eſt abſoluta atq; perfecta, ſed inchoata ac rudis. itaque ſi abſoluatur, etiam atque etiam intelligetur, picturæ nullo modo conuenire.

Ergo ſi ita eſt, iam expleas Comœdiæ definitionem, ſimúlque, vt de ea conſtet planiùs, de ridiculis verba facias. Non inutiliter ſanè iſthæc tractarentur, fateor; nec ſine magno Poëticæ bono tum Comœdiæ definitio, tum ridiculorum vis & natura explicaretur; cum hæc omnia ab Ariſtotele explicata temporis iniuria deſiderentur. *Iā perfecta Comœdia definitio et ridiculorū explicatio quæ huc plurimum cōferrent, iuſta de cauſa reijciuntur aliò.* Sed tamen opportunitas captanda eſt: quam vna Tragœdia doctrina & explanatio afferre poteſt cum enim Comœdia a Tragœdia uno ferè argumenti diſcrimine differat (humilem quippe & ridiculā ſectatur actionem) fit ſanè vt ex ijs quæ prolixè ſatis & explicatè docet Ariſtoteles de Tragœdia, liceat Comœdiæ præcepta inſtaurare atque iacturam aliquo pacto reſarcire. Nam reuera partes ſiue qualitatis, huiuſmodi ſunt fabula, mores, ſententia, dictio, apparatus, melodia; ſiue quātitatis & magnitudinis, cuiuſmodi ſunt prologus, choricū, epiſodiū, exo-



Digitized by Google

dus,ex quibus cõſtat drama vniuerſum;cõmunia ſunt Tragœdiæ cũ Comœdia;ita vt tragica Ariſtotelis præcepta certa quadã analogia & proportione ad comica præcepta fingẽda & formanda deriuari poſſint,'opportunitas igitur,niſi poſt Tragœdiam explanatã,captari nequit;quam nos Tragœdiæ explicatu abſoluto, ſi per otiũ licuerit,arripiemus non grauatè, Nunc redeo ad Ariſtotelẽ,vt quæ huius ſunt loci proſequar & abſoluã, Vbi,vt intelligatur quo nomine ridiculũ ad turpitudinẽ,hanc ad peccatũ & vitiũ, reuocet Ariſtoteles,obſeruandũ eſt ἁμάρτημα & peccatũ patére quam latiſſimè: complectitur enim tam vitia corporis,cuiuſmodi eſſet oblongũ caput,diſtortúmque os,tum animi, cuiuſmodi eſſet ſtupidum eſſe aut furacem ſeu mendacem;tum fortunæ,vt vocant; vt ſi quis præ inopia dolio pro cubili vteretur aut mirè pannoſus prodiret in publicum. Comœdia igitur quodcunque ἁμάρτημα, & peccatum amplectitur,ſiue ſit corporis, ſiue animi, ſiue fortunæ: ſed ea tamen lege,vt eiuſmodi vitium nec interimendi nec dolorem afferẽdi vim habeat:vbi enim vitium aliquod proferas vnde ſiue interitus ſiue dolor conſequatur, terror potiùs & commiſeratio quàm riſus excitabitur. Quãquam nec vbi vitium ab interitu abſit aut dolore, continuò riſum excitat,ſed tum demum cum huiuſmodi vitium flectat ad turpitudinem,vt ſi quis repentè gybbus aut diſtorto ore appareret ac turpi,ſed tamen ſine dolore,& ſanè turpitudo,neſcio quo pacto,videtur ad riſum concitandum neceſſaria. Id quod non ſolùm ex turpi hominum aſpectu,aut obſcœnis ineptiſque verbis quæ repentè excidant intelligitur,verùm etiam ex factis,quæ decoro careant, & repentè appareant: vt ſi vir honeſtus ac nobilis in forum præter morem pannoſus aut muliebri habitu prodeat, vel inter gradiendum ceciderit,ſine offenſione tamen, ac faciem deturpauerit. Denique qui ineptiſſimè aliquid geſſerit ita vt iudicij vitium repentè præ ſe tulerit,is etiam turpitudinem quandam animi contineat, vnde ridiculus ſit ſpectantibus. Itaque Plato in libro VII. de Legibus ad deformes quoque cogitationes ridiculum reuocabat. & M. Tullius in libro II. de Oratore Platonem & Ariſtotelem ſecutus aiebat, Ridiculorum campum eſſe turpitudinem & deformitatem: id quod doctrina & exemplis etiam Ariſtoteleis non diſſimilibus illuſtrabat, cum diceret nec inſignem improbitatem ac ſcelus,nec miſeriam afferre riſum, quod eſt, ea quæ dolorem afferunt ac vim habent interimendi, non pertinere ad ridicula. Vbi eleganter ſanè illud monebat, ea maximè rideri quæ turpitudinem deſignant non turpiter. & rectè quidem. qui enim turpia turpibus deſignet,is non tam facilè riſum excitet,quin viris grauibus nauſeam gignat. Contra ſi honeſtis illa aut ambiguis obſcuriſque verbis indicet,vt modeſtiæ quoque nonnihil ſeruiat,riſum,niſi in Xenocratem incidat, facilè moueat. Atque ex his, vt ad Ariſtotelem redeam,intelligere licet cur Ariſtoteles probaturus ridiculum non ad quodcunque peccatum aut vitium pertinere, oſtenderit pertinere ad turpitudinem,ſeu potiùs turpitudinis partem eſſe: intelligebat enim turpitudinem eſſe peccati ſeu vitij formam quandam & ſpeciem. Atque hæc de riſus vi & natura,quod attinet ad hunc locum. Nam vtrum admiratio quædam ex rei nouitate profecta requiratur ad riſum & id genus alia, tunc declarabuntur cum de Comœdia & ridiculis, ſi otium ſuppetat, diſſeremus. Nam de Eutrapelia & vrbano riſu quique in Oratorium cadit campum, diſputatur in III. Rhetoricorum. Tu,ſi placet,ea percurras quæ nos ibi ſcripſimus in cap. X. & XI. hoc eſt a pagina 1840. ad 1879.

# PARTICVLA XXX.

Αἱ μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι᾽ ὧν ἐγένοντο, οὐ λελήθασιν, ἡ δὲ κωμῳδία, διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ Ἄρχων ἔδωκεν: ἀλλ᾽ ἐθελονταὶ ἦσαν. ἤδη δὲ σχήματά τινα αὐτῆς ἐχούσης, οἱ λεγόμενοι αὐτῆς ποιηταὶ μνημονεύονται. τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἠγνόηται. τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Ἐπίχαρμος, καὶ Φόρμις ἦρξαν. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε, τῶν δὲ Ἀθήνησι Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου ποιεῖν λόγους, ἢ μύθους. 164

Igitur de promotione Tragœdiæ, & per quos ſatis conſtat: ſecus verò de Comœdia. ſiquidem initio, quòd parum ſui ſtudioſos habuerit, latuit; ſerò enim ab Arconte Comœdorum chorus, vt quiſque ſeſe obtuliſset, inductus eſt. Eius verò profeſſo- *Paccius.*

*Quod peccati genus ſit ridiculũ & cur turpitudine cõtineatur.*

feſſores, vbi iam aliquam ſpeciem præ ſe tulit, memorantur. Quis autem perſonas, prologos, hiſtrionum multitudinem, cæteraque huiuſmodi protulerit, prorſus obſcurum. Cæterum cõfingere fabulas, quod quidem a Sicilia primùm manauit, Epicharmus & Phormis cœperunt; ſicuti quoq; ex Athenienſibus Crates, iambica prorſus ratione omiſſa, in vniuerſùm ſermones vel fabulas confinxit. *Paccius.*

*Riccobonus*

*AC mutationes quidem Tragœdiæ & per quos factæ ſint, non latent. Comœdia verò quia in ipſa a principio poſitum ſtudium non eſt, latuit. Etenim chorum comœdorum ſerò magiſtratus dedit: ſed illi voluntarij erant. Atque cum figuras quaſdam iam ipſa nacta eſſet, pauci ipſius poëtæ commemorantur. Quis autem perſonas aſſignauerit aut prologos aut multitudines hiſtrionum & quæcunque talia ignorantur. at fabulas facere Epicharmus & Phormis cœperunt. Ac ex Sicilia quidem a principio venit. Eorum verò qui Athenis orti ſunt Crates primus, cum iambicam formam abieciſſet, cœpit in vniuerſùm facere ſermones vel fabulas.*

*COM. XXX.* *Part. 33.*

CVNCTATOR videri poterat Ariſtoteles; qui cum Comœdię incremẽta (incrementa namque Tragœdiæ & progreſſiones iam retulerat) proferre deberet, in Comœdiæ definitione ac ridiculorum deſcriptione verſaretur quæ alio loco & multo poſtea (id quod ipſemet poſt paulò ſignificabit) eſſent pertractanda. Sed ecce tibi ſeſe iam refert, nec ſine fœnore, ad inſtitutum. Ac Tragœdiæ (inquit) mutationes & per quos factæ ſint, notare quidem licuit: non enim latent: Comœdia verò, quoniam in ipſa ab initio ſtudium non eſt poſitum, latuit. quibus verbis generatim cauſam nobis obijcit, vnde intelligamus cur incrementa ſeu mutationes & progreſſiones obſeruare quidem licuerit in Tragœdia, idque authoribus etiam notatis; in Comœdia verò obſeruare haud liceat. Atque huic rei ea nonnihil ſeruiunt quæ de Comœdia dicta ſunt. facilè enim credi poteſt eius mutationes & progreſſiones latuiſſe, cum viliores imitaretur actiones. quantum enim mortalium ſtudia ob ſui dignitatem & præſtantiam excitauit Tragœdia, tantum par eſt Comœdiam ob ſui *Cur incrementa Comœdiæ ſint obſcura.*
165 obſcuritatem & humilitatem eorundem ſtudia repreſſiſſe. Id quod eo ſigillatim declarat argumento ac ſigno quòd Comœdorum chorus, hoc eſt id quo maximè fieri poterat Comœdię dignitatis & exiſtimationis acceſſio; niſi ſerò a Magiſtratu non eſt attributus Comœdiæ, quod ſatis declarat eam diu ingloriam iacuiſſe. Quamuis enim antea quoque vteretur choro, hunc tamen nõ impertiebat Magiſtratus: ex quo fiebat vt minùs exercitatos haberet actores; neque enim dubitãdum eſt quin publicus chorus quique a magiſtratu aleretur, & publicis ſpectaculis exerceretur, longè nauus, & induſtrius eſſet. Deniq; voluntarij quique hinc inde coaleſcerent, tumultuatij facilè apparebant & imperiti. Hoc inquam ſigno confirmat primùm Ariſtoteles Comœdiæ ſtudium iacuiſſe. Sed & alterũ addit quod magis ac magis declarat Comœdiam veluti in obſcuro latuiſſe; vel certè non magnam ſibi exiſtimationem peperiſſe. Nam quo tempore eò peruenerat Comœdia vt ſchemata quædam & figuras iam nacta eſſet, ita vt non informis planè iaceret, ſed ſpeciem quandam & formam, atque adeò partium quibus cõformaretur ac variaretur, diſtinctionem conſecuta eſſet, pauci tamẽ Comœdiæ authores numerabantur. quàm enim obſcuritatis notam aut famam contraxerat ab initio, ea facilè mortales deterrebat, ne Comœdię authores haberi aut eſſe vellent. Itaque credendum eſt authores quoſdam non induſtrios ſed rudes ac plebeios habuiſſe, quorum nomina eſſent planè obſcura. Quin ne illud quidẽ non ignoratur (ſubdit Ariſtoteles) quis aſſignauerit perſonas aut prologos, aut hiſtrionũ multitudinem & quæ his ſimilia occurrũt: quibus verbis ſummarim ea fermè latere indicat, quæ ſigillatim de Tragœdia declarauerat ac demõſtrauerat in particula XXVI. & duabus inſequentibus, vbi & hiſtrionum multitudo & ſcenæ ornamenta & epiſodiorum varietas & id genus alia, vnde introducta ſint oſtendit. Vnum tamen eſt quod de Comœdia affirmari poteſt, nimirum Epicharmũ & Phormim fuiſſe, primos qui fabulam cœperint fingere & coagmentare; ita vt hæc laus Siciliæ debeatur; Tametſi haud inficiari liceret inter Athenienſes Cratẽ fuiſſe primũ qui iambica forma abiecta, hoc eſt maledicẽtia illa comica ex qua vna vetus extitiſſet Comœdia, in vniuerſùm ſermones ac fabulas inſtituerit. Hæc Ariſtoteles in hac particula. In qua tamẽ multa occurrũt pp quæ vniuerſa loci huius

*Confirmat rem duplici ſigno. I.*

*II.*

*Concludit ea quæ de Tragœdia explorauerat, de Comœdia agnoſci non poſſe.*

*Illud vnũ cõpertũ videri qui fabulam Comicã coagmentauerit primus.*

 ſenten-

dus,ex quibus cõſtat drama vniuerſum;cõmunia ſunt Tragœdiæ cũ Comœdia;ita vt tragica Ariſtotelis præcepta certa quadã analogia & proportione ad comica præcepta fingẽda & formanda deriuari poſſint, opportunitas igitur,niſi poſt Tragœdiam explanatã, captari nequit;quam nos Tragœdiæ explicatu abſoluto, ſi per otiũ licuerit,arripiemus non grauatè, Nunc redeo ad Ariſtotelẽ,vt quæ huius ſunt loci proſequar & abſoluã, Vbi,vt intelligatur quo nomine ridiculũ ad turpitudinẽ,hanc ad peccatũ & vitiũ, reuocet Ariſtoteles,obſeruandũ eſt ἁμάρτημα & peccatũ patére quam latiſſimè: complectitur enim tam vitia corporis,cuiuſmodi eſſet oblongũ caput,diſtortúmque os,tum animi, cuiuſmodi eſſet ſtupidum eſſe aut furacem ſeu mendacem;tum fortunæ,vt vocant; vt ſi quis præ inopia dolio pro cubili vteretur aut mirè pannoſus prodiret in publicum. Comœdia igitur quodcunque ἁμάρτημα, & peccatum amplectitur,ſiue ſit corporis, ſiue animi, ſiue fortunæ: ſed ea tamen lege,vt eiuſmodi vitium nec interimendi nec dolorem afferẽdi vim habeat:vbi enim vitium aliquod proferas vnde ſiue interitus ſiue dolor conſequatur, terror potiùs & commiſeratio quàm riſus excitabitur. Quãquam nec vbi vitium ab interitu abſit aut dolore, continuò riſum excitat, ſed tum demum cum huiuſmodi vitium flectat ad turpitudinem,vt ſi quis repentè gybbus aut diſtorto ore appareret ac turpi,ſed tamen ſine dolore,& ſanè turpitudo,neſcio quo pacto,videtur ad riſum concitandum neceſſaria. Id quod non ſolùm ex turpi hominum aſpectu,aut obſcœnis ineptiſque verbis quæ repentè excidant intelligitur, verùm etiam ex factis, quæ decoro careant, & repentè appareant: vt ſi vir honeſtus ac nobilis in forum præter morem pannoſus aut muliebri habitu prodeat, vel inter gradiendum ceciderit,ſine offenſione tamen, ac faciem deturpauerit. Denique qui ineptiſſimè aliquid geſſerit ita vt iudicij vitium repentè præ ſe tulerit,is etiam turpitudinem quandam animi contineat, vnde ridiculus ſit ſpectantibus. Itaque Plato in libro VII. de Legibus ad deformes quoque cogitationes ridiculum reuocabat. & M. Tullius in libro II. de Oratore Platonem & Ariſtotelem ſecutus aiebat, Ridiculorum campum eſſe turpitudinem & deformitatem: id quod doctrina & exemplis etiam Ariſtoteleis non diſſimilibus illuſtrabat, cum diceret nec inſignem improbitatem ac ſcelus,nec miſeriam afferre riſum, quod eſt, ea quæ dolorem afferunt ac vim habent interimendi, non pertinere ad ridicula. Vbi eleganter ſanè illud monebat, ea maximè rideri quæ turpitudinem deſignant non turpiter. & rectè quidem. qui enim turpia turpibus deſignet,is non tam facilè riſum excitet,quin viris grauibus nauſeam gignat. Contra ſi honeſtis illa aut ambiguis obſcuriſque verbis indicet,vt modeſtiæ quoque nonnihil ſeruiat,riſum,niſi in Xenocratem incidat, facilè moueat. Atque ex his, vt ad Ariſtotelem redeam,intelligere licet cur Ariſtoteles probaturus ridiculum non ad quodcunque peccatum aut vitium pertinere, oſtenderit pertinere ad turpitudinem,ſeu potiùs turpitudinis partem eſſe: intelligebat enim turpitudinem eſſe peccati ſeu vitij formam quandam & ſpeciem. Atque hæc de riſus vi & natura,quod attinet ad hunc locum. Nam vtrum admiratio quædam ex rei nouitate profecta requiratur ad riſum & id genus alia, tunc declarabuntur cum de Comœdia & ridiculis, ſi otium ſuppetat, diſſeremus. Nam de Eutrapelia & vrbano riſu quique in Oratorium cadit campum, diſputatur in III. Rhetoricorum. Tu,ſi placet,ea percurras quæ nos ibi ſcripſimus in cap. X. & XI. hoc eſt a pagina 1840. ad 1879.

*Quod peccati genus ſit ridiculũ & cur turpitudine cõtineatur.*

# PARTICVLA XXX.

Αἱ μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι᾽ ὧν ἐγένοντο, οὐ λελήθασιν, ἡ δὲ κωμῳδία, διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ Ἄρχων ἔδωκεν: ἀλλ᾽ ἐθελονταὶ ἦσαν. ἤδη δὲ σχήματά τινα αὐτοῖς ἐχούσης, οἱ λεγόμενοι αὐτοῖς ποιηταὶ μνημονεύονται. τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἠγνόηται. τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Ἐπίχαρμος, καὶ Φόρμις ἦρξαν. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε, τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου ποιεῖν λόγους, ἢ μύθους. 164

IGitur de promotione Tragœdiæ, & per quos ſatis conſtat: ſecus verò de Comœdia. ſiquidem initio,quòd parum ſui ſtudioſos habuerit,latuit;ſerò enim ab Arconte Comœdorum chorus,vt quiſque ſeſe obtuliſſet,inductus eſt. Eius verò proſeſſo- *Paccius.*

feſſores, vbi iam aliquam ſpeciem præ ſe tulit, memorantur. Quis autem perſonas, prologos, hiſtrionum multitudinem, cæteraque huiuſmodi protulerit, prorſus obſcurum. Cæterum cõfingere fabulas, quod quidem a Sicilia primùm manauit, Epicharmus & Phormis cœperunt; ſicuti quoq; ex Athenienſibus Crates, iambica prorſus ratione omiſſa, in vniuerſùm ſermones vel fabulas confinxit. *Paccius.*

*Riccobonus*

*AC mutationes quidem Tragœdiæ & per quos factæ ſint, non latent. Comœdia verò quia in ipſa a principio poſitum ſtudium non eſt, latuit. Etenim chorum comœdorum ſerò magiſtratus dedit: ſed illi voluntarij erant. Atque cum figuras quaſdam iam ipſa nacta eſſet, pauci ipſius poëtæ commemorantur. Quis autem perſonas aſſignauerit aut prologos aut multitudines hiſtrionum & quæcunque talia ignorantur. at fabulas facere Epicharmus & Phormis cœperunt. Ac ex Sicilia quidem a principio venit. Eorum verò qui Athenis orti ſunt Crates primus, cum iambicam formam abiecisſet, cœpit in vniuerſùm facere ſermones vel fabulas.*

COM. XXX. CVNCTATOR videri poterat Ariſtoteles; qui cum Comœdię incremẽta (incrementa namque Tragœdiæ & progreſſiones iam retulerat) proferre deberet, in Comœdiæ definitione ac ridiculorum deſcriptione verſaretur quæ alio loco & multo poſtea (id quod ipſemet poſt paulò ſignificabit) eſſent pertractanda. Sed ecce tibi ſeſe iam refert, nec ſine fœnore, ad inſtitutum. Ac Tragœdiæ (inquit) mutationes & per quos factæ ſint, notare quidem licuit: non enim latent: Comœdia verò, quoniam in ipſa ab initio ſtudium non eſt poſitum, latuit. quibus verbis generatim cauſam nobis obijcit, vnde intelligamus cur incrementa ſeu mutationes & progreſſiones obſeruare quidem licuerit in Tragœdia, idque authoribus etiam notatis; in Comœdia verò obſeruare haud liceat. Atque huic rei ea nonnihil ſeruiunt quæ de Comœdia dicta ſunt. facilè enim credi poteſt eius mutationes & progreſſiones latuiſſe, cum viliores imitaretur actiones. quantum enim mortalium ſtudia ob ſui dignitatem & præſtantiam excitauit Tragœdia, tantum par eſt Comœdiam ob ſui

*Cur incrementa Comœdiæ ſint obſcura.*

Part. 33.

165 obſcuritatem & humilitatem eorundem ſtudia repreſſiſſe. Id quod eo ſigillatim declarat argumento ac ſigno quòd Comœdorum chorus, hoc eſt id quo maximè fieri poterat Comœdię dignitatis & exiſtimationis acceſſio; niſi ſerò a Magiſtratu non eſt attributus Comœdiæ, quod ſatis declarat eam diu ingloriam iacuiſſe. Quamuis enim antea quoque vteretur choro, hunc tamen nõ impertiebat Magiſtratus: ex quo fiebat vt minùs exercitatos haberet actores; neque enim dubitãdum eſt quin publicus chorus quique a magiſtratu aleretur, & publicis ſpectaculis exerceretur, longè nauus, & induſtrius eſſet. Deniq; voluntarij quique hinc inde coaleſcerent, tumultuatij facilè apparebant & imperiti. Hoc inquam ſigno confirmat primùm Ariſtoteles Comœdiæ ſtudium iacuiſſe. Sed & alterũ addit quod magis ac magis declarat Comœdiam veluti in obſcuro latuiſſe; vel certè non magnam ſibi exiſtimationem pepetiſſe. Nam quo tempore eò peruenerat Comœdia vt ſchemata quædam & figuras iam nacta eſſet, ita vt non informis planè iaceret, ſed ſpeciem quandam & formam, atque adeò partium quibus cõformaretur ac variaretur, diſtinctionem conſecuta eſſet, pauci tamẽ Comœdiæ authores numerabantur. quàm enim obſcuritatis notam aut famam contraxerat ab initio, ea facile mortales deterrebat, ne Comœdię authores haberi aut eſſe vellent. Itaque credendum eſt authores quoſdam non induſtrios, ſed rudes ac plebeios habuiſſe, quorum nomina eſſent planè obſcura. Quin ne illud quidẽ non ignoratur (ſubdit Ariſtoteles) quis aſſignauerit perſonas aut prologos, aut hiſtrionũ multitudinem & quæ his ſimilia occurrũt: quibus verbis ſummatim ea fermè latere indicat, quæ ſigillatim de Tragœdia declarauerat ac demõſtrauerat in particula XXVI. & duabus inſequentibus, vbi & hiſtrionum multitudo & ſcenæ ornamenta & epiſodiorum varietas & id genus alia, vnde introducta ſint oſtendit. Vnum tamen eſt quod de Comœdia affirmari poteſt, nimirum Epicharmũ & Phormim fuiſſe primos qui fabulam cœperint fingere & coagmentare; ita vt hæc laus Siciliæ debeatur; Tametſi haud inficiari liceret inter Athenienſes Cratẽ fuiſſe primũ qui iambica forma abiecta, hoc eſt maledicẽtia illa comica ex qua vna vetus extitiſſet Comœdia, in vniuerſùm ſermones ac fabulas inſtituerit. Hæc Ariſtoteles in hac particula. In qua tamẽ multa occurrũt pp quæ vniuerſa loci huius

*Confirmat rem duplici ſigno. I.*

*II.*

*Concludit ea quæ de Tragœdia explorauerat, de Comœdia agnoſci non poſſe.*

*Illud vnũ cõpertũ videri qui fabulam Comicã coagmentauerit primus.*



Digitized by Google

dus,ex quibus cõſtat drama vniuerſum; cõmunia ſunt Tragœdiæ eũ Comœdia; ita vt tragica Ariſtotelis præcepta certa quadã analogia & proportione ad comica præcepta fingẽda & formanda deriuari poſſint, opportunitas igitur, niſi poſt Tragœdiam explanatã, captari nequit; quam nos Tragœdiæ explicatu abſoluto, ſi per otiũ licuerit, arripiemus non grauatè, Nunc redeo ad Ariſtotelẽ, vt quæ huius ſunt loci proſequar & abſoluã, Vbi, vt intelligatur quo nomine ridiculũ ad turpitudinẽ, hanc ad peccatũ & vitiũ, reuocet Ariſtoteles, obſeruandũ eſt ἁμάρτημα & peccatũ patére quam latiſſimè: complectitur enim tam vitia corporis, cuiuſmodi eſſet oblongũ caput, diſtortúmque os, tum animi, cuiuſmodi eſſet ſtupidum eſſe aut furacem ſeu mendacem; tum fortunæ, vt vocant; vt ſi quis præ inopia dolio pro cubili vteretur aut mirè pannoſus prodiret in publicum. Comœdia igitur quodcunque ἁμάρτημα, & peccatum amplectitur, ſiue ſit corporis, ſiue animi, ſiue fortunæ: ſed ea tamen lege, vt eiuſmodi vitium nec interimendi nec dolorem afferẽdi vim habeat: vbi enim vitium aliquod proferas vnde ſiue interitus ſiue dolor conſequatur, terror potiùs & commiſeratio quàm riſus excitabitur. Quãquam nec vbi vitium ab interitu abſit aut dolore, continuò riſum excitat, ſed tum demum cum huiuſmodi vitium flectat ad turpitudinem, vt ſi quis repentè gybbus aut diſtorto ore appareret ac turpi, ſed tamen ſine dolore, & ſanè turpitudo, neſcio quo pacto, videtur ad riſum concitandum neceſſaria. Id quod non ſolùm ex turpi hominum aſpectu, aut obſcœnis ineptiſque verbis quæ repentè excidant intelligitur, verùm etiam ex factis, quæ decoro careant, & repentè appareant: vt ſi vir honeſtus ac nobilis in forum præter morem pannoſus aut muliebri habitu prodeat, vel inter gradiendum ceciderit, ſine offenſione tamen, ac faciem deturpauerit. Denique qui ineptiſſimè aliquid geſſerit ita vt iudicij vitium repentè præ ſe tulerit, is etiam turpitudinem quandam animi contineat, vnde ridiculus ſit ſpectantibus. Itaque Plato in libro VII. de Legibus ad deformes quoque cogitationes ridiculum reuocabat. & M. Tullius in libro II. de Oratore Platonem & Ariſtotelem ſecutus aiebat, Ridiculorum campum eſſe turpitudinem & deformitatem: id quod doctrina & exemplis etiam Ariſtoteleis non diſſimilibus illuſtrabat, cum diceret nec inſignem improbitatem ac ſcelus, nec miſeriam afferre riſum, quod eſt, ea quæ dolorem afferunt, ac vim habent interimendi, non pertinere ad ridicula. Vbi eleganter ſanè illud monebat, ea maximè rideri quæ turpitudinem deſignant non turpiter. & rectè quidem. qui enim turpia turpibus deſignet, is non tam facilè riſum excitet, quin viris grauibus nauſeam gignat. Contra ſi honeſtis illa aut ambiguis obſcuriſque verbis indicet, vt modeſtiæ quoque nonnihil ſeruiat, riſum, niſi in Xenocratem incidat, facilè moueat. Atque ex his, vt ad Ariſtotelem redeam, intelligere licet cur Ariſtoteles probaturus ridiculum non ad quodcunque peccatum aut vitium pertinere, oſtenderit pertinere ad turpitudinem, ſeu potius turpitudinis partem eſſe: intelligebat enim turpitudinem eſſe peccati ſeu vitij formam quandam & ſpeciem. Atque hæc de riſus vi & natura, quod attinet ad hunc locum. Nam vtrum admiratio quædam ex rei nouitate profecta requiratur ad riſum & id genus alia, tunc declarabuntur cum de Comœdia & ridiculis, ſi otium ſuppetat, diſſeremus. Nam de Eutrapelia & vrbano riſu quique in Oratorium cadit campum, diſputatur in III. Rhetoricorum. Tu, ſi placet, ea percurras quæ nos ibi ſcripſimus in cap. x. & xi. hoc eſt a pagina 1840. ad 1879.

*Quod peccati genus ſit ridiculũ & cur turpitudine cõtineatur.*

---

# PARTICVLA XXX.

AΙ' μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι' ὧν ἐγίνοντο, οὐ λελήθασιν, ἡ δὲ κωμῳδία, διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ Α῎ρχων ἔδωκεν: ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν. ἤδη δὲ σχήματά τινα αὐτοῖς ἐχούσης, οἱ λεγόμενοι αὐτοῖς ποιηταὶ μνημονεύονται. τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἠγνόηται. τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Ἐπίχαρμος, καὶ Φόρμις ἦρξαν. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε, τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου ποιεῖν λόγους, ἢ μύθους. 164

IGitur de promotione Tragœdiæ, & per quos ſatis conſtat: ſecus verò de Comœdia. ſiquidem initio, quòd parum ſui ſtudioſos habuerit, latuit; ſerò enim ab Arconte Comœdorum chorus, vt quiſque ſeſe obtuliſset, inductus eſt. Ejus verò profeſſo-

*Paccius.*

feſſores, vbi iam aliquam ſpeciem præ ſe tulit, memorantur. Quis autem perſonas, prologos, hiſtrionum multitudinem, cæteraque huiuſmodi protulerit, prorſus obſcurum. Cæterum cõfingere fabulas, quod quidem a Sicilia primùm manauit, Epicharmus & Phormis cœperunt; ſicuti quoq; ex Athenienſibus Crates, iambica prorſus ratione omiſſa, in vniuerſùm ſermones vel fabulas confinxit. *Paccius.*

*Riccobonus*

*AC mutationes quidem Tragœdiæ & per quos factæ ſint, non latent. Comœdia verò quia in ipſa a principio poſitum ſtudium non eſt, latuit. Etenim chorum comœdorum ſerò magiſtratus dedit: ſed illi voluntarij erant. Atque cum figuras quaſdam iam ipſa nacta eſſet, pauci ipſius poëtæ commemorantur. Quis autem perſonas aſſignauerit aut prologos aut multitudines hiſtrionum & quæcunque talia ignorantur. at fabulas facere Epicharmus & Phormis cœperunt. Ac ex Sicilia quidem a principio venit. Eorum verò qui Athenis orti ſunt Crates primus, cum iambicam formam abiecißet, cœpit in vniuerſùm facere ſermones vel fabulas.*

COM. XXX. *Part. 33.*

*Cur incrementa Comœdiæ ſint obſcura.*

CVNCTATOR videri poterat Ariſtoteles; qui cum Comœdię incremẽta (incrementa namque Tragœdiæ & progreſſiones iam retulerat) proferre deberet, in Comœdiæ definitione ac ridiculorum deſcriptione verſaretur quæ alio loco & multo poſtea (id quod ipſemet poſt paulò ſignificabit) eſſent pertractanda. Sed ecce tibi ſeſe iam refert, nec ſine fœnore, ad inſtitutum. Ac Tragœdiæ (inquit) mutationes & per quos factæ ſint, notare quidem licuit: non enim latent: Comœdia verò, quoniam in ipſa ab initio ſtudium non eſt poſitum, latuit. quibus verbis generatim cauſam nobis obijcit, vnde intelligamus cur incrementa ſeu mutationes & progreſſiones obſeruare quidem licuerit in Tragœdia, idque authoribus etiam notatis; in Comœdia verò obſeruare haud liceat. Atque huic rei ea nonnihil ſeruiunt quæ de Comœdia dicta ſunt. facilè enim credi poteſt eius mutationes & progreſſiones latuiſſe, cum viliores imitaretur actiones. quantum enim mortalium ſtudia ob ſui dignitatem & præſtantiam excitauit Tragœdia, tantum par eſt Comœdiam ob ſui
165 obſcuritatem & humilitatem eorundem ſtudia repreſſiſſe. Id quod eo ſigillatim declarat argumento ac ſigno quòd Comœdorum chorus, hoc eſt id quo maximè fieri poterat Comœdię dignitatis & exiſtimationis acceſſio; niſi ſerò a Magiſtratu non eſt attributus Comœdiæ, quod ſatis declarat eam diu ingloriam iacuiſſe. Quamuis enim antea quoque vteretur choro, hunc tamen nõ impertiebat Magiſtratus: ex quo fiebat vt minùs exercitatos haberet actores; neque enim dubitãdum eſt quin publicus chorus quique a magiſtratu aleretur, & publicis ſpectaculis exerceretur, longè nauus, & induſtrius eſſet. Deniq; voluntarij quique hinc inde coaleſcerent, tumultuarij facilè apparebant & imperiti. Hoc inquam ſigno confirmat primùm Ariſtoteles Comœdiæ ſtudium iacuiſſe. Sed & alterũ addit quod magis ac magis declarat Comœdiam veluti in obſcuro latuiſſe; vel certè non magnam ſibi exiſtimationem pepetiſſe. Nam quo tempore eò peruenerat Comœdia vt ſchemata quædam & figuras iam nacta eſſet, ita vt non informis planè iaceret, ſed ſpeciem quandam & formam, atque adeò partium quibus cõformaretur ac variaretur, diſtinctionem conſecuta eſſet, pauci tamẽ Comœdiæ authores numerabantur. quàm enim obſcuritatis notam aut famam contraxerat ab initio, ea facile mortales deterrebat, ne Comœdię authores haberi aut eſſe vellent. Itaque credendum eſt authores quoſdam non induſtrios; ſed rudes ac plebeios habuiſſe, quorum nomina eſſent planè obſcura. Quin ne illud quidẽ non ignoratur (ſubdit Ariſtoteles) quis aſſignauerit perſonas aut prologos, aut hiſtrionũ multitudinem & quæ his ſimilia occurrũt: quibus verbis ſummatim ea fermè latere indicat, quæ ſigillatim de Tragœdia declarauerat ac demõſtrauerat in particula XXVI. & duabus inſequentibus, vbi & hiſtrionum multitudo & ſcenæ ornamenta & epiſodiorum varietas & id genus alia, vnde introducta ſint oſtendit. Vnum tamen eſt quod de Comœdia affirmari poteſt, nimirum Epicharmũ & Phormim fuiſſe, primos qui fabulam cœperint fingere & coagmentare; ita vt hæc laus Siciliæ debeatur. Tametſi haud inficiari liceret inter Athenienſes Cratẽ fuiſſe primũ qui iambica forma abiecta, hoc eſt maledicẽtia illa comica ex qua vna vetus extitiſſet Comœdia, in vniuerſùm ſermones ac fabulas inſtituerit. Hæc Ariſtoteles in hac particula. In qua tamẽ multa occurrũt pp quæ vniuerſa loci huius

*Confirmat rem duplici ſigno. I.*

*II.*

*Concludit ea quæ de Tragœdia explorauerat, de Comœdia agnoſci non poſſe.*

*Illud vnũ coperiũ videri qui fabulam Comicã coagmentauerit primus.*

dus, ex quibus cōſtat drama vniuerſum; cōmunia ſunt Tragœdiæ cū Comœdia; ita vt tragica Ariſtotelis præcepta certa quadā analogia & proportione ad comica præcepta fingēda & formanda deriuari poſſint, opportunitas igitur, niſi poſt Tragœdiam explanatā, captari nequit; quam nos Tragœdiæ explicatu abſoluto, ſi per otiū licuerit, arripiemus non grauatè. Nunc redeo ad Ariſtotelē, vt quæ huius ſunt loci proſequar & abſoluā. Vbi, vt intelligatur quo nomine ridiculū ad turpitudinē, hanc ad peccatū & vitiū, reuocet Ariſtoteles, obſeruandū eſt ἁμάρτημα & peccatū patére quam latiſſimè: complectitur enim tam vitia corporis, cuiuſmodi eſſet oblongū caput, diſtortúmque os, tum animi, cuiuſmodi eſſet ſtupidum eſſe aut furacem ſeu mendacem; tum fortunæ, vt vocant; vt ſi quis præ inopia dolio pro cubili vteretur aut mirè pannoſus prodiret in publicum. Comœdia igitur quodcunque ἁμάρτημα, & peccatum amplectitur, ſiue ſit corporis, ſiue animi, ſiue fortunæ: ſed ea tamen lege, vt eiuſmodi vitium nec interimendi nec dolorem afferēdi vim habeat: vbi enim vitium aliquod proferas vnde ſiue interitus ſiue dolor conſequatur, terror potiùs & commiſeratio quàm riſus excitabitur. Quāquam nec vbi vitium ab interitu abſit aut dolore, continuò riſum excitat, ſed tum demum cum huiuſmodi vitium flectat ad turpitudinem, vt ſi quis repentè gybbus aut diſtorto ore appareret ac turpi, ſed tamen ſine dolore, & ſanè turpitudo, neſcio quo pacto, videtur ad riſum concitandum neceſſaria. Id quod non ſolùm ex turpi hominum aſpectu, aut obſcœnis ineptiſque verbis quæ repentè excidant intelligitur, verùm etiam ex factis, quæ decoro careant, & repentè appareant: vt ſi vir honeſtus ac nobilis in forum præter morem pannoſus aut muliebri habitu prodeat, vel inter gradiendum ceciderit, ſine offenſione tamen, ac faciem deturpauerit. Denique qui ineptiſſimè aliquid geſſerit ita vt iudicij vitium repentè præ ſe tulerit, is etiam turpitudinem quandam animi contineat, vnde ridiculus ſit ſpectantibus. Itaque Plato in libro VII. de Legibus ad deformes quoque cogitationes ridiculum reuocabat. & M. Tullius in libro II. de Oratore Platonem & Ariſtotelem ſecutus aiebat, Ridiculorum campum eſſe turpitudinem & deformitatem: id quod doctrina & exemplis etiam Ariſtoteleis non diſſimilibus illuſtrabat, cum diceret nec inſignem improbitatem ac ſcelus, nec miſeriam afferre riſum, quod eſt, ea quæ dolorem afferunt ac vim habent interimendi, non pertinere ad ridicula. Vbi eleganter ſanè illud monebat, ea maximè rideri quæ turpitudinem deſignant non turpiter. & rectè quidem. qui enim turpia turpibus deſignet, is non tam facilè riſum excitet, quin viris grauibus nauſeam gignat. Contra ſi honeſtis illa aut ambiguis obſcuriſque verbis indicet, vt modeſtiæ quoque nonnihil ſeruiat, riſum, niſi in Xenocratem incidat, facilè moueat. Atque ex his, vt ad Ariſtotelem redeam, intelligere licet cur Ariſtoteles probaturus ridiculum non ad quodcunque peccatum aut vitium pertinere, oſtenderit pertinere ad turpitudinem, ſeu potiùs turpitudinis partem eſſe: intelligebat enim turpitudinem eſſe peccati ſeu vitij formam quandam & ſpeciem. Atque hæc de riſus vi & natura, quod attinet ad hunc locum. Nam vtrum admiratio quædam ex rei nouitate profecta requiratur ad riſum & id genus alia, tunc declarabuntur cum de Comœdia & ridiculis, ſi otium ſuppetat, diſſeremus. Nam de Eutrapelia & vrbano riſu quique in Oratorium cadit campum, diſputatur in III. Rhetoricorum. Tu, ſi placet, ea percurras quæ nos ibi ſcripſimus in cap. X. & XI. hoc eſt a pagina 1840 ad 1879.

*Quod peccati genus ſit ridiculū & cur turpitudine cōtineatur.*

# PARTICVLA XXX.

Αἱ μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι' ὧν ἐγένοντο, οὐ λελήθασιν, ἡ δὲ κωμῳδία, διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ Ἄρχων ἔδωκεν: ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν. ἤδη δὲ σχήματά τινα αὐτοῖς ἐχούσης, οἱ λεγόμενοι αὐτοῖς ποιηταὶ μνημονεύονται. τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἠγνόηται. τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Ἐπίχαρμος, καὶ Φόρμις ἦρξαν. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε, τῶν δὲ Ἀθήνησι Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου ποιεῖν λόγους, ἢ μύθους. 164

IGitur de promotione Tragœdiæ, & per quos ſatis conſtat: ſecus verò de Comœdia. ſiquidem initio, quòd parum ſui ſtudioſos habuerit, latuit; ſerò enim ab Arconte Comœdorum chorus, vt quiſque ſeſe obtuliſſet, inductus eſt. Ejus verò profeſſo-

*Paccius.*

ſeſſores, vbi iam aliquam ſpeciem præ ſe tulit, memorantur. Quis autem perſonas, prologos, hiſtrionum multitudinem, cæteraque huiuſmodi protulerit, prorſus obſcurum. Cæterum cõfingere fabulas, quod quidem a Sicilia primùm manauit, Epicharmus & Phormis cœperunt; ſicuti quoq; ex Athenienſibus Crates, iambica prorſus ratione omiſſa, in vniuerſùm ſermones vel fabulas confinxit. *Paccius.*

*Riccobonus*

*AC mutationes quidem Tragœdiæ & per quos factæ ſint, non latent. Comœdia verò quia in ipſa a principio poſitum ſtudium non eſt, latuit. Etenim chorum comœdorum ſerò magiſtratus dedit: ſed illi voluntarij erant. Atque cum figuras quaſdam iam ipſa nacta eſſet, pauci ipſius poëtæ commemorantur. Quis autem perſonas aſſignauerit aut prologos aut multitudines hiſtrionum & quæcunque talia ignorantur. at fabulas facere Epicharmus & Phormis cœperunt. Ac ex Sicilia quidem a principio venit. Eorum verò qui Athenis orti ſunt Crates primus, cum iambicam formam abieciſſet, cœpit in vniuerſùm facere ſermones vel fabulas.*

COM. XXX. *Cur incrementa Comœdia ſint obſcura.*

Part. 33.

CVNCTATOR videri poterat Ariſtoteles; qui cum Comœdię incremẽta (incrementa namque Tragœdiæ & progreſſiones iam retulerat) proferre deberet, in Comœdiæ definitione ac ridiculorum deſcriptione verſaretur quæ alio loco & multo poſtea (id quod ipſemet poſt paulò ſignificabit) eſſent pertractanda. Sed ecce tibi ſeſe iam refert, nec ſine fœnore, ad inſtitutum. Ac Tragœdiæ (inquit) mutationes & per quos factæ ſint, notare quidem licuit: non enim latent: Comœdia verò, quoniam in ipſa ab initio ſtudium non eſt poſitum, latuit. quibus verbis generatim cauſam nobis obijcit, vnde intelligamus cur incrementa ſeu mutationes & progreſſiones obſeruare quidem licuerit in Tragœdia, idque authoribus etiam notatis; in Comœdia verò obſeruare haud liceat. Atque huic rei ea nonnihil ſeruiunt quæ de Comœdia dicta ſunt. facilè enim credi poteſt eius mutationes & progreſſiones latuiſſe, cum viliores imitaretur actiones. quantum enim mortalium ſtudia ob ſui dignitatem & præſtantiam excitauit Tragœdia, tantum par eſt Comœdiam ob ſui

165 obſcuritatem & humilitatem eorundem ſtudia repreſſiſſe. Id quod eo ſigillatim declarat argumento ac ſigno quòd Comœdorum chorus, hoc eſt id quo maximè fieri poterat Comœdię dignitatis & exiſtimationis acceſſio; niſi ſerò a Magiſtratu non eſt attributus Comœdiæ, quod ſatis declarat eam diu ingloriam iacuiſſe. Quamuis enim antea quoque vteretur choro, hunc tamen nõ impertiebat Magiſtratus: ex quo fiebat vt minùs exercitatos haberet actores; neque enim dubitãdum eſt quin publicus chorus quique a magiſtratu aleretur, & publicis ſpectaculis exerceretur, longè nauus, & induſtrius eſſet. Deniq; voluntarij quique hinc inde coaleſcerent, tumultuarij facilè apparebant & imperiti. Hoc inquam ſigno confirmat primùm Ariſtoteles Comœdiæ ſtudium iacuiſſe. Sed & alterũ addit quod magis ac magis declarat Comœdiam veluti in obſcuro latuiſſe; vel certè non magnam ſibi exiſtimationem peperiſſe. Nam quo tempore eò peruenerat Comœdia vt ſchemata quædam & figuras iam nacta eſſet, ita vt non informis planè iaceret, ſed ſpeciem quandam & formam, atque adeò, artium quibus cõformaretur ac variaretur, diſtinctionem conſecuta eſſet, pauci tamẽ Comœdiæ authores numerabantur. quàm enim obſcuritatis notam aut famam contraxerat ab initio, ea facile mortales deterrebat, ne Comœdię authores haberi aut eſſe vellent. Itaque credendum eſt authores quoſdam non induſtrios, ſed rudes ac plebeios habuiſſe, quorum nomina eſſent planè obſcura. Quin ne illud quidẽ non ignoratur (ſubdit Ariſtoteles) quis aſſignauerit perſonas aut prologos, aut hiſtrionũ multitudinem & quæ his ſimilia occurrũt: quibus verbis ſummatim ea fermè latere indicat, quæ ſigillatim de Tragœdia declarauerat ac demõſtrauerat in particula XXVI. & duabus inſequentibus, vbi & hiſtrionum multitudo & ſcenæ ornamenta & epiſodiorum varietas & id genus alia, vnde introducta ſint oſtendit. Vnum tamen eſt quod de Comœdia affirmari poteſt, nimirum Epicharmũ & Phormim fuiſſe, primos qui fabulam cœperint fingere & coagmentare; ita vt hæc laus Siciliæ debeatur. Tametſi haud inficiari liceret inter Athenienſes Cratẽ fuiſſe primũ qui iambica forma abiecta, hoc eſt maledicẽtia illa comica ex qua vna vetus extitiſſet Comœdia, in vniuerſùm ſermones ac fabulas inſtituerit. Hæc Ariſtoteles in hac particula. In qua tamẽ multa occurrũt ꝓp quæ vniuerſa loci huius

*Confirmat rem duplici ſigno. I.*

*II.*

*Concludit ea quæ de Tragœdia explorauerat, de Comœdia agnoſci non poſſe.*

*Illud vnũ cõpertũ videri qui fabulam Comicã coagmentauerit primus.*



Digitized by Google

ſeſſores, vbi iam aliquam ſpeciem præ ſe tulit, memorantur. Quis autem perſonas, prologos, hiſtrionum multitudinem, cæteraque huiuſmodi protulerit, prorſus obſcurum. Cæterum cõfingere fabulas, quod quidem a Sicilia primùm manauit, Epicharmus & Phormis cœperunt; ſicuti quoq; ex Athenienſibus Crates, iambica prorſus ratione omiſſa, in vniuersùm ſermones vel fabulas confinxit. Paccius.

Riccobonus

*AC mutationes quidem Tragœdiæ & per quos factæ ſint, non latent. Comœdia verò quia in ipſa a principio poſitum ſtudium non eſt, latuit. Etenim chorum comœdorum ſerò magiſtratus dedit: ſed illi voluntarij erant. Atque cum figuras quaſdam iam ipſa nacta eſſet, pauci ipſius poëtæ commemorantur. Quis autem perſonas aſſignauerit aut prologos aut multitudines hiſtrionum & quæcunque talia ignorantur. at fabulas facere Epicharmus & Phormis cœperunt. Ac ex Sicilia quidem a principio venit. Eorum verò qui Athenis orti ſunt Crates primus, cum iambicam formam abieciſſet, cœpit in vniuerſùm facere ſermones vel fabulas.*

COM. XXX.

*Cur incrementa Comœdiæ ſint obſcura.*

CVNCTATOR videri poterat Ariſtoteles; qui cum Comœdię incremẽta (incrementa namque Tragœdiæ & progreſſiones iam retulerat) proferre deberet, in Comœdiæ definitione ac ridiculorum deſcriptione verſaretur quæ alio loco & multo poſtea (id quod ipſemet poſt paulò ſignificabit) eſſent pertractanda. Sed ecce tibi ſeſe iam refert, nec ſine fœnore, ad inſtitutum. Ac Tragœdiæ (inquit) mutationes & per quos factæ ſint, notare quidem licuit: non enim latent: Comœdia verò, quoniam in ipſa ab initio ſtudium non eſt poſitum, latuit. quibus verbis generatim cauſam nobis obijcit, vnde intelligamus cur incrementa ſeu mutationes & progreſſiones obſeruare quidem licuerit in Tragœdia, idque authoribus etiam notatis; in Comœdia verò obſeruare haud liceat. Atque huic rei ea nonnihil ſeruiunt quæ de Comœdia dicta ſunt. facilè enim credi poteſt eius mutationes & progreſſiones latuiſſe, cum viliores imitaretur actiones. quantum enim mortalium ſtudia ob ſui dignitatem & præſtantiam excitauit Tragœdia, tantum par eſt Comœdiam ob ſui

Part. 33.

165 obſcuritatem & humilitatem eorundem ſtudia repreſſiſſe. Id quod eo ſigillatim declarat argumento ac ſigno quòd Comœdorum chorus, hoc eſt id quo maximè fieri poterat Comœdię dignitatis & exiſtimationis acceſſio; niſi ſerò a Magiſtratu non eſt attributus Comœdiæ, quod ſatis declarat eam diu ingloriam iacuiſſe. Quamuis enim antea quoque vteretur choro, hunc tamen nõ impertiebat Magiſtratus: ex quo fiebat vt minùs exercitatos haberet actores; neque enim dubitãdum eſt quin publicus chorus quique a magiſtratu aleretur, & publicis ſpectaculis exerceretur, longè nauus, & induſtrius eſſet. Deniq; voluntarij quique hinc inde coaleſcerent, tumultuarij facilè apparebant & imperiti. Hoc inquam ſigno confirmat primùm Ariſtoteles Comœdiæ ſtudium iacuiſſe. Sed & alterũ addit quod magis ac magis declarat Comœdiam veluti in obſcuro latuiſſe; vel certè non magnam ſibi exiſtimationem peperiſſe. Nam quo tempore eò peruenerat Comœdia vt ſchemata quædam & figuras iam nacta eſſet, ita vt non informis planè iaceret, ſed ſpeciem quandam & formam, atque adeò partium quibus cõformaretur ac variaretur, diſtinctionem conſecuta eſſet, pauci tamẽ Comœdiæ authores numerabantur. quàm enim obſcuritatis notam aut famam contraxerat ab initio, ea facile mortales deterrebat, ne Comœdię authores haberi aut eſſe vellent. Itaque credendum eſt authores quoſdam non induſtrios, ſed rudes ac plebeios habuiſſe, quorum nomina eſſent planè obſcura. Quin ne illud quidẽ non ignoratur (ſubdit Ariſtoteles) quis aſſignauerit perſonas aut prologos, aut hiſtrionũ multitudinem & quæ his ſimilia occurrũt: quibus verbis ſummatim ea ferme latere indicat, quæ ſigillatim de Tragœdia declarauerat ac demõſtrauerat in particula XXVI. & duabus inſequentibus, vbi & hiſtrionum multitudo & ſcenæ ornamenta & epiſodiorum varietas & id genus alia, vnde introducta ſint oſtendit. Vnum tamen eſt quod de Comœdia affirmari poteſt, nimirum Epicharmũ & Phormim fuiſſe primos qui fabulam cœperint fingere & coagmentare; ita vt hæc laus Siciliæ debeatur. Tametſi haud inficiari liceret inter Athenienſes Cratẽ fuiſſe primũ qui iambica forma abiecta, hoc eſt maledicẽtia illa comica ex qua vna vetus extitiſſet Comœdia, in vniuerſùm ſermones ac fabulas inſtituerit. Hæc Ariſtoteles in hac particula. In qua tamẽ multa occurrũt pp quæ vniuerſa loci huius

*Confirmat rem duplici ſigno. I.*

*II.*

*Concludit ea quæ de Tragœdia explorauerat, de Comœdia agnoſci non poſſe.*

*Illud vnũ cõpertũ videri qui fabulam Comicã coagmentauerit primus.*

M 2 ſenten-

*CONTROVERSIA XXXI. In qua vt conſtet Nũ probanda ſint quæ habet Ariſtoteles vt doceat Comœdiæ incremẽta in obſcuro verſari, Quæruntur multa.*

ſententia in Cõtrouerſiã reuocetur. Ac primò qualiſnã erat chorus qui a magiſtratu dabatur? hiſtrionúmne & actorũ, an verò eorũ qui ab hiſtrionibus eſſent ſeiugati, & ex ſimilũ quorundã multitudine hominũ chorũ efficerent, cui canendi, interdũ etiã loquẽdi, daretur munus? Quid etiã cauſæ eſt vt Comœdiæ nobilitandæ chorus a Magiſtratu delatus tantopere valuiſſe ſignificet, cum hoc Tragœdiæ nobilitandæ non adhibuerit? certè paulò ante multa cõmemorauit quibus Tragœdia primæuã illã abiecit humilitatẽ; at magiſtratus liberalitate, quòd ſcilicet chorũ illi attribuerit, nobilitatam, ne verbũ quidem. Verùm quid per σχήματα ſeu figuras planè intelligit quas Comœdiam aliquando nactam eſſe affirmat? Quid rurſus perſonæ ſignificat nomine? laruámne an verò perſonas ipſas & hiſtriones? ſi enim illam dixeris, mirum hanc in Tragœdia prætermiſſam, dum tot ac tanta, quæ ad eam augendam confluxerint, memorantur. ſi has, cur rurſus hiſtriones recenſet, atque horum quoque authores in Comœdia ignorari indicat? Atque idem quæri de Pro-
*I.* logis poteſt. nam præterquam quod ijs caruiſſe Græci Comici dicuntur, multos prologos
*II.* (προλόγυς enim ait Ariſtoteles) Comœdiæ attributos, legimus nuſquam. Ad hæc quî
*III.* fieri poſſit vt tam ſerò, hoc eſt Epicharmi tempore, fabula fuerit excogitata ſeu ficta, cum
*IV.* *V.* Tragœdia & multò antiquior eſſet, & verò fabula carere non poſſet? Quin ne Iambicum
*VI.* quidem, hoc eſt carmen quod aliquorum conuicijs adhiberetur, fabula caruiſſe potuit &
argumento: tantùm abeſt vt ante Epicharmum ea careret Comœdia. Adde quòd quo
*VII.* tempore σκώμματα referret, eodem ſine fabula fingi ſed ne concipi quidem potuit. Denique
*VIII.* quid eſt iambicam formam abijcere, ac ſermones, aut fabulas facere? Aut ad extremum
*Reſpondetur.* quid eſt quòd ſermones opponit iambis? num fortè Crates iambo & carmine abiecto, ſoluta oratione fabulas fecit? Hæc dubitari poſſunt in præſenti particula. Quibus reſpon- 166
dendum eſt tamen. Ac primo in quo dubitatur de choro, an fortaſſe vbi Magiſtratus de-
*Ad primũ.* diſſe dicitur Comœdorum χορὸν, reponendum eſt χώραν. quaſi dicat ſerò a Magiſtratu Comœdorum regionem ac locum attributum, quod eſt Comœdias agendi locum, conceſſum eſſe? Sanè Plato in libro VII. de Legibus iubet ne in vrbe antea excipiantur Tragici quàm a magiſtratu cognoſcerentur eorum fabulæ & probarentur. Itaque nil prohiberet quominùs χώραν in χορὸν migraſſet, ſed tamen cum è veſtigio ſubdat Ariſtoteles, ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν *ſed voluntarij erant*; id ſanè ad regionem referri nequit: omninóque ad Chorum pertinet quod Comœdorum Chori illi eſſent voluntarij, quemadmodum docuimus antea, non attribui a Magiſtratu. Imò verò Plato ipſe tum in eo loco quem citaui paulò ante, tum in II. de Republica, Chori meminit, qui Tragicis daretur a Magiſtratu; ita vt hũc a Magiſtratu Chorum attributum Comicis, ac ſerò attributum, conſtare poſſit. Recurrit igitur dubitatio, an quoniam addidit *Comœdorum*, intelligat actores Comœdiarum (hi enim ſignificari videntur nomine Comœdorum) an Chorum propriè acceptum, qui ab actoribus & hiſtrionibus non nihil differebant. ſanè probabile eſt Chorum propriè vſurpari: cùm addere potuerit Comœdorum, vt ſignificaret ſe loqui de Choro Comico non Tragico: quaſi verò Tragicus non ſerò ſed iandiu fuiſſet attributus a Magiſtratu. ita fieret vt dum paulò poſt neſciri ait quis aſſignauerit multitudinem hiſtrionum, appoſitè loqueretur & conſentienter, cum hîc de actoribus & de hiſtrionibus, ibi de Choro verba faceret. Et ſanè Suidas, Plutarchus, & alij qui Chorum a Magiſtratu attributum dicunt, ſatis confirmant tum Chorum non χώραν, & regionem, intelligendum tum chorum propriè non pro hiſtrionum multitudine vſurpandum. cum enim a magiſtratu chorum ſcribant & Tragœdiæ, & Comœdiæ aliquando attributum, obſcurè nimis ac minùs propriè loquerentur, niſi ordinarium chorum qui inquam ab hiſtrionibus diſtingueretur intellexiſſent: ita vt planiùs loquantur & more maiorum. ex quo fit vt ſatis intelligatur Ariſtotelem dum ait Comœdorum chorum a magiſtratu ſerò conceſſum, Comœdorum chorum dicat nõ vt hiſtrionum multitudinem deſignet, ſed chorum ipſum comicum diſtinguat a Tragico, qui reuera multò antea fuerat a magiſtratu conceſſus. Denique dum Plutarchus requirit, num Athenienſes maiorem bello an doctrinis ſibi gloriam compararint, ac prolixè in eos inuehitur quòd nimios ſumptus in ſpectaculis, ſigillatímque in Tragicorum Comicorúmque choris impenderent; ſatis ea confirmat quibus nos hunc Ariſtotelis locũ dilucidauimus. Quapropter qui actores intelligũt & hiſtriones illius chori nomine, vix ac ne vix quidem habent vnde doceant Ariſtotelẽ nõ videri immemorẽ, aut ſecũ diſſidere, cum è veſtigio ferè addat ignorari quis dederit hiſtrionum multitudinem: quandoquidem magiſtratus ſaltem in promptu eſſet, qui Comœdorum hoc eſt actorum (vt illi

interpretantur)Chorum & multitudinem dederit. Denique ijs qui hiſtriones intelligunt
per Comœdorum Chorum, aut etiam Chorum & hiſtriones ſimul, illud vnum ſupereſt
perfugium vt dicant ignorari quis aſſignauerit multitudinem hiſtrionum, qui volunta-
rij eſſent ac priores quàm quia magiſtratu darentur. quod ſanè perfugium eſſet perfrigi-
dum & voluntarium: nam primos hiſtriones & voluntarios fuiſſe, quod teſtatur Ariſtote
les, & aſſignatos fuiſſe, quod iſti dicerent, non cohærent facilè. Adde quod Author in par-
ticula XXVI. multitudinem hiſtrionum apertè diſſociauit a Choro: ita vt hîc Chorus Co- *Ad ſecundum.*
mœdorum ſignificet Chorum Comicum. Quod ſi ſupra non expoſuit Chorum a magi-
ſtratu fuiſſe Tragœdiæ datum, cum id pertinere poſſet ad Tragœdiæ dignitatem, id con-
tingere potuit, vel quia notum eſſet a magiſtratu Tragœdiæ attributum Chorũ; vel quia
ibi non tam Tragœdiæ dignitatem quàm incrementa, progreſſiones, ſtatum denique in-
ueſtigabat. & ideo hîc quoque obiter & alterius gratia non Comœdiæ dignitatem requi-
rens, Comœdiæ attributum memorat a magiſtratu Chorum; eò enim ſpectat vt doceat
in magna obſcuritate fuiſſe Comœdiam, id quod inde; etiam docet quia ſerò Chorus a
magiſtratu attributus ſit. Iam verò per figuras, quas nactam dicit Comœdiam, eò ſpectat *Ad tertium.*
vt intelligamus Comœdiam diu iactatam, varias habuiſſe mutationes (id quod de Tragœ
167 dia quoque protulerat) antequam aliqua ex parte conquieſceret, ac certam illa faciem &
formam præſeferret: quaſi verò antea Protheum imitaretur. Et ſanè hac de cauſa vetus,
media, noua (nam hæc iam Ariſtotelis tempore extiterat Comœdia numeratur. ac modò
*Par. 26.* in plauſtris, modò in cauea, modò in triuijs, modò in vrbe & in Theatro habita ac mira
diu varietate agitata eſt. Ideo autem figuras dicit nactam, quod Comœdia, vt dice-
re cœperam, multiformis adhuc eſſet; ita vt alij conuicia, etſi nominibus parcerent,
excercerent: alij amores; alij alia exprimerent & ſectarentur. Vt omittam propter
hiſtrionum, Chori, apparatus ac proinde ſcenæ theatríque varietatem, quæ adhuc
non nihil variaretur (etſi alioquin non quemadmodum antea fluctuaret) potuiſſe fi-
guras potiùs quàm figuram illi attribuere. Nam togatas vel palliatas & huiuſmodi a-
lias Comœdias huc referri poſſe, quaſi verò hac de cauſa figuras quaſdam nacta dica-
tur; equidem nullo modo conceſſerim quòd Ariſtotelis tempore haud ſuborta eſſet hæc *Ad quartum.*
varietas. Perſonæ verò nomine non tam laruam quàm hiſtriones & actores intelligo; íd-
que tum quia nec minuta facilè perſequitur Ariſtoteles (& hac de cauſa laruæ inuentio-
nem, quam Aeſchylo tribuere potuiſſet, reticuit, ídque quantumuis alia Aeſchylo acce-
pta retuliſſet) tum quia vbi perſonæ, hoc eſt laruæ, inuentionem quæſiſſet ac authorem,
fortaſſe non tam perſonas quàm perſonam dixiſſet. Quod ſi continenter ignorari quoque
ait quis aſſignauerit multitudines hiſtrionum, non idcirco perſonas hoc eſt actores repe-
tit, ſed requirit quis actorum ac perſonarum multitudinem auxerit, ſeu potiùs fatetur
ignorari quis eas ad multitudinem ſeu veriùs multitudine traduxerit. Et hac fortaſſe de
cauſa numero multitudinis vſus eſt cum dixerit, ignorari quis introduxerit multitudinẽ
perſonarum; Vt mirum ſit Victorium hanc nõ retinuiſſe & cuſtodiſſe vocem. Per pro- *Ad quintum.*
logos verò prima colloquia intelligit, quæ prologi coniuncti nomen inuenerunt, vbi di-
ſiunctus prologus inuentus eſt. ignoratur verò author, quia licet nũquam fuerit Comœ-
dia ſine primis colloquijs ac proinde ſine prologo; tamen quæ argumentum fabulæ inter
colloquendum data opera aperirent colloquia, hæc verò excogitata ſunt procedẽte tẽpo-
re; ita vt cum antea prima colloquia fabulæ initijs aperiendis & auditorum docilitati cõ-
parandæ non eſſent deſtinata; huc deinde (quod in Tragœdia quoque curatum oſtendi-
mus) reuocata ſint. An verò Græci diſiuncto vnquã prologo vſi ſint, quemadmodũ apud
nos Plautus & Terentius, nõ eſt huius temporis diſputare. ſat ſit exemplum in Ariſtopha-
ne reperiri nullum: & Ariſtotelẽ multitudinis numero facilè vti quòd non latinorũ mo-
re prologum atq; vnigenum ſemonẽ, ſed colloquia prima fabulæ intelligeret, quæ inter-
dum, nè primo quidem actu ſeu ante parodi ingreſſum abſoluantur, cum initia fabulæ &
argumentũ quandoque poſt chori ingreſſum abſoluantur. Et conſimili quidem ratione
proferre potuit fabulæ authores: videtur enim de fabula certo artificio elaborata loqui, nõ *Ad ſextũ.*
tumultuaria & rudi, quæque ſolis conuicijs cõtineretur. Et hoc erit facere ſermones vel
fabulas: quia nimirũ Epicharmus & Phormis apud Siculos primi, primus deinde apud A- *Ad ſeptimum.*
thenienſes Crates, fabulã præmeditari ac fingere cœperant, quam deinde moribus aut ſaltẽ
ſententia & dictione veſtirent, cum antea conuicia temerè funderẽt: & ideo dicitur Crates
formã illam iambicã hoc eſt conuicijs plenam abieciſſe. Nã ſi quis ob Epicharmi & Phor
mis antiquitatem ſuſpicetur hos in vniuerſùm fuiſſe primos, qui fabulam Comicã, qualis

qualis illa eſſet, excogitarint & inuenerint, equidē nō facilè aſſenſerim, quòd Epicharmus poëta nobilis fuerit, quiq; a Platone magnopere æſtimaretur, ac propterea primariæ illius 168
Comœdiæ & inconditæ ac rudis primus author credendus non ſit. Vt omittam Ariſtotelem hic de Comœdiæ incrementis agere, non de ortu & incunabulis primis. An verò Crates primus ſermones ita fecerit comicos abiectis iambis, vt ſoluta vſus ſit oratione,
*Ad octauū* non facilè ſtatuerim. Nam ſuſpicor quidem Iambos ſeu iambicam formam pro maledicentiſſimo poëmate vſurpatam potiùs quàm pro iambica carminis forma: ex quo fieret vt ſermones qui Iambicæ formæ opponuntur, ſignificarent Comœdiam nouam aut mediam, quæ maledicentiam illam vel abieciſſet vel temperaſſet: ita ſanè ſermones & fabulas more maiorum vſurpaſſet non ſigillatim pro ſoluta oratione. Quanquam ſi quis mordicus pugnet, iambicam formam ſignificare iambicum carmen, atque hoc abiectum & in ſermonem hoc eſt in ſolutam orationem conuerſum dicat, ita vt Crates fabulam quidem non carmen feciſſe dicendus ſit, & hoc eſſe ſermonem in vniuersùm facere, vel certè hinc fabulam deſignari quæ vniuerſum ſermone, qualis qualis ille eſſet ſiue ſolutus ſiue vinctus, contineretur, is non ſtatim redargui poſſit ac penitus euinci.

# PARTICVLA XXXI.

Ἡ Μὲν οὖν ἐποποιΐα τῇ τραγῳδίᾳ μέχρι μόνου μέτρου μετὰ λόγου μίμησις εἶναι σπουδαίων ἠκολούθησεν, τῷ δὲ τὸ μέτρον ἁπλοῦν ἔχειν, καὶ ἀπαγγελίαν εἶναι, ταύτῃ διαφέρουσιν, ἔτι δὲ τῷ μήκει. ἡ μὲν γὰρ ὅτι μάλιστα, πειρᾶται ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου εἶναι, ἢ μικρὸν ἐξαλλάττειν, ἡ δὲ ἐποποιΐα ἀόριστος τῷ χρόνῳ καὶ τούτῳ διαφέρει. καὶ τοι τὸ πρῶτον ὁμοίως ἐν ταῖς τραγῳδίαις τοῦτο ἐποίουν, καὶ ἐν τοῖς ἔπεσι.

*Itaque Tragædia Epopæia dumtaxat ſimilis eſſe apparet quòd metrico ſermone præſtantium imitatio eſt hoc differt quòd ſimplici vtitur metro: quòdque enarratio eſt, longitudine præterea: quoniam Tragædia quidem intra vicus potiſſimum Solis vel paulò plus minùsve, periodum acta eſt. quandoquidem Epopæia temporis ſpatio non vrgetur, qua ſanè libertate in Tragædijs, perinde ac in hexametris, a principio vſi ſunt.* *Paccius.*

EPopœia igitur Tragœdiam vſque ad ſolum hunc terminum conſecuta eſt, quòd ſit cum ſermone imitatio bonorum. In eo autem differunt quod illa quidem *Riccobonus.* metrum ſimplex habet, & enarratio eſt; præterea longa eſt; hæc verò quam maximè conatur ſub vno Solis ambitu eſſe aut pauliſper variare; cum Epopœia indefinita ſit tempore. Atquo in hoc differt, etiam ſi primis temporibus id ſimiliter faciebant, tum in Tragœdijs tum in Epicis.

*COMM. XXXI. Quibus epopœia conueniat cū Tragœdia: quibus diſſentiat.*

CVM pro opportunitate originem & cauſas, adde etiam incrementa, tum poëtices vniuerſim, tum eius formarum ac partium, ſit proſecutus, ac ſigillatim Tragœdiæ tum ortū & [incunabula] tum accretionem ad perfectum vſque ſtatum declarauerit; iam colligit ea, in quibus Epopœia tum conuenit cum Tragœdia, tum ab ea diſſentit. nec immeritò. cum enim iam iam ad Tragœdiam conuertere orationem decreuiſſet vniuerſam, præſtabat ſanè 169
colligere priùs tanquam epilogo quodam tum conuenientias tum differentias, quæ ex dictis oriebantur, ne nos, quoniam diſperſæ videri poterant, vel etiam non ſatis expreſſæ, hoc fraudaret bono. Quāquā de hac re tota vberiùs & clariùs paulò poſt. Principiò igitur ponet in eo cōuenire ac ſimilitudinē referre, quod vtraq; tum metro vtitur, tum σπουδαίων, preſtantiū inquā, actiones imitatur. Quas duas conuenientias elegāti ſanè (id quod Victorius aptè obſeruat) exprimit ſimili: quaſi verò Epopœia hac in re ſeſe Tragœdiæ præbuerit comitem, eámq; ad certū vſq; locū fuerit conſectata. Qua in re magnopere ſuſpiceris Ariſtotelē Epopœiam induxiſse, quæ Tragœdiā ſit cōſectata, quòd ei, Platonis pace, Tragœdiā

non

non modò æquare verùm etiã anteponere (id quod ſuo loco apertè faciet) decreuiſſet. Illud enim *ἀκολουθοῦσα conſectata eſt*, indicare dixeris ſic tanquã itineris fuiſſe comitẽ, vt aſſecla quodãmodo, & conſectatrix habenda ſit. Certè Mutinenſis interpres, hinc conſtare ait
Pag.108 p. ex Ariſtotele Tragœdiam Epopœiæ perinde præferendam ac pediſſequæ heram. De qua tamẽ re ſuo loco dicam copioſè: atque ita dicam, vt fortaſſe Epopœia Platone atque authoribus optimis, ſed ratione inprimis fauentibus, ſuam dignitatem retinere, Tragœdiæ etiam præſtare, fatendum ſit, tantùm abeſt vt ei ſit ſubijcienda. Illud tamen non prætermittam, propter vocem illam *ἀκολουθεῖν*, nec talem ac tantam inuidiam cõflaſſe illi Ariſtotelem, qualem & quantam illi conflat Mutinenſis (comites enim non facilè inter famulos ſunt numerandi) nec (ſi fortè inuidiam illi planè conflare inſtituiſſet) omnino co-
Par.23. hærenter diſputare, qui ſupra Tragœdiam ex Epopœia ortam ſignificauit, & Homerum ipſum Iliade & Odyſſea Tragœdiæ formam commonſtraſſe affirmauit. Quis enim hæc non Epopœiæ laudi adſcribat, quaſi verò ſuam Tragœdiæ ortum vel ſaltem nobiliora incrementa & non minimum dignitatis partem Epopœiæ debeat? Quid ſi ex Epicis Tragicos factos dicit. Quòd Tragœdiæ figuræ honoratiores eſſent, iam præterquam quod Epicos (id quod Victorius appoſitè monuit) illos appellat qui hexametris vterentur, non tã id ſpectandum quod aliquibus videretur dum externa illa Tragœdiæ pompa & apparatu allicerentur, quàm Epopœiæ & Tragœdiæ vis & momentum æſtimandum eſt. Sed vt dixi de re hac ſuo loco copioſiùs. Nunc ad penſum. Ergo duas habemus conuenientias Epopœiæ & Tragœdiæ, nimirum carminis vſum, & præſtantium imitationem. Nunc diſſimilitudines agnoſcamus. Tres verò ab Ariſtotele diſſimilitudines afferuntur. Prima quòd Epopœia ſimplici vtatur metro. Altera quòd *ἀπαγγελίᾳ* ſeu enarratione contineatur. Poſtrema quia præſtet longitudine: cum Tragœdia res vno Solis circuitu vel paulò longiore geſtas complectatur: Epopœia verò tempore non vrgeatur, etſi enim a principio (inquit) Tragici etiam hac libertate vſi ſunt, vt longioris temporis facta complecterentur, nunc tamen ad vnicam Solis periodum reuocata eſt. Hæ ſunt differentiæ. Nunc veluti ad initium redeo, vt totam loci huius ſententiam (ſpinoſa eſt enim ac ſalebroſa) *CONTROVERSIA*
in Controuerſiam adducam. ac propterea varias afferam dubitationes, quæ profectò, ſi *XXXII.*
rectè explicentur, plurimum lucis huic ſint loco allaturæ dum Epopœia cum Tragœdia *Nũ rectè*
comparatur. *cũ Tragœ-*

Ac primùm cur non potiùs Tragœdiam dixit conſecutam eſſe Epopœiam cum ab *dia compa-*
Epopœia veluti orta ſit & formam inde acceperit? Certè Ariſtoteles ſignificauit Epo- *rauerit Epopœiam.*
pœiam eſſe antiquiorem: ait enim eandem ad Tragœdiam habere proportionem Ho- *Dubitatur.*
meri Iliadem & Odyſſeam, quam Margites ad Comœdiam, quare Homerus, ſi Ariſto- *I.*
telem audires, Margite ſubmonſtraſſet primus Comœdiæ figuras; drama non quidem conuicijs ſed ridiculis conſlans: igitur Odyſſea & Iliade Tragœdiæ figuras cõmonſtrarit oportet. Quid multa? Statim atque apparuit Tragœdia (inquit Ariſtoteles) pro Epicis Tragici facti ſunt, quia maiores & honoratiores figuræ eſſent hæ quàm illæ. Deinde *II.*
170 quid eſt quòd metro ſimiles efficiat Ariſtoteles duas iſtas poëmatis formas, cum iam antea, nec ſemel, ſignificauerit Epopœiam ſoluta oratione contineri poſſe? Ad hæc qui tan-
dem *σπουδαίους* vtraque imitatur? nam ſi *σπουδαῖοι* ſignificat probum, ſanè Tragœdia im- *III.*
probos tyrannos ac ſæuos imitatur paſſim; quíque crudelitatem ſpirent vndique, tãtùm abeſt vt excellant probitate. Certè Euripidis, Sophoclis, Aeſchyli, adde etiam, Senecæ Tragœdiæ præter crudelitatem fermè redolẽt nihil. Epopœia quoque non optimos imitatur ſemper; ſed improbos non rarò, vt Therſites, Sinones, Cyclopes imprudentiſſimos,
Part.33 & dein. procos impudiciſſimos ac ſimiles. Quod ſi *σπουδαίους* dicas præſtantes ſignificare & illuſtres, quaſi verò Tragœdia & Epopœia Comœdiæ opponantur, quæ viles atque humiles actiones complectitur, iam prꝫterquam quod Comœdia interdũ honeſtas ac ſerias actiones refert; Tragœdia quoque viles introducit actores, vt ſeruos, paſtores, nutrices, mulierculas; Epopœia item his variata eſt tota. quare apud Homerum in Odyſſea errones, ſu-
bulci, ancillæ, ſerui apparent paſſim. Atque idem genus hominum interdum occurrit in *IV.*
Iliade: in Aeneide etiam aliquando notari poſſit. Præterea cur non Tragœdia quoque & Comœdia ſimplici vtitur metro? ſanè Choris exceptis, qui non videntur fabulæ neceſſa-
rij, ſolo metro ſeu carmine vtuntur perpetuò. Ad hæc qualis eſt tandem *ἀπαγγελία* ſiue *V.*
narratio iſta: neque enim aut ſatis de illa conuenit inter interpretes, nec Ariſtoteles eius vim explicat: pręſertim verò quod attinet ad imitationem: quandoquidem enarratio qua

ſtatuit

VI. ſtatuit in præſens Epopœiam vti, hanc imitationis vacuam plerſique cernimus. Iam verò vt Solis ambitu ſiue vnico de Tragica contineatur actio, contingere poteſt vel quia integrum diem conſumant actores in actione ac fabula peragenda, vel quia res quæ peragitur, vnius Solis ambitu geſta ſit & abſoluta. Vtro igitur modo Ariſtotelem intelligamus?
VII. Adde quod de hoc ipſo Solis ambitu dubitari poteſt Num artificialis an naturalis cenſendus ſit: hoc eſt num is ambitus ſit ſpectandus quo Sol ab Oriente in Orientem aut in idē punctum recurrit, vnde dies naturalis oritur, an is qui ab Oriente in Occidentem Solem
VIII. conficitur vnde artificialis exiſtit dies. Adde etiam incredibile videri poſſe vt Epopœia nullo temporis ſpatio vrgeatur: humanas enim actiones vel potiùs vnicam actionem re-
IX. fert, quæ certo temporis peragitur ſpatio. Ad extremum alia ſunt permulta in quibus ſiue conueniunt ſiue differunt & ea non leuia. ſiquidem mores verbi gratia & ſententiæ ſunt vtrique communes: apparatu verò differunt, cum Epopeiæ haud ſeruiat. quid igitur eſt quòd ea ſola diſcrimina vel illas ſolas conuenientias attingat? aut Epopœiam duabus illis conuenientijs tantùm affirmet Tragœdiam conſectari? Hæc aduerſus propoſita hu-

*Reſpondetur Ad primum.* ius loci decreta. Sed reſpondeo tamen. Ac primò non eſt quod inficiemur Ariſtotelem cum Poëticarum formarum perquireret ortum, principiò tum grauium actionum, tū humiliorum, originem propoſuiſſe in vniuersùm: atque illinc Heroicorum hinc Iamborum, poëtas partim expreſſiſſe, partim adumbraſſe; nam hymnorum & encomiorum poëtas, quos ab graui & honeſta imitatione deriuauit, heroicorum & Epicorum tandem concluſit nomine: quemadmodum humiles imitationes, quæ ab vituperatione ductæ ſunt, iambicis concluſit; & iamborum poëtas conuiciorum illorum appellauit authores. Denique illud etiam compertum eſt ab Epopœia Tragœdiam, ab Iambis Comœdiam, ſi Ariſtoteli credas, eſſe profectam. Quorum omnium et ratione parentem ſtatuebat Homerum quòd Margite Comœdiæ, Iliade & Odyſſea Tragœdiæ ſubmonſtraſſet formas. Sed tamen illud quoque videtur poſſe non immeritò affirmari. Illud ἀκολουθεῖν non eo rigore accipiendum eſſe vt prohiberet quo minus Epopœia, quamuis antiquior, Tragœdiem conſecuta ſeu conſectata dicatur; quid enim vetat antiquiorem & ſeniorem conſectari interdum eam quæ ſit iunior? Certè cum iam non de illarum ortu vt antea, ſed de incrementis & progreſſione loquatur, ſine repugnantia conſectatrix fieri poteſt Epopœia.

*Vid. p. 21. cum tribus ſeq.*

178

*Ad ſecundum.* Dum verò Epopœiam confert cum Tragœdia, aítque in metro conuenire (quia ſcilicet metro, etſi non eiuſdem formæ, vtatur útraque) Epopœiæ vſurpat nomen minùs latè quemadmodum cum alibi ſæpe, tum maximè in capite de Epopœia. Denique Epopœia, cui ſermonem tam ſolutum quàm vinctum aptauit aliquando, quaéque manat latiùs, alterius eſt generis nec vſitati ac triti & ideo ibi non ſine præmonitione quadam eo nomine vſurpauit Epopœiam. Tametſi dum in hoc quoque quem explicamus loco Epopœia appellatur imitatio ſtudioſorum metrico ſermone facta, ídque Epopœiæ cum Tragœdia ſit commune, pugnet quiſpiam ſermone dixiſſe vt quod pertinet ad Epopœiam ſolutum perinde ac vinctum exprimeret. ſubiecíſſe verò in eo autem differre quòd illa Epopœia ſimplici vtatur metro, vt conſtaret in quo etiam differrent, dum Epopœia carmen (quod

*Part. 6.*

*Ad tertiū.* paſſim facere ſolet) arriperet. Cur autem & quo nomine cenſeat vtráque σπουδαίους imitari, & an Tragœdiæ ſiue Epopœiæ definitio ac natura explanabitur. Nunc tantùm dicā Epopœiam ſine dubio præſtantes (præſertim verò ſi, vt par eſt, illos ſpectemus in quos maximè cadit fortunæ commutatio, quíque heroicæ virtutis veluti idea conſtituuntur) imitari. atque hos non genere ſolùm præſtantes & authoritate, verùm etiam moribus ac virtute; quemadmodum in Aeneide conſtat ſatis. nam vtrum morum ac virtutum præſtantia Agamemnon & Achilles in Iliade, Vlyſſes verò in Odyſſea, excellat, Homeriſtæ viderint. nos certè totum hoc argumentum In prima Comparationis noſtræ diſputatione copioſiùs proſecuti ſumus. De Tragœdia, quod item pertinet ad virtutes ac mores, res eſt difficilior; cum imitari videatur homines præſtantes quidē genere, diuitijs, potētia, authoritate; nō facilè tamen moribus, virtute ac probitate. De qua tamen re in Tragœdiæ definitione accuratiùs. Atque ibidē videbimus nū dici poſſit Tragœdia ſimplici cōſtare me-

*Ad quartum.* tro, præſertim vbi fortè a choro ſeiugaretur. Nūc tātùm dicā Epopœiā quā ſaltē harmonia caret ac rhythmo (qua ratione careat rhythmo ex particula x. cōſtare ſatis poteſt, vbi ſaltatione illum cōcludimus & corporis motu quà differt à cātu & harmonia) dici poſſe ſimplici vti metro, & hoc a Tragœdia differre quæ rhythmū quoq. vſurpat & harmoniā. Deniq. ſiue chorus interdū ſeiugari poſſit a fabula, ſiue nequeat, certū eſt Ariſtotelē rhy-

thimum

thmũ & harmoniã Tragœdiæ tribuiſſe quod in receptam ac tritam Tragœdiæ ſpectaret, hanc rhythmo & harmonia diſtinguebat ab Epopœia, dum moneret Epopœiam ſimplici conſtare metro. Quanquam ſi quis ſimplici metro dicat vti Epopœiam, quia hexametro vtitur perpetuò; & hac de cauſa opponi Tragœdiæ, quia non vno eodémque vtitur carminis genere, ſed hæc variat ac miſcet; equidem vt huic quoque explicationi fauent quæ habentur in particula cxxx. non repugnarim, dum tamen prior quoque ratio retineatur, vel vtraque coniungatur. Narratio verò qua deſignat Epopœiam, multis differt a Tragica imitatione; ſed eò inprimis quòd hîc actores introducuntur & res aguntur (id de quo cum alibi, tum maximè in particula cxxix.) ibi Poëta res nõ tam agit quàm narrat. *Ad quintum.* Quòd ſi obijcias hic ab Ariſtotele Epopœiæ narrationem imitatione implicari, cum tamen Epica narratio non minore ex parte (cum ſcilicet Poëta ex proprio loquitur nomine) careat imitatione; *Par. 131* iam vt omittam hac de cauſa præcipere Ariſtotelem vt Epopœia quoq; quoad eius fieri poſſit imitationem arripiat; ita vt poëta quàm pauciſſima loquatur, ſatis eſt vt Epopœia vniuerſim imitatione conſtet, quod huc illuc ad imitationem redit. Iam verò integrum diem non ſpectaculo ſed actioni tribuendum, non eſt quod dubitemus; *Ad ſextũ & ſeptimũ.* neque enim ſinendum eſt vt ſpectatores integro die detineantur; ſed talis actio repreſentanda eſt, quæ vnico die peracta ſit. diem verò artificialem intelligo, qui plùs minùs duodecim conſtet horis, non naturalem, quem appellant, & in quo ab oriente in orientem recurrat Solem. Epopœiam verò nullo vrgeri temporis ſpatio, eſt nõ habere certum definitúmque tempus aut diem, quemadmodum habet Tragœdia & Comœdia, aut annum aut luſtrum; ſed pro opportunitate modò maius modò minus: quod totum in actionis periodo & poëtæ iudicio vno verbo in imitationis amplitudine ſiue nexus ſolutionísque artificio poſitum eſt: ita vt licet Epopœia nullo planè definito vrgeatur tempore, tempore tamen aliquo concludatur. *Ad octauum.* *Ad nonũ.* 572 Ad extremum alias inter Epopœiam & Tragœdiam intercedere conuenientias, alia quoque diſcrimina, non inficietur Ariſtoteles; tametſi fortaſſe cætera partium nomine (id quod in proxima facit particula) complecti libuit, nam fabula, mores, ſententia, dictio, in quibus item conueniunt, partes ſunt: apparatus quoque & melodia quibus diſſident, inter partes itidem numerantur. Sed hac de re vberiùs in ſequenti particula.

---

# PARTICVLA XXXII.

Μέρη δὲ ἐστὶ τὰ μὲν ταυτά· τὰ δὲ ἴδια τῆς τραγῳδίας. διόπερ, ὅς τις περὶ τραγῳδίας οἶδε σπουδαίας, καὶ φαύλης, οἶδε καὶ περὶ ἐπῶν· ἃ μὲν γὰρ ἐποποιία ἔχει, ὑπάρχει τῇ τραγῳδίᾳ. ἃ δὲ αὐτῇ, οὐ πάντα ἐν τῇ ἐποποιίᾳ.

*Paccius.* Circa verò partes, vt hæ ambæ in aliquibus inter ſe non diſcrepant: ita propriæ nonnullæ, atque peculiares huius ſunt. Quo fit vt qui de Tragœdiæ virtute ac vitio dijudicare nouerit, idem quoque & de hexametris nouerit; ſiquidem quæ hexametrorum ſunt in Tragœdia prorſus ineſſe apparet; quæ verò Tragœdiæ, in his non omnino.

*Riccobonus.* *Partes autem quædam eædem ſunt; quædam propriæ Tragœdiæ, Quare quicunque cognitionem habuerit Tragœdiæ bonæ & malæ, habuerit etiam Epicorum. Quæ enim Epopœia habet, inſunt in Tragœdia. Quæ verò ipſa, non omnino in Epopœia.*

COM. XXXII. *Ea proſequitur quibus Epopœia conſentit cum Tragœdia, vel ab ea diſſentit.*

REFERT adhuc quibus Epopœia partim conuenit cum Tragœdia, partim ab ea diſſentit. cúmque conuenire docuerit, quòd & metro & præſtantes imitantur, diſſentire, quòd Epopœia ſimplici metro & enarratione vtatur ac longiùs maneat, nunc ad conuenientias deſcendens & diſcrimina, quæ illis inſunt propter partes; hæ verò (inquit) aliæ ſunt vtrique communes, aliæ ſunt Tragœdiæ propriæ: ſed quas obſecro partes intelligis? nã multigenas eſſe huiuſmodi partes ac varias compertum eſt. Silet de his Ariſtoteles hoc in loco: itaque reſpon-

ſtudet, cum Tragœdia metum fermè & miſericordiam ſpectet: ita vt fine & artificio nō
parùm diſcrepent. quis igitur ex cognitione Tragœdiæ Epopœiæ, cognitionem pendere
174 *Par. 1.8* ſtatuat? Certè ex vno eodémque heroico poëmate, plurimas Tragœdias deſumi teſtatur
Ariſtoteles: ex Tragœdia verò ne mediocris quidem Epopœiæ pars conſlatur. Quod ar- *V.*
gumento eſt Epopœiam potiùs Tragœdiæ cognoſcendæ deſeruire poſſe, quàm contra.
Denique vt interim hoc prætextu, quia ſcilicet Tragœdiæ cognitio contineat Epopœiæ
cognitionem, atque hanc Epicæ anteponat, longè friuolum videri poteſt; alioquin priùs
eſſet agendum de homine quàm de animante, cum homo contineat quicquid continet
animal, non è contrario; & tamen ratio poſtulat, vt communia tractentur priùs, tum
propria. & ideo priùs de animali tum de homine diſputatur. ſic ſanè priùs fuit agendum
de Epopœia. Hæ dubitationes, quibus iam erit ſatisfaciendum, vt Controuerſia tollatur *Reſpondetur ad Primum.*
omnis. Ac primùm fateor fabulam ſi pro vniuerſo poëmate, quod ſæpe fit, vſurpetur,
ſic eſſe rerum coagmentationem atque adeò totius actionis imitationem: vt pars poëma-
tis haberi nequeat. veruntamen ſi paulò preſſiùs, Ariſtoteleo nimirum more, ſumatur,
cenſeri poteſt adhuc actionis imitatio ac rerum compoſitio: qua ſcilicet actio quoquo
modo a Poëta diſponitur, nulla adhuc dictionis vel aliarum huiuſmodi partium ratione
habita & cogitatione; & tamen pars erit ſi cum dictione, moribus, ac ſententia (vt de me-
lodia ſileam & apparatu) conferatur: multò verò magis ſi cum Epiſodijs comparetur
quæ reuera propria fabulæ notione ac vi non continentur. Vt enim in pictura adumbra-
mus priùs hominem tum coloribus ac pigmentis illuſtramus & ornamentis varijs repre-
ſentamus, ſic actionem animo aut etiam ſtylo deſignat priùs & comprehēdit Poëta, tum
dictione, ſententia, moribus, adde etiam Epiſodijs, complectitur, illuſtrat, ornátque pro
virili: ita vt fabula Poëmatis pars euadat, atque illa non magnitudinis, vt Prologus verbi
gratia, ſed qualitatis. Quod ſi adhuc vrgeas, hanc eandem rerum coagmentationem &
actionis imitationem quæ fabulæ (quà ſcilicet dictioni opponitur atque alijs huiuſmodi
partibus) attribuitur, fuiſſe imitationi attributam, de qua iam antea verba fecit Ariſto-
teles, ac proptereà fabulam hôc nomine haud poſſe partium appellatione deſignari, quas
Epopœiæ cum Tragœdia communes facit (qui enim ſupra præſtantium actionum imi-
tatricem Epopœiam æquè ac Tragœdiam fecerat, iam actionem comparauerat vnde tu
fabulam conflas) iam fateor fabulam eſſe rerum ac proinde actionis ipſius coagmenta-
tionem; ita vt dum Tragœdia & Epopœia imitatur præſtantes, præſtantium actiones
útraque pertexat fabula; ſed tamen actio interim eſt tanquam materia: fabula quæ con-
ſtitutionem quoque deſignat & rerum actionisq. compoſitionem, ad formam quoque
deflectit. Itaque nil prohibet quominus fabula, quoniam adhuc differt ab actione, inter
partes Tragœdiæ & Epopœiæ iure numeretur. Licentia verò linguarum non eſt pars *Ad Secundum.*
ſed conditio quædam; hic verò confert partes. Adde quod licentia linguarum pertinet
ad elocutionem: ita vt quamuis non eodem planè locutionis genere vteretur útraque,
ſat ſit in vniuersùm elocutionem eſſe vtrique communem. Denique hîc diſcrimina pe-
tit Ariſtoteles non ex minutis quibuſdam conditionibus, aut etiam particulis, ſed ex pri-
marijs. Itaque ferendum eſt vt dum fabulam facit vtrique communem, iubeat vt útra- *Ad Tertium.*
que ſit ſimplex vel implexa, vel etiam morata aut affecta: ſunt enim partes non minuta,
ſed quæ fabulam ipſam contineant. Et ideo non negarim has quoque partes intelligere
potuiſſe, quæ tamen ad fabulam pertinent, & formæ vicem explent potiùs quàm mate-
riæ. His verò partibus ab Epopœia ſuperatur Tragœdia, quę eædem forma & natura ſunt *Ad Quartum.*
in Tragœdia; ita vt ad longitudinem & molem pertineant, qua fatetur Ariſtoteles inter
ſe differre. Et hinc fieri interdū poteſt vt Epopœia pluribus Tragœdijs ſuppeditet argu-
mentū, quod tamen haud impedit quominus partes de quibus agimus, communes ſint:
imò aliquæ inſint Tragœdiæ, quibus careat Epopœia. Admiratio verò & iucunditas aut
finis, non ſunt partes. & idem dixerim de metu & miſericordia; ita vt quamuis his nō ni-
375 hil inter ſe differrent Tragœdia & Epopœia, haud tamen ad rē videri illa poſſint, dū diſcri-
mē ex partibus petitur. Ex quo fit vt ex Tragœdiæ cognitione Epopœiæ cognitio hauriri
poſſit, quemadmodū ex cognitione hominis cognitio animalis. Nam vtrum id naturalis
poſtulet ordo ſeu ferat doctrinæ ratio, id verò iam iam docebimus. Et ſanè cū Ariſtoteles *Ad Quintum.*
decreuiſſet Tragœdiā Epopœiæ anteponere, nihil mirum ſi de ea primo loco placuit di-
ſputare. atque adeò dignitatis (pro ſua tamen exiſtimatione & voluntate) ordinem ſequi,
naturæ atque doctrinæ ordine diſſimulato. ſi enim peccandum erat, nauiter peccandum
erat.

erat. Nam Epopœiam, quæ ad Tragœdiam (ſi in Ariſtotelis doctrina hæreas) ſe habet perinde atque animal ad hominem, fuiſſe primo loco explanandam ſi Naturæ ac doctrinæ ordo ſeruetur, nemo inficias ierit: ea enim ſunt ſubijcienda, quę generi aliquid addũt. quare quemadmodum homo in quo ratio additur ſenſui, poſterius quàm animal in vniuerſum conſideratur; ita Tragœdia, cui adduntur aliqua, fuerat poſterius explicanda. Itaque minimè mirum videri debet in eum quoque ſcopulum incidiſſe Ariſtotelem, vt quoniam dignitatis qua Epopœiæ anteponebat Tragœdiam, rationem habendam cenſebat in poëticæ partibus ac formis explicandis, Epopœiam inter Tragœdiam & Comœdiam collocarit, cum tamen Comœdia Tragœdiæ vtique fuiſſet ſubijcienda. Tanta eſt enim vtriuſque ſimilitudo, vt ſi argumenti granditatem aut humilitatem exceperis, vix ac ne vix quidem inter ſe differant, quin Tragœdiã auguſtiorem Comœdiam, Comœdiam contra humilem Tragœdiam dicere poſſis. Denique partibus & qualitatis & quantitatis ſic cõueniunt, vt ab initio ad finem vſque altera alteram exprimat & imitetur. Et hinc eſt vt ex vtrâque interdum Tragicomœdia conflata ſit, quod effici nullo modo poſſet, niſi argumenti grauitate excepta, in cæteris mutuò iungi atque adeò inter ſe migrare poſſent. Sed vtrum Epopœia ſit poſthabenda Tragœdiæ, alibi copioſiùs.

# PARTICVLA XXXIII.

Περὶ μὲν οὖν τῆς ἑξαμέτρου μιμητικῆς καὶ περὶ κωμῳδίας ὕστερον ἐροῦμεν: περὶ δὲ τραγῳδίας λέγομεν, ἀπολαβόντες αὐτῆς ἐκ τῶν εἰρημένων τὸν γινόμενον ὅρον τῆς οὐσίας.

DE hexametri igitur imitatione atque Comœdiæ poſt dicemus, nunc autem de Tragœdia: cuius eſſentiæ definitionem veluti iam enatam ex his quæ dicta ſunt, iterum ſumentes hanc eſſe dicimus. *Paccius*

*AC de imitatione quidem, quæ fit hexametro; & de Comœdia poſteriùs dicemus. De Tragœdia verò dicamus, aſſumentes ipſius definitionem quæ ex ijs quæ dicta ſunt naſcitur, vnde patet ipſius natura.* *Riccobonus.*

*COMM. XXXIII. Rerum dicendarum proponit ordinem. Redarguitur Mutinenſis.*

HIC, quaſi proſecutus ſit ſatis quæ vniuerſim dicenda fuerant, ſigillatim de Poëſis partibus ac formis dicendum proponit: idque ea lege vt a Tragœdia initium ſit faciendum: de Epopœia verò & Comœdia differendum ſit poſtea. Itaque, *De imitatione quidem igitur, quæ fit hexametro & de Comœdia, poſteriùs* (inquit) *dicemus. De Tragœdia verò dicamus aſſumentes ex dictis, ex quibus naſcitur, eius naturæ definitionem.* Hæc Ariſtoteles. ex quibus colligo, perridiculum eſſe Mutinenſem interpretem qui negat hoc monumentum eſſe decurtatum ac mãcum. 176 Nam (vt cætera taceam) vbi eſt obſecro in hoc libro Comœdiæ tractatio? & tamẽ de Comœdia ſibi poſtea dicendum proponit? Nam quod ait hìc pro *κωμῳδίας* reponendum *τραγῳδίας*, nec Ariſtotelem proponere de Comœdia quoque eſſe dicendum, ſed de Tragœdia, quibus partibus ſuperet Epopœiam, neſcio an minus ineptum cenſendum ſit quã voluntarium. itaque iſthæc nullo modo cohærent cum verbis & ſententia, ac niſi temerè huc non intruduntur, ita vt egregius interpres iſte non tam Ariſtotelem exponere quàm peruertere dicendus ſit. Vt omittam huic dicendum fuiſſe cur ab initio quoque de Comœdia poſuerit dicendum: cur de ridiculis egerit in hoc monumento; (id enim teſtatur alibi) cur de Tragœdia magis quàm de Comœdia fuerit differendum, ſeu cur Tragœdia tractanda, deſerenda Comœdia. Sed quoniam longum eſſet & verò operis non neceſſarij ea refellere omnia in quibus hic interpretes temerè a cæteris diſcedit & Poëticæ decreta peruertit, redeo ad Ariſtotelem qui ſanè vt Epopœiam ſiue heroicum poëma indicaret, hoc imitationem quæ fit hexametro appellare placuit: credo quòd paulò ante dixerat Epopœiam conuenire cum Tragoedia in imitatione; ab ea verò differre quia ſimplex

*Reditur ad Ariſtotelem & propoſitũ ordinem.*

habet

*Quibus verbis proponat dicendum de Epopœia: & cur his planè.*

habet carmen; itaque hoc in loco appellat eam imitationem quæ fit hexametro, quod eſt ſimplici carmine: nam tum rhythmo & ſaltatione tũ harmonia & melodia caret. Quod ſi vrgeas, debuiſſe Epopœiæ nomen, quippe tritum, breue & ſignificantiſſimum vſurpare, non deſcriptione, ac proinde minùs perſpicua ratione vti, iam illud animaduertere licet quod momenti eſt maximi: nimirum Ariſtotelem ſupra, vt ἔπος & verbum & carmẽ, & hexametrum carmen, & heroicum poëma ſignificare poteſt; Epopœiæ nomen non ſemper eodem planè nomine atque vna eadémque ſignificatione vſurpaſſe, quemadmodum ex particula ſecunda, ſexta, octaua, vigeſimaquarta (id quod interpretes etiam obſeruant, ac Victorius ſigillatim in particula XXIV. fatetur) licet animaduertere. Et ſanè Epopœia priſcis tẽporibus & encomijs hymniſque, & rebus geſtis & ſermonibus fictis, aptabatur; ita vt Mimos etiam Socraticóſque ſermones hoc complexus ſit nomine Ariſtoteles. Nil mirum igitur ſi non tam Epopœiam quàm imitationem hexametro factam dixerit, vnde ſaltem intelligitur Epopœiam non quà communis eſt ſolutæ orationi & metro tractandam, ſed quà hexametro concluditur. & eodem fermè nomine cum ad rem deſcenderet, & quòd hîc receperat, aggrederetur, de narratiua & in metro imitatione ſibi iam dicendum affirmauit. Ita ſanè nunc de Tragœdia, deinde de Epopœia, poſtea de Comœdia dicendum proponit. Vbi quæri fortaſſe poſſet de ordine, cum reuera non ſatis cõſtet hactenus cur priùs de Tragœdia quàm de Comœdia fuerit agẽdum: cum præſertim Comœdia fortaſſe paulò ſimplicior ſit & facilior, ac faciliorem habeat explicatum. Quæri etiam poſſet cur ſaltem Comœdiam continenter non explicarit poſt Tragœdiam cui partibus & artificio eſt quamſimillima. Neque enim faciendum videbatur vt Epopœiæ tractatione diſſociarentur. Quæri denique poſſet cur non primo loco explicetur Epopœia cum communioribus conſtet, a quibus doctrinæ ratio incipiendum docet. Sed quæ in ſuperiori particula diximus ſint ſatis: neque enim quicquam hac in re addi poteſt clarius niſi priùs illud etiam diſputetur: num Tragœdia per iniuriam anteponatur heroico poëmati. Hæc in præſenti capite. Quamquam antequam ad tertium aggrediamur, lubet pauca quædam requirere ac diſputare, perinde atque in extremo primo fecimus. Id quod eò libẽtiùs facio hoc in loco quò opportuniùs, cum enim hîc ea peroret Ariſtoteles quæ vniuerſim ad rem pertinent, móxque ſigillatim de partibus ſit dicturus, præſtat ſanè obſeruare & explorare, num Ariſtoteles ea pro dignitate tractarit quæ generatim tractanda erant. Itaque talis proponitur Controuerſia,

*Tria quæri poſſe de propoſito ordine.* I. II. III.

177 NVM Ariſtoteles, quoniam iam de poëſis formis ſigillatim ponit agendum, ea explicarit hactenus ac pro dignitate explicarit, quæ de Poëſi generatim dicenda erant. De quibus vt priùs certa ab incertis diſcernamus, hæc ſtatuo I. Poëticæ artis definitionem, quæ his duobus primis capitibus, vbi generatim diſſeritur, iurè afferri & potuit & debuit, non apparere. Poëſis quoque definitionem deſiderari: finem inſuper hactenus fuiſſe neglectum. Sed de his diximus in extremo primo capite; præſertim verò vt ſiue Ariſtotelem aliqua ex parte excuſaremus, ſiue detrimentũ quoquomodo farciremus. Nunc enim hæc cõmemorare volui, vt ne quis in alterum caput, in quo adhuc generatim diſputat, hæc reiecta exiſtimaret. II. Ariſtotelem in hoc ſecundo capite, in quo poëſis poëticarúmque formarum ortum & incrementa perquirit, de Auletica & Cithariſtica nullum planè feciſſe verbum, quod argumento eſt non tanquã poëſis formas fuiſſe ab initio prolatas, ſed potiùs quia cum poëticis formis in genere hoc eſt in imitatione conuenirent. III. Neque ex hoc capite cõſtare quo loco habuerit ſiue eclogas, ſiue lyricum poëma, ſiue reliqua illa poëmatum genera; de quibus dubitabamus, cũ ab initio præter Epopœiam, Tragœdiam, Comœdiam & Dithyrambicam aliam poëſis formam expreſſerit nullam. ita vt ne illud quidem conſtet, an Poëmata haberi patiatur. Quæ res eò magis Ariſtotelis breuiloquẽtiam, ne dicam diminutã induſtriam & mancã, redarguere videtur, quòd in progreſſu legum poëſim in mediũ attulit, de qua tamen aut antea aut poſtea nihil. IV. Imitationis quoque vim & naturã, hoc eſt rẽ in Ariſtotelis ſchola maximè neceſſariã quæ intelligatur, ne in hoc quidẽ capite declarari. V. Epopœiæ notionẽ ab Ariſtotele haud ſatis adhuc ab obſcuritate vindicari. VI. rhythmi quoq; & harmoniæ quas vſurpat paſſim, ac variè ẽt interdũ, notiones ac vim, nuſquã explicari. Hæc inquã, & ſi quæ huius ſũt generis alia, de quib. in ſuperiore capite, in tota hac poëticæ parte quæ generalis eſt, nõ explanari, cõſtare ſatis poteſt. Quæ incerta videri poſsẽt adhuc, ac propterea requirenda, hæc ſunt. Nũ quoniã in hoc ſecundo capite originẽ & incremẽta poëſis poëticarúmq; formarũ requirebat, Poëſis in vniuersùm explorauerit cauſas. nã, vt omittam

*CONTROVERSIA. XXIV. NVM explicauerit ſatis quæ de Poeſi generatim dicenda erant.*

*Statuũtur priùs quæ certa ſunt.* I. II. III. IV. V. VI.

*Recenſentur iã quæ incerta videri poſſũt.*

ex duabus,quas proponit,cauſis, vnā tantùm citra controuerſiā de nomine protuliſse, cer-
tum eſt nihil de furore poëtico:quē tamen deinde in particula LXXXVIII.& in III. Rhe-
I. toricorū atque alibi agnoſcit pro cauſa poëſis.Certum eſt etiam Artis mētionē feciſſe nul-
lam:cū tamen euentus ipſe declaret ſatis quantopere Ars conferat ad poëſim. Ad hæc cū
ad partes deſcenderet, rationem quidē habuit Tragœdiæ, cū eius ortū & incrementū ad
II. ſtatum vſq; cōplexus ſit:pro Comœdia etiā elaborauit,ita vt rei obſcuritas,non Ariſtote-
lis induſtria,culpāda videatur, ſi illius & mutationes lateāt & incremēta(quanq̄ an de Co-
III. mœdia potuerit quædā proferre,q̄ vtiq;apud alios legūtur,forſitan nō temerè dubitetur)
at qui curue Epopeiæ,multò verò magis Dithyrābicæ ortū deſpexerit & incremēta,nō fa-
cilè percipi pōt.& ſanè par erat,vt qm̄ ab initio inter partes poëſis cū Comœdia & Tragœ-
dia coniectæ fuerāt earū quoq; explicaretur ortus, ac mutationes & incrementa declara-
IV. rentur. Poſtremò cur locum aliquem non indicauit ſaltem aut deſignauit,vbi de Dithy-
rambica dicēdum eſſet? Cum enim hanc ab initio vnā cū Epopœia, Tragœdia & Comœ-
dia præpoſuiſſet. quid erat quòd cæteris ſingulis tractationis deſtinaret locum,hāc planè
*Explicatur I.* contemneret? Hæc erant requirenda. Et ſanè quod pertinet ad furorem, res lubrica eſt ac *Par. 88.*
perdifficilis: quæque propterea (vt iam antea monere cœperam) tutiùs ibi diſceptari poſ-
*Quod pertinet ad poeticū furorē* ſit,vbi eum videtur proferre,quàm hoc in loco,vbi nil planè de ipſo. Nunc tantùm dicam
fieri potuiſſe,vt quo tempore apparere cœpit poëſis ac planè rudis extitit & inchoata, re-
uera nondum poëticus ille furor(ſi tamen concedendus eſt)cognitus eſſet;nec eius fama
percrebuiſſet inter mortales niſi poſtquam poëſis quoque percrebuit. Id quod longè eſt
veriſimile,cum Poëſis videri poſſit cum homine prope modū orta.nemo eſt enim qui cā-
tu quoquomodo ac metris non delectetur aut in illa ſuapte non feratur. Denique in ho-
mine ita finxit Natura aurium iudicium,ita vocem atque aures ipſas ad modos quoſdam 178
cantúsque formauit ac propenſas reddidit,vix vt credi poſſit,diu mortales poëſi(ſaltē ru-
di & inchoata)caruiſſe.Itaque dum eius origo quæreretur,nihil erat quòd ad furorē poë-
ticum confugeret,qui fortaſſe tantùm procedente tempore, & cum poëſis haud ignora
eſſet,ſeſe in conſpectum dare viſus eſt.Itaque orienti Poëſi propenſionem ad imitandum
multò verò magis delectationem,quam ex metris & harmonia caperēt mortales, potuit
in cauſarum loco attribuere.Iurè igitur ait,videri iſtas cauſas poëticam genuiſſe in vniuer-
ſūm:iurè hoc planè Poëſis genus,quod deinde obiter non a furore, ſed ab imitatione &
voluptate profectū videri poſſet,placuit paulò poſt ſic diſtribuere, vt grauia poëmata &
honeſta ab grandis honeſtique,humilia & ſubturpia ſeu ridicula ab humilis ingenij imita-
tione orta ſint.& hac de cauſa ſtatuebat Ariſtoteles eſſe veriſimile,vt ante Homerum hu-
ius ordinis poëtæ fuerint plurimi,tum graues tum humiles; tametſi eorum poëma extra-
ret nullum.ſpectabat enim acutus author in mortaliū naturam,quæ ad poëſim quoquo-
modo ficta eſſet propter imitandi ſtudium & voluptatem, quam in rhythmis & modis,
qui item Natura duce inconditi ſaltem exciderent homini,agnoſcerent & adamarent; Et
harum cauſarum veluti fœtus ſubinde explorauit, hymnos & encomia ad honeſta inge-
nia,vituperationes ad minùs honeſta,reuocans propter imitationē & voluptatem. Atque
ob id deinde factū eſt vt ab iis initijs & cauſis, hinc Dithyrambicā, Tragœdiam & Epopœ-
iam,illinc Phallica, Iābos & Comœdiam deriuarit. Ita demum ad Tragœdiæ aliorúmque
*Explicatur II.* poëmatū incrementa progreſſus eſt, poëtico furore poſthabito ac diſſimulato. quod quo-
niā non temerè factum oſtendimus,ijs ſatisfeciſſe velim,qui clamant Ariſtotelem furorē
*Quod pertinet ad Artem.* poëticū perperā prætermiſiſſe,dum poëſis requireret cauſas.Quod ſi tādem eius mentionē
fecit,ibi rurſus eius opinionē perquiremus:ac Patritio,qui hac de cauſa in Ariſtotelē inue-
ctus eſt,reſpondebimus. Deniq; ibi Platonis etiam ac totius antiquitatis ſententiam de fu- *Libr. 1. De diſput.*
rore audiemus,& num eum admiſerit Ariſtoteles,núm ve vniuerſim probandus ſit,diſce-
ptabimus. At enim quid de Arte,quā diſſimulatā ab Ariſtotele ac prætermiſſam obijcie-
bamus? num eā reticuit,quòd in prōptu eſſet omnibus atque perſpicua? dum enim ſtudiū
quale quale illud eſſet, ad imitationē, rhythmū & harmoniam priſcos retuliſſe mortales
ſignificauit,quis hinc Artē nō agnoſcat,quēadmodū in naturali illa ad imitādū propēſio-
ne ſeſe offert agnoſcitúrq; Natura? Quanquā ſi quis Artis nomine p̄cepta intelligat,eáq;
apta & ad poëſim accōmodata; vix ſed ne vix quidē liceat Artē poëſis illius, qm̄ inchoata
erat ac rudis,nec præceptis vllis conformata,ſed Naturæ impulſu exorta,initium ſtatuere
& cauſam.Vt propterea procedente tempore potuerit quidē Ars poëſis, perfectæ tamē,
cauſa ſtatui,quæ eſt etiam in promptu, cum hæc ipſa Ariſtotelis Poëtica perfectæ poëſis
cauſa proferri poſſit(quamquam ante Ariſtotelem Democritum & alios quoſdam Poë-

ticæ

ticæ præcepta quædã tradidiſſe legimus) ſed tamen initia requirenti, reticenda fuit Ars, quę
multò poſterior fuit. non enim ex Arte orta eſt poëſis, ſed ex poëſi & eius obſeruatione &
notatione profecta eſt Ars. de poëſi nõdum perfecta loquor, nã hæc Arte perfecta eſt. Ne-
que verò deſpexit ortũ Epopœiæ aut Dithyrambicæ: nã tum generales propoſuit cauſas,
nimirum imitationẽ & delectationẽ; tum minùs cõmunes, nimirum honeſtiores quorũ-
dam mores, & ad grauiorẽ imitationẽ propenſius quorumdam ingenium. quod ſi nullã
magis priuatã cauſam attulit, quin ne incremẽta quidẽ cõmemorauit ſatis, id uerò, quod
attinet ad Epopœiã, rei obſcuritati eſt tribuendũ cũ ſupra Iliadem tale poëma extaret nul-
179 lũ. Et ideo monuit veriſimile videri ante Homerũ talia quædã fuiſſe poëmata, quamũuis
nulla ſupereſſent, quæ afferri poſſent. Atq; idcircò illud loquẽdi genus *Epopœia igitur Tra-
gœdiã vſque ad hunc terminũ conſecuta eſt*, vſurpauit cũ Tragœdiæ & Comœdiæ mutationibus
& incremẽtis, quoad eius fieri poterat, cõmonſtratis, illud ſuccederet, vt Epopœiæ quoq;
mutationes & incrementa declararet. cũ. n. heroica poëmata, quæ ante Iliadem & Home-
rũ extitiſſe multa, veriſimile iudicauerat, extarent nulla, neceſſe habuit ab Homero inci-
pere, ac propterea illius incrementa ijs indicare, quib. cum Tragœdia conueniret. quod eſt
eò prouectũ, vt ſimplici metro præſtantes imitaretur. ita tamẽ vt enarratione atque ea be
nè longa vteretur. His inquã incremẽta indicauit Epopœiæ cũ videri poſſet ab initio fuiſſe
auditor. Paulò aliter de Dithyrambica, cuius hîc incremẽta refert nulla ſeſe ad Tragœdiæ
præceptionẽ ſine cunctatione conferens. Sed Dithyrambicæ incremẽta fortaſſe præterire
placuit; vel quia de illis conſtaret, cũ niſi a Bacchi ſæculo Dithyrãbica floruiſſet, vel quia
huiuſmodi poëma in Bacchi ſacris tereretur paſſim, & quæcunq; ſiue metri ſiue rhythmi
ſiue harmoniæ facta eſſet acceſſio eſſet in prõptu: vel quia dũ Dithyrãbica ad clarorũ viro
rũ laudes paſſim traducta eſſet, breuiore carmine cõtineretur ac minoris eſſet momẽti. e-
tenim Ariſtoteles minuta & obuia non facilè attingit, ne dũ perſequitur: atq; hac de cauſa
facilè aliquid de Comœdiæ incremẽtis & mutationib. in aliquib. authoribus legas, quod,
quippe minutũ, fuerit ab Ariſtotele prætermiſſum. Vt omittã, Comœdiæ quoq; incremẽ-
tum maximè indicaſſe, cũ ex Phallicis auctam monuit. Cur autem nullum hîc præfixerit
Poëſi Dithyrambicæ locum, in quo de illa diſputaret ac præciperet, cum tamen præfixe-
rit Tragœdiæ, Epopœiæ, Comediæ, diuinatione opus eſſet. Tantùm dicam, veriſimile vi-
deri vt ad extremùm eius reiecerit tractationem, quemadmodum poſtremo quoque lo-
co illam propoſuit ab initio. quod ſi non ei locum hîc præfinit, id facilè contigit quòd
paulò anguſtiùs poëma videri poteſt. Et hac fortaſſe de cauſa in propoſitione lyricum, et
ſi quod eſt huiuſmodi breue poëma, reticuit, quod ſpectaret grauiora. Tametſi credide-
rim Ariſtotelẽ ad extremum adhuc paucis attigiſſe lyricum poëma quibus ſuam hac de
re ſententiã indicaret ac Dithyrãbicæ præceptioni ſubiungeret: ſed vt dicebam paucis; cũ
grauiora ſpectare ſoleat, ac minora proprijs artificibus tranſmittere. Certè in Phyſiologia
hac vna de cauſa eorũ quæ ſub terra gignuntur naturam pauciſſimis & ad generalia quæ-
dam initia veluti digitum intendens attigit, quòd & ad nobiliora properaret, & alios qui
in illis occuparentur, cæteroquin commonſtraſſe, iudicaret ſatis. Hæc ad ſecũdum hoc ca-
put magis ac magis explanandũ. Itaque iam exiſtimet aliquis ad Tragœdiam, Ariſtotele du
ce, eſſe deueniendũ. Quanquam vt me omni inuidia liberem, peruelim Controuerſijs ali-
quibus ea diſceptare aut ſaltem breuiter conſtituere quæ generatim percipienda ſint, an-
tequam de ſingulis diſſeratur poëticæ formis. Nam reuera & poëticæ & poëſis ipſius de-
finitionẽ & finis cognitionem & id genus alia perſpexiſſe neceſſe eſt, vt ad cætera inoffen-
ſo pede progredi liceat. Deniq; ea quæ in ſuperiore capite docuimus non eſſe prætermittẽ
da, cur non hîc breuiter ſaltem perſequar & expediam, non habeo. Tametſi Ariſtoteles vel
quia ſibi ſuiſque ſimillimis caneret, vel quia breuitati ſtuderet, vel quia eum iuuaret breui
loquentiâ, ne dicam obſcuritate, torquere ingenia, vel quia erudito illo ſeculo multa a gra
ui ſcriptore prætetiti poſſent ſine crimine. vel quia initia ſaltem quædam aut ſemina iece-
rit, vnde multa erui poſſint ac propagari, ea prætermiſerit non grauatè.

*Explicatur III. quod pertinet ad Epopœia ac Dithyrambica ortum et incremẽta.*

*Explicatur IV. quod pertinet ad Dithyrambicæ tractationis locũ, qui nullus huic poemati præfigitur interim*

*Libr. 3. Meteo. in fine.*

*Forũ quæ adhuc ante Tragicam tractationẽ explanãda ſunt ratio.*

Vt igitur illa ritè expediamus, quæ ad Poëſim pertinent in vniuerſum quæque proin-
de poëſeos formis cognoſcendis declarandiſque neceſſaria videri poſſunt, agedum a Poë-
ſis definitione incipiamus; ac doceamus qua tandem ratione ex Ariſtotele definienda ſit.
Qua in re ſi eleganti potiùs quàm ſubtili definitione delectemur, ac Poëſim Poëtarum co
loribus deſignare veriùs quàm accurata ratione Peripateticorúmque more definire mo-
liamur, fidenti ſanè animo ad rem acceſſerim. etenim liceret poëſim cum Plutarco ac ve-
180 tuſtioribus definire aurium picturam, aut etiam loquentem picturam. vt enim picturam

*CONTROVERSIA. XXXV. De germana Poëſis definitione ex Ariſtotelis initijs.*

N 2 contra

contra eleganter dixeris tacentem poëſim aut poëſim oculorum; ſic non minùs politè & eleganter poëſim picturæ ſimili deſcribas ac picturæ nomine veluti ante oculos ponas. Verùm quoniam in Peripateticorum ſchola verſamur, ſubtilior & acuratior quærenda eſt definitio. In qua ſanè erit quod facilè agnoſcamus quàm ſcitè Iuriſconſulti illud dictitent, periculoſum eſſe definire, nec ad definiendum facilè deſcendendum. id quod vel maximè in Peripatetica ſchola experiemur hoc tempore. Etenim ſi in Platonis curriculis verſaremur, fortaſſe minùs difficile eſſet Poëſim definire, ſiue quia illam vniuerſim concludat carmine, & carmen in eo requirat neceſſariò; ſiue quia ad falſam orationem Poëſim reuocare videatur; ſiue demum quia ſatis declaret quā ſiue imitetur ſiue expers ſit imitationis. Itaque licebit fortaſſe aliquādo commodiùs rem in Platonis ſchola peragere: ſed quoniam in præſens cum Ariſtotele philoſophandum eſt ac Poëſis Ariſtotelis initijs continenter definienda, equidem quò me vertam non ſatis habeo. Video enim me mirificè impeditum ac ſalebris vndique circumſeptum. Siquidē duo maximè ſunt præuidenda. primùm vt definitio cum Ariſtotelis initijs decretiſque conſentiat: alterum vt ne a ratione aut communi hominum conſenſione diſſentiat. In primo enim peccaueris turpiter ſi defeceris: in altero ruinoſam definitionem attuleris atque operam luſeris, ſi aberraueris. ſed tentandum tamen eſt.

*In libris de Rep.*

*An humanarū actionum imitatio definienda ſit.*

An igitur definienda eſt Poëſis, imitatio humanarum actionum? Vel potiùs, quoniam qui actionem dixerit, humanam actionem dixerit in Peripatetica ſchola, breuiùs eſt definienda, imitatio actionis? equidem video Ariſtotelem ſic poëſis formas deſcribere, ac diſtribuere, vt aliquam imitatione grauium actionum, aliquam leuium concludat. itaque Comœdiam humilis, & ridiculæ, Tragœdiam contra Epopœiam, Dithyrambicam quoque, ſi placet, grauis ac ſeriæ actionis concludit imitatione. tum rurſus grauis actionis imitationem nouis diſterminat differentijs, vnde Tragœdia ab Epopœia & Dithyrambica, Dithyrambica viciſſim ab vtrâque diſſociatur.

*Talem definitionem haud excipiendam oſtenditur multis.*

Sed tamē vix ac ne vix quidem auſim talem Ariſtoteli definitionē attribuere; ídque vel quia nec de fine conſtet Poëſi propoſito, qui tamen in perfecta definitione exigitur; vel quia lyricum quoque Poëma definitione concludere oporteat: quod tamen humanarum actionum imitatione minimè obſtringitur (quāquam lyricum fortaſſe inter verſificatores potiùs quàm inter poëtas ex Ariſtotele dixeris numerādum) vel quia hoc pacto multa aliorum imitatorum monumenta Poëſis gauderent nomine. quid enim prohibeat quominus picturam quæ Herculem cum tricorpore Geryone aut Alexandrum cum Dario pugnantem exprimat, actionis imitationem appellemus? Erit igitur pictura iſta germanum poëma. Denique cū Poëma ex Ariſtotele & qualitatis partes habeat & magnitudinis quas amplas etiā requirit & non exigui tēporis, videndum eſt vt huiuſmodi partes poëſis definitione poteſtate ſaltē contineantur: quod tamen minimè eueniret vbi Poëſis definiretur imitatio actionis. Siquidem breuiſſima quoque actio & anguſta poëmatis nomen ſubiret, dum tamen imitatione, etſi anguſtiſſima & breuiſſima exprimeretur. Et tamen Ariſtoteles iuſtam magnitudinē atque adeò amplitudinem requirit in poëmate. cuius tāti facit vt hac vna dedignari viſus ſit lyricū poëma, etſi longè varium ac multiplex, ac poëtica commendatione celeberrimum, inter poëmatum formas numerare. Quid multa? Vt genus ceu poëſis quæ multas continet formas, ſic definiatur, vt in generis locum idem referat, quod eius ſpecies referunt ac formæ ſingulæ, tum in Peripatetica ſchola abſurdum, tum rationi ipſi diſſentaneum, videri poteſt. Quis enim patiatur animalis definitionem eodem genere contineri, quo continentur ſpecies? nemo ſanè: itaque hominem & leonem iure animal primò definieris, animal verò ſubſtantię non animalis definias nomine ac genere. 181
Ita ſanè cum Tragœdia definiatur imitatio, temerè poëſim vniuerſam imitationis definias nomine. Et quanquam ab initio Ariſtoteles viſus eſt quibuſdam poëſim in vniuerſùm imitatione concludere, veruntamen vel quia reuera non quidem poëſis ſed huius formatum tantùm mentionem fecit, vel quia haud patitur ratio, vt qui Tragœdiam, hoc eſt formam ac ſpeciem, imitationis genere definierit, is eodem poëſim hoc eſt genus vniuerſum concludat genere, nihil eſt quod huc confugiamus. niſi tamen cum Ariſtotelis initijs ac ratione ipſa nobis pugnandum exiſtimemus.

*Quæ cum Ariſtotelis initijs conſentire videatur Definitio.*

An igitur præſtat poëſim definire Orationem actionis imitatricem? vel potiùs (vt res fiat planior) orationem iuſtæ magnitudinis actionis imitatricem? Non malè fortaſſe. ſed rectiùs omnino ſi dicamus, Poëſis eſt oratio non exiguæ magnitudinis actionem imitans, qua non ſine magna iucunditate ad virtutem excitentur & ad benè beatéque viuendum dirigantur mortales. ſanè hoc pa-

cto tum

ćto tum omnes cauſæ in definitione continerentur, tum fortaſſe nihil ab Ariſtotelis initijs alienum, adhiberetur definitioni. Nec fortaſſe rationi eſſet diſſentanea, niſi fortè clames Lyricum poëma, Ariſtotelis pace, non eſſe refellendum. quo tempore liceat illud *iuſtæ magnitudinis* expungere ac proinde Lyricum poëma (vbi tameu imitaretur) retinere. nã reuera non negaret Ariſtoteles poëma appellandum, ſed pulchrum vetaret appellari; quemadmodum exiguum animal haud negat eſſe animal, ſed pulchrum eſſe negat. quin etiam cum venuſtum appellari concedat & elegans, dummodo pulchrum non appelletur (pulchrum enim id appellat, quod eſt omnibus abſolutum numeris) ſanè Lyricum quoque poëma honeſto nomine retinebitur. nam venuſtum & elegans Ariſtotele conſentiente, appellabitur. Ac profectò ſi certum aliquod Lyricum poëma aut epigramma aut ode aliqua cum Epopœia aut Tragœdia conferatur, haud ægrè tum exigua cenſeatur, ac propterea perfecti Poëmatis, etſi alioquin in ſuo genere abſoluta videri poſſit, laude ſpolietur. Quanquam hac de re vberiùs poſtea. Nunc pedem tantiſper contrahentes propoſitam definitionem breuiter declaremus, & confirmemus. Ac primò cauſas continet omnes: effectricem quidem quæ eſt imitator ipſe: cum enim imitatio niſi ab imitatore non proficiſcatur, qui poëſim imitationem fecerit, is imitatorem quoque ac proinde effectricem cauſam vno verbo Poëtam ipſum deſignauerit. Materiam verò cõtinet quæ per actionem indicatur. vt enim faber id quod tractat, vt æs aut lignum, habet in materiæ loco; ita imitator mortalium facta ſeu verius actiones (actiones cum dico, ea quæ electione & conſilio geruntur, ac virtutem vitiúmve &, vno verbo, mores referunt, intelligo Ariſtotele authore atque magiſtro) tanquam materiam tractat imitatione, atque hinc eſt vt pro certa quadam actionum varietate poëmata deinde varientur ac diſtinguãtur. Sed & formam continet quæ eſt ipſa actionis imitatio: quæ ſanè forma & eſt poëmatis propria, & poëma proinde a quacunque alia quæ oratione vtatur, facultate diſtinguit, in certa ac definita illam conſtituens ſpecie. neque enim quocunque modo actionem refert, ſed proprio ac certo; ita vt ab Hiſtorico quoque differat. ſiquidem Hiſtoricus reuera humanas actiones non tam exprimit & imitatur, quàm recenſet & ſimplici narrat expoſitione. Denique finem continet dum dicitur id ei eſſe propoſitum vt ad virtutem excitet & ad benè beatéque viuendum dirigat mortales. Quod ſi præcipuum inſtrumentum (inſtrumentalem cauſam appellant aliqui) agnoſcere cupias, quo res propoſita peragatur, voluptatem habes & ſuauitatem, vnde homines ad virtutem alliciuntur & excitantur faciliùs. Hæc de cauſis. Iam verò quam vim habeant voces ſingulæ doceamus. Principiò igitur Poëſis dicitur *oratio*, vt exprimatur genus in quo cum affinibus quibuſdam conuenit facultatibus, nimirum cum Grammatica, Rhetorica, Dialectica, ac ſi placet, Hiſtoria; vno verbo cum ijs quæ ſine orationis vſu ſuum explere nequeunt opus. & hoc maximè nomine libenter ijs aſſentimur, qui poëſim ſub rationali, vt ipſi loquuntur, collocant facultate. Tametſi ſub rationali facultate eam libentiùs ponimus propter orationem ac ſermonem quàm propter ratiocinationem ſeu argumentationem: ita vt λογικὴ propter ſermonem maximè ſit appellanda. Denique licet interdum argumentatione quoque vtatur, ſermo tamen eſt, vnde neceſſariò λογικὴ appellatur; ita vt ad ſermocinationem (vt ita dixerim) iuſtiùs quàm ad ratiocinationem reuocetur. & in hac cũ Hiſtoria multò verò magis cum Grammatica, Rhetorica, Dialectica in genere conuenit. Ita ſanè quoniam proximum, vt par erat, Poëſis genus expreſſimus, non neceſſe erit eam ab ijs imitatricibus facultatibus diſiungere, quæ, quoniam ſermone vtuntur nullo, differunt genere. Quãquam ea etiam de cauſa orationem in generis vſurpabimus loco, quòd Ariſtoteles conceſſerit, Epopœiam (qualem Epopœiam dixerit, docuimus alibi) ſoluta quoque oratione confici poſſe; ita vt quæ ſine metris imitetur oratio, non abſit a poëmatis forma & natura. Ita ſanè, ſi Ariſtotelis doctrinæ hæreamus, Heliodori Aethyopia, Eraſtus atque alia penè innumera authorum monumenta, non græca modò aut latina, verùm etiam alijs expreſſa linguis (huiuſmodi ſunt Primaleones, Splandiani, Amadiges, Decamerones & his ſimilia) ad poëma propter imitationem oratione, etſi ſoluta & carminibus vacua, factam, licebit reuocare. Ita tamen vt non in primis (id quod alibi diſputauimus) ſed in ſecundis tertiíſque ſint collocanda. Denique imitatio ſoluta oratione facta, dummodo ea ſit in qua humana exprimatur actio, ad poëſim redigenda erit. Ex quo fiet vt Luciani quoque Dialogi, quin Dialogi planè omnes, quoniam fabula & imitatio in eis eluceat (aut enim dramatici ſunt, aut epicam fermè referunt imitationem) authore

182

*Declaratur propoſita Definitio: acprius docetur cauſis conſtare omnib. Nimirum effectrici.*

*Materia.*

*Forma.*

*Finis.*

*Additur cauſa Inſtrumentalis.*

*Iam partes ſingulæ declarantur, vt de ſingularum conſtet vi.*

*Cur dicatur oratio.*

Ariſtotele ad poëſim non immeritò reuocentur. Et quanquam Dialogi, in quibus perſo-
næ, non fabulæ imitationiſque gratia, ſed rei commodiùs examinandæ & explicandæ cau-
ſa adhibentur doctrinæ (tales ſunt Platonis, tales Ciceronis Dialogi) ij quidem a poëſi abeſ-
ſe, ac propterea inuidioſè, ac turpiter ad poëſim reuocari videantur (quis enim aut libros
de legibus, aut Timæum, in quo de rerum Natura grauiſſimè diſputatur, quis libros de Na-
tura Deorum, de Diuinatione, de Finibus bonorum & malorũ ad poëſim crediderit per-
tinere?) haud tamen cunctandum eſt affirmare, ab Ariſtotele Socratis ſermones omnes,
quod eſt Platonis dialogos, ad Epopœiam ore rotundo reuocari. Ac profectò cum nulli
ſint, qui poëtica careant imitatione, nihil mirũ ſi ab Ariſtotele ad poëſim reuocentur ala-
criter. Quapropter ſi quis dialogos omnes, quales quales illi ſint, ad Epopœiam reuocet
ex Ariſtotele, ac propter poëticam imitationem numeret inter poëmata, cum hoc ego nõ
altercabor, dum tamen integrum mihi ſit aliquãdo pro Platone decertare, ac ſi non ſolu-
tæ orationis monumenta omnia (quanquam id etiam diſceptabitur) at certè illa quæ phi-
loſophica decreta contineant, ab poëtarum Claſſe vindicare. Denique ſi quis extra Peripa-
teticam Scholam ea omnia quæ ſoluta oratione conſcripta ſunt, ab poëmatum ordine re-
uocet, & ad Philoſophiæ aliarúmq; huiuſmodi facultatum ordinem, prout materia ſubie-
cta tulerit, redigi iubeat, equidem cum hoc planè conſenſerim: ea tamen lege vt quæ vno
excepto carmine poëticam redolent imitationem (huiuſmodi ſunt Luciani Dialogi, tales
etiam Eraſti, Decamerones & id genus alia) medium inter Poëtas, & Philoſophos huiuſ-
modique ſcriptores aliquos obtineant locum: ea planè ratione qua Zoophita inter plan-
tas & animantes mediam obtinent ſedem. Neque enim Arti prohibendum eſt vt inter-
medijs operibus ad extrema proficiſcatur, cum Natura paſſim hanc legem colat & tuea-
tur. Sed redeo ad particulas definitionis: in qua dum dicimus huiuſmodi orationẽ actio-
nem imitari, ita materiam declaramus ac formam deſcribimus vt hinc poëma diſtingua-
tur tũ ab Hiſtoria & quacunque facultate alia, ſi quæ eſt quæ humanas perſequatur actio-
nes (neque enim poëtica imitatio conuenit cum Hiſtoria) tum a quocunque carmine
cui nõ neceſſariò humanæ actionis imitatio eſſet propoſita. Itaque Homeri poëmata quæ 183
vocant, in quibus ranæ, grues & huiuſmodi animantes decertantes introducuntur, cum a-
lijs de cauſis, tum maximè quia humanas haud continent actiones, poëmatis arcenda eſ-
ſent loco, Et eâdem fortaſſe de cauſa Heſiodi Theogonia, Opera & dies, ac ſummatim
Aratus, Nicander, Lucretius, Varro, Virgilius in Georgicis alijque huiuſmodi plurimi, quã
ab humanarum actionum imitatione abſunt aberrántve, proindéque Lyricorum quoque
carminum varietas penè tota, ex poëmatis albo delenda eſſet. Qua in re vniuerſa peruelim
quidem vt mihi aliquando decertare liceat aduerſus Ariſtotelem, & cum Platone atque
adeò antiquitate vniuerſa tueri hæc inter poëmata retineri & poſſe & debere. ſed interim
niſi imitatione inſtructa ſint, in Ariſtotelis ſchola poëmatis non erunt dignanda nomine.
quin ne tum quidem cum imitabuntur, perfecti poëmatis laudem conſequentur, niſi talis
ac tantæ ſint magnitudinis, vt memoria maiorem (id ex Ariſtotele declarabitur infrà co-
pioſè) non ferat longitudinem. alioquin elegantiæ laudem conſequentur illa quidem for-
taſſe, pulchritudinis certè non conſequentur. Et hac de cauſa dixi, *non exigua magnitudini s.*
Neque alia de cauſa (vt ego quidem ſuſpicor) Ariſtoteles Dithyrambicam numerauit in-
ter poëſis formas; Lyricam in vniuerſùm prætermiſit. Cum enim animaduerteret Dithy-
rambicam & actiones neceſſariò expreſſiſſe (Bacchi enim & id genus præclara decanta-
bat facta) & imitatione fuiſſe implicatam (perſonarum enim pompa ac dramaticum fe-
rè in morem celebrabatur ac peragebatur) & magnitudinem aliquam & granditatem re-
tuliſſe (non enim perbreuis & exiguæ magnitudinis erat põpa illa) contra verò epigram-
mata, odas, ac reliqua quæ nos Lyrica appellamus poëmata eſſe & exigua, & imitatione
paſſim ſoluta, & actionum humanarum repreſentatione vacua (vix enim obiter aliquan-
do in imitationem incidunt) placuit Dithyrambicam inter poëſis formas referre, reliqua
verò Lyrica carmina præterire. Et eodem reuoluitur res ſi Lyricum carmẽ Epopœiæ no-
mine (quã ſcilicet latiſſimè patet huius notio, quemadmodum docuimus) concludere
iubeat quòd ſit *Poes.* Nam adhuc ex Ariſtotele humanæ alicuius actionis imitatio erit illi
neceſſaria, & (vbi perfectum poëma haberi velis) amplitudo aliqua & magnitudo: quo
tempore, quoniam in Ariſtotelis ſchola de re conſtaret, nihil eſſet cur de nomine diſputa-
retur: ac num Lyrico ſeu Mellico genere concludendum, vel proprio coërcendum ſ per-
quireretur. Certè Dithyrambica, etſi Lyrico quodã carmine vtebatur, hoc eſt ab hexa-
metro

*Cur Actionem imitans Vis de Lyrico poemate ac ſigillatim de Dithyrãbica multa.*

metro longè diſſidente & iambo, vnde Heroicum, Tragicum Comicúmque conſtabat poëma; quia tameri præter Lyrici motem actiones decantabat (quod niſi obiter cæteri haud præſtabant Lyrici) inter poëſis formas, nec Epopœiæ nomine ſed proprio, reuocarur ab Ariſtotele. Nam Plato qui Dithyrambicam imitatione vacuam iudicauit, & hac de cauſa Dramatico & Epico poëmati oppoſuit, id pronunciauit in Dithyrambica intuẽs carmina, quæ ſcripiis continerentur. hæc enim pompa illa erant expertia, ac propterea perſonis carebant quæ cantu, ſaltatione & harmonia Bacchi repreſentarent facta: ita vt dramatica aut imitatione inſtructa cenſeri nullo modo poſſent. Quæ omnia, quod attinet ad Lyrica poëmata reliqua, attigiſſe velim vt ne quis miretur a nobis in hac definitione, illa minùs perfecta cenſeri, ac non facilè ſub Ariſtoteleæ poëſis definitione concludi: Ariſtotelis enim initijs vtimur interim. Alibi tamen pugnabimus etiam ſine imitatione ac magnitudine illa non modò elegantia & venuſta, ſed perfecta fore, dummodo debita ſibi quæque in ſuo genere magnitudinem conſequantur. Ita ſanè epigrammata ipſa in ſuo genere pulchra appellari poſſe & poëmatis nomine gaudere oſtendemus. Addidi verò *non ſine magna iucunditate*, quia tum propter carmen (id quod paſſim accidit: & in plerisque poëmatis omnibus ex Ariſtotele) tum propter imitationem & fabulam (id quod in

*Cur nõ exigua magnitudinis.*

*Cur nõ ſine magna iucunditate.*

184 ſoluta quoque imitatione accideret) poëma magnam parit voluptatem ita fit vt ſi non auribus ſemper (quod tamen vbi adſit metrum accidit) propter fabulæ leporem, imitationíſque vetuſtatem, animo nunquam non accidit iucundiſſimum. quod ſanè in poëmate neceſſariò requiritur, quod huius ſit proprium delectando prodeſſe mortalibus. Quapropter erit quidem cur Hiſtoricus, qui vtilitatem afferat humanæ ſocietati, ſuo muneri ſatisfeciſſe dicatur, etſi leni alioquin aut nulla ſuauitate reſperſus ſit; Philoſophus quoque, ſpinoſus licet ac rigidus, prodeſſe poſſit ac ſuas explere partes: at Poëta, niſi delectet, atque vtilitatem afferat delectando, ſuo muneri nunquam ſatisfecerit. Neque verò mihi objiciat quiſpiam ægrè id ſolutæ orationi concedendum; cum metris careat, in quibus ſumma voluptas poſita eſt; nam fabula & imitatio, vbi arte non careat, mirum eſt quàm facilè peruadat animos, atque illos mulceat, flectat, impellat, in primiſque perfundat voluptate. De qua re, quoniam copioſè ſcripſimus in eo libello in quo diſputauimus dramaticum Poëma metrorum vinculis eſſe ſoluendum, nihil eſt quod diſputem in præſentia. Reliquæ particulæ additæ ſunt vt finem referant tum coniunctum vnde poëma excitat ad virtutem; tum ſeiunctum, vnde ad benè beataéque viuendum dirigimur & inflammamur. Id enim bono poëmati eſt propoſitum vt immoderatis mortalium affectionibus rãquam medelam afferat, & vitia expellens, inſerat virtutes & in vniuersùm ad virtutem incendat. Ex quo fit vt quamuis deinde non vno eodémque planè modo id efficiant poëticæ formæ ſingulæ, diſtributis tamen muneribus ac veluti partitis laboribus id efficiant. Atq; inde conſequitur, vt quoniam Ciuili ſocietati prodeſt poëma, eius quoque ope Politicus ad humanã fœlicitatem dirigere mortales valeat. & ideo poëma per ſe quidem ad virturẽ quoquo modo inſtituit; ita vt hæc propriè ac tanquã germanus finis ſpectetur a poëmate: beata verò vita paulò ſpectetur lõgiùs, quòd Ciuili facultati, quemadmodum artes quoque reliquæ ac doctrinæ, inſeruit. Quod ſi interdum vel propter mortaliũ improbitatem, ac ferinam quorundam naturam, vel ob imitationis ipſius vitioſitatẽ, fine fruſtretur ſuo, id ſanè non arti ac poëmati ſed vel noſtræ vel poëtæ ipſius improbitati acceptum eſt referendum. Nam poëma vbi ritè ac pro dignitate cõditum fuerit, nec in ferinos veluti animos inciderit, vtilitatem afferat neceſſe eſt. Nam ſi quis ita ſit importunus vt neget vtilitatem in poëmate quærẽdam, totúmq. ad delectationem eſſe comparandum, is refelletur paulò poſt. Hæc vt poëma ex Ariſtotelis initijs definirem. Quæ cum ita ſint, iam animaduertere licet non malè fortaſſe poëticam a nobis definitam fuiſſe facultatem rectè condendi aut etiam dijudicandi poëmata; quod eſt eſſe quendam mentis habitum (qualis qualis ille ſit) ſeu quandam præceptorũ cognitionem; vnde faciliùs poëmata condimus aut dijudicamus. etſi enim Natura ad poëma condendum non nihil momenti habere videtur; præceptorum tamen cognitio ad hoc habet opportunitatem cõmoditatémque cum maximam tum verò conſtantem ac certã; ita vt poëticæ quoque artis vſu lõgè commodiùs & faciliùs peragatur & perficiatur opus, quàm ſi quis vna Natura duce vteretur. Natura enim niſi præceptis excolatur, & in vniuersùm Arte iuuetur, rude fermè (præſertim in ijs quæ cum humana opera mixta ſunt) efficit opus & impolitum. Itaque iure poëmatis condendi dijudicandiue facultas (id enim facultas nobis ſignificat

*Cur Ad virtutẽ excitans & ad benè beateq. viuendũ dirigens.*

*Statuitur & declaratur planius Poetices definitio.*

ſignificat in præſentia,vnde faciliùs efficitur aliquid)appellatur. Quam rem quoniam copioſè diſſeruimus multò antea,nihil eſt cur longiùs proſequamur. Tantùm dicam, nos dum poëma in poëtica definitione concludimus, id planè intelligere poëmatis nomine, quod modò in poëſis definitione declarauimus: ac propterea poëticam facultatem præſtare vt eius præceptis vtentes orationem atque adeò non exiguæ magnitudinis fabulam conficiamus, qua actionem imitantes non ſine magna iucunditate ad virtutem excitemus,& ad benè beatéque viuendum dirigamus mortales. Hoc enim planè valet in Ariſtotelis ſchola poëmatis nomen ac notio. Tametſi, quoniam eius vis & natura (etſi alioquin clarior quàm Poëticæ notio) nondum a nobis fuerat declarata eam libuit antea confuſam adhuc & indiſtinctam arripere,& opportuniore loco diſtinguendam, quod hîc fecimus, ac declarandam relinquere. Ita ſanè & poëticæ & poëſis definitionem attulimus, explanauimus,confirmauimus. Quod ſi rurſus ijs genus adiungendum exiſtimes, quo ſiue Poëſis ſiue Poëtica contineatur, proindeque doceri quem inter artes aut facultates reliquas contineant locum (nam id etiam ab Ariſtotele prætermiſſum cõquerebamur) iam id partim conſtare poteſt ex ijs quæ diſputauimus in Controuerſia V.& VII, partim ex ijs quæ Poëſis tum naturæ definiendæ tum definitioni declarandæ attulimus. Nunc supereſt vt de fine non dicam Poëticæ (hunc enim iamdiu præcepta Poëmatis condendi aut diiudicandi in finis propoſuimus loco) ſed poëmatis requiramus. hinc enim finem quipppe a nobis a Poëticæ fine diſtinctum ſæpè etiam in alium locum reiectum, hic explanare par eſt, antequam ad Tragœdiam aggrediamur, ac de formis Poëſeos ſigillatim agamus.

*Vid. Contr. 7.* — *185* — *Par. 22 p. 347.*

*Genus quoque conſtituitur ad quod tam Poetica tũ poeſis reuocetur.*

*Poeſis finis agnoſcẽdo ſternitur aditus.*

CONTROVERSIA XXXVI. *De Fine poeſis.*

Agẽdum igitur requiramus quis ſit finis poëmati propoſitus; atque adeò doceamus (id quod paulò ante ſumpſimus) eſſe honeſtam vtilitatem. Duo verò ſunt quæ in primis hanc ſibi palmam depoſcunt, delectatio & vtilitas. de quibus etiam contentiones ſemper extiterunt maximæ. quas tamen ea ratione ſedari poſſe aliqui ſunt arbitrati; ſi vtraque in finis loco ſtatueretur, quaſi verò vtraque a bono Poëta quæratur. Atque inde fluxit illud Flacci.

*Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.*

Quanquam haud deſunt qui nouam quandam adinuenerint rationem atque ſententiam, imitationẽ ipſam poëmatis finem conſtituens: quaſi verò imitatio per ſe quæri poſſit, non verò alterius gratia ſuſcipiatur. Dum verò pro opinionibus ſingulis, & authores plurimi & argumenta varia proferri & poſſunt & ſolent, ego ſanè nolim hac in re lõgiùs facere; etenim ſi quis accuratiùs audire omnes velit ac recenſere difficile ſit in re tam protrita, & ab heroicis vſque temporibus agitata exitum inuenire: præſertim verò quod iidẽ authores varij plerique videantur non rarò; vſque adeo vtilitas modò, modò voluptas & delectatio, eos permouit in poëmate. Ab Ariſtotele igitur incipiam; atque huius ſententiam, quoniam in eius verſamur ſchola, diligenter aperiam tum cæteris ſummatim ac breuiter auditis, id etiam ſtatuemus quod vniuerſim & ratione inprimis in conſilium adhibita, ſit ſentiendum.

*Ariſtoteles pro voluptate.*

*I.* Ergo videri poſſet Ariſtoteles voluptatem ac delectationem in finis loco propoſuiſſe Poëmati. ac primùm cum iuberet fabulam condi vnius actionis, vt vnigenæ animantis inſtar propriam efficeret voluptatem, quis non ſuſpicetur hanc poëmati in finis loco fuiſſe propoſitam? quamuis enim id pronunciarit cum ſigillatim de Epica fabula diſputaret, tamen Epicam quoque Tragicæ inſtar vnigenam eſſe iuſſit; atque adeò ad Tragicam conformari, ita vt ſatis animaduertere liceat præceptum patere latiùs atque adeò poëmati cõuenire vniuerſim. *Pa. 124.*

*II.* Eodem verò ſpectat quod eas cenſuit magis proprias Tragœdiæ partes, quibus delectat magis, & hac de cauſa fabulam, quippe quæ propter peripetiam & agnitionem animos mirificè caperet, moribus ac cæteris qualitatis partibus anteponendam eſſe. Quæ ratio in omnibus poëticæ formis valet: ita vt in poëmate delectatio ſpectanda ſit maximè. *Par. 42.*

*III.* Quæ res inde confirmatur, quia eo nomine Agathonis Florem hoc eſt ficti argumenti Tragœdiam probauit, quòd nihilo minùs quàm veri argumenti Tragœdia delectaret. quo in loco ſumere viſus eſt, delectationem eſſe finem Tragœdiæ propoſitum id quod multò magis de Comœdia & Epopeiæ fatendum eſſet, quas nemo dubitet multò magis quàm Tragœdiam ad voluptatem eſſe compoſitas. *Par. 54.*

*IV.* Itaque confirmat voluptatẽ & in Tragœdia & in Comœdia eſſe quærendam, atque hanc eam eſſe debere, quæ nõ tam ex apparatu & melodia, quàm ex fabulæ cõſtitutione (quod eſt ex ipſa rerũ eſſentia & natura) proficiſcatur. *Par. 73.*

*V.* Quod argumento eſt voluptatẽ poëmati eſſe propoſitã. Quid? cum ea

de cauſa

186 *Par. 154 155.* de cauſa Tragœdiam anteponat Epopœiæ quòd maiores pariat voluptates, quis non fa-
teatur, delectationem eſſe poëmatis finem? alioquin Ariſtotelis ratio nutaret mirificè. Id
quod in poſtremo Rhetoricorum confirmare viſus eſt, cum ſcriberet eos poëtas cæteris *VI.*
*Cap. 2.* anteponendos eſſe qui delectarent magis. Quid plura? Sic poëſis originem aperit, vt tum *VII.*
a voluptate ortam, educatam, perfectam, tum voluptate mortalium ſtudia excitaſſe & ad
ſe conuertiſſe ſignificet: quod eſt voluptatem ſibi propoſuiſſe qui eam coluere, idque
Natura ipſa (quod ſanè maximum offert pro voluptate argumentum) inſtituente, docen-
te, inſtigante. Hæc ſunt quibus viſus eſt Ariſtoteles voluptati palmam tribuere, dum Poë
ſis requiritur finis. Sed tamen non eſt quod inficiemur, vtilitatem atque illam ſanè hone *Quæ fuerit mens Ariſtotelis ſententia.*
*Cap. 1. & 2.* ſtam & nobilem propoſuiſſe poëmati. Etenim libro 1. Moralium eo conſilio Ciuilem fa-
cultatem omnium artium doctrinarúmque architectonicam ac moderatricem conſti-
tuit, quæque finem & modum illis præſcriberet, quòd exiſtimaret oportere artes ſingu-
las pro ſua quaſque conditione ac vi Ciuili inſeruire, vt ciues atque adeò ingenui morta-
les ad virtutem informarentur, & ad benè beatéque viuendum commodiùs a Ciuili diri-
gentur. Ex quo fit vt Poëtica, quippe quæ vna eſt ex humanis artibus ſeu facultatibus, a
Ciuili dirigenda ſit ad publicum bonum & ciuilem vtilitatem. Id quod in Politicis rur-
ſus confirmat, vbi Muſicam, cuius nomine ad extremùm poëſim quoque complectitur,
quærendā ſtatuit, ab ingenuis præſertim ciuibus, vtilitatis gratia, nec vnius ſed variæ. Ita-
*Cap 7.* que cum aliorum dimiſiſſet opinionem, *Nos autem* (aiebat) *legitimè ſolummodo in genere de
ipſis dicamus. Cum illa probetur a nobis melodiarum diuiſio, quam faciunt quidam Philoſophi, quod a-
liæ ſunt morales, aliæ effectiuæ, aliæ abſtractiuæ, ponentes naturam earum ad ſingula iſtorum propriā;
dicimus autem non vnius vtilitatis gratia oportere Muſica vti, ſed multarum: nam & doctrinæ gra-
tia & purificationis (quid autem purificationem intelligamus nunc ſimpliciter, aliàs verò diligentiùs,
in his quæ de Poëtica ſcribimus, dicemus) tertiò gratia degendi otij quietiſque cauſa & remiſſionis cu-
rarum.* Ex quo loco ſatis conſtat vtilitatem eſſe quærendam atque illam quæ & ad doctri-
nam & ad mores componendos pertinet, ſigillatimque purificationis gratia & virtutis
poëſim eſſe tractādam. Et huc maximè pertinet quòd cum ſigillatim ad poëſeos formas
deſcendere cœpiſſet, Tragœdiam animorum purgationi deſtinauit, de qua etiam purga-
tione, quoniam in poëſim vniuerſam fermè caderet, ſub Poëticæ inſtitutionis finem ver-
ba fecit. nam licet hæc pars interierit, ab eo tamen ſcriptam eſſe demonſtrauimus a prin-
cipio. Itaque in Politicis in quibus purgationis cauſa Poëticam ac Muſicam vniuerſam
retinendam docuerat, ſe de tota purgationis ratione in Poëticis ſcripſiſſe teſtatus eſt. &
hac de cauſa purgandis affectionibus ac virtutibus inſerendis conſpirant poëticæ formæ,
munera ſibi partientes, vnde mores componant, ac Ciuili facultati ſtrenuam operam na-
uent, vt faciliùs ab benè beatéque viuendum traducat mortales. Neque verò argumenta
quibus efficere viſus eſt delectationem in finis loco propoſitam eſſe poëſi, aliud efficiunt *Reſpondetur is argumentis quibus delectationem viſus eſt propoſuiſſe poeſi.*
quicquam, ſi quis attentiùs æſtimet, niſi voluptatem eſſe proprium ac germanum Poëſis
inſtrumētum, vnde finem aſſequatur ſuum, hoc eſt vtilitatem gignat. Ita vt quemadmo-
dum Hercules claua, ita poëtæ delectatione, vtantur ad perturbationum humanarum cō
peſcenda monſtra, & manſuetos in nobis inſerendos mores, quemadmodum ſigillatim
in Tragœdiæ oſtendit definitione: vbi & finem, nimirum purgationem; & inſtrumētum,
nimirum ſuauem ſermonem, quod eſt delectationem, proponit. Sic ſanè fabulam vnige-
nam condi iubet, vt faciliùs voluptatem gignat eam, quæ optimos mores inducere poſ-
ſit, ſic fabulam extollit quòd propter peripetiam & agnitionem animos capiat; quia ſcili-
cet inde affectus ſedet, moréſque componat ac virtutes inſerat. Eodem Agathonis Flo-
rem laudauit conſilio: quia ſcilicet non ea careret vi quæ in poëmate requiritur vt mor-
187 talibus proſit. Atque hanc ſanè voluptatem tum in Tragœdia requirebat & in Comœ-
dia, tum maximè in Tragœdia commendabat, quam propterea Epopœiæ anteponebat:
vt ſcilicet efficeret quò maiorem haberet vim delectandi, eò faciliùs ac tutiùs propoſitam
affectionum purgationem efficere & vno verbo vtilitatem gignere. Quo nomine potuit
etiam eos poëtas extollere qui delectabant magis; quia nimirum magis etiam prodeſſe
poſſent. Quod ſi voluptas Poëſis mater viſa eſt, cum ad ſe mortales mirificè alliceret & ra-
peret, nihil prohibet quominus ad vtilitatem ſit dirigenda: quid enim vetet tum Natu-
ra inſtigante ab voluptate ortam, tum ad vtilitatem ratione duce, quin & ratione & Natu
ra, conuerſam eſſe?

Quanquam non eſt diſſimulandum, poëſim cum primò appareret inter mortales, vo-

luptatis

luptatis cauſa exceptam, quæſitam, cultam, retentam: ita vt eius tum ortum & incremẽta, tum in primis vſum reputanti, voluptas ferè illius finis videri poſſit, vſque adeò in illa quærebatur voluptas. Et hinc eſt vt Erathoſtenes aliique non pauci crediderint, voluptatem eſſe Poëſis finem. Vt ſiue imitationem ſpectes & fabulam, ſiue carminis & orationis condimenta, aliud nihil ſpirare videatur quàm voluptatem. Atque hac etiam de cauſa poëta a veteribus λογομάγειρος ſermonum inquam coquus eſt appellatus: quaſi verò non minùs dulces miniſtraret auribus atque animis epulas quàm coquus palato. Sed tamen illud quoque veriſſimè affirmari poteſt, honeſtam inde vtilitatem quærendam fuiſſe: ita vt Natura ipſa vtilitatem ſpectari iubeat. Cum enim homo ſit ciuile animal, & ad benè beatéque viuendum, hoc eſt ad eum ſtatum optimum, qui in ciuili ſocietate exiſtere poſſit, comparandum natus, fit ſanè vt omnia huc referre debeat, & verò Naturæ impulſu referat. Quapropter huc tum cætera, tum maximè doctrinas atque artes ſigillatímque poëſim referre debet. Id quod optimè inſtitutæ ciuitates optant præcipiúntque: ita vt bonus ac germanus Poëta, niſi honeſtam vtilitatem ſpectet, eſſe nullo modo poſſit.

*Dubitatur ex Platone*

Quanquam obijciat ſtatim quiſpiam, cur igitur profitetur Plato ſe è ſua Rep. Homerũ eijcere, non quòd non ſit excellens poëta, ſed quia eius imitatio quò magis eſt poëtica, eò magis pernicioſa ſit mortalibus? ſanè hic ſumere videtur voluptatem eſſe Poëtæ propriam ac finem, & idcirco etiam Homerum, quem alioquin vt pernicioſum pellit è Republica, ποιητικώτατον hoc eſt poëtiſſimum, vt ita dixerim, appellauit. Sed profectò iſthæc callidè nec ſine ironia quadam pronunciauit Plato ad ποίησιν alludens & fictionem; quaſi verò diceret non eſſe negandum Homerum fictorem fuiſſe maximum, & in fingendo commiſcendóque præſtantiſſimum, ſeu potiùs fines ipſos tranſilijſſe. atque inde fieri vt quò maior eſt poëta, hoc eſt fictor & rerum nouarum ſomniorúmq; inuentor, eò ſit humanæ ſocietati pernicioſior. Atque hac de cauſa illum coronatum dimitti iubet, quaſi verò in eo genere coronam meruerit ac palmam, ſed non magno cum mortalium bono, ſeu non ſine pernicie, ita vt pellendus ſit. Itaque eleganter hanc rem explicauit Maximus Tyrius cum Homerum contulit cum Mithico coquorum optimo, quem non ideo Spartani eiecerunt quòd non ſuauiſſimas palato epulas conquiſitiſſimúmque conuiuium appararet, ſed quia quò magis in hoc excelleret, eò frugalitati ac temperantiæ obeſſet ac mortalibus noceret magis. Hoc inquam nomine ποιητικώτατον & fictorem excellentiſſimum appellauit Homerum Plato, non quòd eum perfectum poëtam haberi vellet; quíque poëſis finem, munus, dignitatem rectè æſtimaret ac tueretur. alioquin nihil erat cur eodem in loco tam longam eorum ſeriem texeret, quæ in Homero damnaret, & in quibus illum diceret lapſum eſſe turpiſſimè, Denique qui Platonem peruolutarit, is animaduertat oportet, Socratem ironia mirificè inſtructum eſſe, ita vt quos plerumque laudare videtur, veriùs irrideat. eſt enim Socrates Philoſophorum vel potiùs ſophiſtarum, ſimúlque non bonorum Rhetorum ac Poëtarum, cum laude irriſor. Hæc vt hinc Platonis lo- 188
co reſpõderem, qui videri ſolet negotij plurimum facere. Nam quòd Hermogenes, Quintilianus, Boëtius atque alij non pauci videntur voluptatem Poëſi adiungere, quaſi verò hanc vnam ſectarentur Poëtæ, ſanè (quod pace multorum dixerim) id exprimit quòd paſſim facerent Poëtæ, non quod fieri deberet. nam id commemorant quod malorum corruptela poëtarum peperiſſet, non quod poëſis integritas poſtularet. Itaque Strabo in 1. ſuæ Geographiæ libro grauiter admodum & coprosè Eratoſthenem reprehendit, qui voluptatem conſtitueret Poëſis finem. vbi egregiè docet poëſim eſſe primam quandam philoſophiam, quæ a primis incunabilis humanam formaret vitam ac morum, affectuum, actionúmque rationes nos cum voluptate doceret: atque inde factum vt in græcis vrbibus pueri primò inſtituerentur poëſi, vt modeſtiam inde perdiſcerẽt; ac propterea ſolum poëtam ſapientem ab initio habitum eſſe. Denique nobilem pro poëſi, quòd ſcilicet honeſta illi vtilitas propoſita ſit, orationem inſtituit, quam par eſſet conſulere & expendere diligenter; mihi enim, ne longum faciam, hoc ſuperſedendum erit labore, præſertim cum locum indicauerim ac ſummam. Illud tamen non prætermittam grauem hunc authorẽ in ea diſputatione veriùs, mea quidem ſententia, docuiſſe honeſtam vtilitatem eſſe germanum poëſis finem; quàm hoc nomine cultam paſſim (nam id quoque diſputat) & re ipſa vſurpatam. magnopere enim vereor ne maxima Poëtarum pars ſigillatimque Homerus, ad quem confugit, populari voluptati ſeruierit; ita ut non facilè multi reperirentur inter Poëtas; qui veri Philoſophi ac ſapientis nomine digni eſſent. nam quod Homerum

*Reſpondetur: ſimulque Platonis de Homero explicatur ſententia.*

*Ser. 8.*

*Dubitatur rurſus.*

*Reſpondetur.*

*Her. 1. c. 5. Quint. lib. 8. Boet. de Conſ. ad init. Lib. 1. p. 10. f. & deinc.*

rum hæc in te profert, vix habeo cur illi aſſentiar, aut cur non Platoni ſubſcribam libentiùs. præſertim vero quia ex Homero ea in primis profert, quibus doceat in agricultura, re militari, & his ſimilibus nos inſtitui, cum tamen Ariſtoteles in poſtremo Politicorum libro doceri nos ea iubeat à Poëtis, quæ ad vitam & mores pertinent componendos. Iam verò expectet fortaſſe aliquis vt iis quoque reſpondeam qui vel imitationem vel voluptatem æquè atque vtilitatem, poëticæ præfigunt in finis loco. ſed quæ diſputauimus, oſtendunt ſatis, nec imitationem per ſe quærendam, nec delectationem in poëſi niſi vtilitatis cauſſa requirendam. Denique imitatio (vt omittam eam inſtiùs conſtitui apud Ariſtotelem fabulæ formam, cum ſit ipſa imitatio actionis, quemadmodum docui) alterius cauſa atque ob delectationem maximè videtur à mortalibus comparata; tantùm abeſt vt per ſe quærenda ſit in Poëſi; voluptas, niſi honeſtati ac publico ſeruiat bono, explodenda eſt potiùs quàm retinenda. Vt omittam monſtri perſimile videri poſſe vt duo fines peræquè proponantur poëſi. Itaque Horatius qui interdum in ſua Poëtica, & voluptatem & vtilitatem poëſis finem conſtituere viſus eſt cum caneret

*Concluditur Diſputatio & caput hoc vniuerſum.*

*Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ,*

minimè omnium eſſet audiendus: niſi tamen iucunda ad poëticum inſtrumentum, idonea ad finem, retulit; quod ſanè optandum magis eſt quàm ſperandum; ſiquidem qui tandem cecinit,

*Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci*

(vbi vtile admiſcendum indicat dulci quaſi dulce ac voluptas eſſet Poëmatis velut corpus aut ſumma) & rurſus

*Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors,*
*Et craſſum vnguentum, & Sardo cum melle papauer*
*Offendunt: poterat duci quia cena ſine iſtis;*
*Sic animis natum, inuentúmque poëma iuuandis.*

(vbi item animos voluptate afficiendos ſignificat, cum poëſis vim conuiuij explicet ſimili) omnino viſus eſt voluptatem vtilitati anteponere. Vt propterea multò rectiùs cecinerit Lucretius.

*Lib.4. ad init. 189*

*Nam veluti pueris abſinthia tetra medentes*
*Cum dare conantur, priùs oras pocula circum*
*Contingunt mellis dulci flauoque liquore,*
*Vt puerorum ætas improuida ludificetur*
*Labrorum tenus; interea perpotet amarum*
*Abſinthi laticem, deceptaque non capiatur,*
*Sed potiùs tali tactu recreata valeſcat:*
*Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur*
*Triſtior eſſe, quibus non eſt tractata, retroque*
*Vulgus abhorret ab hac: volui tibi ſuauiloquenti*
*Carmine Pierio rationem exponere noſtram,*
*Et quaſi muſæo dulci contingere melle,*
*Sic tibi fortè animum tali ratione tenere*
*Verſibus in noſtris poſſem, dum percipis omnem*
*Naturam rerum, ac præſentis vtilitatem.*

*Ser.29.* Sic iſte, quod inter Græcos Maximus Tyrius egregiè diſſeruit & ante omnes Plato & Ariſtoteles non diſſimilibus admodum ſententijs docuere. Hæc de Poëſis fine atque adeò de his omnibus quæ explananda cenſui antequam ad vllam Poëſis formam ſeu ad Tragœdiam, a qua noſter incipit author, deſcendamus. Hæc de ſecundo capite. Dum enim Græcè vel partitio nulla, vt in peruetuſtis codicibus, vel non eadem omnium, quod minùs vetuſtis accidit; (id enim iam Lectorem monere cogor, quòd mira iam ſuccedat capitum varietas) nos in Capitibus vulgatam paſsímque tritam Paccij ſequimur partitionem cõmoditatis gratia: præſertim verò quia hinc etiam græcè neſcientibus benè conſultum erit. Et quamuis in Madianis particulis (id quod monebam ab initio) hætemus quod pertinet ad partitionem, capita tamen nequaquam fuerunt negligenda: vt quoniam multa nõ certa aliqua particula, ſed capite aliquo, aut magna illius parte continentur ſeu ab Ariſtotele diſſeruntur, integrum ſit nobis ad capita (vt par eſt) prouocare. Tametſi nos Baſileenſem quoque partitionem ob argumenta quædam agnoſcere ſolemus: alioquin in Græco codice, quod attinet ad ſententiam, inſiſtimus hæremúſque maximè.

CA-

# CAPVT TERTIVM.

## PART. XXXIV. ET XXXV.

Ἔστιν οὖν τραγῳδία μίμησις, πράξεως σπουδαίας, ϗ τελείας, μέγεθος ἐχούσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ οὐ δι' ἐπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου, ϗ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν.

Λέγω δὲ ἡδυσμένον μὲν λόγον, τὸν ἔχοντα ῥυθμὸν, καὶ ἁρμονίαν, καὶ μέλος. τὸ δὲ χωρὶς τῶν εἰδῶν, τὸ διὰ μέτρων ἔνια μόνον περαίνεσθαι, καὶ πάλιν ἕτερα διὰ μέλους.

TRagœdia eſt imitatio actionis illuſtris, abſolutè, magnitudinem habentis, ſermone ſuaui, ſeparatim ſingulis generibus in partibus agentibus, nō per enarrationem, per miſericordiam verò atq; terrorem perturbationes huiuſmodi purgās. *Paccius.*

*SErmonem ſuauem appello, in quo numerus, harmonia & melos ineſt, id vero ſeparatim genere diſtinctum, cum metro tantùm quadam abſoluantur, quadam rurſus melodia.* *Eſt igitur Tragœdia imitatio* *Riccobonus.*

*Actionis proba, & perfecta,*

*Magnitudinem habentis,*

*Suaui ſermone,* 190

*Separatim ſingulis formis in partibus agentibus: & non per enarrationem,*

*Sed per miſericordiā & metum inducens talium perturbationū purgationē.*

*Iam dico ſuauem ſermonem, habentem numerum & harmoniam & melodiam. Illud autem ſeparatim formis, propterea quòd quadam ſolùm efficiuntur per metra, & rurſus alia per melodiam.*

*COMM. XXXIV. & XXXV.*

HIS habemus Tragœdiæ tum definitionem, atque illam ſanè elaboratam & accuratam; tum eiuſdem explanationem, ſed breuiſſimam & conciſam, quaéque propterea ampliſſimum ſiue obijciat ſiue relinquat campum, in quem noſtra excurrat oratio. Ea verò de cauſa erit nobis arripienda occaſio, ac pulcherrimus eiuſmodi campus longè ac latè peragrandus & perluſtrandus, quòd Tragœdiæ cognitio atque eius texendæ ratio tum per ſe pulcherrima ac Regio ſplendore decorata videri poſſit, tum propter Comœdiam ſit expetenda, cui, ſi argumenti maieſtatem exceperis & quandam ſtyli granditatem; eſt affinis vel maximè & quamſimillima. Ita fiet vt, quoniam Comicorum Ariſtotelis præceptorū iacturam fecimus; ex Tragici artificij cognitione Comœdiæ iacturam nonnihil ſarcire liceat: quod fortaſſe curabimus aliquando. Adde quod Tragicorum Poëtarum, præſertim Græcorum, œconomiæ & artificio cognoſcendo, ac ſummatim bonis Tragicis intelligenter tractandis ex Peripatetica hac Diſputatione, plurimum acceder lucis: ſigillatímque Sophocleus Aedipus Tyrannus, quem in optimæ Tragœdiæ loco habuit, & tanquam exemplum extulit Ariſtoteles, quémque ipſe interim meis Auditoribus familiarem eſſe optarim, mirificè illuſtrabitur. His igitur de cauſis magnus hic Tragici artificij explanator atque Magiſter audiendus erit attentius: præſertim verò quia & ab ipſius Tragœdiæ definitione (vt ſcilicet perfecta methodo vtatur) ducit initium, & quæ ab optimo initio deriuari ſolent, aperit continenter ac perſequitur omnia. Itaquidem Ariſtotele Duce Tragœdiæ tum initia & cauſæ, tum vis & natura, tum partes, eaéque multiplices ſanè ac variæ, tum inprimis fabula eiuſdémque fabulæ conditiones & affectiones atque id genus alia multa quæ commemorare longum eſſet, erunt nobis explicanda. Tamerſi quoniam Bacchanalibus iam aduentantibus pro more Patauini huius Gymnaſij, ſcholarum intermiſſio, iam iam erit facienda, ſatiùs ſit, Auditores Ornatiſſimi, rem integram opportuniori tempori, hoc eſt ad proximi menſis Idus, reſeruare. dummodo enim benè valentes atque alacres redeatis, & paratas aures nobili Ariſtotelis Diſputationi afferatis, non magnam nobis iacturam temporis factam exiſtimaueto.

# DE TRAGOEDIA

## DISPVTATIO.

191 *In qua ſanè Antiquorum, maximè verò Ariſtotelis ac peripateticorum, doctrina atque ſententia in argumento hoc grauiſsimo copioſè ac diligenter explicatur.*

*AD TRAGICAM Tractationem ſternitur aditus.*

REPETENTIBVS vobis intermiſſa doctrinarum ſtudia, commodè cecidit, Auditores Optimi, vt de Tragœdia ſit mihi differendum. eſt enim eius tractatio cum ingenio eruditionéque pleniſſima, ac proterea veſtris auribus ſtudiiſque digniſſima, tum verò ad inſanam Bacchanalium quibus modò Vrbs ſtrepebat tota memoriam obterendam accõmodata. vt enim clauus clauum pellit, ſic ſeria diſputatio & grauis iocoſæ riſus extinguet ac leuitates. Deniq; cum per omnem vitam ea ſunt nobis perdiſcenda, quæ de humanis calamitatibus nos admoneant & mortalitate; tum maximè his diebus, qui a maioribus noſtris piè ac religioſè ad vitam moréſque componendos inſtituti ſunt.

*Rerum dicendarum œconomia.*

Iam verò de Tragœdia dicturus, non committam Auditores vt aliunde quàm ab Ariſtotelea Tragœdiæ definitione exordium ducam. fore enim ſpero vt ſi Tragœdiæ definitio commodè explicata fuerit & declarata, facilè deinde illius cãpum peragrare liceat, ac de eius ſiue partibus ſiue muneribus ſiue ſtructura & conſtitutione, vno verbo, de vniuerſa eius ratione, aptè conſentientérque præcipere. Quanquam vt ad ipſius Tragœdiæ definitionem inſtructiores aggrediamur, non ab re fuerit antea de illius nomine ſiue etymologia breuiter aliquid dicere. noſtis enim (opinor) rerum etymon ſeu nominis notationẽ ad ipſius rei definitionem momentum habere maximum. Id quod eò etiam libentiùs faciam in præſentia, quòd hinc eiuſdem Tragœdiæ ortum, incrementa, abſolutionem denique ac perfectionem licebit agnoſcere. Agedum igitur de Tragœdiæ tum etymologia tum origine diſceptemus.

*CONTROVERSIA XXXVII De Tragœdiarum etymologia tũ origine.*

*Tragœdia etymologia triplex.*

Ergo Tragœdiæ notio ſiue etymologia non vna ſed triplex afferri ſolet. Ac primũ quidem cenſent nonnulli a fœce quam τρύγα vocant Græci aliqui, & τῆς ᾠδῆς hoc eſt cantu, inueniſſe nomen quaſi τρυγῳδίαν dixeris. Cuius rei eam afferũt rationem, quia antequam perſona (larua inquam inueniretur, atque actores laruati ac perſonati prodirẽt in ſcænam, Theſpis Tragœdiæ (ſi Horatio credimus) inuentor fœce liniret actorum ora ne agnoſcerentur. Hinc ipſe Horatius.

*Ignotum Tragicæ genus inueniſſe Camœnæ*
*Dicitur & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis,*
*Quæ canerent agerẽtque peruncti fœcibus ora.*

Ego verò non negarim Theſpim pro perſona fœcem vſurpaſſe (nam & Ariſtophanes in Nebulis & Plutarchus in libello de Muſica & Suidas vbi de Panatheneis agit, id ſatis indicat: Cicero etiam in Epiſtola quadam confirmat) veruntamen a fœce & cantu Tragœdiã appellatam nullo modo conceſſerim. ſiquidem quo tempore Theſpis fœcem adhibere cœpit actoris ori, Tragœdiæ nomen erat & vſitatum & peruetuſtum. Theſpis enim (teſte Plutarcho floruit ſeneſcente iam Solone, ita vt cum Solone congreſſus ſit, cum tamen
192 idem Plutarchus author ſit ad Theſei, qui longè antiquior fuit quàm Solon, ſepulchrum certaſſe Tragicos eiúſque mortem Tragœdijs celebraſſe. Et hac etiam de cauſa dum ſcribit Horatius Theſpim primum dediſſe Tragœdiam, ne id quidem vllo modo conceſſerim, cum præter ea, quæ ex Plutarcho recenſebam, Suidas ſexdecim Tragicos enumeret Theſpi antiquiores, & (quod maximè omnium vrget) Plato in Minoë perſpicuis verbis eos redarguat, qui Tragœdiam Theſpi acceptam referrent, teſtetúrque longè antea fuiſſe Athenis inuentam & vſitatam. Vt omittam Theſpim Athenienſem fuiſſe: & tamen Ariſto

telem Dorienſibus tribuere Tragœdiæ inuentionem. Denique Theſpim cœpiſſe primum Tragœdiam vtcunque nobilitare, ita vt plauſtrum ſcænámque penſilem adhibuerit Tragœdiæ, hiſtrionē etiam (id quod Laërtius teſtatur in Platone) adiunxiſſe choro, facilè admiſerim, at Tragœdiam ipſam omnino inueniſſe, id verò, quoniam cum hiſtorijs atque optimis authoribus pugnat, Horatij pace, pernegauerim.

II. Alij verò Tragœdiæ Etymon πρὸς τὸ τρύγημα ad vindemiam, inquam, reuocant, quaſi dixeris τρυγῳδίαν ſeu vindemiæ cantū. atque id ſanè quia vindemiæ tempore (ſi illos audias) vel inuenta ſit, vel vſurpari cœpta. Et ſanè nunc etiam in Apulia & Magna Græcia eſt in more poſitum vt vindemiatores ſatyricis dicacitatibus & contumelijs, quales initio habuit

Reijcitur. non Comœdia ſolùm, ſed & Tragœdia, & prætereuntes laceſſant ac lacerent. Verumtamen hac ratione nec ſatis Tragœdiæ nomen τρύγημα complecteretur aut exprimeret, nec niſi frigidè, quin & temerè, (veteris enim authoris teſtimonio innititur nulli) ad vindemiam reuocaretur.

III. Quæ excipitur & cōprobatur. Satius itaque eſt cum cæteris fateri ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς hoc eſt ab hirci cantu, Tragœdiam inueniſſe nomen: idque quia dum eiuſmodi poetæ canendo certarent, hircus victoria daretur. Hinc Horatius,

*Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum,*

hircus verò, non aliud animal, dabatur, quia hircus erat Baccho ſacer, cui hæc fabula priſcis illis temporibus dicabatur. Denique etymon aptè omnino, ac ne literula quidem vlla

Dubitatur. murata in Tragœdiam cadit. Tametſi qua tandem ratione (dicat aliquis) fieri potuit vt nobiliſſimum hoc poëma ab hirco hoc eſt turpiſſima beſtia & viliſſima nomen inuenerit? Li. 2. de leg.

Etenim certum eſt Tragœdiam ex Platone præſtantia ac nobilitate proximè accedere ad heroicum poëma; quin ſi Theoprasto credimus, cum eâdem de nobilitate contendere: ideo enim Theophraſtus appellabat Tragœdiam περίστασιν τῆς ἡρωικῆς τύχης comprehenſionem ſeu imitationem Heroicæ fortunæ, vt intelligeremus eiuſmodi poema eſſe nobiliſſimum & Heroum actiones, etſi infœlices, non minus ac Epopœiam referre? Quid plura? An non Ariſtoteles multis ac magnis argumentis docet Tragœdiam Heroico poëmati anteponendam eſſe? ſic ſanè. qui igitur fieri potuit, vt poëma omnium nobiliſſimum a beſtia omnium ferè viliſſima ac turpiſſima nomen inuenerit? explodenda eſt igitur ety-

Reſpondetur. mologia iſta. Minimè verò, neque enim quicquam prohibet, quominus aliquid nobilitate excellat ac preſtet, cum tamen a vili initio & exordium duxerit & nomen. An non homo præſtat animantibus omnibus atque adeò Naturæ miraculum appellatur? appellatur ſanè, ita vt ob amirabilem conſtitutionem & perfectionem μικρόκοσμος hoc eſt paruus Mundus, Mundus contra μεγάνθρωπος hoc eſt magnus homo dictus ſit: quaſi verò artificio & nobilitate ſint quamſimillimi. & tamen homo ab humo, ex qua etiam conditus eſt, accepit nomen. Mundus etiam ipſe qui a munditia, & ornatu atque adeò a ſumma pulchritudine Mundus, & κόσμος eſt dictus, tenebricoſus fuit ab exordio atque deformis. Nam ſi ex rebus artificioſis quoniam artificioſa eſt Tragœdia, non ex naturalibus exempla proferri iubeas, non ne Romana vrbs totiùs ferè Orbis terrarum obtinuit principatum, atque vrbibus excelluit omnibus? ita quidem; ita vt nobile illud carmen quo latinus poëta Auguſti (ni fallor) extulit laudes ac nomen,

*Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris,*

iurè in Romanæ Vrbis laudem conuerti poſſet, 19

*Imperium Oceano, famam quæ terminat aſtris.*

& tamen ab humili initio viliqúe paſtore qui paulò ante vagiens infans aquis obiectus fuerat præfocandus, initium duxit ac nomen. Quanquam ne externa exempla requirere videar, cum domeſticis abundemus, an nō veſtra Vrbs Veneta, Auditores, ea eſt, quam admirantur ac ſuſpiciunt omnes, ita vt artis miraculum illam non dubitent appellare? Sanè quidē: Itaque politiſſimus poëta quidā auſus eſt illam Romanæ Vrbi anteponere, quaſi verò hanc homines, illam Dij conſtituerint, quare

*Illam homines, dices, hanc poſuere Dij.*

cecinit ille, & tamen compertum eſt prima exordia & incunabula a piſcatoribus extitiſſe; vt propterea non abſurdum ac rationi diſſentaneum, ſed cum arte & Natura mirificè congruens, videri poſſit, Tragœdiam etſi præſtantiſſimum poëma (tametſi num præſtet heroico, diſceptabimus ſuo loco) a vili initio ortū duxiſſe ac nomē. Quanquā quod attinet ad ortū (nomē, n. omnino a beſtia fœdiſſima eſt deriuatū) nō eſt quòd inficiemur materiā

fuiſſe

fuiſſe nobilem, cum Bacchi caneret laudes. atque idcirco factum eſt vt faciliùs deinde ad aliorum heroum facta, ac tandem ad eorundem fortunas & calamitates deuenerit imitanda. Atque hinc licet paucis declaret quæ fuerit germana illius origo, quæue incremēta, quæ denique abſolutio atque perfectio. Cum enim priſci illi Græcorum mortales varijs hymnis & encomijs Bacchum, quem colebant & a quo frugum copiam & fertilitatem petebant, celebrarent, ecce tibi paulò poſt ſtatis quibuſdam temporibus Baccho ſacrum in præmij loco hircum proponere illi cœperunt qui meliùs caneret, Deúmque illū etſi vaniſſimum ornaret. ex quo factum eſt vt carmen illud ab hirco & cantu (quemadmodum paulò ante dicere cœperam) nomen inuenerit. cum verò huiuſmodi cantus ſeu Tragœdia deinceps a Dithyrambice, quæ item Bacchi facta cōplecteretur, ſed a Sacerdotibus maiore pompa & apparatu perageretur, incrementa accepiſſet, ita vt tum rhythmus & harmonia ſeu ſaltatores atque auletici, tum alia quædam Dithyramborum ornamenta Tragœdiæ adhiberētur, eò res poſt mutationes multas adducta eſt a Theſpi, Aeſchylo, Sophocle atque alijs vt aucta hiſtrionibus, apparatu atque alijs multis, quæ ſuo loco complexi ſumus, ſuam veluti maturitatem ac perfectionem adepta ſit. Hæc Tragœdiæ origo, incrementa, abſolutio, quam ab Ariſtotele adumbratam, vel potiùs paucis indicatam, Pauſanias, Athenæus, Euſtathius, aliíque paulò clarius attigere. Sed quoniam ex dictis conſtare ſatis poteſt, qua tandem ratione aucta Tragœdia in Vrbes ſeſe (nam reuera ante Theſeum, vt mortales illi per agros & vicos degebant ſparſi, ruſticabatur potiùs) Regúmque aulas inſinuauerit, illiberalémque faciem, etſi humili retēto nomine, depoſuerit, regiámque ſuſceperit, iam ad eius definitionem aggrediamur: quam ſanè iuber accuratiùs examinare, oppugnare, explanare, vno verbo an excipienda ſit diſceptare. TRAGOEDIA ex Ariſtotele eſt *μίμησις πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας, μέγεθος ἐχούσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ οὐ δι' ἀπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν*. hoc eſt, vt in præſens vulgatam interpretationem referam, *Imitatio actionis illuſtris & abſolutæ, magnitudinem habentis, ſermone ſuaui, ſeparatim ſingulis generib. in partibus agentibus: non per enarrationem, per miſericordiam verò atque terrorem perturbationes huiuſmodi purgans.* Hæc eſt Tragœdiæ definitio: quam iuber priùs leui brachio, ſeu pingui Minerua, vt dicitur, explanare, tum varias dubitationes atque controuerſias in eam excitare, vt his examinatis & explicatis, de tota illius vi & natura magis ac magis cōſtet. Agnoſcamus itaque priùs quo conſilio viſus ſit Ariſtoteles (num enim rectè, poſtea) ſingulas iſtas particulas ad Tragædiæ definitionem conflandam referre.

*Ex dictis TRAGEDIÆ origo incremēta, perfectio declarātur*

*Vide in par. 16. 27. 28.*

*CONTROVERSIA XXXVIII. Num Ariſtotelica Tragœdia definitio excipienda ſit.*

*TRAGOEDIÆ Definitio ex Ariſt. Explicatur prius per partes ſingulas.*

*In part. 33.*

Vbi ſanè, quoniam profitetur ſe ex dictis eam colligere (ob id enim ait ſe accipere *αὐτῆς ὅρον τῆς οὐσίας γιγνόμενον ἐκ τῶν εἰρημένων*) videndum omnino erit vt particulæ ſingulæ ex ſuperiori diſputatione veluti natæ appareant.

194 Ac principiò quidem Tragœdia (inquit) eſt *μίμησις* ſeu *imitatio*. quæ vox obtinet in hac definitione generis locum: in quo genere (ſi Ariſtoteli credas) cōuenit Tragœdia cum cæteris omnibus formis poëſeos. Siquidem tum Epopœia, tum Comœdia, tum verò Dithyrambica, quantum ipſe quidem de hac etiam decreuit, imitatur. imò verò cum Auletica etiam conuenit & Citharistica, adde etiam, ſi placet, cum Saltatoria. etſi enim tres iſtæ poſtremæ facultates, quippe quæ metro aut ſermone vacuæ ſunt & expertes, per ſe non ſunt poëſis formæ ſed Muſicæ tantùm, imitantur tamen. Quin ſeriam. nihil prohibet quominus Tragœdia in imitatione tanquam in genere conueniat cum pictura, ſtatuaria & alijs ſexcentis artibus, quæ aliquid repreſentant & imitantur. Et hac de cauſa inuento genere in quo Tragœdia conuenit cum cæteris imitatricibus formis, ſupereſt vt differentias inueniat, vnde ab ijſdem diſſocietur, Et ideo pergit ſtatuens Tragœdiam eſſe imitationem *πράξεως actionis*: qua voce tum declarare incipit quid imitetur Tagœdia, & vnde eius natura conſtituatur, tum eandem aliqua ex parte ab imitatricibus formis quibuſdam diſtinguit. Etenim actio eſt eorum, quæ aguntur conſilio & electione; multæ verò artes & facultates non res quæ electione geruntur exprimunt & imitantur, ſed naturales; vt pictor qui cœlum verbi gratia, plantas & id genus alia coloribus imitatur & repræſentat. cuius ordinis ſunt aliæ artes multæ, quæ ſiue ære, ſiue lapide, ſiue luto, ſiue gypſo, ſiue alia huiuſmodi materia aliquid fingant & imitentur. Quod ſi artes iſtæ actiones etiam imitari videantur aut imitentur interdum, ſanè id non neceſſariò faciunt, quemadmodum poëta, cui humanæ actiones neceſſariò ſubijciuntur; & verò tenuiter eas referunt, vel potiùs adumbrant. verè enim dici poteſt artes

*Part. 2.*

*Μίμησις ſeu imitatio.*

*Πράξεως actionis.*

iſtas non tam imitari actiones ( præſertim ſi cum poëſi conferantur ) quàm figuras: etſi quoquomodo ex figuris illis actionem ipſam quoquo modo agnoſcamus;,vel potiùs coniectura aliqua aut ſuſpicione informemus. Quanquam nihil prohibet quominus Tragœdia ab huiuſmodi quas percenſebam imitatricibus formis, magis adhuc ac magis diſtinguatur in particulis ſequentibus. Pergit autem *σπουδαίας* hoc eſt *probæ* ſiue honeſtæ ac

Σπουδαίας *proba.*

præſtantis, aut etiam illuſtris; vnde diſſociatur a Comœdia, quam iam antea docuit eſſe Par.14.
actionis prauæ ſeu humilis ac vilis. Quo etiam in loco ipſemet Ariſtoteles nos admonebat Comœdiam & Tragœdiam dum & humanas actiones imitantur, & iiſdem planè inſtrumentis imitationem conficiunt, inde inter ſe diſtingui, quòd illa humiles, hæc illuſtres, imitetur actiones. Quod diſcrimen agnouit rurſus interauitque cum Comœdiam definiret peiorum imitationem. Denique quemadmodum iam antea docuerat imitationem tripartita meliorum, peiorum, ſimilium materia variari; ita hîc Tragœdiam meliorum ſiue præſtantis actionis adſtringit imitatione. Quod ſi quis hinc rurſus quo-
quomodo diſtinguat Tragœdiam tum ab Auletica, Citthariſtica, & Saltatoria, tum a pictu- Par.29. Par.11.
ra ac cæteris illis conſimilibus imitatricibus formis (ſi tamen his actionum concedenda eſt imitatio) id quidem me faciet non repugnante; quandoquidem hæ nõ neceſſariò imitantur præſtantes actiones, ſed obuias quaſque, & pro artificis & imitatoris voluntate modò humiles, modò præſtantes, modò etiam mediocres; tametſi hinc primò & maximè diſtingui a Comœdia non eſt quod dubitemus. Pergit rurſus Ariſtoteles atque addit *τελείας*

Καὶ τελείας, *et perfectæ*

ſeu *abſoluta ac perfecta*. Sed quorſum? eò primùm vt declaret qualis qualis eſſe debeat huiuſmodi actio: debet enim habere initium, medium & finem, ac proinde eſſe tota atque perfecta, quemadmodum animal, in quo initium, medium, finem obſeruare licet, ſi totum ſit atque perfectum. & ideo quod hoc in loco *τέλειον* dixit alibi *ὅλον* appellauit. At enim ſint iſta: verùm a qua obiecto imitatrice facultate diſtinguitur Tragœdia iſtius vi ac præſidio vocis? ſanè quæ non rem aliquam totam atque perfectam imitari debeat, vix ac ne vix quidem imitatrix facultas proferetur vlla, niſi tamen inchoatum ac mancum relinquat opus. Acutè. ſed tamen, quoniam huius quoque particulæ in Epopœiæ definitione rationem habet, eámque retinet diligenter, non eſt exiſtimandum non conſultò vſurpari ac retineri. De qua tamen te ſententiam meam (quoniam ſilent interpretes) iam iã 195

Μέγεθος ἐχούσης; *magnitudinem habentis.*

exponam ex ſequenti particula opportunitatem captans. Sequitur igitur *μέγεθος ἐχούσης* *magnitudinem habentis.* videtur autem ea de cauſa id commemorare, quia ſupra docuerat Tragœdiam cum antea eſſet exigua, ad magnitudinem adductã eſſe, ita vt inde *ἀπεσεμνύνθη* *grauitatem ac dignitatem aſſecuta ſit*. Quare, vt conſtet Tragœdiam hîc eo tantùm nomine definiri, quo ſuam illa magnitudinem & perfectionem eſt conſecuta, non verò rationem illius haberi, qua tum exilis adhuc erat, tum inchoata & imperfecta, addidit (opinor) *abſoluta & magnitudinem habentis*. quo nomine poteſt & verò debet ab imperfecta illa & exigua Tragœdia diſtingui, quæ ante Aeſchylum aut Theſpin ſeſe offerebat, cum vix aliquid incrementi accepiſſe a Dithyrambica aut etiam cum ne a Dithyrambica quidem adhuc aucta eſſet. Quo nomine certa ratione & proportione Epopœiæ quoque definiendæ has adhibuit particulas, quòd ipſa etiam ab initio fuiſſet imperfecta, quemadmodum & Ariſtoteles indicauit multò antea, & nos rurſus vberiùs declarabimus ſuo loco. Ita ſanè conſtare poteſt, particulam illam *perfecta* differentiæ quoque obtinere locum. Nam ſi quis rurſus contendat Tragœdiam iſtis ipſis particulis non ab inchoata Tragœdia ſolùm, verùm etiã ab omnibus poëmatis, vel potiùs carminibus diſtingui, quę actiones probas imitentur illa quidem, ſed tamen adhuc exigua ſint & perbreuia, id ſanè non facilè conceſſerim. quandoquidem Ariſtoteles ſic poëſis partes ac formas ab initio propoſuit & enumerauit, vt minora quædam poëmata, quæ nos appellamus, prætermittere viſus ſit, ac propterea nihil erat quòd in præſentia ab iis Tragœdiam ſibi proponeret diſtinguendam; niſi fortè ab initio quoque Epopœiæ nomen manabat latiùs, ita vt quodcũque epos & carmen comprehenderet. Quanquam an hoc eo conſilio fecerit, & num iure minora quędã poëmata, quæ appellamus, excludi poſſint, alibi diſputamus. ſequitur *ἡδυσμένῳ*

Ἡδυσμένῳ λόγῳ *ſuaui ſermone.*

*λόγῳ ſuaui ſermone*. quo in loco duo quæri poſſunt, vnum eſt quid per ſermonem ſuauem intelligat, alterum cur Tragœdiæ definiendæ vſurpetur. & ſanè primum declarabit paulò poſt Ariſtoteles ipſe; monebit enim ſe per ſermonẽ ſuauem intelligere ſermonem habentem rhythmũ, harmoniã, & metrum. De qua re ſuo loco. Alterum eò ſpectat, ni fallor, vt quoniam hactenus hæc definitio communis fuit Tragœdiæ cum Epopœia (nam reuera

Epo-

Epopœia quoque eſt imitatio actionis illuſtris & perfectæ ac magnitudinem habentis) nunc tandem diſſocietur. diſſociantur aũt quia Epopœia nudis ſermonibus vtitur, quẽadmodum iã antea monuimus, ac ſummatim nec rhythmũ nec harmoniã, ſaltationem inquã ſeu cõcentum, adhibet imitationi. Atque hinc etiam licet Tragœdiam diſſociare plenius, tum ab Auletica, Citharistica, Saltatoria, tum a pictura, ſtatuaria & alijs huiuſmodi imitatricibus artibus & facultatibus, ſiquidem ſermonis expertes ſunt. Pergit verò *χωρὶς ἑκάστῳ τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων*. hoc eſt, *ſeparatim ſingulis generibus in partibus agentium*. Quæ verba diſtinguunt Tragœdiam a Dithyrambica: hæc enim eodem tempore, ac poëmate
195 toto imitatur rhythmo, harmonia & metro: Tragœdia contra magna ex parte ſolo metro; interdum metro & harmonia; aliquando etiam ſimul omnibus; metro extra chorũ, metro & harmonia in ſtaſimo, cum inquam chorus ſedens aut ſtans actionem peragit: omnibus, cum chorus ingreditur (parodus appellatur hoc tempore) vbi ſaltatione vtitur harmonia & metro. hoc eſt igitur quod ait in præſentia ſingulas iſtas formas ſiue imitationis inſtrumenta arripi in Tragœdia, non ſimul ac perpetuò omnia. Et hinc licet etiam Tragœdiam diſtinguere a legum poëſi, quæ inſtrumentis dithyrambicam planè æmulabatur. Quanquam ſi quis pugnet hic ab Ariſtotele multò plus diſſociari in Tragœdia in-
196 ſtrumenta iſta, nec vſquam conſociari, de hac re ſuo loco. Addit *καὶ οὐ δι᾽ ἀπαγγελίας*, *& non per enarrationem*. vt ſcilicet intelligamus Tragœdiam eſſe dramaticam, atque actores ipſos tanquam negotiantes inducere: ex quo fit vt ab Epopœia rurſus dithyrambica, legũmque poëſi diſſocietur. Quanquam quoniam propter inſequentia verba videri poſſet Ariſtoteles particulam hanc aliò referre, de hac re planiùs non multò poſt. Ad extremum addit, *ἀλλὰ δι᾽ ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν*. *Sed per miſericordiam & metum peragens talium perturbationum purgationem*. Quibus poſtremis verbis ſignificat Tragicæ imitationis opera affectiones perpurgari: vnde etiam proprium Tragœdiæ finem videtur attingere. Et quamuis interim magnopere dubitari poſſit quarum perturbationum fiat purgatio & quomodo (de quibus etiam in progreſſu) interim tamen certum eſt propriũ Tragœdiæ finem deſignari, ac propterea etiam a Comœdia cæteriſque poëticis aut imitatricibus formis diſtingui, quæ vel nullas vel alias affectiones perpurgarẽt. Hæc eſt germana propoſitæ definitionis ſententia. De qua tamẽ ſunt multa atque illa non ſanè leuia, quæ dubitentur. Ac primò eiuſmodi definitio videri poſſet Iliade longior, vſque adeò longa oratione vtitur & multas ac varias particulas & differentias congerit, vt hanc poëmatis formam definiat. Et ſanè mirum videri debet vt qui Mundum, hoc eſt id quod infinita propemodum conſtat partium multitudine ac varietate, duobus verbis definierit, cũ diceret eſt Vrbs maxima, aut etiam (ne poëticæ potiùs aut oratoriæ quàm Philoſophicæ definitionis exemplo vti videar) compago ex cœlo, terra, mediiſque corporibus; Tragœdiam verò tam prolixa oratione definierit. Denique res quælibet vnico genere vnicáque differentia conſtituitur & abſoluitur, aut etiam materia tantùm & forma vnica perficitur, quid eſt igitur vt tot differentijs (ſeptem enim aut fortaſſe plures numerantur in hac definitione differentiæ) vtatur in præſens: niſi fortè Tragœdia nouus ſit Protheus, qui niſi multis veluti inſtrumentis aut machinis nequeat cohiberi. Hæc prima dubitatio. Cui lubet etiam quoad eius fieri poſſit ſatisfacere antequam ad reliquas (ſunt enim multæ ac variæ, ac propterea ſingulis ſubijcienda continenter reſponſio, ne dum longum facimus, argumenta ſint repetenda) proponendas deueniam. Ergo non inficior definitionem vnico genere & vnica differentia ſeu materia ſola & forma vnica ſæpè conſtare: ſed tamen talis definitio non omnibus eſt abſoluta numeris, cum nec effectricem cauſam exprimat nec finem. Ea enim eſt perfecta quæ quatuor cauſas repræſentat. haud igitur mirum ſi Ariſtoteles verba illa addiderit *per commiſerationem verò & metum purgationem efficiens talium perturbationum*: hinc enim finis ac ſcitè admodum deſignatur. Quanquam inuidia (dicas) vtcunque exemiſti propoſitam definitionem, non penitus liberaſti: nam differentiæ ſuperſunt adhuc plurimæ. Sed fortaſſe Ariſtoteles, vel quoniam in poëtica ſchola minùs requirendus ſit limatus ille definitionis ſtylus qui in Phyſicorum ſcholis requiritur (quanquam in phyſicis etiam prolixas ac multis differentijs coagmentatas definitiones vſurpat interdum) vel quia, dum ex dictis fermè colligeret definitionem, luberet ſeorſim ac diſtinctis particulis huc ea referre, haud abſurdum cenſuit tot particulas huic definitioni adhibere: cum præſertim dum in re non quidem naturali, ſed artificioſa, quæque niſi poſt multas mutationes & addi-

*χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων. ſeorſim vnoquaque forma in partibus agente.*

*Οὐ δι᾽ ἀπαγγελίας. & non per enarrationem.*

*Ἀλλὰ δι᾽ ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. ſed per miſer. cordiã & metum peragens talium perturbationũ purgationẽ.*

*Lib. de mun. ca. 7. p. 391 Libr. de mundo, cap. 2. ad init.*

*DVBITATVR. I.*

*Reſpondetur.*

tamenta conflata ſit, verſaretur: & in qua differentiæ multæ pro vnica ſeu tanquam
vnius partes excipi ferè poſſent. Vt omittam definitionem eam eſſe optimam quæ initia
continet vnde theoremata explicari poſſint, quæ de re definita requiri ſolent: hæc verò
theorematum explicandorum initia reuera in hac definitione deliteſcere; quemadmodũ
conſtabit in progreſſu. Hæc primæ huic dubitationi, nam vtrum paucioribus conſtitui ac
perſpicuè conſtitui potuerit, idque ſiue in Peripatetica ſchola verſemur & ipſamet Ari-
ſtotelea initia ſpectemus, ſiue Platonem in conſilium adhibeamus, atque in illius initijs
Dubitatur. II. innitamur, opportuniùs alibi. Iam verò cur ait *πράξεως σπουδαίας actionis probæ* an non Tra-
gœdiæ ſæuitiam ſpirant vndique & crudelitatem? planè M. Tullius qui dixit magnis moti- 197
bus atque adeò flammis Tragœdias inſtructas eſſe, id protulit, quia luctu, parricidijs, cru-
delitate plena ſit. Itaque Liuius etiam cum grãde quoddam commemoraret ſcelus, Tra-
gicum illud appellauit. Enumeratem, Auditores, Medeas, Thyeſtes, Atreos, Tantalos, at-
que huiuſmodi alios: referrem diras eorum cædes, impuros concubitus, truces cœnas ac
dapes: ſed non neceſſe habeo in re aperta longiùs facere. Tantùm dicam ante Ariſtotelem
vix quenquam fuiſſe, qui Tragœdiæ probas actiones ſubiecerit imitandas, ſed improbas
& crudeles, ita vt ab illis Solem interdum radios ſubtraxiſſe ſuos, Tragici ipſi dictitarint.
Neque verò mihi reſpondeat quiſquam Ariſtotelem per actionem *σπουδαίαν* hoc in loco
non intelligere actionem probam, ſed ſeriam, & grauem, ſiue illuſtrem atque præſtãtem,
quòd ſcilicet ſeriò & a viris illuſtribus agatur; cum tamen nihil prohibeat quominus cru-
delitate & atrocitate permiſta ſit. Non inquam, id mihi reſpondeat quiſquam: nam ipſe
ad Ariſtotelem ſtatim prouocabo, qui in particula vndecima materiam pọëticæ imitatio-
ni ſubiectam probitate & improbitate ſic diſtinguit, vt probitatem in virtute, improbita-
tem in vitio, collocet: atque ideo vitioſitate & virtute diſtinguit tum agentes quos imita-
tur Poëta, tum eorundem actiones. & hoc nomine deinde in particula xlv. diſtinguit Tra-
gœdiam & Comœdiam: quia hæc peiores, illa meliores imitetur. Atque hac etiam de cau-
ſa in particula xxix. Comœdiam definit peiorum imitationem. Et quamuis monet nõ in
quolibet vitio verſari Comicam imitationem, vitium tamen aliquod ſubijcit illi, nec cor-
poris ſolùm ſed etiam animi. Hæc ſecunda dubitatio, in qua ſanè enitendum eſt vt quoad
Reſpondetur. eius fieri poſſit tueamur in propoſita definitione *σπουδαίαν* actionem, non pro ſtudioſa hoc
eſt proba, ſed pro graui & ſeria aut etiam illuſtri eſſe vſurpandam. Id quod triplici ratione
videor mihi ſuadere poſſe. Prima eſt quia videmus Tragœdias paſſim imitari eorũ actio-
nes qui præſtant illi quidem genere, nobilitate, opibus, potentia, dignitate, vno verbo for-
tuna, non verò iuſtitia & probitate. & hac de cauſa fortaſſe Theophraſtus dixit, Tragœdiã
eſſe heroicæ fortunæ imitationem: ſignificabat enim caſus ac fortunas illorum referre
qui præſtarent genere ac dignitate. Altera quia Tragœdia oppponitur Comœdiæ, quòd
hæc deteriores, illa meliores imitetur. At Comœdia deteriores genere ac fortuna imita-
tur, nimirum populares & plebeios, non deteriores moribus atque adeò improbos. Igi-
tur meliores ſeu præſtantes quos imitatur Tragœdia genere & fortuna non moribus &
probitate ſtudioſi ſeu meliores aut præſtantes erunt. Nam ſi dicas in Comœdia deteriores
quoque moribus repreſentari, vt furaces ſeruos, perditos adoleſcentes, auaros ſenes, impu-
dicas matronas, lenones denique & id genus homines, iam nihil prohibet quominus fi-
delem quoque ſeruum, cautum & prudentem ſenem, honeſtam matronam, pudicum
adoleſcentem referre poſſit Comœdia & verò ſæpè referat cum dignitate. Vt propterea
cum in Comœdia mores vtcunque variari probitate poſſint & improbitate, perſonæ non
item, quas mediocres & populares eſſe oportet, iam è contrario Tragicas quoque perſo-
nas vt Comicis opponantur non tam moribus quàm fortuna ac genere illuſtres eſſe opor-
teat. Poſtrema quia Ariſtoteles ipſe infra docebit Tragicam perſonam, in qua maximè ni-
titur fabula, nec peſſimam eſſe debere (vt ſ. commiſerationem gignat eius calamitas) nec
optimam, ne fortè indignatio excitetur cum in calamitatem inciderit. Quapropter neceſ-
ſe eſt potentia, vt dicebam, dignitate & fortuna, non moribus & virtute præſtet. & ideo ſi
quis Aeſchylum ac reliquos Tragicos conſulat, inueniet eos in quibus nititur fabula, non
quidem virtute & moribus, ſed nobilitate (vt iam antea dicere cœperam) ac dignitate ex-
cellere. Quanquam argumenta iſta (dicat aliquis) commodè ſententiam confirmant tuã,
ſed tamen aduerſariæ rationi non ſatisfaciunt quæ eſt grauiſſima: cum Ariſtoteles mori-
bus & probitate ſiue (vt planiùs loquar) virtute & vitioſitate tragicas actiones diſtinguat
a Comicis. Quæ ratio eò maius habet pondus quòd cum in libro v. Politicorum homi- 198
nes

nes item virtute & improbitate diſtinguat vel maximè , non fortunæ ſed virtutis & vitij
rationem habuerit. Ego verò fateor hunc modum eſſe difficillimum ; ſed tamen fortaſſe
diſſoluetur & explicabitur ſi æſtimentur quæ ſubijciam. Ergo ſi quis eſt qui acurè virtutis
ac vitij naturam ac vim peruaſerit animo, æſtimauerit, declarauerit, hic ſanè fuit Ariſtote-
les: nil enim eius libris de moribus abſolutius atque perfectius. ſed tamen in præceptis poë-
ticis plerunque popularis eſt, atque Homeri in primis iudicium ſiue exempla ſequitur:
ita vt ſiue in Epopœia, ſiue in Comœdia, ſiue in Tragœdia, quoniam vniuerſæ Poëtices pa
rentem illum fecerat, veſtigia, ſiue (vt dicam planiùs) opiniones & exempla ſectetur. Cum
igitur Homerus in Iliade & Odyſſea quæ duo poëmata Tragœdiæ quoque exemplum
facere non dubitauit Ariſtoteles, ſic Achillem Vliſſémque celebraſſet vtrunque, etſi hũc
reuera, calliditate potiùs admirabili quàm prudentia & iuſtitia, illum corporis robore &
fortitudine magis, quàm moderatione & virtute, inſtruxiſſet, diuinum & admirabilem
appellet atque in fortiſſimi ſapientiſſimíque ducis habeat loco. quid mirum ſi Ariſtote-
les præſtantiores ac deteriores hoc in loco ſubijcit Tragœdiæ & Comœdiæ, populariter
illos atque Homeri modo ac more meliores reputans ac deteriores? Quod ſi vitioſitate ac
virtute viſus eſt aliquando iſtos diſtinguere atque inde Comœdiam Tragœdiámque ſe-
iugare, vitioſitatem rurſus ac virtutem non ſubtiliter ſed populariter atque Homeri exẽ-
plo & more acceperit neceſſe eſt. Certè Homerus verbis nullam non contulit laudem in
Achyllem aut Vlyſſem, cum tamen factis illum ſupra quam ferri poſſet iracundum, aua-
rum, temeritatis, impudentiaéque pleniſſimum expreſſerit, hunc ad fraudes ac dolos cõ-
poſuerit totum. Quidni igitur Ariſtoteles Poëtica ſchola virtute præſtantes appellet in-
terdum eos, quos genere & fortuna illuſtres Tragica repreſentat imitatio? Sanè in parti-
cula XVI. ſimilẽ facit Sophoclem Homero, quòd vterque σπουδαίους imitetur. at σπουδαίους vna
virtute, ac ſolida imitatur neuter. ita vt virtus interim populariter (vt dicebam) vſurpanda
ſit. Tametſi Tragicos, præſertim ante Ariſtotelẽ ſæuas actiones fermè ac truces pro Tra-
gicis habuiſſe, Ariſtotelem eas non parum mitigaſſe ita vt a probitate minùs abeſſent infi-
ciandum non eſt. Sed iam dubitet aliquis cur Tragicam huiuſmodi actionem iubeat per- *Dubitatur. III.*
fectam eſſe & magnitudinem habere. quis enim ita ſit imperitus rerum qui ſuſpicetur
Tragicam actionem imperfectam eſſe debere? aut quis rurſus magnitudine vacuam exi-
ſtere poſſe arbitretur? vt propterea otioſæ omnino videri poſſint iſtæ particulæ: ídque eò
magis quòd cum differentiæ locum obtinere debuiſſent, non facilè intelligitur a qua poë-
*De hac par. 24. & 27.* maris aut imitatricis facultatis ſpecie & forma diſtinguant Tragœdiam. Verùm huius du- *Reſpondetur.*
bitationis inuidiam partim minuimus antea cum doceremus iis vocibus tum ab inchoa-
ta illa & rudi, quaéque exigua item eſſet, Tragœdia diſtingui cum maturitatem ſerò ac-
cepiſſet; tum ea quæ vberiùs de Tragœdia diſputauerat hic tanquam Epilogo concludi,
(ideo enim ſibi ex dictis Tragœdiam definiendam monuit) tum ſemina quædam & initia
ſeri, ac poni, vnde theoremata multa poſſent de Tragœdia explicari, quod fecit poſtea.
Nunc addo ſatis intelligi poſſe voces iſtas ad Tragœdiæ naturam conſtituendam explicã-
dámque pertinere ſi in eos tragicos ſpectemus qui actionem & præpoſteram & debita
magnitudine ſeu longitudine vacuam quaéque nec certo temporis ſpatio cohibetur pro-
tulerunt. nam in ijs quoque peccaſſe aliquando Tragœdias ſignificauit non obſcurè. De-
nique quemadmodum eaſdem voces Epopœiæ quoque adhibet definiẽdæ, atque ea ma-
ximè de cauſa quod multi (id quod ipſe obſeruat) ad perfectè & debitæ magnitudinis a-
ctione imitanda in ſuis heroicis poëmatis abeſſent; ita eâdem de cauſa eædem voces ad-
199 hiberi potuerunt Tragœdiæ definiendæ; præſertim verò cum in poëtico puluere non tam
ſubtilis at limata aut breuis & acuta quàm perſpicua, etſi vberiùs flueret, ac plana ſiue
definitio ſiue deſcriptio fuerit adhibenda. Nam ſi quis illud rurſus culpet quòd non
tam perfectio ac magnitudo in ea erat requirenda quàm docendum quæ tandem eſſet
perfectio, qualis magnitudo, ex qua deberet exiſtere, iam quoniam hæc paulò poſt
perſequetur vberiùs ac declarabit, nihil eſt quòd hinc commoueamur. At enim ſint *Dubitatur IV.*
iſta, verùm cur ait ἡδυσμένῳ λόγῳ ſuaui ſermone, vel ſi mauis ſermone ſuaui facto, vel
ſuauitate condito? Nam quod mox ſubijcit ſermonem qui rhythmum habeat, harmo-
niam & melodiam, hunc ſuauem ſeu ſuauitate conditum intelligere, non ſatis proba-
ri poteſt. Etenim vbi Tragœdia rhythmo & ſaltatione liberetur, quod Latinos ali-
quos feciſſe conſtat, Tragœdia adhuc erit. quod ſi harmonia rurſus careat ita vt ti-
bicines ac fidicines exulare ab illa iubeantur, quemadmodum poſterioribus ſæculis
vſu

vſu receptum eſt, quidni Tragœdia ſit adhuc? Non igitur ea tantùm quæ Tragœ-
diæ naturam & (vt ſignificantiùs loquar) eſſentiam continent Tragœdiæ definiendæ ad-
hibet, ſed ea etiam quibus carere & poteſt & ſolet. Adde quòd vnico retento metro, ſua-
tis videri poſſit ſatis, ſiquidem optimi metri ſuauitas ſumma eſt quaéque ſaltationis le-
nitate non indigeat. Quid? an non experientia compertum eſt Tragicam fabulam non
modò rhythmo & harmonia ſeu ſaltatione & melodia ſed metris etiam commodè ſolui
poſſe & magna cum dignitate? ſic ſanè, ita vt quemadmodum in Comœdia id iam apud
nos receptum ac tritum eſt, ita in Tragœdiam hoc bonum iam importarint aliqui. quid
erat igitur vt in non neceſſarijs tantopere inſiſteret Ariſtoteles dũ Tragœdiam definiret?
*Reſpondetur.* Ego verò nolim hoc tempore diſputare vtrum Comœdia & Tragœdia ſcitè rhythmo
& harmonia (de metro enim paulò poſt) liberetur: præſertim verò quòd vix crediderim
ſaltationem & harmoniam a quopiam in Tragœdia & Comœdia tanquam neceſſarias &
eſſentiales partes (Peripateticorum more loquor) requiri. itaque monebo vix credi poſ-
ſe Ariſtotelem interim rhythmum & harmoniam quaſi eſſentiales partes commemo-
raſſe & neceſſarias: Cur igitur eas adhibet definitioni? ea, opinor, de cauſa quòd in rece-
ptam conſuetudinem ſpectaret, ac more maiorum rhythmum & harmoniam in Trago-
dia vſurpandam commemoraret. cum enim Tragœdia cum rhythmo & harmonia ferè
orta eſſet, cúmque iiſdem coaluiſſet & ad maturitatem perueniſſet, quidni eam rhythmo
& harmonia deſcribat? Fateor igitur harmoniam & rhythmum non eſſe Tragœdiæ ne-
ceſſaria, cum tamen in Tragica definitione nõ immeritò earum mentionem fecerit Ari-
ſtoteles: præſertim verò quia in poëtarum ſchola non phyſicorum aut mathematicorũ
rigor ſit requirendus, ſed in popularem vſum moréмque ſpectandum. Quod verò perti-
net ad metrum ſic ſtatuo. Reuera in præſentia Ariſtoteles metri nullam iniecit mentio-
nem; ſiquidem ſermonem iuſſit quidem rhythmo, harmonia & melodia condiri, de me-
tro autem interim ne verbum quidem, niſi tamen, quod aliqui ſentiunt, pro μέλει reponi
μέτρῳ velis. quod ſanè mihi non diſplicet. Quanquam etſi melos retineas, facilè conceſ-
ſerim Ariſtotelem ſine vlla dubitatione metricum ſermonem Tragœdiæ adhiberi voluiſ-
ſe: ſiquidem id tum in particula x. ſignificauerat perſpicuè, tum continenter in xv. vbi
Dithyrambis auctam diceret & xxix. vbi tetrametro priùs, tum iambo eã necteret, tum
in primis in particula xxxv. extrema, vbi cum declararet cur dixiſſet, ſeparatim vſurpãdas
formas, quibus eam inſtruxerat, iuſſit vt quædã efficeret & imitaretur ſolis metris. Quod
tamen pręcipere potuit non quia metro ſolui nequeat Tragœdia; ſed quia in vſu eſſet po-
ſitum & perpetua conſuetudine receptum vt metro perageretur; præſertim verò quia
cum metro orta & educata, iam ferè cum eodem conſenuerat: alioquin Ariſtoteles ſat
nouit, nec nouit ſolùm, ſed pugnauit, metrum ſeu carmen vix ac ne vix quidem pertinere
ad naturam eſſentiámque poëmatis, cum hæc apud ipſum imitatione conſtitueretur ve-
riùs quàm metro. Sed quoniam alibi diſputauimus vtrum Ariſtoteles vllo modo metrũ
ſeu carmen neceſſarium iudicauerit poëmati, nihil eſt cur id diſceptemus in præſentia. 200
Nam vtrum Tragœdia commodè ſaltem ſolui poſſit metrorum vinculis & ſoluta ora-
tione celebrari, id verò etſi cum hoc loco ſit coniunctiſſimum, & ob propoſita definitio-
nis verba perpendendum eſſet diligenter, ipſe tamen hoc labore libenter ſuperſedebo,
quòd argumentum hoc vniuerſum libello integro ſim perſecutus. Tantùm dicam me
non dubitaſſe in eam ſententiam deſcendere vt conceſſerim Tragœdiam & Comœdiam
poſſe ſoluta oratione vtiliter ac magna cum dignitate confici, quòd videam inde veriſi-
mile decorum, vno verbo dramatici poëmatis laudem ac virtutem longiùs enitere; &
verò Ariſtoteles carmen veluti aſſeclam dederit Tragœdiæ quòd more maiorum loque-
retur & in veterem conſuetudinem intueretur. Alioquin vbi id fuiſſet diſceptandum, &
in controuerſiam vocandum, ipſe etiam, quippe qui carmen non neceſſarium poëmati
*Dubitatur V.* iudicauit, ſuppetias nobis tuliſſet ac non ægrè noſtris rationibus conſenſiſſet. Sed cur ait
ſeorſum vnamquamque formarum in partibus adhibendam eſſe? id enim falſum eſſe ſic
doceo. etenim duo veluti extrema concipere hic poſſumus animo; vnum eſt vt tres illæ
formæ, rhythmus, inquam, harmonia & metrum, ſimul omnes ab initio ad finem vſque
permiſceantur: id quod in dithyrambico & nomon poëſi factitatum obſeruauimus. Al-
terum vt nunquam coëant formæ illæ, ſed ſeorſim ſingulæ vſurpentur. atque inter hæc
duo extrema media quædam ratio iniri poteſt ac via, ita ſcilicet vt nec perpetuò miſcean-
tur, nec ſeorſim poëmate toto vſurpentur, ſed alicubi ſi non omnes duæ ſaltem coëant,
quemad-

quemadmodum contingeret ſi chorus verbi gratia alicubi & ſaltaret & caneret. Iam
igitur certum eſt Ariſtotelis verba ſignificare nuſquam permittendum vt coëant formæ
illæ, ſed ſeorſim vſurpentur ſingulæ: quod tamen videtur falſum, tum quia in parodo
miſcentur rhythmus & harmonia, fortaſſe etiam metrum; tum quia in ſtaſimo videtur
cum cantu metrum omnino coniungi. Sed tamen Ariſtoteles ipſe mox admonet nos ſe *Reſpondetur.*
de metro tantùm & harmonia loqui: metrum verò extra chorum ſine vlla dubitatione
*V. part. 33.* ſeiungitur ab harmonia de qua loquitur author. Quanquam in choro ſaltem iungitur
metro, dicat aliquis. etenim reuera bifariam iungi poteſt. vno modo ita vt vnus idémque
actor dum canit ſeu harmoniam edit, metrum fundat, quia ſcilicet metricũ ſit quoque
melos & harmonia: altero vt ſeorſim adhuc metro vtatur aliquis dum alter concentum
edit. Ex quo fit vt cum poſterior hîc modus vix ac ne vix quidem vſitatus eſſet (id
enim ex Dithyrambico vbi iungebantur formæ illæ ſatis conieċtare licet & animaduertere)
prior prohibeatur ab Ariſtotele: quaſi verò in Dithyrambico metrum eſſet melicum
& concentu efferretur; in Tragœdia contra disiungeretur: quod tamen non facilè
ſtatuas cum chorus dum caneret & concentum ederet, carmina ſimul funderet. Sed de
hac re tum in particula xxxv. tum deinde vbi de choro agendum erit. Nunc ſat ſit ad di-
ſtinguendam Tragœdiam a Dithyrambica illud ſufficere vt ſi harmonia a metro non di- *Inſtatur,*
uellatur in choro, metrum contra ab harmonia diuellatur in reliqua fabula. Nam ſi te *Reſpondetur.*
adhuc perturbet illud, *ſeorſim agentibus ſingulis formis*, fortè metrum illud harmonicum in
harmoniæ tantùm habet loco, non metri, ſicut in metro latens rhythmus nõ attenditur,
ſed rhythmi nomine is tantùm interim intelligitur qui a metro eſt ſeiugatus & corporis
motu hoc eſt ſaltatione aut geſticulatione exprimitur. & ideo in Dithyrambico par eſt
exiſtimare metrum citra harmoniam quoque fuiſſe decantatum, licet tibicines & fidici-
nes eodem tempore ederent harmoniam. ſed de hac re (vt dicebam) opportuniùs alibi.
Vbi etiam perpendemus cur rhythmum interim inter formas illas nequaquam referat *Dubitatur*
hoc in loco. Age verò cur pergens Ariſtoteles ait *οὐ δι᾽ ἀπαγγελίας non per enarrationem*? ete-
nim definitio non negando conditur ſed affirmando. itaque non quo non peragitur Tra-
gica imitatio, ſed quo peragitur, aperiendus erat modus. & idcirco dicendum *διὰ πράττον-*
201 *τας per agentes* & negotiantes peragi imitationem: qua ratione optimè Tragicæ imitatio-
nis natura declarata fuiſſet & ab Epica aut Dithyrambica, ſi fortè narratione vtatur, di-
ſtincta. Quanquam cum Ariſtoteles iam antea duo illa imitationis genera declaraſſet, ſa- *Reſpondetur.*
tíſque oſtendiſſet vnum Tragœdiæ & Comœdiæ cõuenire, nimirum dramaticum quod
*διὰ πράττοντας* vel *δρῶντας* obitur: alterum Epopœiæ & Dithyrambicæ reſeruari (etſi vt-
cunque adhuc variatum) nihil erat quòd multis hoc in loco rem proſequeretur, cum ſta-
tim atque monuiſſet non per enunciationem fieri, colligere liceret ex dictis & intelligere
dramaticam eſſe Tragœdiæ imitationem. Quanquam ille adhuc ſeſe obijcit ſcrupulus, *Inſtatur.*
quòd dum ait *non per narrationem*, id (ſi inſequentia ſpectes verba) non eo conſilio proferri
videatur vt Tragœdia ab Epopœia & Dithyrambica diſtinguatur, ſed vt moneamur pur-
gationem non per narrationem ſed per miſericordiam & metum eſſe perficiendam: ſen-
tentia enim (ſi verbum verbo reddatur) eſt huiuſmodi; *& non per expoſitionem, ſed per miſe-*
*pag. 56.* *ricordiam & metum peragens talium perturbationum purgationem*. Itaque Victorius ſic ediſſe-
rit locum, *quod enim nunc (inquit) purgare Tragœdiam motus turbidos animorum non commemo-
ratione, ſed miſericordia & metu, oſtendit illam vti factis & terribilibus & miſerabilibus vt hoc præ-
ſtet. non oratione ad id facta*, Ego tamen cæteros interpretes ſequor libentiùs, & Paccij ex- *Reſpondetur.*
plicationem amplector qui ſic vertit locum. *Non per enarrationem: per miſericordiam verò
atque terrorem perturbationes huiuſmodi purgans*. & ſanè licet græca verba videantur vtcũque
ſcrupulum illum afferre potuiſſe, tamen cur eò confugeret, vt ſtatueret Ariſtotelem do-
cere factis non dictis purgationem efficere Tragicum, certè non habuit, Vt omittam illud
etiam hic peccaſſe Victorium, quòd dum diceret, *nunc, inquit, purgare* non ſatis animaduer-
terit quæ ſit vocis illius *inquit* vis ac germanus vſus. Neque verò illud dubitatione caret *Dubitatur. VII.*
quod item pertinet ad finem Tragœdiæ propoſitum: ſiquidem mira iam obtruditur fi-
nium multitudo, delectatio ſcilicet, vtilitas, purgatio, an non ſatis erat nos inde hærentes
habere quòd modò vtilitas, modò voluptas proponitur in finis loco? Quanquam qui rur-
ſus Tragico id præcipiunt vt probet, vt delectet, ac moueat ij etiam nouam nobis creant
moleſtiam Tragicum finem requirentibus. Sed tamen id minorem vel potiùs nullam *Reſpondetur.*
affert dubitationem; ſi reputemus purgationem ad vtilitatem pertinere: ita vt qui vtili-

tatem

tatem in vniuerſùm ſtatuerit finem poëſis, hîc ſigillatim in Tragœdia purgationis vtili-
tatem ſtatuere poſſit. nam qui iubent vt Tragicus probet, delectet, moueat, ij finem deſi-
gnant non vltimum, ſed munus & officium boni Tragici, qui haud abeſſe debeat ab ea
laude, vt probet, vt delectet, vt moueat, quæ tamen omnia requiruntur alterius gratia &
finis propoſiti cauſa. Nam vtrum delectationi potiùs quàm vtilitati tribuenda ſit præci-
pua laus & palma, id verò cum alterius eſt temporis, tum a nobis iam antea fuit diſputa-

*CONTROVERSIA XXXIX. NVM rectè de Tragica purgatione præceperit Ariſtoteles. Vbi VII. Theoremata proponuntur.*

tum. Iam verò ſuccedit poſtrema definitionis pars, in qua ſcribit per commiſerationem
& metum talium purgationem perturbationum eſſe peragendam. quod ſanè, quoniam
mirum eſt quàm multas nobis crearit dubitationes & quantopere ſemper torſerit inter-
pretes, erit nobis paulò latiùs explicandum. Itaque lubet propriam de Tragica purga-
tione Controuerſiam excitare, ac proinde quærere. NVM Ariſtoteles rectè de Tragi-
ca purgatione præceperit: ac propterea etiam de illa VII. theoremata ponuntur expli-
canda. Mirum eſt autem (vt dicere cœperam) quàm multas & graues nobis dubitatio-
nes veluti exantlandas obiecerit. Etenim duo ſunt quæ interim ſumit, ac veluti tacitè in
certis ponit; duo quæ apertè decernit ac ſtatuit. ſumit tãquam certam, tùm κάθαρσιν ſeu
purgationem quandam: tum hanc Poëſis ſeu Tragœdiæ ope ac præſidio perfici. decer-
nit hanc purgationem tum fieri per commiſerationem & metum, tum eſſe τοιούτων πα-
θημάτων talium perturbationum. Ex quibus omnibus ſeptem ſeſe nobis theoremata vi- 202
I. dentur obijcere quæ explicare oporteat. I. Num purgatio iſta ſit concedenda. Nam cor-
pus medicamentis aut alia huiuſmodi ratione purgari nemo non videt; at qua ratione ſi-
II. ue in animum ſiue in affectiones purgatio cadat, obſcurum. II. Num talis Tragœdiæ aut
Poëſi vis inſit atque facultas. nam vbi quoquomodo eam aptaueris animo, adhuc mi-
rum videri poſſit peragi poëſis ope. III. Num in poëſi tota vis hæc ſit poſita, an certa il-
III. lius ſpecies & forma hac gaudeat prærogatiua. quandoquidem vulgata poëmata quædã
& popularia vix conijcias purgandi vim habere vllam. IV. Quo pacto ſiue Tragœdia ſiue
poëſis purgare animos poſſit, cum ἀπάθεια ab Academicis & Peripateticis explodi ſo-
IV. leat. Nam affectus mitigari & ad mediocritatem reuocari & poſſe & debere fatentur
quidem iſti: at purgari nullo modo. Itaque Stoicorum ἀπάθεια vel quia vtiliter in no-
bis ingeneratæ ſunt affectiones, vel quia altiùs in nobis inſident, quàm vt planè euelli ac
purgari poſſint, videtur temerè huc introduci. V. Quæ tandem παθήματα intelligat in
V. præſentia: nam hæc non modò ad affectiones, verùm etiam ad morbos & ad vitia referri
ri compertum eſt. VI. Qui ſiue affectus ſiue morbi aut quæ vitia ſint a Tragœdia perpur-
VI. ganda, dum Tragica imitatio purgationem efficere dicitur τοιούτων παθημάτων. Nam his
verbis iudicari exiſtimes certorum affectuum vel vitiorum non verò omnium efficere
purgationem. VII. Seu poſtremum quo pacto id efficiat Tragœdia per miſericordiam
VII. & metum. Siquidem id videtur intellectu longè difficillimum: vt propterea hac de re
longè variæ eæque diſſidentes extent authorum ſententiæ. Hæc inquam theoremata
explananda illi eſſent qui optarit hoc argumentum pro dignitate complecti ac perſequi.
Id quod nobis breuiter ſaltem tentandum erit. Cum enim tota illa Ariſtotelis de purga-

*Reſpondetur.*

tione diſputatio vnà cum ijs quæ de Comœdia & ridiculis docuit in hoc libro, penitus
interierit, cogimur id nos, etſi ingenio longè impari, vtcunque attingere ne videamur la-
borem in obſcuro hoc loco ſubterfugere voluiſſe κάθαρσιν, vt hinc ducatur initium ſeu *Vid. lib. 7. Deca. 1. p. 429 ad 446.*

*De purgatione maioris mundi.*

purgationem, vtrique Mundo, tam maiori, inquam, quàm minori hoc eſt homini, a pri-
ſcis attributam legimus. Mundo quidem modò per eluuionem, modò per exuſtionem.
de qua ſanè purgatione Triſmegiſtus in libro de Mundo; vbi ſcribit Deum præter popu-
lares morbos nunc cataclyſmum ſiue eluuionem, nunc ἐκπύρωσιν ſiue exuſtionem, indu-
cere Mundo perpurgando. Quam ſententiam expreſſit etiam Plato in Timæo, vbi do-
cet ſtatis quibuſdam temporibus, certis corporum cœleſtium conuerſionibus exa-
ctis, cœlitus immitti eluuionem modò, modò incendia & exuſtionem, ídque purga-
tionis gratia. Itaque Stoici quoque, teſte Seneca, in eandem deſcenderunt ſenten-
tiam, quam eleganter ſanè, vt ſemper ſolet, expreſſit M. Tullius cum ſic ſcriberet.
*Quin etiam ſi cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vniuſcuiuſque noſtrum a* *Libr. 3. Nat. Qu. c. 28*
*patribus acceptas poſteris prodere: tamen propter eluuiones exuſtionéſque terrarum, quas accidere*
*tempore certo neceſſe eſt non modò non æternam; ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus.*
Et hoc eſt ſanè quod ex noſtris etiã prodidere multi, qui diuinitùs duas huiuſmodi cla-
des & purgationes immittendas ac peragendas ſcribunt. Inter quos eleganter ſanè Stra-
bus

bus monuit Iridem idcirco duos præcipuè colores referre, cæruleum & igneum, vt his duæ nobis purgationes commonſtrentur, aquæ vna, ignis altera. Qui addit idcirco cæruleum colorem vnde aquæ purgatio deſignatur in Iride extrinſecus apparere quòd hæc purgatio iam apparuerit mortalibus peractáque ſit: igneum cõtra latere colorem, quòd ignea purgatio quæ expectatur adhuc, lateat. Atque hæc ſanè geminæ huius purgationis ſententia videtur a priſcis vſque Hebræis dimanaſſe: quandoquidem Ioſephus, *Cum prædiceret*, inquit, *Adam rerum omnium depopulationem & cladem, vnam ignis vi, alteram aquarum impetu & multitudine, venturam dixit*. Et hac de cauſa (ni fallor) ea cõmemorauit quæ de duabus columnis ſcripta reliquit quaſi verò indices poſitæ eſſent geminæ iſtius cladis. *Li. 2. de Anton. Iud.*

Sed & minori Mũdo, homini inquam, aptari ſolet gemina hæc purgatio. Nam vt Homerum prætercam, qui eam quoquomodo adumbrauit, ſanè ab Euripide in Clytemneſtræ corpore perpurgando exprimitur, dum ignem illi & aquam adhiberet. nec ſanè nõ a Romanis excepta ab iiſdémque vſitata fuit, cum igne & aqua ſolemni quodam ritu in purgatione vterentur. quare, Romani (inquit Feſtus) funus de more proſecuti, & eo quaſi polluti, ignis & aquæ purgatione & expiatione vtebantur. Itaque ſupergrediebantur ignem aſperſi aqua, hoc purgationis genus ſuffitionem appellantes. Plato etiam, vt ad cũ redeam, alteram corpori (hanc in gymnaſtica & medicina fermè collocat) alteram animo adhibet purgationem: atque animi quidem purgationem fieri docet animi ſeiugatione a corpore ac ſummatim a vitiis. Itaque Platonici de more fusè de hac diſputant purgatione; etſi plerique inania effutiunt multa, Acheronta, Tartara, lethéumque flumen, & id genus alia comminiſcentes quæ Virgilio ac Poëtis ignoſcas licet; Philoſophis certè non licet. Quanquam aliqua ex parte probari illa poſſunt quæ Proclus in Platonem ſcribit, dum purgationes tum generales, tum priuatas agnoſcit, quæ ſingulæ ſuos præfectos habeant quos *καθάρτας* vocant. Vbi etiam diuinas expiationes profert, vnde dii (ſic enim ille) vrgent & perpurgentur. Quæ ſanè non dubitauerim ex Dionyſio vſurpaſſe cuius ſtudioſus fuit. Nam reuera Dionyſius Angelis etiam aptauit purgationem. Sed ad Ariſtotelem venio; qui ſanè in poſtremo libro Politicorum animorum purgationi muſicam adhiberi iubet, hac enim affectiones & excitari & mitigari poſſe: excitari quidem ita vt ad furorem etiam & enthuſiaſmũ percelli quis poſſit: quod viſus eſt Phrygiæ muſicæ inprimis tribuere. mitigari quia cantus aliqui *ἔλεον* & *κάθαρσιν* motus inquam & purgationem habeant: ita vt ope tum ſacrorum quorundam melorum, tum aliis carminibus quibuſdam miſericordes, formidoloſi, aliíque huiuſmodi affectibus occupati, cũ voluptate leuentur & purgatione quadã expientur. Quam rem (vt eſt inſolens hoc tempore & inuſitata) exemplis illuſtrare quoque iubet nobilibus. Pythagoram ferunt cum in ebrios quoſdam laſciuientes ac ſaltatione bacchantes incidiſſet, iuſſiſſe cantorem qui ſaltationi aptum inchoarat concentum, mutatis modis Doricum canere, tum illi noua illa cãtus ratione ac ſonorum modorúmque commutatione vſque adeò reſipuiſſe dicuntur, vt abiectis coronis erubeſcentes ſe inde receperint ac ſine cunctatione præ pudore præſentium oculis ſeſe ſubtraxerint. Timotheus etiam, is qui Muſicæ laude tantopere claruit, fertur tantum habuiſſe in hac induſtriæ & artificii, vt cum vellet contento auſteróque cantu iracundiam concitaret, leniret remiſſo, mitigarétq. cum vellet. Ergo is hac arte, cum aliquando cœnaret Alexander, Phrygium repentè canens eum ad arma concitauit; tum harmonia remiſſa eundem placauit & ad conuiuium reuocauit. Nec diſſimile eſt quod de ſanctiſſimo Vate ac Muſico legimus, etſi enim omnino crediderim hunc dũ Saulis perturbationem atque adeò dæmonem ipſum citharæ compeſceret cantu, diuinitùs, vt erat Deo cariſſimus, adiutum; nil tamen prohibet quominùs Muſici illi modi & cantus, vt res naturales interdum aut artificioſæ conditori Deo ſeruiunt omnes, perturbationi valuerint ſedandæ. Denique Muſicam olim ad milites inflammandos tanquam claſſicum adhibitam legimus; Corybantes quoque ad tibiam inſanire & debacchari cõſueuiſſe compertum eſt, ita vt quemamodum equus tuba ſic homo naturaliter Phrygio verbi gratia aut Dorico mirificè concitaretur aut mulceretur. Verùm enim verò ſint iſta. At cur ea quæ de Muſicæ purgatione docuit, Poëſi tribuit Ariſtoteles? ea nimirum de cauſa quòd cum poëſis a muſicis fermè tractaretur, inprimis verò muſicæ pars haberetur, quæ de Muſicæ purgatione dixerat ea in poëſim conuenire arbitraretur, & idcirco in poſtremo libro Polyticorum cum eò perueniſſet vt de poëticæ purgatione quippe Muſicæ parte ac munere dicendum eſſet, ſimúlque docendum quæ & qualis eſſet hæc purgatio.

*Margin notes:* 203 — *In Sophiſta & Phedone* — *De purgatione Minoris.* — *Muſica per agi hanc purgationẽ ex Ariſtotele.* — *Poëſis cur animorum purgationi adhibeatur*

purgatio.

purgatio, id ſibi ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς in ijs inquam quæ de poëtica proſequendâ admonuit. At enim quid tandem hac de re in poëticis? Nihil planè, quod quemadmodum ſatis pro- 204
bauimus alibi, tota hæc tractatio quemadmodum Comœdiæ & ridiculorum explicatio, cum bona poëticæ parte interierit. Quanquam ne vos ieiunos relinquam ad authores varios confugiam vt ſi quomodo poſsim explicem quo pacto poëſis aut certè Tragœdia

*Cur ſtillatim Tragœdia tribuatur purgatio.*

purgationem afferre poſsit. Quæ res eò eſt explicatu difficilior in Tragœdia, quòd hæc magna ex parte ſolis metris ſeu carminibus conſtet: ita vt ad harmoniam vix confugere liceat. Ergo Timocles Comicus (vt ab eo incipiam) apud Athenæum rem ſic explicabat (Latinè verò eius carmen referam, ne longiùs faciam ſi Græcè quoque locum perſcribendum cenſeam.)

*Timocles de Tragœdia.*

*Aduerte quæſo, num quod ex vſu eſt loquar,*
*Eſt calamitoſum animal ſua natura homo,*
*Multáſque ſecum vita fert moleſtias;*
*Mali leuamen reperit ſed hoc ſui,*
*Vt calamitatis immemor iam mens ſua,*
*Habénſque ab alieno malo ſolatia,*
*Documenta capiat recreata paululum,*
*Primùm Tragœdi quanta commoda afferant*
*Perpende ſodes. ſi quis eſt pauperculus,*
*Maiore preſſum ſi videbit Telephum*
*Mendicitate, leniùs ſuam feret*
*Mendicitatem. inſanus eſt ne quiſpiam?*
*Furioſum is Alcmæona proponit ſibi.*
*Captus quis oculis? aſpicit cæcum Oedipum.*
*Gnatus obijt? Niobe dabit ſolatium.*
*Claudus aliquis ne eſt? Is Philoctetem aſpicit.*
*Miſer aliquis ſenex? tuetur Oeneum.*
*Alterius enim quiſquis ærumnas viri*
*Eſſe grauiores viderit, quàm ſint ſua,*
*Animo æquiore miſerias feret ſuas.*

*Timoclis rationem minus aptam eſſe ad id quod quæritur.*

ſic iſte. Ego verò etſi non inficior eleganter iſthæc commodéque proferri, inprimis verò ad calamitoſos ſolandos valere plurimùm, vix tamen ac ne vix quidem conſenſerim, id quod quærimus explicare. qui enim ſimilium exemplo calamitatem ſolantur ſuam, ij interim non commiſerationis ac metus ope ſuſtentantur ſiue purgantur, ſed rationis ac prudentiæ, quæ nos ad tolerantiam informat ac traducit. Adde quod is qui ſuam calamitatem aliorum exemplo calamitatum æquiore fert animo, rectiùs ad hiſtorias confugiat (in his enim exempla occurrunt & plurima & vera) quàm ad Tragœdias: ita vt hæc ratio perturbationis ſedandæ non Tragœdiæ ſit propria, ſed exempli, quod tum hiſtoria, tum quotidianis caſibus ſeſe offerat. Denique Regibus inprimis atque ijs, qui potentia & authoritate cæteris præſtant, propoſita eſt Tragœdia, quemadmodum è contrario Comœdia popularibus. Quare non tam calamitoſis & ærumnoſis ſolandis, quàm fortunatis ac potentibus commouendis, in officióque continendis conſtituta eſt. vt nimirum eorum, qui fœlici ſtatu deijciuntur, exemplo tum timere diſcant, tum ad commiſerationem prouocentur. ſic enim & a ſæuitia temperant & immoderatis affectibus moderantur. Vt mirum ſit aliquos tantopere propoſita Timoclis monita, etſi alioquin elegantiſsima & ſolatio in ærumnis conciliando accommodata, æſtimaſſe atque idonea iudicaſſe ad id quod quærimus declaranda. Commodiùs fortaſſe Iamblichus, *Humanarum* (inquit) *affectionum vires nobis innatæ perturbationum & affectuum, ſi comprimantur omnino, inſurgunt acriùs*

*Iamblici quoque rationem nos ieiunos relinquere.*

*& vehementiùs inſtar flammæ compreſſa riſúsque cohibiti: ſed ſi erumpant in lucem, breuiores fiunt & vſque ad modum menſurámque producta, modeſtè lætantur & explentur. & hinc ſuadela quadam & conſilio, non vi conquieſcunt. Ideirco in ſpectaculis Comœdiarum & Tragœdiarum ſpectantes aliorum affectus, noſtros conſtituimus, & modeſtiùs agimus & quaſi expiamur purgamúrque quibuſdam in ſpectaculis ſacrorum & auſcultationibus turpium, abſoluimur a pernicie, quæ poſſet accidere inde ex factis. adeo vt verba factis ſubueniant, periculiſque medeantur.* Hæc Iamblichus. quibus verbis rectè ſtatuit aduerſus Stoicos, humanas affectiones eſſe non comprimendas ſed moderandas: rectè etiam monet, id vſu Comicorum Tragicorúmque ſpectaculorum effici.

*Libr. de myſt. 1 1*
205

Digitized by Google

efici ſed tamen qua planè ratione metus & commiſeratio id efficiat (hoc enim vel maximè dubitatur in præſens) imò verò an id metus, an miſeratio efficiat, tacitus prætermittit. Sed de Iamblicho fortaſſe aliquid explicatiùs non multò poſt.

Nunc ad Ariſtotelis interpretes ſeſe conuertat oratio. & quoniam ex propoſitis theorematis hactenus (ſi quis attentiùs æſtimet) prima fermè ſunt explicata, explicatum tentemus aliorum, inprimiſque doceamus, quæ & qua ratione affectiones metu & miſericordia perpurgentur. Ergo Vtinenſis cenſuit, duas tantùm purgari affectiones, nimirum miſericordiam ipſam & metum, atque has eiuſdem miſericordiæ & metus ope. *Vtinenſis.* Madius cõtrà cæteras omnes, his duabus exceptis: Victorius & Alexander omnes planè. Aliqui affectiones timori & miſericordiæ oppoſitas, præterea nullas. Sed quæſo Vtinẽſem primò audiamus. *Pag. 53. im. p.* *Si quis roget* (inquit) *qualis ſit Ariſtotelis ſententia de Tragœdia, reſpondeo exiſtimare illum eius recitatione & inſpectione purgari perturbationes has duas commiſerationem & metum. Dum enim homines interſunt recitationibus, audiúntque & cernunt perſonas loquentes & agẽtes ea, quæ multùm accedunt ad veritatem ipſam, aſſueſcunt dolore, timere, commiſerari, Quo fit vt cum aliquid ipſis humanitus acciderit, minùs doleant & timeant. neceſſe eſt enim prorſus, vt qui nunquam indoluerit ob aliquam calamitatẽ, vehementiùs poſtea doleat, ſi quid aduerſi præter ſpem acciderit.* ſic iſte. *Refellitur* A quo tamen diſſentire cogor. Ac primùm cum commiſerationis ac timoris purgatio monſtranda eſſet, ab his ad dolorẽ ferè declinat totus. & ſanè cum commiſeratio ſit alieni mali, quî obſecro tum purgabitur aliquis commiſeratione, cum aliquid aduerſi patiatur, quod eſt malis proprijs? ſic timor cum ſit mali futuri, qua ratione is purgabitur timore, qui re ipſa in malum & calamitatem inciderit? fateor igitur poſſe quempiam proprium dolorem ac mœrorem faciliùs mitigare, cum alios eodem mœrore & calamitate oppreſſos viderit, ſed in præſens de timore & miſericordia loquimur, quæ ex aliena calamitate in nobis oritur & excitatur, non de dolore. Denique Ariſtoteles in particula LVII. LX. LXVI. nos rationẽ docet, vnde commiſeratio excitetur ac metus, & hac de cauſa vſum peripetiæ & agnitionis laudat, vnde commiſeratio & metus augeri maximè ſolent: de ijs purgandis ſedandíſve, ne verbum quidem. Adde miſericordiam & metum eſſe affectiones vtiles, nec committendum vt perpurgentur (niſi tamen mitigari potiùs & ad mediocritatem reuocari velis) & euellantur: præſertim verò quia Tragœdia (vt docebam) regibus maximè ac tyrannis ſeruit corrigendis, non ſecus atque Comœdia popularibus. At tyrannis & regibus timor & miſericordia incutitur vtiliter. niſi enim ij qui in cæteris obtinent principatum, aliorum exemplo timere, calamitoſis etiam miſereri didicerint; verendum eſt, ne rebus ſecũdis efferantur, & ad ſæuitiam procliues ſint & crudelitatem. Vt omittam minùs rectè videri mortalib. conſultum vel certè potentibus, ſi Tragœdiæ præſidio duæ tantùm, atque hæ ſine dubio minimè omnium inutiles, purgẽtur affectiones. Cum enim perturbationum cumulus ſit magnus, quorſum vnam atque alteram eámque leuiſſimã perturbationem Tragica imitatione purgaret, cæteras verò omnes negligeret? Atque id ipſum ijs obiecerim, qui è contrariò affectus tãtùm timori & miſericordiæ oppoſitos cor-

206 rigendos ſentiunt Tragicæ calamitatis imitatione. nãque Vtinenſem (vt ad eum redeam) alia rurſus ſubijcere, quæ nihil minùs docent quàm purgationem miſericordiæ & metus præſidio & ope peragi, is ſentiet qui eius diſputationem perlegerit vniuerſam. *Madius.* Iam verò ne longiùs faciam cum Vtinenſi, ad Madium venio, qui *Melius eſt* (inquit) *miſericordiæ & terroris interuentu expurgare animum ab ira, qua tot neces fiunt: ab auaritia, quæ infinitorum penè malorum eſt cauſa: a luxuria, cuius gratia nefandiſſima ſcelera ſæpiſſimè patrantur. His itaque rationib. haud quaquam dubito, Ariſtotelem nolle Tragœdiæ finem eſſe animam humanam a terrore miſericordiáque expurgare: ſed his vti ad alias perturbationes ab animo remouendas, ex quarum remotione animus virtutibus exornatur; nam ira verbi gratia depulſa ſuccedit manſuetudo: expulſa auaritia inducitur liberalitas; atque ita de cæteris.* Hæc & id genus alia Madius. *Refellitur.* Cui ſanè cauendum erat diligenter ne tam facilè & indicta cauſa libidinem, auaritiam, vno verbo vitia pro perturbationibus vſurparet. Cur enim dum perturbationes purgari ais commiſerationis & metus ope, luxuriam & auaritiam in medium affers? Huc accedit quòd dum auaros, libidinoſos vno verbo vitioſos in calamitates ob vitia incidere animaduertimus, nobíſque proptereà a libidine & auaritia temperandum proponimus, id timoris fit ope; commiſerationis (quod hactenus ex Madio diſcere liceat) nullo modo: & tamen iubet Ariſtoteles vt purgatio fiat timoris cõmiſerationiſque præſidio. Deniq; aliorum calamitatis cõmiſeratio facit illa quidem vt ei condoleam: vt verò abſtineam, timor efficit ac ratio & prudentia. Vi- *Victorius.*

*Victorius.* ctorius verò cum in hũc locum incidiſſet, monebat differre Ariſtotelem a Platone: pur-
gationem Ariſtoteli non extinguendis, ſed moderandis affectionibus ſeruire: nec tam
voluiſſe extirpari quàm ad moderationem reuocari perturbationes: purgationem item
affectibus omnibus deſtinati in Tragica imitatione, ita vt ne metus quidem aut miſeri-
cordia ſit excipienda: denique purgationem fieri quia Tragœdia ponat caſus ante ocu-
*Refellitur* los. Verùm ſi vrgeas vt doceat quo planè modo quáue ratione huiuſmodi caſus, purgent
animos, id verò prætermittit alacriter, tantúmque monet purgationem eſſe Tragœdiæ
cum Epopœia communem: ſed tamen multò maiorem eſſe Tragœdiæ vim quòd non
commemoratione ſeu narratione; ſed factis ipſis ante oculos poſitis timorem ac miſeri-
cordiam excitet in humano pectore. Et tamen nos requirimus vt affectionibus in mediũ
allatis doceat has metus & miſericordiæ opera perpurgari: id enim eſt quod torſerat at-
*Alexãder* que adeò tranſuerſos egerat interpretes. Sed ecce tibi Alexander qui huc planè induſtriã
retulit ſuam. Docuit enim priùs reuera purgationem pro moderatione vſurpandã; nec
cõmittendum vt affectiones quæ vtiles ſunt mortalibus vbi mediocritate contineantur,
extirpentur. At nos id interim partim ex Madio, partim ex Victorio didicimus: quin ne ſi
quis velit, perturbationes extinguere poſſet. Itaque ſedentur, & ad debitam mediocrita-
tem reuocentur, ita vt purgatio moderationem ſignificet atq; exultantiæ, vt ita dixerim,
& redundantiæ non perturbationis integræ extinctionem. Agedum igitur veras pertur-
bationes in medium afferas, & qua ratione miſericordiæ metúſque ope ad moderationẽ
reuocentur edoceas. Principiò igitur perturbationum nomine vndecim affectiones illas
intelligit ac ſtatuit Alexander, quas Ariſtoteles item ſtatuerat in moralibus, lętitiam nimi-
rum, triſtitiam, amorem odium & his perſimiles: atque has purgari ait hoc pacto. *Cum* pag.101. nu.1
*enim* (Latinè perſtringam ac referam quam ipſe rem Italicè proſequitur) *acerbos caſus atq;*
*infœlices euentus ſpectemus eorum qui modò cæteris potentia præſtabant & authoritate, atque adeò*
*in ſumma fortunæ rota erant collocati, moderamur noſtras ſpes, cum videamus ne eos quidem calami-*
*Refellitur* *tates vitare poſſe, quin momento temporis a fœlici ſtatu in miſeriam deuolui.* Sed quæſo te Alexan-
der anteaquam ad cæteras perturbationes progrediaris, doceas qua ratione noſtræ ſpes ad
moderationem reuocentur iſtarum ſpectatione calamitatum. Quia (inquit) inde ani-
maduertimus vanas eſſe mortalium ſpes. Rectè: nam reuera dum principes viros mo- 207
mento penè temporis in calamitatem incidere animaduerto, facilè & ſentio & mecum
ipſe reputo humanas ſpes fragiles eſſe & caducas: itaque minùs patior me humana ſpe
deludi & attolli. Sed tamen non video qui tandem id interim fiat timoris ac miſericordiæ
præſidijs. Nam ratio & prudentia eò me quidem traducit vt dum ſubitos regum caſus
ſpecto, ſentiam fragiles eſſe mortalium ſpes ac propterea ab immoderata quam cõcepe-
ram ſpe, tẽperem. Sed non timor interim multò verò minùs cõmiſeratio id facit: cõmiſe-
ratio enim ſi quæ interim excitatur, efficit, vt illius calamitati condoleam, hoc eſt enim
cõmiſerationis proprium; timor etiam ſi quis in me excitatur, efficit vt mihi vitãda ea ſi-
ue vitia ſiue incitamenta vno verbo eas cauſas, proponam vnde ille in miſeriam cecidit.
Quare dum video Tarquinium ſpoliari regno & in exilium eiici, ſuperbiam mihi ac libi-
dinem frangẽdam propono vnde ille calamitoſus factus eſt. ita vt ne timor quidem poſ-
ſit aptè ſpei de qua dicebam & affectioni moderãdæ cauſa ſtatui: ſed ad ſummũ vitiorum
moderationem afferre poſſit. & tamen Ariſtoteles per miſericordiam & metũ purgatio-
nem fieri iubet, & hanc vt tu interpretaris ſpei & affectionum non libidinis & vitiorum.
Quapropter dũ pergis, atque eis, earundẽ ſpectatione calamitatũ temperari lætitias, cum
humanæ vitæ fragilitatẽ repntemus, mitigari dolorem cũ malis ac doloribus omnes ho-
mines cernamus obuios, timorem futurorum malorũ minui, quòd minores ob aſſiduã
eiuſmodi calamitatum ſpectationem videantur; hæc verò quo pacto miſericordiæ & me-
tus potiùs quàm rationis ac prudentiæ præſidio efficiantur non video. & tamen id erat
vel vnum vel maximè quod declarandum erat. Nam dum rurſus mones ex inſpectione pag. 103
huiuſmodi calamitatum agnoſci etiam quàm fragilia ſint huius vitæ bona, quàm fluxæ nu.
voluptates, atque hinc effici vt moderatè amemus, in idem recidit; cum id verè commiſe-
rationi & timori acceptum referri nequeat. Ita demum dum concludis, *En igitur quo pacto*
*Tragœdia acerbis ac triſtibus eorum caſibus qui cæteris præſtant, timorem & metum excitat, atque*
*his animos ab immoderatis purgat affectibus*, vereor ne perperã id concludas. Atque idem di-
xerim dũ tu continenter (Vtinenſi, vt video, inhærens) timorem quoque & metum miti-
gas vſu & aſſuetudine rerũ miſerabilium & terribiliũ quia ſcilicet aſſuetudine ſpectatio-
nis

nis minora in dies iudicentur. Nam indicium & ratio id efficit, præſertim quia ab aſſuetis
*Vid. pa.* (vt docet Ariſtoteles) non fit paſſio: denique non metus metum mitigaret, aut miſericor-
*57. 67.* dia miſericordiam, quod Ariſtoteles ſtatueret (metu enim & miſericordia purgationem
*66. Pag.* facit) ſed aſſuetudo vnde minor fit in dies mitigat ac lenit, quod eſt metus & miſericordiæ
*116. 117.* diminutione ac fere abſentia, non vi & præſentia harum fieri purgationem. & tamen
Ariſtoteles rurſus vi & magnitudine metus & miſericordiæ explebit purgationem. Sed &
Mutinenſis interpres exiſtimat ea de cauſa dixiſſe Ariſtotelem metu & miſericordia pur- *Mutinẽſis.*
gari affectiones, quod Plato in ſua Rep. dixiſſet Tragicam imitationem timidos & ad mi-
ſericordiam nimis procliues efficere auditores. Sed ſint iſta. quamuis enim reuera Plato in
11. & x. de Rep. poëticam imitationem inſectatur quòd humanas affectiones propè om-
nes permiſceret ac veluti exulceraret, ita vt commentitia ſit Mutinenſis opinio, tamen vt
ad id quod caput eſt veniamus, illud ab eo quærimus: quo conſilio ac nomine ſtatuerit A-
riſtoteles miſericordia & metu affectus mitigari ſeu purgari, & quos præterea affectus in-
telligat. Atqui metum ipſum & miſericordiam purgari ait: ídque quia dum frequenter
ſpectamus Tragicos caſus, ex vilibus efficimur magnanimi, ex timidis conſtantes, ex miſe-
ricordibus ſeueri. Sic ſanè frequenti illarum ſpectatione rerum quæ miſericordia, timore
vtilitate denique (nam id quoque pugnat) ſeu animi abiectione dignæ ſunt, nos miſericor-
diam, timorẽ animíque demiſſionem atque abiectionem deponere. Quam ſanè rem inde
confirmat, quia dum varijs ſpectaculis timorem ac miſericordiam impendimus, huiuſmo
di affectiones quippe quæ varijs ſpectationibus dirimãtur (quæque enim ſpectatio earum
capit partem, ſi ei credas) minuantur, non ſecus atque amor qui multis impenditur filijs.
208 Hæc & id genus alia Mutinenſis: in quibus non neceſſe habeo immorari, tum quia ex di- *Refellitur.*
ctis fermè reiecta ſunt, tum quia frigidiora videri poſſunt quàm vt detinere animũ queãt.
Denique lucro ponendum eſt interdum clauſis veluti oculis præterijſſe quæ longè abſunt
vt illos capere aut oblectare poſſint. Illud tamen dicam non tam aſſirmandum quàm do-
cendum fuiſſe frequenti ſpectatione illa miſericordiam ac metum minui. Cum præſertim
Ariſtoteles in particula LVI. LXI. LXVI. ſignificauerit quò grauior fuerit metus & miſera- *Strictim at-*
tio, eò tutiùs purgationem effici. Iam verò quoniam lõgum eſſet ac permoleſtum autho- *tinguntur*
res omnes quotquot hunc locum attigerunt, conſulere & audire (præſertim verò cum in- *exploduntur-*
terpretes quíque maximè omnium in hac re deſudarunt, in conſilium adhibiti fuerint fer- *que alij*
mè omnes) ſupereſt vt quid ſentiam ingenuè aperiam. Tametſi nequempiam neglexiſſe *authores*
videar, curſim ſaltem monuiſſe velim idem argumentum fuiſſe pertractatum tum a Iaco *quidam.*
bo Mazzonio in Dantis defenſione, tum a Verato aduerſus Iaſonem, tũ a Bernardo Segna
in diſputatione quadam, tum denique ab Antonio Riccobono in ſua paraphraſi. Tametſi
*Lib. 2. c.* primus reuera non tam Ariſtotelis ſententiam explicat, quàm ad Platonis Platonicorúm *Mazzo-*
*8. pag. 23* que ſenſa diuertit. Alter neſcio quo pacto duos timores ac duas miſericordias commenta- *nius.*
tur: quaſi verò non ſenſus modò, ſed mens etiam ſuum timorem habeat, ſuámque miſe- *Guarinus.*
ricordiam, quibus quippe quæ in virtute poſita ſint, ſenſus timor ac miſericordia quaſi im
*Cap. 5.* pura ſiue immoderata, ad moderationem reuocentur. Tertius cum nutat, tum in primis
nodum præterit quo a timore planè & miſericordia hæc fiat purgatio. Poſtremus paucif- *Segnus.*
ſimis ſtatuens miſericordiam & metum ad mediocritatem reuocari, cur id affirmet & *Riccobonus*
qua id efficiatur ratione, prætermittit alacriter. Sed nunc tandem quid ſentiam, accipite. *Authoris*
Tragœdia ex obſcuriſſimis initijs, quemadmodum fermè vſu venire ſolet in cæteris huma *ſententia.*
nis rebus, initium duxit. Siquidem in ſpeluncis agitari cœpit, vbi Satyri riſus ciendi cauſa
adhibebantur. Paulò poſt etiam in plauſtris agitari cœpta ac oſtentari, vbi actorum ora fæ
ce turpem in modum liniebantur. denique obſcuri actores, vulgares ſpectatores, &, vt
rem complectar paucis.

*Vilem certabatur ob hircum.*

Verùm vbi Tragœdia nobilitari cœpta eſt & ſuam illa perfectionem ac veluti maturita-
tem eſt aſſecuta, non è plauſtris ampliùs atque humilem in modum eſt actitata, ſed regias
perſonas, regios miniſtros, regia ornamenta, regios apparatus, regias denique domos atq;
vrbes ſibi adſciuit & vindicauit; ita vt ſpeluncas, Satyros, plauſtra, fæcem, viles illos actores
& ſpectatores, hircum denique ipſum in reges, regióſque conſiliarios, milites, aulicos
& ſtipatores, & in trabeam item, purpuram, diadema, ſceptrum conuerterit & commuta-
rit. Inprimis verò tyrannis ac regibus ac ſummatim ijs qui cæteris mortalibus impera-
rent, vel opibus & potentia præſtarent commonendis & inſtituendis deſtinata eſt.

Vt enim Comœdia eorum motibus & affectibus purgandis eſt deſtinata, qui priuatam degunt vitam & ſub aliorum imperio & poteſtate:ita è contrariò Tragœdia iis dicata fuit qui dominarentur cæteris & dignitate ac potentia præſtarent inter mortales. Quamuis enim non negarim poſſe mortales omnes ex Tragicis ſpectaculis, dum tamen pro dignitate conſtituta ſint, aliquid capere vtilitatis, perinde ac reges quoque, comicis ſpectaculis non nihil ad prudentiam iuuari poſſunt; veruntamen Comœdia propria ac peculiari ratione ciuibus ac popularibus inſtituendis comparata eſt, Tragœdia Regibus atque iis qui in cæteros obtinent principatum. Denique quemadmodum Epopœia Heroibus ac ſummis ducibus, maximè conuenit: vt inde ad fortia facta incendantur; contra verò Eclogæ & Idyllia paſtoribus ruſticaniſve hominibus accommodata ſunt, vt quoniam duram vitam degunt ac laboribus plenam ſe interim amorum commemoratione agreſtique cantu illo certaminéque ſolentur; ita etiam, vt cuique rei certa munera certi denique fines conſtituti ſunt; Comœdia vulgaribus atque vrbium cœtibus & popularibus, 203
Tragœdia regibus atque iis, qui fortunati videri ſolent, accommodata eſt & deſtinata.

*Germana Ariſtotelis ſententia.*

Quę cum ita ſint, iam facilè erit animaduertere, cur dixerit Ariſtoteles Tragicam imitationem per miſericordiam & metum (id quod hactenus tantopere torſit interpretes) huiuſmodi perturbationes perpurgari. Tragicis enim infortuniis excitandæ ſunt in Tyrannorum regúmque ac potentium pectore hæ duæ affectiones maximè, miſericordia ſcilicet & metus, vt hinc affectiones & vitia corrigantur quibus reges quique cæteris authoritate præſtant, laborare ſolent. Et quidem miſericordiam excitari iubet in eorum pectore, vt hac occupati, ſæuitiam exuant, crudelitatem, auaritiam, rapacitatem, iracūdiam, contra verò amplectantur clementiam, manſuetudinem, liberalitatem, munificentiam, ac ciues illi ſuos & populos paterna charitate proſequantur. Timorem verò & horrorem in iiſdem concitari iubet, vt ne inani lætitia efferantur, aut voluptatibus intemperanter ſeruiant, aut vitiis indulgeant: ſed libidini, ambitioni, huiuſmodíque perturbationibus ac vitiis tanquam fręna iniiciant. Denique & miſericordia & timor excitatur in illis vt ſeſe ipſi in officio contineant, & in populis vrbibúſque regendis iuſtè ac clementer ſe gerant. Id quod ex Tragica imitatione ſequitur maximè. dum enim rex regem videt ob ſuperbiam aut rapacitatem vel libidinem & intemperantiam è fœlici illo ſtatu in calamitatem deturbari, ſimilis exemplo ſibi ipſe timet; omninóque ſtatuit ea declinare vitia & moderari perturbationes, vnde illæ calamitoſus factus eſt. Itaque in animum planè inducit vt clementiam induat, & moderatione ac iuſtitia vitam inſtituat ſuam. Ita ſanè perſpicuum videri poteſt cur Ariſtoteles timorem maximè, & miſericordiam purgandis perturbationibus adhibuerit, & quàm iure adhibuerit.

*Dubitatur I. Reſpondetur.*

Quanquam obiicias ſtatim. Tu verò interim in perturbationū loco vitia quoque refers: cum tamen iamdiu id ipſum viſus ſis Madio obiicere. Obieci, fateor: ſed eo nomine quòd cum metu diceret auaritiam libidinémque purgari, docendum quoque erat, re vera hoc in loco perturbationes pro vitiis haud ſumi perperam. id quod nos inde oſtendimus, quia cum Ariſtoteles in libris tum de Motibus, tum de Arte dicendi, affectiones πάθη appellet paſſim, hîc verò nouo ferè atque illi aut inuſitato aut non ſatis trito παθημάτων nomine vtatur, quod & corporis & animi vitiis nō minùs ac perturbationibus atque affectibus conuenit, coniectare liceat, vitia quoque complecti & intelligere. Imò verò cum purgari iubeat, niſi vitia aut perturbationes, quæ extra lineam prouectæ ad vitia deflectant, intelligere nullo modo potuit: nam affectiones quę nondum peccent & ad vitioſitatem declinent, purgatione indigent nulla. Quanquam Madio illud etiam erat diligenter animaduertendum, vt ne tam facilè Tragicam imitationem mortalibus paſſim corrigendis, &, vt ipſe loquitur, humanæ animæ humanóque generi expiando, adhiberet: nam reuera non omnibus mortalibus timor vtiliter incutitur & miſericordia, ſed Regibus ac potentibus. Et hac de cauſa tantùm abeſt vt Ariſtoteles de iis ſedandis & cōpeſcendis nedum purgandis cogitarit (id quod Victorius atque alii multi iubent) vt perpetuò de illis excitandis præceperit. Itaque in particula LVII. monet Tragœdiam eſſe imitationem terribilium & miſerabilium; has verò perturbationes excitari maximè iis quæ præter opinionem contingunt & admirationem pariunt: & in LXI. & LXVI. commēdat peripetiam & agnitionem illam quæ maximè valet ad excitādam miſericordiam & metum. Cū igitur de iis excitandis tā diligenter præcipiat, de purgandis aut ſedandis ne verbum quidem, quis non intelligat id ea de cauſa factū eſſe, quòd Tragica imitatio regibus ac po-

ac potentibus admonendis, percellendis, perpurgandis comparata eſſet? Quamuis enim
facilè conceſſerim ab initio, vt tumultuaria quadam ratione & apud rudes homines orta
eſt, ne purgationem quidem vllam Tragœdiæ fuiſſe propoſitam; tantùm abeſt vt regibus
deſtinata eſſet corrigendis & commonendis, decurſu tamen temporis factum eſt vt
Philoſophorum ac Legiſlatorum prudētia huc relata ſit, quemadmodum Comœdia popularibus
exhilarandis cautioribúſque reddendis. Qui ſanè vſus ac finis eò magis conuenit
Tragœdiæ, quòd Epopœia reuera non purget affectus, vel certè affectibus perpurgandis
nequaquam inſtituta ſit & comparata; ſed potiùs iis qui iam affectibus imperantes ac
virtutibus exculti ad res ſtrenuè gerendas adſpirant, heroicæ virtutis ideam & exemplum
ac quaſi facem protendit, ſic Alexandrum Macedonem Iliadis lectione & Achillis factis
commotū & ad fortia facta incenſum legimus. Comœdia verò leuibus quibuſdam affectionibus,
quæ inter popularium amores, furta, iurgia, iocos cōmoueri ſolent, corrigendis
reuocata eſt. Vt propterea Tragœdia illuſtrium maximè virorum prauis frangendis cupiditatibus
& motibus ſit adhibenda; quæ timoris & commiſerationis ope id mirificè præ- *Dubitatur II.*
ca. 5.6.7 ſtari ſolet. Neque verò illud mihi rurſus obijciat quiſpiam, videri Ariſtotelem in poſtremo
libro Politicorum purgationem affectionibus non vitijs accommodare. Id quod eò
magis ſententiam euerteret noſtram, quòd dum muſicā adhibet purgationi, de hac vberiùs
in ijs quæ de poëtica dicendū ſcribit. Quo fieret vt in præſens idem eſſet de Tragica
imitatione & purgatione ſtatuendū, nimirum purgationem nullo modo vitiorum gratia
proferri ſed affectionum. Sed tamen ipſe nec iuranti crederem perturbationes quas Mu- *Reſpondetur.*
ſica ſedari vel potiùs purgari iubet, non eſſe vitioſas perturbationes (quid eſt enim quod
eas purgari iubeat, niſi immoderatæ ſint & deflectant ad vitia? nec eos audirem qui, dum
ibi tam paucis de animorū purgatione verba facit Ariſtoteles, tā facilè de reliquis ac præſertim
de Tragica imitatione coniecturam fecerint. Denique cū ibidem de furoris quoque
purgatione mentionem fecerit, quis dubitet improbarum cupiditatum atque adeò
vitiorum purgationē a poëtica imitatione ac præſertim Tragica repellere? At enim mi- *Dubitatur III.*
nimè conſentaneum videtur rationi vt duæ illæ perturbationes tantopere excitentur ac
veluti exulcerentur. Ea tamē ſic ipſe Tragicam purgationem peragis vt dum cæteras immoderatas
affectiones aut vitia vel omnia vel aliqua ſanas, miſericordiam & metum longiùs
quàm par eſt concites aut verius vt dicebam exulceres. Ego verò ne iſthinc quidem *Reſpondetur.*
Par. 61. 66. et 57 perturbor, nam vt omittā Ariſtotelem ipſum Tragicæ purgationis cauſā in miſericordia
& metu concitando totum eſſe quemadmodū in locis iam recitatis docuimus; profectò
nec Medicus ita proſpicere valet ægroto, vt nō interdum aliqua ex parte lædatur (vt enim
grauiores tollantur morbi ac nobiliores partes & facultates ſanentur: ignobilior interdum
labefactanda eſt) nec grauiſſimis morbis niſi grauiſſima adhibenda ſunt remedia.
Quare quemadmodum ſecamus, vrimus vt ne morbus cor appetat aut caput; ita miſericordiam
& metum vtcunque augemus & tanquam exulceramus vt ſæuitiæ ac cæteris
eiuſmodi grauiſſimis perturbationibus ac vitijs medeamur. Quanquam ne id quidem
eſt hoc tempore concedendum, immoderatè ſcilicet augeri miſericordiam & metum;
tantùm abeſt vt exulcerentùr. Nam quemadmodum id quod alicui obeſt, alteri eſt ſalutare
(quidam enim cibi meo obſunt pectori qui conferunt robuſtiori: quæ etiam Miloni
conferret copia, hæc mihi noxia eſſet) ita regibus ac tyrannis vehemens miſericordiæ
ac metus concitatio non modò non obeſt ſed confert mirificè. Sed ſint iſta. At quo *Dubitatur. IV.*
pacto illud τοιούτων παθημάτων talium perturbationum cum tua opinione cōſentiet? Nam
immoderatæ perturbationes atque adeò vitia non ea ſunt quæ cum metu & miſericordia,
etſi concitatis, talem habeant affinitatem, vt eiuſdem ordinis cenſeri poſſint & *huiuſmodi*
ſiue huius generis dici poſsint. Acutè. Sed tamen reputandum eſt perturbationes *Reſpondetur.*
patere latiſſimè, éſſeque earum ordines longè varios; præſertim verò dum παθημάτων
211 nomine appellantur. Nam & corporis morbos & animi furorem aut dementiam & vitioſos
affectus omnes continet præter ordinarias actiones quas παθῶν nomine recenſet
Ariſtoteles in libris de Moribus. Ariſtoteles igitur dum diceret purgationem fieri τοιούτων
παθημάτων nō tam eò ſpectauit vt doceret purgationem eſſe faciendam perturbationum
quæ cum miſericordia & metu affinitatem haberent magnam, quàm non omnium
παθημάτων inde fieri purgationem, cum hæc ad furorem vſque atque adeò ad corporis
morbos pertinerent: ſed immoderatarum affectionum, quæ iam ad vitia deflecterent;
atque adeò vitiorum quorundam quæ in regibus ac potentibus ob immoderatas

affectiones dominatentur. Nam immoderatas perturbationes, quoniam purgari iubet, intelligendas nemo dubitet: hæ verò ſi cum corporis morbis aut furore inſanabilibúſve quibuſdam animi vitijs conferantur, miſericordiæ & metus nonnihil affines dici poſſunt.

*Dubitatur V.* Sed iam illud vnum fortaſſe aliquid afferat dubitationis. Etenim præcipere videtur Ariſtoteles vel certè concedere, Tragicas perſonas, in quibus cadit fortunæ commutatio & calamitas, improbè geſſiſſe aut gerere, dum tamen hoc eis contigerit per errorem. At ſi ita eſt, nemo ex ſpectatoribus, ſed ne ex principibus quidem aut regibus, quibus tu purgationem decernis, purgationis habebit incitamenta; nec commiſeratione ac metu ad purgandum animum vitiáque fugienda excitabitur. Nam ſi ille ſponte ea patraret mala, vnde fit calamitoſus, ſpectator atque inprimis rex & princeps ſibi temperandum ſtatueret & abſtinendum ab illis factis, ne ipſe quoque in calamitatem incideret. Sed cum per ignorationem in ea mala inciderit ille, optandum quidẽ fuerit ſpectatoribus, ne per ignorationem & quaſi abdito quodam caſu conſimile in eos irrepat malum & calamitas; ſed cur indè ſibi vitia illa cauenda & moderationem iuſtitiámque colendam proponat, vix ac ne vix quidem habeat, cùm, ſi per ignorationem ac tanquam inopinatis morbus accidere ſoleat malum & calamitas illa, cautio & conſilium minùs opportuna videantur. Non igitur ea eſt Ariſtotelis ſententia vt velit reges ac principes ex aliena calamitate moderationem & cautionem quaſi colligere, ac metus & miſericordiæ præſidijs & incitamentis perpurgari.

*Reſpondetur.* Ego verò ſi quis peccata & errores, vnde ſummi viri in calamitatem incidiſſe commemorantur, per ignorantiam eueniſſe dixerit, hunc demirer non mediocriter. Etſi enim in Aeſchylo, ac cæteris Tragicis fortè fortuna offendas aliquos, qui per ignorãtiam peccauerint, quemadmodum Sophocleo accidit Oedipo, veruntamen nihil minùs priſcis Tragicis fuit propoſitum, quàm vt niſi huius ordinis homines, qui inquam per ignorantiam deliquiſſent, imitarentur ac Tragicum hunc ſpectaculum darent. & idcirco nihil eſt cur ſpectatores moderationem & cautionẽ timoris ac miſericordiæ incitamentis, nequaquam colligere poſſint ex ſpectaculis Tragicis. Quanquam quid ſi Ariſtoteles, quicquid priſci Tragici feciſſe viderentur, iubeat ipſe vt errores illi per ignorantiam patrentur? ſanè vt hinc crudelitates illas & calamitates cum Tragicis retineret, illinc verò miſericordiam & metum excitaret, hanc rationem iniiſſe viſus eſt vt atrocia facta illa per ignorationem patrari voluerit; ita enim & perſona inter bonos & malos media cõſtitui poteſt quantumuis atrocia admiſerit facta, & tamen metus ac miſericordia excitabitur.

*Inſtatur.* At enim perturbationum purgatio, quali quali tandem fieret ratione, ea certè ratione haud fieret quam tu adſcribis Ariſtoteli: quandoquidem ignoratio, obſtaret quominus prudentia potiùs & moderatione quàm bona fortuna caſus illi & errores ac proinde calamitas poſſet declinari. Rectè: ſed tamen an Ariſtoteles per ignorationem planè iuſſerit dira illa facta patrari, ſuo loco diſceptabimus.

*Reſpondetur.* Interim ſat ſit monuiſſe, eos etiam qui aliquando per ignorationem deliquerint, nobis incitamento eſſe vt ab illis factis abſtineamus & caueamus, cum prudentia, conſilio, ſed inprimis diligenti rerum gerendarũ animaduerſione & cautione ignorantia illa poſſit declinari. Denique quæ reges ac principes inſtituendos ſuſcepit Tragœdia, hos parùm vtiliter inſtitueret, niſi in ijs quæ electione & 212
conſilio aut certè voluntate, etſi impetu & perturbationis impulſu, geruntur, eos inſtitueret: ſed Tragica monumenta & imitamenta ijs tantùm peccatis accommodaret, quę per errorem euenire ſolent. Hæc de Controuerſia grauiſſima & loco quamdifficillimo.

*Vnum obſeruatur q̃d magni momẽti videri poſſit.* In quo tamen vnum ſubijciam quod peruelim æſtimari diligenter: nimirum Tragœdiam αὐτοσχεδιαζόντων ac tumultuaria quadam ratione ne dicam caſu ac temerè ortam eſſe: ita vt ab initio nihil minùs ei fuerit propoſitum quàm vt animos perpurgaret. Quod ſi tandem legislatoribus & magiſtratibus placuit eam ad illorum qui cæteris præſtarent purgationem referre, aut ſaltem optarunt Philoſophi vt ad talem purgationem dirigeretur
(nam certè priſci Tragici vix ac ne vix quidem hac de re cogitarunt) idque ea
lege vt per miſericordiam & metum perageretur, equidem crediderim id
nec vtiliùs nec commodiùs, quin ratione alia nulla, perfici poſſe,
quàm ſi immoderatas affectiones atque adeò vitia timoris &
miſericordiæ vi frangant illi, corrigant ac purgent.

CA-

# CAPVT QVARTVM.

## PARTICVLA XXXVI.

Ἐπεὶ δὲ πράττοντες ποιοῦνται τὴν μίμησιν, πρῶτον μὲν ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τι μόριον τραγῳδίας ὁ τῆς ὄψεως κόσμος, εἶτα μελοποιΐα, καὶ λέξις. ἐν τούτοις γὰρ ποιοῦνται τὴν μίμησιν. Λέγω δὲ, λέξιν μὲν, αὐτὴν τὴν τῶν μέτρων σύνθεσιν, μελοποιΐαν δὲ, ὃ τὴν δύναμιν φανερὰν ἔχει πᾶσαν.

Paccius QVoniam verò tota imitatio in actione verſatur, primùm quidem apparatum ipſum, partem Tragediæ ponere neceſſe eſt, mox melodiam & dictionem, vtpote ex quibus imitationem conficiant. Dictionem appello illam quidem metrorum compoſitionem: Melodiam cuius omnino vis per ſe ipſa ſatis apparet.

Riccobonus. *QVoniam autem agentes faciunt imitationem, primùm quidem ex neceſſitate erit aliqua pars Tragœdiæ apparatus. Deinde melopœia & dictio. in his enim faciunt imitationem. Ac dico dictionem, ipſam metrorum compoſitionem. Melopœiam verò id ipſum, quod manifeſtam omnibus vim habet.*

## PARTICVLA XXXVII.

Ἐπεὶ δὲ πράξεώς ἐστι μίμησις, πράττεται δὲ ὑπό τινων πραττόντων, οὓς ἀνάγκη ποιούς τινας εἶναι κατά τε τὸ ἦθος, καὶ τὴν διάνοιαν, διὰ γὰρ τούτων καὶ τὰς πράξεις εἶναί φαμεν ποιάς τινας, πέφυκεν αἴτια δύο τῶν πράξεων εἶναι, διάνοιαν, καὶ ἦθος. καὶ κατὰ ταύτας καὶ τυγχάνουσι, καὶ ἀποτυγχάνουσι πάντες.

Paccius SEd quoniam actionis imitatio eſt, agiturque ab agentibus quibuſdam, quos tum moribus, tum ſententia eſſe tales omnino oportet, ſicuti quoque & actiones aliquas tales eſſe dicimus: manifeſtum eſt harum actionum duas eſſe cauſas, ſententiam & mores: per quas planè vel voti compotes, vel minimè compotes omnes fiũt.

213 Riccobonus. *ET quoniam actionis eſt imitatio, atque agitur a quibuſdam agentibus, quos neceſſe eſt cuiuſdam modi eſſe & ſecundùm mores & ſententiam, nam propter hæc etiam actiones dicimus eſſe cuiuſdam modi: naturaliter ſunt duæ cauſæ actionum, ſententia & mores. Et ſecundum has tum fortunati, tum infortunati ſunt omnes.*

## PARTICVLA XXXVIII.

Ἔστι δὲ τῆς μὲν πράξεως ὁ μῦθος μίμησις. λέγω γὰρ μῦθον τοῦτον, τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων. τὰ δὲ ἤθη, καθ' ὃ ποιούς τινας εἶναί φαμεν τοὺς πράττοντας. διάνοιαν δὲ ἐν ὅσοις λέγοντες ἀποδεικνύουσί τι, ἢ καὶ ἀποφαίνονται γνώμην.

AD hæc actionis imitatio fabula eſt. Fabulam verò rerum ipſam compoſitionē appello: Mores, ſecundum quos agentes tales eſſe dicimus: ſententiam ex quocunque dicentes vel aliquid declarant, vel mentem propriam aperiunt.

*ESt autem actionis quidem fabula imitatio. Dico enim fabulam hanc rerum compoſitionem. Mores verò ſecundum quos cuiuſdam modi eſſe dicimus agentes. Ac ſententiam ea omnia, in quibus dicentes demonſtrant aliquid vel etiam enunciant mentem.*

PAR-

# PARTICVLA XXXIX.

Ἀνάγκη οὖν πάσης τραγῳδίας μέρη εἶναι ἕξ, καθ' ὃ ποιά τις ἐστὶν ἡ τραγῳδία, ταῦτα δ' ἐστὶν μῦθος, καὶ ἤθη, καὶ λέξις, καὶ διάνοια, καὶ ὄψις, καὶ μελοποιία. οἷς μὲν γὰρ μιμοῦνται, δύο μέρη ἐστίν, ὡς δὲ μιμοῦνται, ἕν. ἃ δὲ μιμοῦνται, τρία. καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν. τούτοις μὲν οὖν οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν. κέχρηνται τοῖς εἴδεσι, καὶ γὰρ ὄψιν ἔχει πᾶν, καὶ ἦθος καὶ μῦθον, καὶ λέξιν, καὶ μέλος, καὶ διάνοιαν ὡσαύτως.

Neceſſe eſt igitur cuiuslibet Tragoediæ ſex eſſe partes, ſecundùm quas talis eſſe nuncupetur. Hæ verò ſunt, fabula, mores, dictio, ſententia, apparatus melodia. Quarum duæ ad ea pertinent, quibus imitantur: vna tantùm ad id, quo pacto imitantur; cæteræ verò tres ad ea, quæ imitantur: præter has nulla. His itaque illorum non pauci partibus (vt ſic dixerim) vtuntur. etenim & apparatum totum ipſum continet, mores videlicet, fabulam, dictionem, melodiam, ſententiámque ſimiliter. *Paccius*

*Neceſſe igitur eſt omnis Tragœdiæ partes eſſe ſex, ſecundum quas cuiuſdam modi eſt Tragœdia. Atque hæ ſunt fabula, mores, & dictio, & ſententia & apparatus, & melopœia. Quibus enim imitantur, duæ partes ſunt, quomodo imitantur vna, quas imitantur tres. etenim apparatus habet omne, & mores & fabulam & dictionem, & melos & ſententiam ſimiliter.* *Riccobonus.* 214

*COMM. xxxvi. xxxvij. xxxviij. xxxix. Quo Nomine & artificio de Tragœdiæ partibus Diſputationem inſtituat. Quæ ſint Tragœdiæ partes.*

CVM definierit Tragœdiam, definitionémque breuiter explicarit, iam ad Tragœdiæ partes orationem conuertit. & rectè. nam quemadmodum de homine agentes, eius natura cognita in vniuersùm (id quod definitione aſſequimur) ad partes progredimur, & a ſummis ad medias, a medijs ad imas indiuiduáſque deſcēdimus; ita Tragœdiæ natura cognita in vniuersùm (id quod definitione aſſecuti ſumus) ad partes eſt properandum; & a ſummis ad imas & indiuiduas per intermedias progrediendum. Principiò autem videtur Tragœdiam tacitè diuidere in duas principes partes nimirum in ποσὸν καὶ ποιόν, in quantum & quale, ſiue in quantitatem & qualitatem, tum rurſus membra hæc ſingula in alias minores diſterminat partes; qualitatem ſcilicet in fabulam, mores, ſententiam, dictionem, melodiam, apparatum: quantitatem in Prologum, Choricum, Epiſodium, Exodum. Qua in re videtur ex rebus naturalibus rationem ac ſimilitudinem ducere. Vt enim hominem primùm non incommodè in quantitatem & qualitatem diſtribuas, atque illinc caput, pedes & intermedia membra, quoniam molem habent ac magnitudinem, reuoces ad quantitatē; hinc calorē, colorē, & ſi quid huiuſmodi, ad qualitatē redigas; ita in Tragœdia prologum & reliquas huiuſmodi partes reuoces ad quantitatem cum certam veluti molem ſeu magnitudinem præſeferant, aut longitudinem & dimenſionem: fabulam contrà hoc eſt actionis imitationem, mores item & huiuſmodi alia, quæ dimenſione carent & mole ad qualitatem, quia ſcilicet qualitatis inſtar ſeſe offerunt, reuoces. Iam verò a qualitatis partibus ducto initio, tria de ijs requirit ac docet. Primùm quis ſit iſtarum partium vſus; quæque neceſſitas, & cur nec pauciores ſint nec plures. Alterum eſt quæ ſit ſingularum vis & natura. Poſtremum (de quo tamen in particula xl. dicendum erit) quæ earſidem partium dignitas, quis ordo, quæ collocatio. Nunc dicamus de primo. Sex, vt dicere cœperam ſtatuit qualitatis partes in Tragœdia; ac primò apparatum in medium affert, quem τῆς ὄψεως κόσμον, viſionis ornatum, ſiue ornatum ſpectaculi, vno verbo apparatum dixeris. Atque hic quidem & perſonas ſpectat & locum: locum vnde vrbs verbi gratia, aula, domus, via, templum & ſi quid huiuſmodi in conſpectum detur, quod ſpectaculi loco ac veluti campo cōtineatur: perſonas vt cōuenienti quæque habitu, veſtibus, inſignib. appareat. Cuius rei ea eſt ratio quia Tragœdia (quemadmodum ex definitione conſtat) non narrando imitatur, ſed

*De partib. qualitatis tria docentur.*

*I. Quæ ſit ſex iſtarum partium neceſſitas, et cur nec pauciores, nec plures. De Apparatu.*

tatur, ſed ab actoribus ſiue histrionibus Tragœdiſve peragitur, qui negociantes & colloquentes inducuntur. Ita fit vt tum locus ſit neceſſarius, in quo agant & colloquantur, ac propterea ædes, viæ, & ſi quid huiuſmodi, ſint ſpectatorum oculis ſubijciendæ, tum perſonæ ſuo quæque habitu & notis distinguendæ & variandæ. Vt enim histriones intelligẽter audiantur, & rurſus decorum ſeruetur & veriſimili ſeruiatur, neceſſe profectò eſt, vt conuenientem quiſque habitum referat: neque enim committendum vt vir fœlix atratus incedat, miſer picta vtatur veste, plebeius purpura, ſed pro ſua quiſque dignitate ac statu induatur atque exornetur oportet: & huc etiam ſpectat loci compoſitio & apparatus. hinc enim fit vt ſpectatorum iuuetur intelligentia & decorum ac veriſimile cõſeruetur. Vt omittam perſonarum & ſcenæ apparatum & ornamentum oculos etiam capere & delectare. Iam verò quoniam ſermone, nec quocunque ſed metrico, colloquuntur & imitantur, metrica dictio eſt neceſſaria. Dictionis enim nomine non vocabulum ſiue nomen vnum aut verbum intelligimus, ſed horum coagmentationem, & vno verbo orationem ipſam. Et ideo, quoniam oratio ſeu dictio & ſoluta eſſe poteſt & numeris adſtricta, dictionem & ſolutam & metricam facimus; illam oratoribus & pedeſtribus ſcriptoribus, hanc poëtis fermè ac Tragico in primis tribuentes. Eodem verò nomine μελοποιΐα requiritur in Tragœdia, cum ſi non omnigena harmoniæ forma, melos certè & cantus (id quod chorus declarat ſatis) in Tragœdia vſurpetur. His ſuccedunt mores. cum enim actores & histriones actiones imitentur, actiones verò ab agentibus peragantur qui certis moribus affecti ſunt, vnde quales, vt iuſti vel iniuſti, probi vel improbi, appellantur; fit ſanè vt mores etiam vnà cum actione ſint exprimendi. Itaque qui Achillis verbi gratia perſonam refert, iracũdus, qui Vlyſſem, callidus & vafer, qui Oreſtem mœſtus & furore percitus appareat neceſſe eſt. Denique nulla alia re diſtinguuntur magis homines (ſi Ariſtoteli credas) quã moribus, virtute & vitio. Itaque dum quis ſubit alicuius perſonam & repreſentat, huius affectus & mores referre debet. Et quoniam hæc ſententiâ maximè declarantur, cum inde actor perſonæ quam ſuſtinet, mores, conſilium mentémque repreſentat, (in ſententia enim affectus & mores tanquam pellucent) ideo ſententia quoque cenſetur Tragœdiæ neceſſaria. ſententiam verò hoc tempore (nam de illa explicatiùs in particula xcvii. vbi rurſus ſeſe in conſpectum dabit) appello non opinionem & iudicium, nec rurſus graue aliquod dictum, vt Pulchrum eſt pro patria mori, Melius eſt carere culpa quàm culpam deprecari, ſed id intelligo quo intimus ſenſus animi grauiter ac ſignificanter exprimitur, ac mores inprimis tanquam ante oculos ponuntur auditoribus. Atque hæ duæ partes mores inquam & ſententia, quemadmodum ſunt actionum initia & cauſæ (hinc enim ad agẽdum prouocamur) & id vnde finem aſſequimur aut eo fruſtramur, ita vel maximè inter Tragœdiæ partes referuntur. Denique quoniam actores & histriones actionem imitãtur, quam rectè conſtituere & coagmentare oportet, idcirco fabula quoque eſt Tragœdiæ neceſſaria. Nam fabulæ nomine in præſentia non mẽdacium aliquod, nec rem veriſimili expertem, nec rurſus rem aliquam probri vulgatam nomine, nec breue aliquod inuentum voluptatis cauſa aut etiam vtilitatis pronunciatum, quod apologum dixeris; ſed rerũ imitandarum coagmẽtationem intelligimus & appellamus: ita vt cum Tragœdia ſine actionis coagmentatione fieri nequeat, fabula etiam vel maximè neceſſara ſit iudicanda. Hæ ſunt Tragœdiæ partes, quas diximus qualitatis. Et quoniam nihil videtur excogitari poſſe Tragœdiæ neceſſarium, quod non ad aliquam ex ijs ſex partibus pertineat, nec rurſus vllius detractio fieri poteſt, quin Tragœdia perturbetur, & aliquid de ea detrahatur, idcirco nec plures nec pauciores cenſendæ ſunt. Id quod inde etiam videtur poſſe confirmari aut ſuaderi, quòd ſi res imitandas ſpectes, nihil præter fabulam, mores, ſententiam occurrat: ſi actores ipſos, melodia & dictio ſeſe offerat, cum his planè faciant imitationem. ſi denique quomodo rem ſubijciant oculis, apparatus in conſpectum detur. Atque ex his iam licet cum Ariſtotele ſingularum iſtarum partium vim & naturam deſignare, ac ſingulas ſi non perfectè definire, ſaltem pro opportunitate deſcribere. Etenim fabula (vt ab hac incipiam) eſt rerum compoſitio. cum enim res ſiue actionem imitetur Tragicus, fit ſanè vt varias integræ alicuius rei ſiue actionis partes coagmentare debeat conſentienter & in vnũ redigere; hanc igitur ordinatam rerum conſtitutionẽ, vnde vna & perfecta apparet actio, fabulam appellamus. Mores autem deſcribuntur vt ea ſint ex quibus agentes cuiuſdam modi, hoc eſt irati, mites, læti, mœſti, probi, improbi, vno verbo quales efficiuntur aut dicuntur. Sententia ſeu διάνοια ea complectitur in præſentia, quibus dicentes animi ſenſum

& in

Marginal notes: *De Dictione.* — 215 — *De Melodia.* — *De Moribus.* — *Libr. 5. Eth.* — *De Sententia.* — *De Fabula.* — *II. Quæ ſit vis & natura ſingularũ iſtarum partium. Fabula. Mores. Sententia.*

& in vniuerſùm aliquid declarant;ita vt ſiue aliquid narrent,ſiue probent confirméntve,
ſiue improbent reſellántque,ſiue affectus moueant ac propterea rem amplificent aut mi
nuant,ſententia in eorundem dictione appareat.& ideo nihil eſt quòd dubitemus a ſentē-
*Dictio.* tia differre,de qua in II.Rethoricorum,vbi γνώμη & enunciatio dicitur rebus agendis vni 216
uerſim accommodata.Iam verò Dictio(vt iandiu cum Ariſtotele dicere cœperam)hoc in
loco eſt metrorum compoſitio;ita vt quamuis dictio in vniuerſùm & ſolutam orationē
& carmē complectatur,ac propterea qui fortè Tragœdiam metris ſoluat & ſoluta oratio-
ne pertexat,dictionis nomine ſolutam orationem intelligat neceſſe ſit,hîc tamen,quoniā
vſitatam dictionem requirimus,metrorum compoſitio ſeu coagmentatio ſit dicenda. At
*Melopœia.* μελοποιΐα (inquit Ariſtoteles)ſe ipſam prodit,ac ſuam illa vim ſuo declarat nomine. nam
melos & concentum muſicámque ipſam deſignat vniuerſim.Denique Apparatus(hunc
*Apparatus* non definit interim Ariſtoteles quòd ex nomine item colligi poſſit eius natura)eſt τῆς ὄψεως κόσμος *viſionis ornatus* ac propterea quicquid ſpectatorum complet oculos, ac perſonis
*CONTROVERSIA. XL.* locóque objiciendo & adamuſſim repreſentando ſeruit,id apparatus,qui rurſus vno ver-
bo ὄψις dicitur ab Ariſtotele,cenſeri & appellari poteſt.Sed iam antequam ſingulatū iſta-
*NVM ea quibus propoſitarum* rum partium ſiue dignitatem ſiue ordinem & collocationē explanemus (id enim tertio
*Tragœdiæ partiū vis & natura declaratur probanda ſint.* loco fuerat propoſitum:tametſi in ſequentem cadet particulam) lubet nonnulla circa ea
quæ hactenus diximus,requirere & dubitare:quæ tamen,quoniam paulò exigunt longio-
rem Diſputationem eámque contentione pleniſſimam,lubet ad Controuerſiam reuoca
re,quæ ſanè erit huiuſmodi.NVM ea quibus hactenus Tragœdiæ partes, ſiue illarum vis
& natura,fuerunt ab Ariſtotele declarata,rectè ſint conſtituta,ac propterea probāda ſint.
Principiò igitur quæritur, vbi nā duæ illæ tū quanti & qualis tū qualis rurſus & quanti in
*Dubitatur. I.* ſuas partes ac mēbra diſtinctiones attulerit Ariſtoteles. Siquidē videtur ſtatim ſine præ-
munitione vlla apparatus ſimiliúmq; partium vſum neceſſitatémq; inueſtigare.tantùm
*Reſpondetur.* abeſt vt diſtinctionem iſtam præmittat,ac huiuſmodi nomine qualitatis partes primò ag-
grediatur:Ego verò fateor,has,ac nulla diſtionctione præmiſſa,principiò inueſtigare par-
tes: ſed tamen tacitè(vt dicebam)duas illas præmittit vel potius arripit diſtinctiones. &
ideo in particula XXXIX.apparatum,melodiam,dictionem,ſententiam,mores,fabulam ait
eſſe partes, per quas ποιάν τις ἐστὶν ἡ τραγῳδία, *cuiuſdam modi* ſeu *qualis eſt Tragœdia.* & in Particu
la LXIV.Prologum,Choricum, Melos, Epiſodium, Exodum appellat partes κατὰ τὸ ποσὸν
*ſecundùm quantum* ſeu quantitatis & magnitudinis;ita vt priores partes ſub genere quali, po
ſteriores ſub genere quanto,contineātur,& vtræque ſint Tragœdiæ partes. Quod ſi quæ-
*Inſtatur.* ras qualis ſit iſta diſtinctio,quam tacitè arripit Ariſtoteles,id verò commodiùs explicabi-
tur,vbi de ſingulis dictum fuerit,& quo pacto Tragœdiæ inſint, cōſtiterit. Quod ſi rurſus
objicias videri Ariſtotelem in Particula XXXX.negare fabulam eſſe qualitatem (vt enim a-
*Reſpondetur.* ctionem negat eſſe qualitatem,ita fabula quæ in actione poſita eſt, a qualitate eſſet ſeiugā
da)iam ibidem conſtabit negari quidem beatam vitam,quoniam in actione ponenda ſit,
in virtute ipſa citra operationem,aut in mentis habitu & qualitate,eſſe ponendam: at ne-
gari fabulam eſſe qualitatem,nullo modo. Et ſanè fabula,ut eſt actionis imitatio ad actio-
nem poteſt reuocari:ſed tamen ſimilitudine quadam pertinet ad qualitatem: cum imita-
tio illa quemadmodum caret dimenſione & mole,vnde effugit partes quantitatis, ita ha-
bitum quendam mentis deſignet,qui ad primam qualitatis ſpeciem reuocari ſolet. Sed
ſint iſta;at inter partes apparatus licétne perſonas ipſas numerare? ſic cenſeat quiſpiam vel
quia perſonæ reuera objiciuntur oculis,vel quia hinc differt Tragœdia ab Epopœia. Qua-
*Dubitatur. II.* re quemadmodum Epopœiæ,vt nullæ in ea ſe oculis objiciunt perſonæ, apparatu carere
dicitur,ita è contrario Tragœdia quæ apparatu inſtructa eſt,quæ ſeſe in conſpectum dēt,
perſonas habebit neceſſariò.Denique Ariſtoteles in Particula XLVI.ideo concludit Tragœ
diam poſſe carere apparatu,quod ſine hiſtrionibus (dum ſcilicet literis concluditur) eſſe
ac vim obtinere poſſit ſuam.Sed tamen tutiùs dixeris,opinor,perſonas apparatu non con-
tineri.Si quidem Ariſtoteles in eâdē particula XXXXVI.docet apparatum expertem eſſe ar
tis & minimè proprium Poëticæ:quòd propter veſtimenta perſonarum iure quidem pro
nunciet,propter perſonas verò,quoniam faciunt imitationem,nullo modo.Quod ſi Tra-
gœdia quæ literis commendetur,hiſtrionibus careat,hoc eſt recitatoribus,perſonis certè
non careat.vt propterea perſona qua recitator atque hiſtrio,poſſit tādem ad Apparatum
referuari:at quà ſimplex imitator ac perſona,nullo modo.& ideo hiſtrionem tantùm re-
uocat Ariſtoteles ad apparatum. At quid de apparatu ipſo? éſtne pars Tragœdiæ neceſſa-
ria?

ria? Grauiùs ſanè dubitatio, & ideo Controuerſia hac de re paulò poſt erit mihi inſtituen-
217 da ac dirimenda. Quid verò de metrica dictione & melodia? ſúntne partes neceſſariæ? cum *III. Reſpondetur.*
enim Epopœiæ pars aliqua non melodia ſolùm verùm etiam metro carere poſſit, ex Ari-
ſtotele & ſoluta oratione conſcribi, cur obſecro Tragica imitatio nequeat ſoluta oratione *Dubitatur IV.*
peragi, quæque tum metri tum concentus ſit expers? Ego verò crediderim Ariſtotelem
idcirco metrum & melodiam inter Tragœdiæ partes numeraſſe, quòd in receptam con-
ſuetudinem ſpectaret: conſuetudine enim receptum erat, vt Tragœdiæ metro & harmo- *Reſpondetur.*
niæ variarentur: & hac de cauſa ſuauis ſermonis nomine in definitione quoque iſthæc cō-
prehendit: alioquin non erat neſcius iſtis Tragœdiæ naturam & eſſentiam non contineri.
& ideo melodiam appellauit condimentum: ac rurſus indicauit Tragœdiam ſine actione
haud fieri poſſe, ſine moribus verò (id quod de metro eodem ſtatuat iure, dum quî fieri
poſſit, non quid vſitatum ſit requiratur) poſſe. Denique experientia docet tandem Tragœ
dias ſine melodia & carmine non ſine decore peragi & venuſtate. Sed quid hoc in loco
*Par. 46. Part. 4.* μελοποιΐα ſignificat, num vnum vocalem concentum, an verò quamcunque harmoniam? *Dubitatur V.*
nam & fidibus & tibijs non modò voce exprimi poteſt, Sanè ſunt qui ſaltationem etiam *Reſpondetur.*
hinc colligi velint; ídque ea fortaſſe de cauſa, ne mancus videatur Ariſtoteles. qui quem
Tragœdiæ attribuit rhythmum & ſaltationem cum harmonia attribuit, eam hîc deſpice-
re videatur. Sed quicquid ſit de ſaltatione, ægrè per μελοποιίαν niſi vocalem harmoniam in-
telligo; tantùm abeſt vt ſaltationem ea voce complecti liceat. Quare mirari quidem licet,
cur tum hîc in particula xxxv. tum infra in xxxvi. μελοποιΐα dicat imitationem fieri cum il-
liu viſus ſit harmoniam omnem tribuere Comœdiæ & Tragœdiæ. Quanquam fortaſſe ſu-
pra etiam μέλος eo nomine Tragœdiæ & Comœdiæ cum dithyrambica communem fecit
quòd vocalem concētum & muſicam intelligeret, quaſi verò hac planè harmonia neceſ-
ſariò vterentur hæ facultates; fides verò ac tibiæ non neceſſariò in illis vſurparentur; ſed ci-
thariſticæ reſeruarentur & auleticæ. Quid autem ſi quis quærat num mores & ſententia
ſint neceſſaria? ſanè in particula xxxx. fatetur ſine moribus exiſtere poſſe Tragœdiam, imò *Dubitatur VI.*
verò tales plurimas editas, quemadmodum Zeuſis picturæ carerent moribus. Equidem *Reſpondetur.*
ſentētiam quoniam animi ſenſum quoquomodo exprimat oportet actor, vix crediderim
poſſe ab actione ſeiungi, niſi tamen ſententiam eam appelles, in qua non vulgariter, ſed no-
bilem in modum pelluceat animi ſenſus. At mores ferè ſeiungi poſſe crediderim ab actio-
ne, vel certè leuiſſimè quoque exprimi & frigidè. At qui tandem a ſentētia differat dictio?
tanta eſt enim illarum affinitas, vix vt fortaſſe earum notiones diſſociare liceat. Huius ex- *Dubitatur VII.*
plicatio rei pertinet ad Oratorem. Sed tamen illud vnum dixerim in præſentia. Dictionem *Reſpondetur.*
eſſe tanquam fundamentum aut vehiculum ſententiæ. Cum enim quis animi ſenſum ac-
curatè ante oculos ponit, ita vt ſiue narret, ſiue amplificet, ſiue probet, ſiue refellat, intimā
cogitationem repreſentet, dictione, ſiue ſoluta illa ſit, ſiue numeris adſtricta, ſentētiam ex-
promit ſuam. Quid verò eſt cur in inueſtigandis partibus qualitatis apparatum comme- *Dubitatur VIII.*
morat primò, tum melodiam & dictionem, mox ſententiam & mores, ad extremum fa-
bulam; cum tamen ſtatim conuerſo planè ordine eaſdem declaret partes, atque inprimis
conuerſa planè ratione eas ordinet ac digerat? Inde fortaſſe quòd Tragœdiam ſibi tan-
quam ageretur propoſuit ab initio. Quo tempore apparatus tum melodia & dictio
218 inde ſententia, mores ac fabula ſeſe obijciunt: ita vt ἀνάλυσιν ſeu ſolutione vten- *Reſpondetur.*
dum fuerit ab initio; contra tamen in eiſdem declarandis & definiendis
tum ordinandis & coniungendis σύνθεσις opus fuerit ſeu compoſitio-
ne, cum reuera inuentio a fabula incipiat atque inde ad mores
& ſententiam dictionémque, necnon ad melodiam tandem
& apparatum deueniatur. Quanquam non eſt quòd in-
ficiemur Ariſtotelem egregiè & pro opportu-
nitate ſolutione, & definitione & compo-
ſitione vti in his partibus inueniendis,
declarandis, ordinandis.

PAR-

## PARTICVLA XL.

Μέγιστον δὲ τούτων ἐστὶν ἡ τῶν πραγμάτων σύστασις. ἡ γὰρ Τραγῳδία μίμησίς ἐστιν οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ πράξεως, καὶ βίου, καὶ εὐδαιμονίας, καὶ κακοδαιμονίας, καὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία ἐν πράξει ἐστί. καὶ τὸ τέλος πρᾶξίς τίς ἐστιν, οὐ ποιότης. εἰσὶ δὲ κατὰ μὲν τὰ ἤθη ποιοίτινες: κατὰ δὲ τὰς πράξεις, εὐδαίμονες, ἢ τοὐναντίον. οὐκ οὖν ὅπως τὰ ἤθη μιμήσωνται, πράττουσιν, ἀλλὰ τὰ ἤθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις. ὥστε τὰ πράγματα, καὶ ὁ μῦθος τέλος τῆς τραγῳδίας. τὸ δὲ τέλος μέγιστον ἁπάντων ἐστίν. Ἔτι ἄνευ μὲν πράξεως, οὐκ ἂν γένοιτο τραγῳδία. ἄνευ δὲ ἠθῶν, γένοιτ᾽ ἄν. αἱ γὰρ τῶν νέων τῶν πλείστων, ἀήθεις τραγῳδίαι εἰσί, καὶ ὅλως ποιηταὶ πολλοὶ τοιοῦτοι. οἷον καὶ τῶν γραφέων Ζεύξις, πρὸς Πολύγνωτον πέπονθεν, ὁ μὲν γὰρ Πολύγνωτος ἀγαθὸς ἠθογράφος, ἡ δὲ Ζεύξιδος γραφὴ οὐδὲν ἔχει ἦθος.

## PARTICVLA XLI.

Ἔτι ἐάντις ἐφεξῆς τὰς ῥήσεις ἠθικὰς, καὶ λέξεις, καὶ διανοίας εὖ πεποιημένας, οὐ ποιήσει, ὃ ἦν τῆς τραγῳδίας ἔργον: ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἡ καταδεεστέροις τούτοις κεχρημένη, τραγῳδία, ἔχουσα δὲ μῦθον, καὶ σύστασιν πραγμάτων.

## PARTICVLA XLII.

Πρὸς δὲ τούτοις τὰ μέγιστα, οἷς ψυχαγωγεῖ ἡ τραγῳδία, τοῦ μύθου μέρη ἐστὶν, αἵτε περιπέτειαι, καὶ ἀναγνωρίσεις. ἔτι σημεῖον, ὅτι καὶ οἱ ἐγχειροῦντες ποιεῖν, πρότερον δύνανται τῇ λέξει, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἀκριβοῦν, ἢ τὰ πράγματα συνίστασθαι, οἷον, καὶ οἱ πρῶτοι ποιηταὶ σχεδὸν ἅπαντες.

Horum verò maximum eſt rerum conſtitutio; cum non hominum imitatio ſit Tragœdia, ſed actionis atque vitæ, tum fœlicitatis infœlicitatisve. Quippe fœlicitas ab actione pendet; finiſque ipſe actio quædam eſt, non qualitas. Aliqui verò per mores fiunt tales: at per ipſas actiones ſanè fœlices vel infœlices. Non ergo vt imitentur mores in actione verſantur; ſed per actiones mores complectuntur. Quare propter actiones & fabula Tragœdiæ finis eſſe dicuntur. Omnium autem maximum finis eſt. etenim ſine actione Tragœdia quidem fieri non poteſt; ſine moribus poteſt, ſiquidem iuniorum non paucæ morum expertes inueniuntur. Tum Poëtarum plerique tales omnino ſunt: vt etiam ex pictoribus Zeuxim a Polygnoto differre dicimus; Polygnotus enim morum optimus expreſſor fuit: contra Zeuxidis pictura mores minimè referre videbatur. Paccius

Si quis præterea ordine moratos ſermones, dictiones ſententiáſque bene formatas afferat, non quidem penitus negotium, quod eſt ipſius Tragœdiæ proprium aſſequitur. id quod illa Tragœdia multò meliùs præſtiterit, quæ talibus vtetur, perinde ac ſecundo loco neceſſarijs, cum iam fabulam rerúmque contextum habuerit.

Ad hæc, quibus maximè mortalium animos Tragœdiæ delectat: Fabulæ quidem partes peripetiæ, ideſt euentus in contrarium & agnitiones ſunt. Eius præterea rei ſignum eſt, quod qui conficere aggrediuntur, exactum illud non ante queunt dictio-
ne atque moribus attingere, quàm actiones conſtituerint. Id quod veteres Poëta- 219
rum fermè omnes facere conſueuerunt.

Maximum

*Maximum verò horum eſt rerum compoſitio. Tragœdia enim imitatio eſt non hominum; ſed actionum & vitæ, & fœlicitatis & infœlicitatis, etenim fœlicitas in actione eſt, & finis actio quædam eſt non qualitas. At ſunt quidem ſecundùm mores cuiuſdam modi, at ſecundùm actiones fœlices vel contra. Non igitur agunt, vt imitentur mores: ſed propter actiones mores complectuntur. Quare res & fabula, finis & Tragœdia, ac finis maximum omnium eſt. Nam ſine actione non fieret Tragœdia. at ſine moribus fieret. Recentium enim plurimorum Tragœdiæ ſine moribus ſunt: & omnino poëtæ multi tales; ſicut & ex pictoribus Zeuxis ad Polygnotum ſe habet. Nam Polygnotus bonus morum deſcriptor; at Zeuxidis pictura prorſus caret moribus.*

*Præterea ſi quis ordine poſuerit collocutiones moratas & dictiones & ſententias benè factas, non efficiet quod eſt Tragœdiæ opus; ſed multò magis efficiet Tragœdia: quæ his quidem deterioribus vſa ſit; at habeat fabulam & compoſitionem rerum benè factam.*

*Ad hæc maximè res quibus capit animos Tragœdia ſunt fabulæ partes nempè peripetia & agnitiones. Præterea ſignum eſt quod & qui conantur rem poeticam agere priùs poſſunt dictione & moribus res exquiſitè tractare, quàm res componere, vt & primi poetæ ferme omnes.*

*COMM. XL. XLI. XLII.* *Quod tertio loco de Tragœdiæ partibus propoſitum fuit, explicatur.*

DECLARAVIT accuratè ſatis quæ pertinent tum ad numerum tum ad vſum ac neceſſitatem Tragœdiæ partium: nunc igitur ad earumdem dignitatem, ordinem, collocationem (hæc nos tertio loco tractanda monuimus antea) progreditur noſter Author. Ac principiò quidem multis ac magnis argumentis docet inter eas Tragœdiæ partes quas appellat qualitatis principem locum deberi fabulæ. Ac primùm quidem (vt in apertum ſed tamen breuiter producam rationes) ſic videtur diſputare. Finis præſtantior eſt quàm ea quæ ſunt ad finem; ſiquidem hæc propter aliud quæruntur; ille per ſe expetitur. Fabula obtinet finis locum, cæteræ illæ partes quæruntur propter aliud; fabula igitur præſtantior eſt illis partibus. Aſſumptio (propoſitio enim cum per ſe perſpicua videri poteſt, tum verò confirmata eſt ratione aperta ſatis & plana) inde probatur quia Tragœdia ac proinde fabula eſt imitatio non quidem hominum ſed actionum & vitæ: ita vt homines actionum gratia imitetur. Quanquam non omnis actionis ſed eius quæ fœlicitate continetur, & infœlicitate: Tragicæ namque actiones fortunæ commutationem habent, qua agentes ex fœlicitate in infœlicitatem deturbātur: ita vt reuera fabula propter talis actionis imitationem finis obtineat locum neque enim exiſtimandum eſt, fœlicitatem aut infœlicitatem in ſola virtute aut vitio ac proinde in animi habitu & qualitate, poſitam eſſe; ſed potiùs in operatione ſecundùm virtutem præſtantiſſimam: ita vt reuera in actione verſetur; ac propterea finis locum obtineat.

*Docetur Fabulam præſtare cæteris partibus qualitatis. I.*

II. Deinde ſi quid obſtat quominùs fabula reliquis illis partibus præſter dignitate, ſunt mores, quibus videntur homines virtutibus aut vitijs imbui, ac proinde ad fœlicitatem vel infœlicitatem contendere. Sed hoc obſtat nihil: ſiquidem reuera per mores tales efficimur, vt iuſti vel iniuſti, auari vel liberales aut prodigi dicamur: at per actiones ipſas fœlices euadimus vel infœlices. & ideo non agimus pro-
210 pter mores & vt mores imitemur, ſed mores effingimus & complectimur propter actionem. ex quo fit vt fabula rurſus, quæ actionis continet conſtitutionem, appareat Tragœdiæ finis. ita vt cum finis ſit omnium maximum, fabula cæteris illis partibus omnino antecellat.

III. Quæ res inde etiam demonſtratur, quia poteſt quidem Tragœdia coagmentari diſſimulatis moribus ac prætermiſſis: ſine actione verò coagmentari nullo modò poteſt. Quapropter ex recentioribus multis Tragœdias condidere quæ carerent moribus; quemadmodum ex pictoribus etiam aliqui vt Zeuxis picturas ſine moribus expreſſerunt. ita vt oporteat actionem moribus anteferre.

IV. Ad hæc ſi quis ſermones & moratos & dictione ſententiiſque benè inſtructos compoſuerit, haud tamen adhuc id aſſequetur quod Tragœdiæ propoſitum eſt. neque enim metus & miſericordiæ ope a

Q pertur-

perturbationibus immoderatis purgabit animos:& tamen id efficiet Tragœdia,quæ fabulâ.etſi alioquin ſententijs & dictione moribúsve minùs valeat,commodè inſtructa ſit. Siquidem fabula hoc eſt actionis imitatio,dummodo pro dignitate cõſtituta ſit, metum &
V. miſericordiam excitabit quales quales illa habeat ſententiam aut dictiones. Huc accedit quod ſi quid eſt in Tragœdia vnde maximè capiatur animus & commoueatur, id eſt peripetia & agnitio. Sed hæ ſunt fabulæ partes. fabula igitur ea eſt quæ maximè capere ani-
VI. mos poteſt & ad finem Tragœdiæ propoſitum traducere. Quid plura? Quemadmodum pulchra ſunt difficilia,ita difficilia paſſim excellere compertum eſt. Ita ſanè cum poëtæ minore labore dictione & moribus acuant ſtylum quàm fabulę & rerum compoſitione excellant,intelligere licet fabulam eſſe præſtantiorem. Quare ex veteribus poëtis plurimi occurrunt,qui mores non negligenter exprimant ac dictione valeant: cum tamen rerum compoſitione & fabulæ artificio minùs eorum probetur induſtria. His ſtatuit Ariſtoteles fabulam eſſe cæteris qualitatis partibus longè anteponendam:& ideo ſtatim nobili quodā elogio illius celebrat dignitatem ſic pergens.

---

## PARTICVLA XLIII.

Ἀρχὴ μὲν οὖν, καὶ οἷον ψυχὴ ὁ μῦθος τῆς τραγῳδίας, δεύτερον δὲ τὰ ἤθη παραπλήσιον γάρ ἐστι καὶ ἐπὶ τῆς γραφικῆς. εἰ γάρ τις ἐναλείψειε τοῖς καλλίστοις φαρμάκοις χύδην οὐκ ἂν ὁμοίως εὐφράνειεν, καὶ λευκογραφήσας εἰκόνα. ἔστι τε μίμησις πράξεως, καὶ διὰ ταύτην μάλιστα τῶν πραττόντων.

EST igitur principium ac veluti anima Tragœdiæ fabula. ſecundo verò loco mores: in quo etiam picturæ ſimilis eſſe apparet. Si quis enim fucis pulcherrimis tabulam fuſim illinat,non æquè ſanè delectabit,ac ſi imaginem albo tantùm diſtinxerit. Itaque actionis imitatio eſt tunc per hanc potiſſimùm agentium. Paccius.

*AC principium quidem & tanquam animus Tragœdiæ fabula eſt. Secundum autem mores,aſſimile eſt enim in pictura. nam ſi quis illiniret pulcherrimis coloribus fuſim,non ſimiliter delectaret,ac ſi quis albo deſcriberet imaginem. eſt autem imitatio actionis,& per hanc maximè agentium.* Riccobonus.

COMM. XLIII. *De Fabula quæ Elogio nobili celebratur.*

SCribit igitur Ariſtoteles fabulam eſſe principium ac tanquam animam Tragœdiæ. Et rectè. Cum enim principium id ſit vnde dimanant cætera, ſanè fabula cum inde in Tragœdia mores ac cæteræ illæ qualitatis partes exiſtāt,meritò ſibi vindicant principij nomen. Et ſanè cum fabula rerum imitandarum inuentionem commentationémque contineat, nemo non videt tum demum Tragœdiam & moribus & ſententia & dictione & me-
lodia & apparatu compleri poſſe & exornari, cum fabula hoc eſt res imitandæ inuentæ 211
fuerint & conſtitutæ. Quare fabula ſiue actione conſtituta,de moribus in ea exprimendis de intimo perſonarum ſenſu,ſententia declarando, de Tragica locutione ſeu dictione actioni illi aptanda, déque melodia apparatúque fabula inſtruenda cogitat bonus poëta. Itaque iure cum fonte, fundamento, carina, figuraéque deſignatione conferri poteſt fabula. Cum fonte quia quemadmodum ab hoc riuuli deducuntur, ita a fabula reliquæ partes qualitatis veluti manant. Cum fundamento quòd quemadmodum hoc iacto parietes, tectúmque extruitur, ſic fabula moribus ac cæteris illis partibus tanquam fundamentum ſubijcitur. Atque idem ne longum faciam tum de carina dixerim vnde conſtituitur nauis,tum de figuræ deſignatione,vnde coloribus pictura diſtinguitur ac variatur. Et hinc fit vt quemadmodum deleta deſignatione tanquam obliteratur pictura,

deſtru-

deſtructa carina deſtruitur nauis, euerſis fundamentis corruit domus, obſtructo fonte areſcunt riuuli, ita fabula exciſa, mores ac cæteræ illæ qualitatis partes corruãt neceſſe eſt. Addit verò quaſi animam eſſe Tragœdiæ, quia quã habet proportionem ad animal anima, hanc ferè ad Tragœdiam habet fabula: ac propterea ei quaſi vitam, motum, ſenſum, operationémque confert, quod eſt formam, ſpeciem, & id ſummatim vnde exiſtit. Quare quemadmodum diſcedẽte anima interit animal ac putreſcit, ita reſciſſa fabula Tragœdia deperit tota. Sed dubitatur. nam fabulam, quoniam rebus inuentis reſpondet, Tragœdiæ principium habendam eſſe non dubitamus; ſed tamen veluti animam eſſe dicendam, id verò dubitationem habet: ſiquidem actio illa & partium rerum coagmentatio videtur potiùs in materiæ loco habenda. nam in actione tanquam in materia inducuntur mores, qui ſunt inſtar colorum. eáque ornatur ſententia, dictione tanquam induitur, melodia & apparatu exprimitur & repreſentatur. Itaque nihil minùs quàm formæ locum atque animę obtinet. Sed reſpondeo tamen, nihil prohibet quominùs & materiæ & formæ atque animæ, varia tamen ratione, ſubeat locum: materiæ quia in actionem mores atque alia inducuntur, quibus tanquam formis afficitur. animæ & formæ, quia præciſa ac diſturbata fabula, Tragœdia intereat neceſſe eſt. Neque enim quæ comparantur aut translata in omnibus comparanda ſunt, quaſi verò in omnibus viciſſim ſibi debeant reſpondere. Pergit verò Ariſtoteles & docet quem locum obtineant mores: qui ſanè locus haud ignobilis videri debet: cum ſi non inprimis at certè in ſecundis conſiſtant, continenter verò ſimili pulcherrimo vtitur, quo oſtendat reuera mores in ſecundis conſiſtere. nam quemadmodũ in pictura colores, niſi antegrediatur deſignatio, vnde figura iam appareat, & debitam partium diſtinctionem, varietatem & quod caput eſt, proportionẽ referat, ita in Tragœdia. Quare quemadmodum is qui ſuſim ac temerè coloribus, etſi pulcherrimis, reſpergeret tabulam, parum delectaret, quoniam adumbratio ac deſignatio deeſſet, qua tum figura ſeſe in conſpectum daret, tum colores arte in tabula eminerent; ita in Tragœdia ſine fabula quæ deſignationi reſpondet, mores, qui coloribus ſunt aſſimiles, exiguam habent vim delectandi, & finem picturæ propoſitum attingendi. Addit verò imitationem eſſe actionis & per hanc maximè agentium, vt hinc intelligamus actionis imitationem atque adeò fabulam picturæ deſignationi reſpondere, quod arripuerat in propoſito ſimili. & quia reuera fabula & imitatio eſt agentium quoque, ita vt ipſe Ariſtoteles & actiones & perſonas interdum imitandas proponat Tragico & poëtis, quaſi verò promiſcuè & actiones & actores imitaretur poëta per fabulam, idcirco ne id nos perturbet, docet qua ratione actio, qua actores, ſubijciantur imitationi, quod eſt actionem primò (& ideo in definitione Tragœdiæ actionem collocat) tum actores & perſonas, ſed per actionem.

*Dubitatio.*

*Reſpondetur.*

*De morib. quib. ſecundis tribuis locum.*

# PARTICVLA XLIV.

122 *Τρίτον δὲ ἡ διάνοια, τοῦτο δέ ἐστι τὸ λέγειν δύνασθαι τὰ ἐνόντα, καὶ τὰ ἁρμόττοντα, ὅπερ ἐπὶ τῶν λόγων τῆς πολιτικῆς, καὶ ῥητορικῆς ἔργον ἐστίν. οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποίουν λέγοντας· οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς. ἔστι δὲ ἦθος μὲν τὸ τοιοῦτον, ὃ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν, ὁποία τις ἐν οἷς οὐκ ἔστι δῆλον ἢ προαιρεῖται ἢ φεύγει. διόπερ οὐκ ἔχουσιν ἦθος ἔνιοι τῶν λόγων. διάνοια δέ, ἐν οἷς ἀποδεικνύουσί τι, ὡς ἔστιν, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ καθόλου τι ἀποφαίνονται.*

*Paccius.* Tertio ſequitur ſententia. hæc autem eſt poſſe explicare quæ inſtant atque quadrant. id quod in ſoluta oratione facultatis ciuilis atque Rhetoricę proprium munus eſt. ſanè veteres ciuiliter dicentes confingebant, noſtri verò Rhetoricè. Mos verò talis eſt, quo videlicet qualis voluntas ſit in his rebus, in quibus non ſatis liquet, ſectetur ne quid, an fugiat ipſe dicens, declaratur: quo fit vt ſermones interdum moribus careant. Sententia in his verſatur, quæ quomodo aliquid eſt, vel non eſt oſtendunt, vel vniuerſè enunciant.

*Tertium verò ſententia. id autem eſt dicere poſſe inſita & conuenientia, quod in orationibus Politica & Rethorica opus eſt. Nam priſci politicè introducebant dicentes; qui verò nunc ſunt Rhetoricè. Iam mores ſunt tale quiddam, quod aperit prælectionem, qualis ſit in illis in quibus non eſt manifeſtum, vtrum dicens eligat aut fugiat. Sententia verò eſt in illis, in quibus demonſtrant aliquid aut eſſe aut non eſſe, aut enunciant aliquid in vniuerſum.* Riccobonus.

COMM. XLIV.

SIcut mores ſuo collocauit loco & quam vim habeant planiùs oſtendit, ſic continenter tum de ſententia docet, tum de dictione tum ad extremum de melodia & apparatu qualis cuique locus debeatur, & quæ cuiuſque ſit vis & natura. Quamuis enim hæc attigerit ſupra, nec curſim omnino & indiligẽter hic tamen ferè expolitione quadam vtitur, qua iſtarum partium vim & naturam vberiùs declaret ac planiùs. Ita vt a nobis quoniam hunc veluti locum occupauimus antea, non neceſſe ſit in his magnopere immorari. Quin potiùs vt ad grauiora properemus, dubitationes quaſdam circa varias haſce qualitatis partes explanabimus tum controuerſia quadam nobili totam hanc partium doctrinam concludemus.

Ergo dum tertio loco collocat ſententiam, eiúſque proprium eſſe ait, poſſe dicere inſita & conuenientia, quod eſt pro dignitate aperire & exprimere illa quæ tanquam incluſa ſunt in ea re de qua agitur, ita vt nihil prætermittatur quod rei ſiue docendæ & confirmãdæ, ſiue refellendæ ſeruire videatur, cur addit in orationibus eſſe opus politicæ & Rhetoricæ poſſe inſita dicere & conuenientia? aut cur addit priſcos politicè poſteriores Rhetoricè dicentes introduxiſſe? ſpinoſus ſanè locus; ſed tamen hanc crediderim eſſe germanam ſententiam. Sententiæ proprium eſſe inſita & conuenientia dicere poſſe: hoc eſt inſitum animi ſenſum aptè & conuenienter exprimere: ita vt animus in illa veluti pelluceat & mẽs Auditorib. percõmodè declaretur; ita tamen vt ſcita videri illa poſſint ac rei cõuenientia & accommodata, verùm illud etiã eſt reputandum, id in ſermonibus præſtare politicæ ac Rhetoricæ ſtudium. ſi quid enim eſt, vnde quis ſcitè conuenienterque inſitos animi ſenſus declaret & exprimat, eſt Ciuilis oratoriæque ſcientiæ notitia & tractatio; cum inde prudentia, hinc dicendi facultas, quæ duo omnes ſententiæ numeros continent comparentur. Vt propterea quoniam ſententia eſt oratori cum poëta communis, præſter vt poëta Politicis & Rhetoricis imbutus ſit. Sed cur ſubditur, *Siquidem politicè faciebant dicentes, qui verò nunc ſunt Rhetoricè?* vt ſignificaret ideo ſententiæ rationem Tragico poëtæ tum ex Politica tum ex Rhetorica eſſe ducendam, quod cum ad ſententiam pro dignitate exprimendam olim Politicis, nunc Rhetoricis præceptis iuberemur agere & conflare orationem, vtramque formam callere deberet poëta, vt ſententia quoque excelleret. Sed ſint iſta. Verùm cur obſecro denuo redit ad mores, quaſi verò non ſemel, iterum ac tertiò de iis diſſeruerit paulò ante? Redit fateor; ſed non temerè, Etenim in particula xxxvII. inueſtigauerat eorum neceſſitatem: cum enim eos retuliſſet inter partes qualitatis, par erat vt doceret etiam eſſe in Tragœdia neceſſarios, In xxxvIII. verò eorundem attigit naturam deſcriptione quadam, vt eorum vim adumbraret interim dum de eis agebat. In xxxIx. cum eos inter ſex qualitatis partes, quas colligebat & de nomine deſignabat, retuliſſet, docebat pertinere ad res quas imitamur: quemadmodum reliquas partes ſingulas ad ſuum veluti caput referebat. At verò in xxxx. & deinceps eoſdem cõmemorauit quòd fabulam illis anteponendã eſſe diſputaret. Sed & in xLIII. cum ordinaret eaſdẽ partes, & ſuo quamque loco conſtitueret, eorundem iniicere mentionem coactus eſt. vbi etiam aptè mores cum picturæ coloribus contulit vt oſtenderet reuera ſecundum illis deberi locũ. At cur hic rurſus de illis? an non ad ſententiam deſcenderat cuiúſque naturam inueſtigare cœperat? ſic ſanè. cur igitur rurſus redit ad mores? Eâ, ni fallor, de cauſa, quia tum ſententiæ cognoſcendæ morum vim commemoraſſe conducebat, & ideò ſtatim rediit ad ſententiam, tum mutua morum & ſententiæ, quoniam finitima ſunt, comparatio planiorem efficit vtriuſque naturam, quæ alioquin obſcura eſt & inuoluta. & idcirco monet ſententiæ vim ſitam eſſe in aperiendis iis quæ inſita ſunt in ea re de qua agitur; mores in aperienda prælectione in iis rebus in quib. lateat vtrũ dicens eligat an fugiat. & ideo ſtatim ad ſententiã redit *ſententia verò* (concludit) *eſt in rebus illis in quibus demonſtrant aliquid aut eſſe aut non*

Dubitatur I.

Reſpondetur.

ar3

Dubitatur circa mores Reſpondetur.

*eſſe, aut enunciant aliquid in vniuerſum.* Ex quibus omnibus intelligitur mores ad appetentẽ animam pertinere, eiúſque inclinationes indicare tam in proſequenda re obiecta quàm in fugienda: ſententiam verò eſſe indicium mentis aſſentientis vel diſſentiẽtis. Tametſi tam mores quàm ſententia oratione pellucent in qua ſunt veluti ſparſa: & idcirco vna eadémque orationis pars & mores & ſententiam referre poteſt.

---

# PARTICVLA XLV.

ΤΕ΄ταρτον δὲ, τῶν μὲν λόγων ἡ λέξις. λέγω δὲ, ὥσπερ πρότερον εἴρηται. λέξιν εἶναι. τὴν διὰ τῆς ὀνομασίας ἑρμηνείαν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἐμμέτρων, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἔχει τὴν αὐτὴν δύναμιν.

# PARTICVLA XLVI.

ΤΩν δὲ λοιπῶν πέντε, ἡ μελοποιία μέγιστον τῶν ἡδυσμάτων. ἡ δὲ ὄψις, ψυχαγωγικὸν μὲν, ἀτεχνότατον δὲ, καὶ ἥκιστα οἰκεῖον τῆς ποιητικῆς. ἡ γὰρ τῆς τραγῳδίας δύναμις. καὶ ἄνευ ἀγῶνος, καὶ ὑποκριτῶν ἐστίν. ἔτι δὲ κυριωτέρα περὶ τὴν ἀπεργασίαν τῶν ὄψεων ἡ τοῦ σκευοποιοῦ τέχνη τῆς τῶν ποιητῶν ἐστί.

QVartò ſermonum dictio. appello autem, quemadmodum diximus a principio, Dictionem per verba ſenſus explicationem, id quod in metris æquè ac in ſoluta oratione eandem vim habet. Paccius.

224 Reliquarum verò quinque partium ſic Melodia ſuauiſſima eſt, vt ſpectaculum gratiſſimum. quod tamẽ nec artificioſum eſt, nec ipſius poëticæ proprium. ſi quidem Tragœdiæ virtus extra quoque ſcenam ac ſine hiſtrionibus conſiſtit. Ad hæc ars ſtruendorum apparatuum propria magis chorago, quàm poëtis eſt.

*QVartum eſt ſermonum dictio. Ac voco, quemadmodum priùs dictum eſt, Dictionem per verba interpretationem, quod & in metris & in orationibus eandem vim habet.* Riccobonus.

*Reliquarum verò quinque Melopœia eſt maximum condimentorum. & apparatus allicit quidem animos ſed maximè eſt artis expers: & minimè proprius poëticæ. Nam Tragœdiæ vis & ſine certamine & hiſtrionibus eſt: præterea verò potentior eſt circa fabricam apparatuum ars illius, qui ſcenam conficit, quàm ars Poëtarum.*

CONFIRMAT dictionem quarto loco eſſe collocandam: vbi ſimul nos admonet ſe per Dictionem intelligere interpretationẽ verbis factam; animi ſenſus ac mentis intellige. nã Dictio ſiue Oratio eſt eorum quæ ſunt in anima conceptionũ, ſiue mentis ſenſus interpretatio: nõ ſecùs ac cõceptus animæ eſt eorũ quæ ſunt in rebus, latens nota & interpretatio. Ait autẽ ſe hoc de dictione docuiſſe priùs; nimirũ in particula VI. ſi Madiũ audias, in qua dixerat Epopœiã ſolũ ne morib. nudis vel metris imitari; vel potiùs, vt ego quidẽ cum Victorio exiſtimo, in XXXVI. vbi *Dictionem* (inquit Ariſt.) *appello ipſam metrorum compoſitionẽ.* Et ſanè hîc λέξεως mentionẽ fecerat ſeu Dictionis, eámq; deſcripſerat; ibi λόγου ψιλοῦ *ſermonis nudi* iniecerat mentionẽ non Dictionis. Denique ibi de nudo ſermone verba fecit tanquã de inſtrumento aliquo Epopœiæ: at in particula 36. Dictionis mentionẽ fecit tanquã de Tragicæ fabulæ inſtrumẽto: ita vt in hac particula LXV. in qua Tragicæ dictionis rurſus iniicit ſermonẽ ad particulã XXXVI. prouocarit neceſſe ſit. Neq; verò eſt cur propterea Victorius hîc denuo ſuã illã de metro obtrudat opinionem; nimirum Epopœiam & poëma COMM. XLV. & XLVI. De Dictione.

quodcunque metro ſeu carmine authore Ariſtotele conſtituendum:nam hîc metricam
dictionẽ requirit quia de Tragœdia verba facit, quam & in definitione indicauerat & in
explicatione deſcripſerat (nimirum more maiorum loquens & in receptam conſuetudi-
nem intuens quemadmodum docuimus alibi) aut certè ſignificauerat metris eſſe pera-
gendam. Imò verò ſi liceret tam facilè ex remotis locis ducere ſiue aucupari argumenta
& fonte relicto riuulos conſectari, hinc quoque liceret colligere aliquod poëma, quod
eſt quandam Epopœiæ formam, contentum eſſe nudis ſermonibus, hoc eſt ſoluta oratio-
ne. Nam ſi metrum ſeu carmen eſſet ex Ariſtotele cuicunque poëmati neceſſarium, te-
merè rurſus & otioſè nos admonuiſſet Tragœdiam metris eſſe peragendam. Quis enim
de hoc dubitare potuiſſet, aut cur fuiſſet cur id in definitione Tragœdiæ tã diligenter nos
admoneret, ſi de poëmate quocumque iam antea fuerat conſtitutum? Itaque cum de hoc
in Tragœdiæ definitione & explicatione nos admoneat Ariſtoteles, iuſtius eſt affirmare id
feciſſe quia cum iam antea quandam etiam poëmatis formã metro & carmine exemiſſet,
par erat hîc nos admonere Tragœdiam metro eſſe conflandam. Vt propterea Ariſtoteles,
vt ad hunc locum redeam, metri rurſus mentionem fecerit ijs inhærẽs quæ in Tragœdiæ
definitione & explicatione, maximè verò in particula xxxvi. de Dictionis neceſſitate ſcri- 225
pta reliquerat. Dum verò addit metricam dictionem quod attinet ad mentis interpreta-
tionem eãdem habere vim quam habet interpretatio ſermonibus facta ſiue oratione, eò
pertinet vt intelligamus metrum quoque perinde ac ſolutam orationem habere vim in-
terpretandi animi ſenſum & propterea poſſe metrum ſeu carmen menti explicandæ non
incommodè adhiberi.

*De Melopœia.*

Iam verò μελοποιΐαν ſubijcit & apparatum, nec tamen monet illi quintum ſiue ſextum
deberi locum: cum tamen hactenus fabulæ, moribus, ſentẽtiæ, dictioni certum locum ac
ſedem tribuerit. Id quod eò magis miretur quiſpiam atque adeò reprehendat quòd eun-
dem ſcrupulum iniecerat antea. nam in particula xxxvi. cum ageret de neceſſitate partiũ
qualitatis, apparatum in medium attulerat ante melodiam, & tamen in xxxix. vbi inuer-
tit ordinem, & cum antea λύσει ſeu ſolutione vſus eſſet, vtitur σύνδεσει ſeu compoſitione,
rurſus apparatum antepoſuit melodiæ: cum tamen compoſitionis ratio poſtularet vt ap-
paratum conijceret ad extremum. Sed tamen, vel quia melodia eſt cum apparatu coniun
ctiſſima (apparatu enim, quemadmodum docebo, ſpoliat Tragœdiam literis exaratam,
cum tamen melodia etiam careat, ita vt apparatus eam complecti videatur) ac tanquam
in eo concluſa, vel certè quia nimiam diligentiam negligat, & in recenſendis partibus va-
rijs memoriam ſequatur, quæ interdum præpoſtero res obijcit ordine, melodiam & ap-
paratum præpoſtero recẽſuit ordine, atque id illi crediderim vſu veniſſe in particula xxxix.
hîc enim in XLVI. reuera, apparatus, quemadmodum minùs quàm melodia cenſetur ad
poëtæ induſtriam pertinere & verò in componente ordine, ſi ab fabulæ inuentione, vt
par eſt incipias eſt poſtremus, ita fuit poſtremo loco iterandus. Ait igitur μελοποιΐαν eſſe
maximum condimentorum, quæ verba mihi quidem tria videntur efficere & indicare.
primum eſt melodiam non continere Tragœdiæ naturam ſeu ſubſtãtiam (vt ita dixerim)
& eſſentiam; nam quemadmodum condimentum in conuiuio & dapibus non continet
earum ſubſtantiam, id enim obſonio reſeruatur; ita melodia non continet Tragœdiæ ſub-
ſtantiam, ſed extrinſecus deriuatur ac ſummatim condimentum eſt. Alterum Tragœ-
diam præter melodiam habere aliud condimentum ſed minus quódque cedat melodiæ:
itaque carmen & metrum etſi quid huiuſmodi condimenti minoris nomine intelligere
licet; alioquin non omnino erat cur diceret eſſe μέγιστον τῶν ἡδυσμάτων maximum condi-
mentorum ſeu inter condimenta principem obtinere locum? Poſtremum eſt diligenter
replicandum melodiam eſſe quidem ſuauiſſimam ac propterea condimentum maxi-
mum, ſed tamen quoniam condimentum eſt perperam facere illos qui in Tragicam me-
lodiam ſummam curam & induſtriam conferentes (id enim ad mulcendas aures & ſpe-
ctatores oblectandos per eam tempeſtatem curabant vel maximè) fabulam, quæ rei ſum-
mam continet, ferè negligerent.

*De Apparatu.*

Pergit autem apparatum commemorans ad extremùm, quem ſanè ait eſſe illum qui-
dem ψυχαγωγικὸν hoc eſt vim alliciendi animi & recreandi habere ſed tamen eſſe etiam
ἀτεχνότατον, maximè expertem artis: artis nimirum poëticæ & tragici induſtriam nõ re-
quirere: alioquin & artificio indigere, & architecti induſtria regi, non eſt quod dubite-
mus: denique ſic loquitur in fabulam maximè intendens animum, quæ tota poëtæ artifi-

cio

cio regitur & continetur. Etſi enim in Tragœdia mores quoque, ſententia, dictio poëtæ re-
quirunt induſtriam, hæc tamen ſunt poëtæ cum oratore communia: fabula ſola eſt poëtæ
propria. Quanquam & adhuc doceat planiùs cur dixerit apparatum eſſe, maximè exper-
tem artis, ſubijcit è veſtigio ἥκιστα οἰκεῖον τῆς ποιητικῆς & minimè propriũ poeticæ: quib.
verbis nõ cuiuſcumque artificij ſed poetici expertem facit apparatum; quod probat tum
quia Tragœdiæ vis ſine certamine & hiſtrionibus exiſtit, quemadmodum in Tragœdia
licet animaduertere quæ literis commendetur; neque enim ſi pro dignitate conſtituta ſit
226 non timorem excitat ac miſericordiam vnde purgatio illi propoſita efficiatur: tum quia
in eorum fabricatione quæ pertinent ad apparatum, plus valet ars illius qui ſcenam moli-
ri ſolet & condere, quàm ars poëtæ. quæ omnia eo etiam conſilio commemoraſſe credi-
derim Ariſtotelem quod per illud tempus Tragici maiorem quàm par eſſet in apparatu
induſtriam ponerent, fabulam, quæ propria eſt poëticæ induſtriæ, minùs accuratè coag-
mentarent.

Iam verò quæ hactenus diſſeruimus de ijs Tragœdiæ partibus, quas appellauimus qua- *CONTROVERSIÆ XLI.*
litatis, eam nobis Controuerſiam obijciunt explanandam, NVM apparatus in Tragœdia
ac ſi placet in Comœdia Dramaticóque poëmate ſit neceſſarius. Principiò igitur nemo eſt *An apparatus ſit Tragœdia neceſſarius.*
qui neſciat inter poëmata Tragœdiam & Comœdiam ſibi nomen ſpectaculi vindicaſſe;
ita vt Epico aut Lyrico poëmati nulli talis conueniat appellatio. Contra verò ea mirificè
gaudet Tragœdia atque Comœdia; quas propterea Ouidius ſcenæ ſpectacula appellauit. *Probatur eſſe neceſſarium.*
Quod ſi ita eſt, iam illud quoque compertum erit, in Tragœdia & Comœdia & ſpecta-
tores requiri & actores; ij qui ſpectaculum dent, illi qui interſint ac ſpectent. locus ita-
que erit neceſſarius, in quo ſpectaculum & agatur & ſpectetur. atque hic ſanè locus *I.*
theatrum erit: quod quoniam debet pro actorum & fabulæ opportunitate inſtrui &
apparari, apparatum requiret neceſſariò. erit igitur apparatus ſtatuendus ac retinen-
dus, qui inter veras & germanas Comœdiæ & Tragœdiæ partes numeretur. Atque *II.*
huc etiam pertinet quod Tragicum poëma (idem tu de Comico colligas) tum drama
tum dramaticum appellatur, hinc enim ſatis intelligitur Tragœdiam actuoſam eſſe to-
tam, ac non tam ſcriptione exarandam, quaſi in arcanis habenda ſit, quàm actorum &
Tragœdorum opera ſpectatorum auribus atque oculis ſubijciendam ac veluti explican-
dam eſſe: idque vt actio repreſentari, ſed quid dico repreſentari? imò verò quoad eius fieri
poſſit veriſſimè agi videatur. Apparatus igitur ſine dubio erit neceſſarius. Quanquam
*Part. 57. m.* Vtinenſis reſpondebit Tragicam imitationem, quà proficiſcitur ab hiſtrione, reuera appa
ratum requirere propter recitationem; at quà proficiſcitur à poëta, non neceſſariò requi-
rere, quia ſcriptione contenta eſt, & huc etiam pertinet quod ait Alexander quà ſpectato-
*Pag. 23.* ribus repreſentanda eſt, neceſſariò apparatum requirere; ſed quà tantummodo per me-
tum & miſericordiam ſibi animos proponit perpurgandos, non eſſe neceſſarium,
quia lectione idem efficere poteſt. Quæ reſponſio videtur etiam in ijs niti, quæ tum
hîc, tum verò in particula CLIV. & CLV. ſcripta reliquit, vbi monebat Tragœ-
diæ vim eſſe etiam ſine certamine & hiſtrionibus, & per lectionem fieri manifeſtam,
ita vt in lectione quoque habeat euidentiam. Sed horum poëmatum initia ſi placet *III.*
tantiſper repetamus animo, eorundémque progreſſiones, incrementa, perfectionem
denique ipſam & ſtatum agnoſcamus: nam hinc etiam intelligemus quantopere illis in-
ſitus ac tanquam innatus ac proinde neceſſarius ſit apparatus. ſanè illorum incunabu-
la ſpecum fuiſſe primò ſatis conſtat. quo tempore apparatus ſine dubio fuit neceſſa-
rius. etſi enim humilis eſſet ille quidem, apparatus tamen erat. qui eò magis vide-
ri debuit neceſſarius, quòd illo ſæculo apud illos mortales ne ars quidem extaret, qua
ſermones exararentur: tantùm abeſt vt Tragœdia & Comœdia recitatione & apparatu
carere poſſet. Eorundem verò incrementis plauſtrum ac paulò poſt cauea inſeruire
cœpit, quo etiam tempore, quoniam inde actitabatur fabula, ſpectaculúmque daba-
tur, locus ac reliquus apparatus qualis qualis eſſet (nam adhuc vilis erat) cum Tragœdia
fuit coniunctiſſimus. Denique tũ demũ perfectionem conſecuta eſt Tragœdia cũ præter
chorum, hiſtriones, ſcenam (id quod Comœdiæ quoque accidiſſe legimus) adepta eſt.
Ita ſanè initia & incunabula, progreſſiones, & incrementa, perfectio & ſtatus, apparatus
227 præſcriptionem induxerunt, tantùm abeſt vt lis illi intendi iure poſſit. Siquidem ridicu-
lum eſt ideo velle apparatum de medio tollere, quòd progreſſu temporis ſcriptio inuen-
ta ſit, qua tanquam dati & accepti rationes Tragica imitatio aſſeruaretur: præſertim ve- *IV.*
rò

rò cum apparatu non modò orta & adulta eſſet, verùm etiam conſenuiſſet tota. Nam
chorum ipſum, melodiam, harmoniámque omnem, pulpita, orcheſtram, ſiparium, pro-
hedria, machinas, ambulacra, choragum, agoniſtam, coronas, cothurnos, laruas & ſex-
V. centa alia Tragœdorum Comœdorúmque ornamenta, apparatui applaudere, ac victo-
riam in propoſita controuerſia apparatui deferre, nemo non videt. Sed mitto iſthæc, atque
illud vobis in memoriam reuoco, quod in Tragœdijs & Comœdijs lectitandis mirè ſæpè
torquere atque hærentem habere animum ſolet. Etenim multa ſunt quæ in Tragœdia
aut Comœdia non tam dicuntur quàm geruntur, quæque ſine vlla vocis ſignificatione
aut nota cum geſticulatione exprimuntur. fac enim inſidiator, aut fur, aut amator, ſub
noctis ſilentio rei benè gerendæ occaſionem præſtoletur, ac tacitus elinguíſque propè-
modum aliquid moliatur, quæ oratio, quis ſtylus, quæ notæ iſtorum ſiue taciturnitatem
ac ſilentium ſiue machinationes, furta & id genus alia exprimere poterunt, quæ factis nō
dictis patrantur? ſanè in heroico poëmate poëta ipſe præſto eſt, qui hæc & id genus alia
recenſeat, & quoad eius fieri poſſit ſuggerat ac repreſentet. at in Tragœdia & Comœdia
vbi poëta perſonam celat ſuā ac perpetuò celat, hæc & id genus alia deſignari nullo mo-
do poſſunt. Itaque ſi Hercules cum Acheloo certet aut Nemæo Leone, aut flagelli fer
Aiax Græcorum cedat greges, ſi quis rurſus mulierecularum imitetur gemitus, belluarū
effingat voces, exprimat maris fremitum, ſi expalleſcat, obmuteſcat, lætitia efferatur, ti-
more, horrore corripiatur: hæc ſanè oratio complecti valeat nulla. & tamen ijs homines
ſunt obnoxij, & moribus affectibúſve deſignandis neceſſaria. Memini aliquando me vi-
dere Tragicum non imperitum, qui cum Tragœdiam literis conſignaſſet, mirificè de ir-
de æſtuaret, vt actores inſtrueret, cum agenda eſſet & recitanda: ſexcenta enim occurre-
bant, quæ quo pacto agenda eſſent, intelligeret nemo. Ita Tragœdiæ author coactus eſt
integrum ferè commentarium illi adnectere, quo tanquam explanator actores de actio-
VI. nis œconomia admoneret ac doceret. Ad hæc nemo non videt fore vt Ariſtoteleæ Tra-
gœdiæ definitio ferè corruat tota, vbi ſpolietur apparatu. An non vetat per enunciatio-
nem fieri Tragicam imitationem, ac propterea per actores ac negotiatores peragi debe-
re? nónne hinc eam diſtinguit ab Epopœia? nónne metrum cantu iubet condiri & har-
monia? an non præcipit vt in partibus ſingulæ agant formæ? quomodo autem Tragœdiæ
& Epopœiæ non eædem erunt partes? nam qui apparatum ſuſtulerit, melodiæ locum re-
linquet nullum. Quid præterea eſſet cur vno Solis ambitu tragicam imitationem coërce-
retaur comicam? ſanè ſi ſcriptis commendetur, nihil erit quòd tanta temporis breuitate
vrgeatur. ea enim de cauſa vrgetur quòd ſpectatores detineri haud diutiùs aut poſſint
VII. aut debeant. Iam verò dies me deficiat ſi loca omnia expendere velim & accuratiùs vrge-
re, quibus Tragœdiæ totiúſque dramatici poëmatis vim collocat in agendo: ac ſiue illius
nomen, ſiue ortum, ſiue cætera explicet, in actione ipſa ac veluti negotiatione nititur. Sed
VIII. ne longiùs faciam, ſic diſputo. Natura optat quod perfectum eſt, & ab imperfectis abhor-
ret atque recedit. Ars igitur quæ imitatur naturam, debet item ab imperfectis recedere,
& quod perfectum eſt efficere. Cum igitur Tragœdia, quæ agitur, ſit omnibus perfecta
numeris & abſoluta, quæ legitur, inchoata & rudis, cum multa in ea deſiderentur, quid
eſt quòd Tragœdiam niſi in perfecto ſtatu amplectamur? quod ſi ita eſt, apparatum etiā
retineamus neceſſe eſt. Et hac de cauſa Ariſtoteles in particula XXVI. monebat tum demū
Tragœdiam ſtatum ac perfectionem fuiſſe adeptam, cum actores chorum, ſcenam & ce-
tera illa, quibus eam Aeſchylus & Sophocles inſtruxerunt, adepta eſſet. Et ſanè cum lon-
gè præclarius ſit facere, quàm dicere, ſimul verò & dicere & facere præclariſſimum, ea
tantùm præclara erit cenſenda Tragœdia, in qua dictis ſimul & factis inſtruimur. Quod
IX. ſi rurſus Ariſtoteles otioſam & inanem appellat eam doctrinam; quæ cum actionis gratia 218
inuenta ſit (talis eſt doctrina de moribus) ad actionem nequaquam deſcendat: iam cum
Tragœdiæ & Comœdiæ propoſita ſit recitatio & actio, otioſa erit propemodū ſi in Com-
X. mentarijs aſſeruetur, quaſi finem & perfectionem aſſecuta iudicetur. Et quidem Tragœ-
dia & Comœdia eſt veluti aſſecla ciuilis facultatis. quapropter quemadmodū hæc actio-
nis cauſa inſtituta eſt, ita Comœdia & Tragœdia in actione verſetur oportet. vt enim ge-
neroſus equus niſi tuba excitetur & ad prælium laxetur ac pugnam, torpeſcat neceſſe eſt
ac fine fruſtretur ſuo, ſic dramaticum poëma niſi actione gaudeat & propterea apparatu
inſtruatur, otioſum ac torpens videri debet. Quid plura? an non Tragœdiam diſtinguit ab Par. 31.
Epopœia, quod hæc ſimplici vtatur carmine, quod eſt tum ſaltationis & rhythmi, tū har-
moniæ

moniæ expertæ; illa ijs omnibus (quibus ſine dubio melodiam & apparatum illi attribuit) conficiat imitationem? nõne ait Epopœiam in partibus cũm Tragœdia conueniſſe, melodia & apparatu excepto quæ ſint Tragœdiæ propriæ, nõne rurſus partes qualitatis ad quas
Par.127 apparatum refert ac melodiam, veluti formæ locum obtinere ſignificat? quis igitur differentias quæque in formæ veluti loco ſunt, a re ipſa cuius ſunt differentiæ alienas cenſeat? Hæc habui, quibus pro apparatu atque eius neceſſitate decertarem. Nunc poſtularet ratio vt eiuſdem neceſſitatem euerterem aut labefactarem, cum præſertim interpretibus ijs videri ſoleat Ariſtoteles qui melodiam multò verò magis apparatum inter partes non neceſſarias reiecerit. Ipſe tamen quoniam exiſtimo apparatum eſſe neceſſarium, ab hoc onere mihi ſuperſedendum exiſtimo, præſertim verò quia Ariſtoteles (quantum verò coniectura aut ſuſpicione attingere poſſum) apparatum minùs quidem neceſſarium iudicauit quàm fabulam aut reliquas huiuſmodi partes, ſed tamen omnibus illum neceſſitatis vinculis; ſi me audias, non liberauit. Agedum igitur aduerſarijs argumentis ſatisfaciamus, vt
Par.46. in fi. hinc etiam mea ſententia confirmetur. Ac primum ſcribit ille quidem apparatum eſſe *ἀτεχνότατον maximè expertem artis*, ſed hoc comparatè pronunciat & propter fabulam ac reliquas partes qualitatis (quanquam an melodia excipienda ſit paulò poſt) ac proinde nõ quia nullam planè ſibi partem poëticæ induſtriæ vẽdicet, ſed quia multò minorem quàm cæteræ; ita vt cum minimè omnium Poëtæ requirat artificium, hoc nomine *ἀτεχνότατον* poſſit nuncupari. & hoc eſt quod continenter ſubijcit vt ſuam ille ſententiam, quæ alioquin obſcura videri potuiſſet, efficiat planiorem, *καὶ ἥκιστα οἰκεῖον τῆς ποιητικῆς & minimè omnium eſt propria poeticæ*, vbi illud *ἥκιστα* non negat quin indicat aliquam poëticæ induſtriæ partem ad apparatum deriuari tametſi exiguam. Et ideo paulò poſt non dicit poëtæ artem nihil valere ad ſcenæ apparatus, ſed minùs quàm ſcenæ opificis artem. Quod ſi rurſus ait Tragœdiæ *δύναμιν* exiſtere *καὶ ἄνευ ἀγῶνος καὶ ὑποκριτῶν* etiam ſine certamine & hiſtrionibus, quod ſummatim eſt ſine vſu recitationis ac proinde apparatus (hic enim propter recitationem inſtituitur) profectò per *δύναμιν* ac vim non poteſt totam atque perfectam illius eſſentiam ac naturam intelligere (alioquin nec omnino ſibi cõſtaret, cum ad ſcenam etiam fateatur vtrũque pertinere poëtæ induſtriam; nec niſi temerè definitione illa vſurpaſſe quæ nuper obſeruabam, aut Melopœiam & apparatum proprias feciſſet Tragœdiæ partes, iiſdémq; hanc ab Epopœia diſſociaſſet) ſed adumbratam ferè & ſimilitudine proximam cum reuera fieri poſſit vt Tragœdia quæ litteris exarata ſit interdũ ſine recitatione ac proinde apparatu (hic enim propter recitationem inſtituitur) miſericordiã & metum concitare poſsit & purgare animum. quamuis id etiam multò minùs effecerit quàm recitatio, imo verò leniter admodum atque adeò imperfectè ſi cum actuoſa Tragœdia conferatur, in qua mira vis & efficacia poſita eſt. Scitè enim Horatius

*Segniùs irritant animos demiſſa per aures*

(quandam ne id quidem fit dum a nobis legitur tantum).

*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus*

229 quod ſi in particula CLIV. ait Tragœdia etiam *ἄνευ κινήσεως ποιεῖ τὸ αὑτῆς, ſine motu facit quod ipſius eſt* ſiue *quod eſt eius proprium*, quod eſſet ſine certamine & recitatione concitare metum & miſericordiam & inde purgare; profectò veteres vulgati codices habent non *ποιεῖ τὸ αὑτῆς*, ſed *ποιεῖται αὑτῆς*, quod eſt *ſine motu etiam ipſo conficitur*: & ideo Paccius vertit *ſine motu quemadmodum & Epopœia conficitur*, vbi de coagmentatione loquitur, quòd Tragœdia etiam poſſit carere hiſtrionica illa actione, quæ vituperabatur. & hoc eſt etiam quod ſubijcit. *ſiquidem per lectionem etiam qualis ſit, manifeſta eſt*. tantũmodo enim docet poſſe etiam intelligenter ſcriptione intelligi, ſuam tamen habere efficacitatem, quæque non multis partibus recitationis efficacitati cedat, ne dicam adumbrata ſolùm videatur, non ſtatuit. & ideo ſtatim in particula CLV. (qui locus obſeruandus eſt diligenter, quòd in eo ſuam hac de re concludat ac peroret ſententiam) ait muſicam & apparatum non paruam eſſe illius partem, atque ijs voluptates gigni euidentiſſimas. His meam hac de re ſententiam aperuiſſe volui. Quod ſi quis ſuſpicetur non omnino Ariſtoteli conſentire, quid nos ſaltem opinemur accipiat. Nam ſi quis item melodiam quoquomodo fecerit apparatus partem (quà enim auribus ſeruit a ſpectatione reuera longè diſtincta eſt: quà effugit ſcriptionem & adnectitur recitationi, pars cenſeri poteſt) ac rurſus hiſtriones a perſonis diſtingui non patiatur, is multò magis cogetur apparatum in partis neceſſariæ loco habere.

*Reſpondetur aduerſarijs argumentis.*

CAPVT

# CAPVT QVINTVM.

## PARTICVLA XLVII.

Διωρισμένων δὲ τούτων, λέγωμεν μετὰ ταῦτα, ποίαν τινὰ δεῖ τὴν σύστασιν εἶναι τῶν πραγμάτων, ἐπειδὴ τοῦτο καὶ πρῶτον, καὶ μέγιστον τῆς τραγῳδίας ἐστί. κεῖται δ᾽ ἡμῖν, τὴν τραγῳδίαν τελείας, καὶ ὅλης πράξεως εἶναι μίμησιν, ἐχούσης τι μέγεθος. ἔστι γὰρ ὅλον καὶ μηδὲν ἔχον μέγεθος. ὅλον δέ ἐστι τὸ ἔχον ἀρχὴν, καὶ μέσον, καὶ τελευτήν. ἀρχὴ δέ ἐστιν, ὃ αὐτὸ μὲν ἐξ ἀνάγκης μὴ μετ᾽ ἄλλο ἐστί, μετ᾽ ἐκεῖνο δ᾽ ἕτερον πέφυκεν εἶναι, ἢ γίνεσθαι. τελευτὴ δὲ τοὐναντίον, ὃ αὐτὸ μετ᾽ ἄλλο πέφυκεν εἶναι ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, μετὰ δὲ τοῦτο, ἄλλο οὐδέν. μέσον δὲ καὶ αὐτὸ μετ᾽ ἄλλο, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνο ἕτερον. δεῖ ἄρα τοὺς συνεστῶτας εὖ μύθους, μήθ᾽ ὁπόθεν ἔτυχεν, ἄρχεσθαι, μήθ᾽ ὅπου ἔτυχε, τελευτᾶν, ἀλλὰ κεχρῆσθαι ταῖς εἰρημέναις ἰδέαις.

His abſolutis deinceps dicendum qualem omnino eſſe deceat rerum contextum. Hoc enim primum maximúmque in Tragœdia eſt, propoſitúmque ſemel nobis. Tragœdiam imitationem eſſe actionis perfectæ totiúsque magnitudinem quidem aliquam habentis: ſiquidem & totum datur magnitudine carens. Totum verò eſt quod principium, medium, atque finem habet. Principium illud eſſe dicimus, quod non neceſſariò poſt aliud eſt: contra poſterius aliquod eſse, vel fieri natum eſt. Finem huic contrarium illud ipſum, quod poſt aliud natum eſt eſse neceſsariò, vel plerumque. Medium, quod aliquo poſterius, aliquo prius eſt, Decet autem ritè contextas fabulas minimè temerè vndelibet initium ſumere, nec item temerè vbilibet terminari: vti verò ſemper ſupradictis partibus. *Paccius.*

*Explicatis autem his, dicamus deinceps qualem eſſe oporteat rerum compoſitionem: quoniam iam hoc & primum & maximum Tragædia eſt. Poſitum autem eſt a nobis perfecta atque totius actionis eſſe imitationem habentis aliquam magnitudinem. Totum autem eſt habens principium, & medium, & finem. Ac principium eſt, quod ipſum ex neceſsitate poſt aliud non eſt, poſt illud verò aliud naturaliter eſt aut fit. Finis contrarium, quod ipſum poſt aliud naturaliter eſt aut ex neceſsitate, aut plerumque, poſt hoc autem aliud nihil medium quod & ipſum poſt aliud eſt. Oportet igitur bene compoſitas fabulas, neque undelibet incipere, neque ubilibet finire, ſed uti dictis formis.* *Riccobonus.*

*COMM. XLVII.*

CVM ex ordine rtulerit eas Tragœdiæ partes quæ appellantur qualitatis, nóſque de ſingularum tum vi & natura tum præſtãtia & dignitate admonuerit, in primíſque fabulæ primum dignitatis locum tribuerit, nunc eò refert animum ac diſputationẽ, vt de rerum compoſitione præcipiat, hoc eſt de fabula. nam fabulam aliud eſſe nihil quàm rerum compoſitionem monuerat paulò ante. Ea verò de cauſa ſibi a fabula ordiendum ſtatuit, *part. 38.* quod hæc ex Tragœdiæ partibus (id quod copioſè docuerat) prima eſſet ac maxima. Et idcirco etiam ſupra appellauerat eam Tragœdiæ principium & quaſi animam. Vt autem de fabula nos edoceat, eius conditiones requirit, & qua arte conflanda ſit. *part. 45.* Ergo inter Tragicæ fabulæ conditiones ac veluti leges eam primo loco ſtatuit Ariſtoteles, *part. 47.* quam paulò ante in eiuſdem Tragœdiæ definitione expreſſerat: vt ſcilicet ſit perfecta: quod ſi ex eo quæras quomodo tandem ſit perfecta, Tum, inquit, erit perfecta cum erit tota: tota cum habuerit initium, medium & finem. Quod ſi etiam quæras quid initii nomine intelligat, quid medij aut finis, Principium eſt (inquit) quod non neceſſariò eſt poſt aliquid aliud; cum tamen poſt illud ſit aut fiat aliud naturaliter. Finis è contrario eſt id quod naturaliter conſequitur aliud (ſiue id neceſſitate fiat ac ſemper, ſiue plerunque, nec planè neceſſariò) poſt ſe verò habet nihil. Medium quod tum eſt poſt aliud, tũ *Loci ſummæ.*

aliquid

aliquid habet poſt ſe. ſic Ariſtoteles, qui ſimul iubet vt in fabularum compoſitione ab
hoc præcepto non diſcedamus: ita nimirum vt non vndelibet incipiamus aut vbicunque
finem faciamus: ſed propoſitam formam conſeruemus, quæ prima ſunt primo loco,
quæ media aut poſtrema medio aut poſtremo loco, collocantes. Sed profectò graues ſeſe
obijciunt dubitationes. Ac primò Homeri Virgilíque repugnant exempla, quibus con- *Dubitatur. I.*
ſtat eos a medijs ac poſtremis ferè tum Iliaci belli turbis, tum Vlyſſis & Aeneæ erroribus,
*Par. 124* incœpiſſe. Neque verò eſt quod reſpondeat quiſpiam Ariſtotelem in præſentia de Tragi-
*& 127.* ca præcipere fabula, non de Epica vnde ducebamus exempla; nam, vt omittam hoc tem-
pore Ariſtotelem idem planè præcepiſſe poſtea de Epica fabula, iuſsíſſeque vt ordo natu-
ralis retineretur, profectò Tragicorum exempla Ariſtoteleæ huic legi non minùs quàm
Epicorum repugnant. Quam rem Oedipi Tyranni exemplo iubet illuſtrare, quem in exē-
pli loco quaſi omnium optimo habuit Ariſtoteles.

Laius Rex Thebanorum Pelopis rapit filium.

Pelops imprecatur ei ab Ioue mortem.

Annuit Iupiter, decernítque vt Laius a filio, quem ſuſcepturus eſſet, necaretur.

Naſcitur ergo illi ex Iocaſta filius, quem Laius, vt ſibi caueret, pecoris magiſtro tri-
buit iugulandum.

Hic miſeratus infantis vicem, perforat illi pedes, & vimine ſuſpendit arbori, vt confice-
retur inedia.

Infans interim vagitu ad ſe conciuit Phorbantem Paſtorem Corinthiorum Regis; qui
paſtor ſciſſis vinculis puerum Meropi Reginæ, quoniam carebat liberis, defert pro ma-
gno munere.

231 Recipit Merops læta, atque a pedum tumore Oedipum nominans, alit inſtituítque re-
gio more.

Cum verò creuiſſet Oedipus, agnoſcit ſe a quibuſdam pro notho haberi in Polybi Au-
la. diſcedit itaque Oraculum vt conſulat de natalibus. dum it, incautus occîdit Laium, tū
in Sphingem incidens, lethale diſſoluit ænigma, ita vt ea mortem ſibi præ dolore conſci-
uerit. Hac de cauſa a Thebanis, quos ſuo ille ingenio infeſtæ ſoluerat Sphyngis metu, deli-
gitur in Regem, & Iocaſtæ Reginæ iungitur in matrimonium.

Dum hæc geruntur, ecce tibi Thebas peſtis inuadit grauis.

Creon mittitur ad Oraculum exploraturus qua ratione purgari Vrbs poſſit morbo.

Audit ſanguine & exilio expiandam interfectoris Laij, qui Thebis degeret.

Refert reſponſum: perquiritur interfector propoſitis populo & præmijs & pœnis. Cō-
ſulitur quoque Tyreſias Vates. mox quoniam hic ſuſpectus eſſet Oedipo, teſtes requirun
tur necis. demum aduentante Corinthiorum nuntio, qui Polybo Rege defuncto, Oedi-
pum ſibi elegerant & aduocabant, ecce tibi ab eodem nuntio de natalibus edoctus, intel-
ligit ſe Laij, quem interfecerat, eſſe filium & Iocaſtæ, quacum nuptias celebrauerat ac mi-
ſcuerat corpus: denique ſe vnum eſſe, cuius ſanguine & exilio expianda eſſet Vrbs, itaque
cum ſe laqueo præfocaſſet Iocaſta, Oedipus eruit ſibi oculos, & in exilium abit miſer.
Hæc Oedipi Tyranni fabula, quæ tamen ſic peragitur a Sophocle vt ferè a poſtremis inci-
piat: prima nuntio commemoranda ferè ad extremùm attribuat. Id quod de alijs Tra-
gœdijs plurimis docere liceret: quas tamen, quoniam in promptu ſunt, & verò optimæ
nos Tragœdiæ atque Ariſtoteli probatiſſimæ, exemplum retulimus, vobis conſulendas
relinquimus. Quanquam rationem qua tota hæc dubitatio confirmetur non prætermit- *III.*
tam. Cum enim Tragœdia magnopere vrgeatur tempore, & ad ſummum duodecim ho-
rarum actionem referre, atque hanc quaternis circiter horis complecti, debeat; quis non
videt omnino faciendum vt Regum calamitates, vnde Tragœdiæ ducuntur argumenta,
a medijs ac poſtremis fermè partibus ordiamur? cum enim eæ calamitates Vrbium exci-
dijs, exilijs, cædibus, inſidijs, adulterijs, atque huiuſmodi alijs contineri ſoleant, quis inte-
gram calamitatem aliquam & actionem ab initijs & cauſis ordiatur, & tam breui tempo-
ris ſpatio repreſentet vniuerſam? præſtat igitur a rebus ferè poſtremis incipere, ac prima
alicuius narrationi (hac enim perſtringi poſſunt facilè) committere. Id quod apud Tragi-
cos vſque adeò tritum eſt atque receptum, vt Natura ipſa hunc ordinem Tragicos do-
cuiſſe videatur. Sed fac etiam liceat a primis ordiri, ac legem Ariſtoteleam amplecti, ve- *IV.*
runtamen noua ſtatim ſeſe offerat dubitatio quæ rem perturbet vniuerſam. Etenim in re-
bus natura conſtantibus cuiuſmodi verbi gratia eſt leo, planta, lapis, facile eſt animaduer

tere

tere & primas partes & poſtremas & medias; verùm in humanis actionibus aut commentationibus cuiuſmodi eſt Tragicæ actionis conſtitutio & commentatio, difficilè eſt quod ſtatim cognoſcatur verum germanúmque initium, aut medium, aut etiam germanus finis: præſertim verò cum non oculis ſubijciantur ac ſub ſenſum cadant, ſed ſolo cernantur animo. Quapropter hæreat adhuc Poëta; & quantumuis perſuaſum habeat Naturæ ordinem ſequendum, & a primis partibus initium ducendum, haud tamen habeat quò ſe vertat, cum partes primæ ignotæ ſint & obſcuræ. Id quod allatis Epopoeiæ Tragœdiæque exemplis confirmari poteſt. quas enim primas Troiani belli partes ſtatuere audeas dum vni Helenæ ortus aut eiuſdem raptus, ſiue etiam Paridis iudicium, alteri Græcorum conſpiratio in Aulide facta, aut militum claſsiſque apparatus, huic nauigatio vel deſcenſio exercitus, illi Troiæ obſidio aut prima prælia, initium videatur? Eodem modo erit qui Oedipum a raptu Pelopidis ducendum putet; alter minùs altè repetendum iudicabit, vt a Pelopis imprecatione oraculíve reſponſo & decreto, aliquis ab ortu Oedipi, aut ab Oedipi reditu in patriam, aut etiam a peſtilentia. Quapropter magnopere optaſſem, vt rem Ariſtoteles illuſtraſſet exemplis: nec in re tam graui & obſcura breuiloquentiam tantopere adamaſſet, qua etiam in re explanatorum quoque induſtriam eſt quod requiramus; cũ rem prætereant taciti; denique tum huius obſcuritas loci & præcepti erat in promptu, cum tripartitam illam partium varietatem, maximè verò principium, difficile ſit agnoſcere in commentationibus & actionibus; tum propoſita Homeri Virgiliíque exempla præceptum hoc totum longè latéque euertere videbantur. Hac igitur de cauſa Controuerſiam excitare lubet, in qua quærimus, Quem demum ordinem in Poëmate ſiue Tragicum velis, ſiue Epicum, ſeruare oporteat, naturalémne & qualem ſtatuit Ariſtoteles, an verò artificioſum quique exemplis optimorum ſuadetur poëtarum. Quod ſi fortè deprehenderimus magna cum laude naturalem ordinem retineri poſſe; quæremus deinde num Ariſtotelea regula apta ſit germano initio, medio, fini denique dignoſcendo & conſtituendo vt Ariſtotelis præceptum appoſitè coli poſſit & conſeruari. 131

*CONTROVERSIA XLII. Num artificioſus an verò naturalis ordo retinendus in fabulæ compoſitione. Diſputatur pro ordine artificioſo; qui retinetur exemplo & authoritate multorum, nimirum Homeri et Virgilij.*

Principiò igitur ſtatuendum videtur artificioſum quem commemorauimus ordinẽ, ac naturali oppoſuimus, in poëmate omnino eſſe retinẽdum. Etenim Homerus in Odyſſea, cum ſibi canendos propoſuiſſet Vlyſſis errores & perpeſſiones, a medijs ac propemodum a poſtremis duxit initium: prima verò coniecit in medium; Virgilius autem in Aeneide Aeneæ errores & bella, vel certè quæ tum errando, tum bellando paſſus eſſet, decantaturus, Homerum fermè imitatus eſt; ita vt quod pertinet ad errores, a poſtremis ferè initium fecerit, prima in medio item cecinerit loco. Quin Ilias quoque videri poſſet ad huncordinem reuocanda: nam vbi conceſſeris Troianum bellum in argumenti loco habendum, quod tum inſcriptio indicat ipſa, tum Horatius atque alij nonnulli ſentire videntur, Homerus ab iis duxiſſet initium, quæ ferè poſtremò contigerunt. Itaque non ab ouo Lædæ ſiue Helenæ ortu duxit initium, vnde prima origo extitit Troiani belli, neque ab Diſcordiæ pomo aut Paridis iudicio, aut etiam Helenæ raptu, qui vera fuit belli Troiani cauſa, neque ab Aulidis concilio, in quo ſeſe Græci iureiurando obſtrinxerunt vt raptus iniuriam vindicarent: neque ab expeditione, ſiue ab eo tempore, quo claſſem ornarunt & conſcenderunt vt Troiam nauigarent, neque ab initio obſidionis, quæ decennalis fuit, ſed a nono ferè anno placuit initium ducere. Neque verò Horatius in ſua Poëtica non id perſpicuè præcepit, dum ſic caneret:

*Horatij.*

*Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri;* *Vida Poet. II*
*Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo,*
*Semper ad euentum feſtinat: & in medias res,*
*Non ſecus ac notas, auditorem rapit: ——*

Quo in loco cum Antimachum reprehendiſſet, qui cum Diomedis reditum caneret, a Meleagri morte, quod eſt a primis initijs, incœpiſſet, iubebat vt Poëta Homeri exemplo ad rerum euentus ac res medias raperet auditorem. Id quod pronunciauit non modò in Odyſſeam ſpectans, in quâ huiuſmodi ordo in promptu eſt, verùm etiam in Iliadem. nam hac de cauſa Homerum commendat, qui non ab ouo Lædæ, ſed a medijs fermè rebus fecit initium. Atque hanc ſanè opinionem copioſiùs deinde proſecutus eſt Vida in ſua poëtica, idque his carminibus.

*Vida in Poetica.*

*Haud ſapiens quiſquam, annales ſeu congerat, Ilij*
*Inchoat excidium veteris paſtoris ab vſque*

Iudicio,

*Iudicio, memorant ex ordine ſingula quicquid*
*Ad Troiam Argolicis ceſſatum eſt Hectore duro.*
*Conueniet potiùs prope finem prælia tanta*
*Ordiri, atque graues iras de Virgine rapta*
*Auerſi Aeacidæ præmittere: tum fera bella*
*Conſurgunt: tum pleni omnes Danaûmque Phrygûmque*
*Xantúsque Simoîsque inundant ſanguine foſſas*
*Haud tamen interea quæ præceſſere ſilendum,*
*Aulide iurantes Danaos, rectâsque per æquor*
*Mille rates, raptúsque Helenes & coniugis iras,*
*Quǽque nouem Troia eſt annos perpeſſa priores.*

Sic Vida, qui cum hanc ſententiam Iliadis probaſſet exemplo, eandem continenter confirmabat ex Odyſſea ſic pergens.

*Atque etiam in patriam ſi quis deducere ad ortus*
*Errantem Laertiadem poſt Pergama capta,*
*Non illum ideo ſoluentem è littore claſſem*
*Cum ſocijs primùm memoret Ciconéſque ſubactos,*
*Sed iam tum Ogygiam delatum ſiſtat ad alta*
*Virginis amiſſis ſocijs, Atlantidos antra.*
*Exin poſt varios Pheacum in regna labores*
*Inferat; his poſitis demum ipſe miſerrima menſis*
*Errorésque ſuos narret, caſúsque ſuorum.*

Itaque Scaliger, vir ſanè acutus & in re poëtica eruditus, non dubitauit propoſitum Horatij, quem alioquin in Poëticis præceptionibus ſugillat, præceptum celebrare. Quapropter, *Nequaquam* (inquit) *ab ouo (vt monet Horatius) incipiendum. Hoc primum præceptum eſto. Ideſt ſumendum principium ab illuſtri re, eáque tum cognata tum proxima. Quod a Lucano obſeruatum fuit; qui bellum ciuile ſcripturus, ſtatim apponit Cæſarem ad Rubiconis tranſitum: vnde hoſtis a Senatu iudicatus, bellum facere coactus fuerit. Altera lex: non recto tramite ducendam narrationem, ne tædiũ pariatur: Res enim eadem ſæpè iteranda ſæpè etiam inculcanda eſt neceſſariò. Id quod communib. præceptionibus, quæ ſupra poſita ſunt, maximè aduerſatur. Hoc ipſum igitur quod pro principio ſumes, ne ſtatuas in principio. Ita enim auditoris animus eſt ſuſpenſus: quærit enim quæ nõdum extat. Ea ſanè vel vnica vel præcipua virtus, auditorem quaſi captiuum detinere. Quare ſummus Poëta ad eum modum digeſſit, vt Æneæ narrationis finis fuerit operis initium.* Scaligeri.

*Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris.*

Cuius ſententiæ acerrimum fautorem Macrobium inuenias, qui in libro VIII. Saturnalium eundem ordinem agnouit probauítque in Virgilij Aeneide, Homericum quoque fuiſſe ſtatuens. Quare *Nec illud* (inquit) *cum cura magna relaturus ſum, licet (vt exiſtimo) non omnibus obſeruatum, quod cum primo verſu promiſiſſet producturum ſeſe de Troiæ littoribus Æneam* Macrobij.

*——Troiæ qui primus ab oris*
*Italiam fato profugus, Lauinaque venit*
*Littora,*

*vbi ad ianuam narrandi venit, Aeneæ claſſem non de Troia ſed de Sicilia producit.*

*vix è conſpectu Siculæ telluris in altum*
*Vela dabant læti.*

*Quod totum Homericis filis intexit. ipſe enim vitans in poëmate Hiſtoricorum ſimilitudinem, quibus lex eſt incipere ab initio rerum & continuam narrationem ad finem vſque perducere, ipſe poëtica diſciplina a rerum medio cœpit & ad initium poſt reuerſus eſt. Ergo Vlyſſis errorem non incipit a Troiano littore deſcribere, ſed facit eum primò nauigantẽ de Inſula Calypſonis, & ex perſona ſua perducit ad Pheacas. Illic in conuiuio Alcinoi Regis narrat ipſe quemadmodum de Troia ad Calypſonem vſque peruenerit. Poſt Pheacas rurſus Vlyſſis nauigationem vſque ad Ithacam ex perſona propria Poëta deſcribit. Quem ſecutus Maro, Æneam de Sicilia producit: cuius nauigationem deſcribendo perducit ad Lybiam. Illic in Conuiuio Didonis narrat ipſe Aeneas vſque ad Siciliam de Troia Nauigationem ſuam: & addit vno verſu, quod iam copioſè Poëta deſcripſerat.*

*Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris.*

Ep. 14. li. 2. ad Attic. ad initium. Neque vero ab hac ſententia M. Tullium abfuiſſe ſentiat aliquis. Siquidem cum Attici litteris reſponderet, ſe dixit ab vltimis aut medijs rebus Homeri inſtar ducturum initium. Ciceronis.

*Quintiliani Plutarchi.*

tium, quem imitatus eſt Quintilianus non diſſimili oratione aut prouerbio vtens. Quid quod Plutarchus obſeruat Homerum, ſiue Iliadem ſpectes ſiue Odyſſeam, ab ijs rebus duxiſſe initium, quæ magis eſſent perturbatæ & in motu poſitæ: at hoc eò ſpectat vt intelligamus Homerum in Iliade ab Achillis ira, Odyſſeam ab Ogygia nauigatione, incœpiſſe, 234
quòd hic errorum, ibi Troiani belli, veluti æſtus ſeſe obijceret: quibus etiam indicaret artificioſum ordinem retinendum atque hunc a medijs rebus, iiſque perturbatis maximè ordiendum. Nec fortaſſe alia de cauſa Heliodorus in Aethiopica historia (vt nomine tenus Pa.152 & 153
eſt historia, re accedit ad fabulam) eũdem artificioſum ordinem coluit, niſi vt Homerum imitaretur. Nam Vidam de quo iam antea dicebamus, Chriſteidem hac lege conſcripſiſſe, & quem ex Horatio artificioſum protulerat ordinem, hũc in liberatoris noſtri vita deſcribenda ſecutum eſſe, non eſt quod dubitemus: ſiquidẽ a die exorſus qui fuit morti proximus, cætera quæ antegreſſa ſunt omnia facit deinde Pontio edisſerentem Ioſephum, quem ſuperſtitem facit adhuc. Deinde eſto quis ab rei initio ordiretur, & Ariſtotelis præceptum ſequeretur idque a raptu Helenæ verbi gratia in Troiano bello, aut ab Oedipi ortu in Tragica fabula ducto initio, iam liceret quidem partes omnes naturali ordine diſponere & collocare: ſed tamen hiſtorico more ac modo narratio & actio pertexerẽtur, quod tum vitioſum cẽſeri ſolet tum verò ab Ariſtotele ipſo videtur improbari, qui iubet vt fabulæ cõpoſitio atque adeò narratio diſſideat ab hiſtorica. Quid plura? an non Ariſtoteles Homerum inde laudat, quòd Troianum bellum non ab initio aggreſſus ſit, ſed ab Achillis ira? ſic ſanè. Hoc verò eò ſpectare videtur vt intelligamus ordinem eſſe commutatum, & ideo addit Ariſtoteles, Homerum plurima Epiſodia interpoſuiſſe, vt nauium catalogum & alia: at nauium catalogus videtur ad primum annum pertinere.

*Heliodorus Vide rurſus in Christeide. Idem confirmatur rationibus ductis ex Aristotele.*

Pa.51 et 114

Pa.115

*Disputatur pro ordine Historico ſeu Naturali, qui retinetur itẽ authoritate multorũ nimirum Aristotelis*

Hæc pro ordine, quẽ artificioſum appellant, ac naturali ſiue hiſtorico opponunt. Nunc par eſt vt viciſſim, pro hiſtorico etiam ſeu naturali diſputemus. Pro quo ſanè occurrit primò Ariſtotelis præceptum atque ſententia: quæ vt eſt perſpicua & conſtans, ita momenti maximi videri debet. Etenim vſque adeò apertè ac ſignificanter præcipit quæ prima ſunt primo loco, quæ media aut poſtrema poſtremo eſſe dicenda, vt hac de re dubitare nullo modo liceat: præſertim verò cum ijs definitis, quæ ſiue prima ſiue media, ſiue poſtrema dicenda ſint, tandẽ ſcripſerit oportere benè conſtitutas fabulas non vndecunque atq; adeò temerè initium ducere, neque vbicunque claudere ac terminare; ſed propoſitas ideas ac formas diligenter retinere, & fabulæ ab initio ad finem vſque conflandæ adhibere. Ita ſanè cum ideæ quas propoſuit ac formæ ad tripartitam iſtam partiũ varietatem pertineãt, quibus in actione ac fabula priore loco repreſentare iubemur, quæ naturaliter prima ſunt: nec aliũde pendent, poſtremo quæ poſtrema & aliud nihil neceſſariò cõſequitur, medio quæ media & a primis oriuntur atque antegrediuntur poſtrema, tripartitam nobis ideã propoſuit, quam ab initio ad finem vſque Naturam hiſtoricúmque ordinem retinẽtes colamus & exprimamus. Itaque tum Auerroës in ſua Paraphraſi hunc locum ſic interpretatur, vt eiuſmodi ordinem ſine vlla dubitatione (prout ſcilicet Ariſtoteles iubet) ſentiat retinendũ tum nobiliſſimi explanatores Robortellus, Lombardus, Madius ac Victorius in ſuis Commentariis idem citra omnem dubitationem ac pari conſenſione confirmant. Quapropter Victorius (vt ſpecimen aliquod eorum extet conſenſionis) *ſi illa vera ſunt* (inquit) *vt manifeſtò ſunt, ſequitur neceſſariò vt fabulæ, quæ meritò laudari debeant, in coagmentatione rerum ſedulò illa ſeruent. Nam quàm accuratè cuſtodiri debeat hoc præceptum, teſtatur verbum δεῖ quod officium ac neceſſitatem quandam importat. vt enim fabulæ rectè compoſitæ ſint, nihil vitij oportet in illis rebus ineſſe; neque principium ipſorum temerè fortuitóque ſumptum eſſe; neq; inde illas deſinere, vbi verus ipſarum finis non eſt. Sed & illic incipere, vbi prima facti illius origo fuit: & illic claudi terminarique vbi poſtremum eius actionis exiſtit; aliter partes ipſarum male compactæ forent*. Et rurſus. *Cum fabulam orditur Poëta diligenter attendere debet, vt initium eius facti inueniat, atque inde incipiat non a* 235
*medio partéve alia, quæ quippiam ante ſe habeat ordiatur: eadem ratio eſt & medij ipſius & finis ſeruandi*. Vt propterea mirandum quidem ſit cur Ariſtotelis interpretes non animaduerterint vel potius diſſimularint tum Horatio contrarium probari ordinem, tum ab Homero & Virgilio non vbique retineri (quanquam vnus aut alter ex poſterioribus interpretibus & id obſeruat & diſceptat) vt de germana Ariſtotelis ſententia cordato viro ac nauo dubitare haud liceat. Neque verò non Homeri exemplum pro eodem ordine afferri poteſt & authoritas ex Iliade. Siquidem qui conceſſerit Poëtam Achillis iram ſibi in eo poëmate decantandam propoſuiſſe (id quod & propoſitio & multorum autho-

*Auerrois & Interpretum multorum.*

*Homeri.*

authoritas iudiciúmque confirmat) huic concedendum quoque erit, Homerum in Iliade
naturalem ordinem coluiſſe: nam Achillis iram a primis orditur initijs atque ab his res
medias, a medijs poſtremas deriuat. Atque idem planè ordo apparet tum in Orphei tum *Orphei & Apollonij.*
in Apollonij Argonautica. Idem (vt ad Latinos veniam) in Argonautica Valerij Flacci. Et- *Valerij*
enim tantum abeſt, vt naturalem deſerat ordinem & a medijs poſtremíſve initium du- *Flacci.*
cat, vt potiùs initium repetat altiùs, atque ab Oraculi reſponſo, vnde Pelias Iaſonem impu
lit, ad aureum vellus comparandum, inque Colchi inſulam nauigandum, exordiatur. Id
quod de Silio item affirmari poteſt: qui Punicum Bellum a primis initijs (idque altiùs ſa-
nè: ab Carthaginis namque fundatione quam memorat latè, orditur) decãtare cœpit: quod *Silij.*
ſanè bellum ad finem vſque hiſtorico veluti filo, hoc eſt rerum ordine diligenter cuſtodi-
to, perduxit, Scipionis triumpho fabulam claudens. Denique eundem ordinem coluit &
Lucanus & Statius. Ille ſiquidem Ciuile bellum a cauſis incœpit, Cæſarem ſubinde ab Al-
pibus deſcendentem ad Rubiconem ac de bello deliberantem inducens; hic verò Thebai- *Lucani. Statij.*
dem ab Oedipi morte filiorúmque diſcordijs, Achilleidem verò a prima Achillis ætate
primíſque factis inchoauit. denique (ne longum faciam) & Franciſcus Patriarcha in A-
frica, & Syncerus Sannazarius in Partu Virginis eundem ſtylum atque ordinem tenuere.
Eundem (etſi in re diſſimili) longè antea & Lucretius ſeruauerat & Ouidius; dum ille Na *Petrarcha Sãnazarij*
turæ opera, hic ſacros dies ac faſtos decantaret. Atque eodem modo Ouidius rurſus Me- *Lucretij.*
tamorphoſeon digeſſit fabulas, ab Mundi incunabulis initio facto, & Virgilius in Georgi- *Ouidij.*
cis, quia rebus ſimplicioribus ad compoſitas, Naturam ſcilicet ſecutus, profectus eſt. Sic *Virgilij in Georgicis.*
etiam inter noſtrates Torquatus Taſſus, cum ſacrum bellum & Hieroſolymitanam expu *Torquati Taſſi.*
gnationem caneret, naturalem ſibi ordinem obſeruandum propoſuit. etſi enim, vt intelli
gentiæ conſuleret, quæ anteacto tempore a Chriſtianis geſta fuerant, pauciſſimis verbis
perſtringere placuit & indicare, diligenter tamen cauit ne longiùs interim, initium duce-
ret. Itaque Hieroſolymitanam obſidionem & expugnationem, quam ſibi in argumenti
propoſuerat loco decantaturus, ab ipſo Ducis delectu exercitúſque luſtratione orditus
eſt, vnde rerum geſtarum filum hiſtorico quidem ordine, ſed Poëtico tamen ſtylo, perſe-
cutus eſt. Sed quoniam Poëtarum exemplis & Peripateticorum authoritate eorum ſen-
tentiam fregimus, qui artificioſum ordinem hoc eſt præpoſterum nobis imponunt, age-
dum rationibus etiam certemus. Ac primùm cum Ars imitetur Naturam, qui obſecro fe-
rendum erit, vt Poëtæ artificium atque ordo a naturali diſcedat atque adeò illum euertat? *Rationib. idem ordo cõſtituitur.*
Nam rerum parentem Naturam ab initijs ordiri, indeque per intermedias res ad vltimas
contendere, ignorat nemo: Vt propterea Ars vel naturæ ſectetur veſtigia vel a perfecto
aberret neceſſe ſit. Ac profectò ſi (quod Ariſtoteles ſæpè monet) poëma ſeu fabula pul- *I.*
*Par. 48. & 124.* cherrimæ animantis imaginem referre debet; atque illius conſtitutionem & œcono- *II.*
miam imitari, quis non fateatur, naturalem rerum ordinem & œconomiam in fabula &
poëmate conſeruandam? Vt enim qui in animante partes commutauerit, ac pectus
verbi gratia capiti impoſuerit, aut colla ſubiecerit pedibus, monſtrum gignat; ita veren-
236 dum erit ne fabulæ partibus a naturali ſtatu dimotis, hinc monſtri aliquid exiſtat. Quod *III.*
ſi rurſus Poëſis (quemadmodum Plutarcho atque alijs placet) aliud nihil eſt quàm lo-
quens pictura quædam, quis ferat vt Poëta res contra Picturæ inſtitutum exprimat, ſurſ
déque rerum partes confundens? Sanè qui Macedonis Alexandri aut Africani res geſtas
ſic coloribus exprimat, vt nullam ordinis rationem habeat, ſed media primo, prima me-
dio collocet loco, iurè reprehendatur. Et quiſquam erit qui hoc Poëtæ tribuat laudi, ac *IV.*
perturbatum commendet ordinem? Quid quod perturbato ſeu commutato rerum ordi-
ne mens quoque humana in eius lectione aut auditione confunditur: memoria perturba
tur, & intelligentia tota veluti in ſalebris hærere cogitur? Cum tamen vbi naturalis ordo *V.*
conſeruetur, intelligentia & memoria iuuentur mirificè. Ita demum qui naturalem re-
rum ordinem arceri iubent, mihi quidem id videntur euertere quod eſt Naturæ funda-
mentum, Artis regula & norma, Dux mentis ac doctrinarum & intelligentiæ lumen: ex
quo etiã fit, vt quemadmodum Mundus, rerum ordine perturbato, a ſummo ornatu, vn-
de etiam nomen inuenit ac pulchritudine, deijceretur, & in Chaos quodammodo detur-
baretur, ſic Poëtarum fabulæ lucem & pulchritudinem omnem amittent, & Chaos velu-
ti exprimerent, vbi rerum ordo perturbetur & confundatur, aut ſaltem a perfecta Idea diſce
dent & aberrabũt. Hæc pro ordine naturali: quem ſine vlla dubitatione retinendum exi-
ſtimo, moderatione tamen quadam adhibita, de qua iam iam cõtraria explicaturus argu-

*Reſpondetur ad contraria argumenta. Ad primũ Vbi demõſtratur Odyſſea Aeneidque temerè a quibuſdam naturalem affingi ordinem*

menta, dicturus ſum. Quod igitur pertinet ad œconomiam atque ordinem tum Odyſſeæ tum Aeneidis, in quibus obſeruauimus ordinem eſſe perturbatum & a medijs ſeu poſtremis propemodum initium duci, res eſt per[illegible], quæque multorum ingenia fatigarit. Etenim Minturnus, quem deinde multi ſecuti ſunt, cum animaduertiſſet Ariſtoteli naturalem probari ordinem, a quo tamen Odyſſea & Aeneis diſcedere cenſebantur, eam excogitauit rationem, vnde Odyſſeæ quoque & Aeneidi ordinem affingeret naturalem; *Vide in p. 132.* nimirum proprium ac germanum Odyſſeæ argumentum ab Telemachi peregrinatione vltimáque Vlyſſis, cum ſcilicet a Calypſo diſcederet, nauigatione, Aeneidis verò ab Aeneæ è Sicilia diſceſſione, eſſe ducendum: vt qui antegreſſi ſunt ſiue Vlyſſis ſiue Aeneæ errores & nauigationes, non ad fabulam pertineant & argumẽtum, ſed ſint Epiſodia, quæ fabulæ inſerta ſint eius amplificandæ & ornandæ gratia. Ita fieri vt ſi quis hæc & alia ſuſtulerit Epiſodia, naturalem planè ordinem referat fabula. Atque hanc ſententiam ſecutus eſt tum Mazzonius in Dantis defenſione, tum Mutinenſis interpres, Alexander Piccolomineus & Riccobonus in hoc loco. *Lib. 3. c. 81.* Quæ tamen opinio, mea quidem ſententia, probanda non eſt. Etenim primò pugnat cum Ariſtotele qui in particula XC. ſic ſcribit *Odyſſea enim non longus ſermo eſt, de quodam multos annos peregrinante & obſeruato a Neptuno, & dum ſolus eſſet, & præterea ſic ſe habentibus domeſticis rebus, vt fortunæ ipſius a Procis conſumerentur, & filius inſidijs peteretur, ipſe venit tempeſtatibus perturbatus, & cum quoſdam agnouiſſet, ipſos decipiens, ipſe quidẽ ſeruatus eſt, inimicos verò perdidit. Ac proprium quidem eſt hoc, alia verò Epiſodia.* Quibus verbis nihil clarius afferri poterat vt conſtaret, non vnam illam Vlyſſis nauigationem, ſed nauigationes planè omnes, quas Troia diſcedens; Ithacam vſque ſuſceperat, eſſe germanum Odyſſeæ argumentum. Alioquin ineptiſſimè & falsò pronunciaſſet Ariſtoteles, Odyſſeã eſſe longum ſermonem, & de peregrinante multos annos. Siquidem non multos annos ſed paucos dies peregrinatus eſſet Vlyſſes, ſi tantum hoc in loco deſcribi proprium Odyſſeæ argumentum nec Epiſodiorum, ad quæ tamen iſti reuocant cæteras illas Vlyſſis nauigationes, haberi rationem, ſatis conſtat, quia Ariſtoteles concludit, *Ac proprium quidem eſt hoc, cætera verò ſunt Epiſodia.* Deinde Homerus ipſe iſtorum euertit commenta, qui cum virum ſibi in Odyſſea proponit decantandum, qui diu multúmque errauit, at vbi nauigatio ab Ogygia ad Ithacam argumentum expleret totum, breuiſſimo temporis & maris ſpatio anguſtúmque fretum nauigaſſet. Quid plura? Hunc virum (nedcrupulus ſuperesſet vllus) errare cœpiſſe ait a Troia, poſtquam eam diripuiſſet. Et huc pertinet quòd ait vidiſſe multorum vrbes, plurimos in mari paſſum eſſe dolores, & id genus alia, quæ omnia ſatis ſupérque oſtendunt Homerum in argumenti loco habuiſſe quicquid paſſus eſt Vlyſſes dum Troia ſoluens ad Ithacam vſque peruenit. Quæ omnia eò maius habent pondus quòd hæc ab Homero in poëmatis propoſitione & argumento ponuntur decantanda; vbi non Epiſodia proponuntur, ſed ea tantummodo quæ propria ſunt argumenti & fabulæ. 237 Denique Minturni ſectatorúmque opinio pugnat cum recepta veterum authorum eorúmque optimorum, ſententia. Siquidem & Plutarchus arripit tanquam certum a medijs incœpiſſe Homerum, idque vt a rebus illuſtrioribus, quæque magis concitata eſſent, ducto initio, initium eſſet illuſtrius. Et Dion Chryſoſtomus (etſi alia de cauſa) perturbatum in Homero agnoſcit ordinem, & Cicero qui inſtar omnium eſſe poteſt inter Latinos, idem confirmat; & a quo prouerbium illud habuit ortum, [illegible]. Idem Macrobius & Quintilianus: idem Horatius qui in res medias ſcribit nos rapi: ita vt eius interpretes omnes id de Odyſſea quoque intelligant, præſertim verò cum idem Horatius canat

— *Nunc iam debentia dici*
*Pleraque differat & præſens in tempus omittat.*

Itaque poſt Horatium atque eius interpretes Rodulphus Agricola atq; alij plurimi, quos *Ca. 9. li. 3. Dial. Inuen.* iam antea recenſuimus, inter recentiores perturbatum ordinem agnouerunt. Vt mirum ſit Minturnum, hoc eſt virum alioquin eruditum & optimis diſciplinis perpolitum; hanc auſum eſſe commentari rationem, vt Homeri Odyſſeam ac Virgilij Aeneidem (quicquid enim de Odyſſeæ ordine ſtatuas, idem ferè de Aeneidis ordine ſtatuas) cum Ariſtotelis doctrina coniungeret. Atque hinc factum eſt vt Minturnus hac in re ſexcenta peccauerit. Etenim principiò Aeneidis argumentum his propoſuit verbis. *Pa. 130. P.* *Aeneas quæſiturus ſibi ſuiſque noua domicilia nouáſque terras, peregrè multos annos cum iret, a Iunone obſeruatus, multa tulit. Poſt tam diuturnos támque graues, ac tot labores terra marique exantlatos tandem ad Italiam*

Digitized by Google

*liam peruenit, vbi periculoſo atque ingenti bello confecto, victus hoſtem ſibi ſuiſque regnum compara-*
Par.90. *uit. Hæc ſanè huius poematis propria ſunt cætera ad opus locupletandum exornandúmque introducun-*
*tur.* Vbi ſanè Ariſtotelem (quod non improbo ſed laudo) imitatus, Aeneidis deſcripſit ar-
gumentum: ita vt quæ verba vſurpauit Ariſtoteles ad germanum Odyſſeæ argumentum
explicandum, eádem ferè Minturnus ad Aeneidis (vt Odyſſeam imitabatur) tráſtulerit ar-
gumentum. Sed tamen cum continenter hinc obſeruare cœpiſſet, Homerum ac Virgiliũ
non a prima, ſed vltima ferè nauigatione duxiſſe initium, atque hinc ad priores decantan-
dos rediiſſe, ita vt perturbatus Aeneidi & Odyſſeæ (Horatio præſertim authore) tribuere-
tur ordo, illinc animaduerteret Ariſtotelem perſpicuè iuſſiſſe naturalem ordinem ſerua-
ri in fabula, ad propoſitum commentum confúgit, vt Aeneidem & Odyſſeam cum Ari-
pag.131 m. ſtoteleo præcepto conciliaret, Quare confeſſus eſt ille quidem & Homerum & Virgiliũ
in medium conieciſſe priores nauigationes errorésque primos ſed tamen hæc negauit ad
fabulæ argumentum pertinere, & epiſodia cenſeri iuſſit, Quare ſic concludebat. *Verùm*
pag.131 m. *hæc ipſa, quanquam ab argumento rerum propoſitarum non abhorrent, tamen (vt diximus) extra fabulã*
*cum ſint, atque extrinſecùs inducantur neque nouiſſima neque media actionis illius, quæ vt effingatur ſu*
*ſcepta eſt, dicentur.* & pauló poſt, *Irridendus verò eſt qui putat a nouiſſimis Homerum incœpiſſe, quod*
*neque bellum Troianum ab appulſu Græcorum ad Troiam, ſed a rebus iis, quas anno poſtremo illi geſſe-*
*runt. neque Vlyſſis labores a primis erroribus, ſed ab extremis orſus eſſet. Quaſi ille omnia, quæ ad Tro-*
*iam geſta fuiſſent, aut omnia quæ tuliſſet Vlyſſes in patriam rediturus, ſibi ad dicendum propoſuiſſet, nõ*
*ex his omnibus, quæ ipſe cæteris præclariora atque potiora duxiſſet.* & rurſus *In Odyſſea vnde fecit ini*
pag.132 ad init. *tium dicendi, vnde ordiendam ſibi eſſe fabulam propoſuerat, quo tempore & Telemachus induci, & pro-*
238 *corum iniuria vindicari debuiſſet. Quæ verò antehac cecidiſſent, eundem illum Vlyſſem, qui hæc ipſa*
*pertulerat, ad exponendum introducit, vt eo narrante, veriora & credibiliora viderentur.* & rurſus *hoc*
*idem fuiſſe propoſitum Virgilij, qui* Homerum *imitatus eſt licet ſanè arbitremur.* Hæc iſte. in quibus
pag.132 m. tum reprehendendus eſt quòd ait irridendos, qui putant Homerum a nouiſſimis incœpiſ-
ſe (quibus ſanè verbis M. Tullium, Plutarchum, Horatium ac cæteros illos omnes, quos iã
antea commemorauimus, irrideat neceſſe eſt) tum irridendus quia ſecum ipſe, dum argu
tus videri vult, pugnat turpiter. ſi enim Aeneidis argumẽtum illud eſt, quod tu ſtatuis ver-
pa.130 p. bis illis, *Aeneas quæſiturus ſibi ſuiſque noua domicilia nouáſque terras, peregrè multos annos cũ iret,*
*a Iunone obſeruatus, multa tulit. Poſt tam diuturnos tãq; graues ac tot labores terra mariq; exantlatos*
*tandẽ ad Italiã peruenit, vbi periculoſo atq; ingenti bello confecto victus hoſtem ſibi ſuiſque regnum cõpa-*
*rauit. Hæc ſanè huius poematis propria ſunt,* igitur Aeneidis argumentum ſunt multorum an-
norum labores ac peregrinationes: non igitur poſtremi laboris ac poſtremi anni errores.
Et tamen tu Minturne, vt naturalem ordinem Aeneidi affingas, ſtatuis quæ ab Aenea an-
tequam ab Sicilia ſolueret, nauigationes ſuſceptæ ſunt, ad Epiſodia non verò ad argumen-
tum pertinere. Quæ pugnant mirificè. Itaque dum illud quoque ſcribis, *At extra fabulam*
*eſt explicatio cauſarum, quibus Iuno*

*——Iactatos æquore toto*
*Troas, relliquias Danaum atque immitis Achilli*
*Arcebat longè Latio——*

*Troiani excidij atque errorum, quibus antehac agitatus erat Æneas, expoſitio: Rerum latinarum nar*
*ratio: Vrbium atque Regum qui ſe vtrinque ad bellum illud armarunt, enumeratio. Clypei deſcriptio,*
*multaque id genus, quæ longum eſſet percenſere;* non ſine grauiſſimo errore errores quibus ante
Siculam nauigationem iactatus eſt Aeneas; reuocas ad Epiſodia. nam quod ais a medijs
vel poſtremis initium fieri, idcirco præcepiſſe aliquos, vt dilucidior eſſet oratió, id verò
quam falſum ſit, nemo non videt. cum primis prætermiſſis, media vel poſtrema vix ac ne
vix quidem intelligentet tractari poſſint, tantùm abeſt vt ſeruiant perſpicuitati. Sic ſanè in
pag.132 Odyſſea etiam cum eádem peccas, tum alia non pauca. nam & Telemachi perpeſſiones re
uocas ad Odyſſeæ argumentum, cum tamen (quicquid ſit) id prohibeat Ariſtoteles eo pla
Par.90. nè in loco, quem tu Aeneidis argumentum complectens, imitatus es; & errores ac na-
uigationes quas Vlyſſes obierat antequam a Calypſo diſcederet, narrari ais, vt veriora &
credibiliora viderentur; cum tamen ſi ad Epiſodium pertinent, id perperam laboris ſuſci-
peretur. Denique quod ais ideo primas ac medias nauigationes non pertinere ad fabu-
lam, quòd nec eo tempore peractæ ſint, quo concluditur fabula, hoc eſt poſtremo illo an-
no, in quorum Vlyſſes in patriam nauigauit, tum Aeneas è Sicilia in Latium profectus,
regnum ſibi comparauit, erroribus plenũ eſt. nam ſi ea tantùm quæ in præſentia gerũtur,

pertinent ad Epopœiæ (de dramatico nanque pœmate ſigillatim paulò poſt) argumentum & fabulam, & Ariſtoteles lapſus eſſet qui ſcripſit Epopœiam indefinitã eſſe tempore, ac nullis certis concludi aut vrgeri temporum ſpatijs: & Homerus ipſe erraſſet, qui cũ virum ſibi decantandum proponeret, qui diu multúmque erraſſet: & Virgilius in eodem errore eſſet, qui quem celebraret virum, hunc multùm & terris & alto iactatum diceret. Nam ſi fabula reiectis Epiſodijs ſpectetur ex tua ſententia, apud Homerum paucorũ dierum fuiſſet (perpaucis enim diebus ab Ogygia peruenit Ithacam) Aeneas etiam in nauigatione non multum temporis conſumpſiſſet. Sed imprudens ſim ego, qui tãdiu in Minturnum vnum exarſerim. Quod tamen ea de cauſa feci, quòd animaduerterem cæteris omnibus fuiſſe ducem qui perturbatum Odyſſeæ atque Aeneidis ordinem in naturalem conuertere nituntur. Quanquam neq; me id feciſſe pœnitet, quòd quæ tum ex Homeri Virgiliíque propoſitionibus argumẽta in Minturnum deſumpſi, ea (ſi quis rectè æſtimet) Mutinenſis interpretis, Piccolominei & Riccoboni euertant ſententiam. Vt propterea non neceſſe ſit hac in re cum reliquis longiùs facere.

*Cur naturalis ordo retinẽdus, etſi Odyſſea & Aeneis pertur bato cõſtet ordine, non naturali. Vbi reſpondetur prius ad ea quæ ex Homero & Virgilio obijciebantur.*

Atenim ſi Minturni ſectatorúmque ratio nihil valet ad Homerũ cum Ariſtotele conciliãdum, cur tu naturalem ordinem Homero Virgilióque inuito retineri iubes? ſanè quæ tu pro naturali ordine attuliſti argumenta, poſſunt illa quidem ſolida videri & firma, cum præſertim Ariſtotelis quoque nitantur authoritate, ſed tamen contraria, quippe quæ Homeri Virgiliíque authoritate & exemplo nituntur, infirma non erunt. Rectè. Et hac de cauſa moderatio huic erit Controuerſiæ adhibenda, vnde res componatur tota. Si enim actio conſimilibus eiuſdémque generis ſit rebus ab initio ad finem vſque, aut certè maxima ex parte conſlata, vt multis iteratiſque ſiue prœlijs, ſiue Vrbis alicuius aggreſſionibus, ſiue maritimis iactationibus nauigationibúſque, aut etiam terrarum peregrinationibus vel cædibus (ſi placet) aut cladibus aut periculis vel id genus alijs, hæc verò ſi hiſtorico texantur ordine, miram gignent ſatietatem: vbi enim Poëta initium a primis duxerit, viam vtique ſibi præcludat neceſſe eſt vnde illa partim deſcribere poſſit ipſe, &, quaſi per idem tempus gererẽtur, repreſentare, partim alicui quippe anteacta narranda tribuere, ac ſummatim ſtyli varietate ſatietati occurrere. Quod ſi è contrario in mediam rerũ aciem nos ſtatim conijciat, atque aliqua (quæ ſcilicet in præſentia gerantur) ſplendidè & copioſè veluti ante oculos nobis proponat; quædam (anteacta ſcilicet) alterum quempiam, puta Heroëm, appoſitè narrantem faciat; tum quæ cõſequantur rurſus ac gerantur, ipſe ſubijciat, & quaſi peragerentur abſoluat; quemadmodum in Odyſſea & Aeneide factitari cernimus; hac ſanè varietate ſatietati occurretur mirificè. Id quod multò maximè faciẽdum erit cum rerum moles ſit maxima, ita vt tanta rerum copia poëtæ ipſius repreſentatione commodè exprimi nequeat. Cum enim deceat poëtam, quæ geruntur non curſim pertexere aut hiſtorico more ſine pigmentis ac luminibus exponere, aut Epiſodijs adhibitis nullis, ſed Epiſodijs ornamentiſque omnibus amplificanda ſit & exornãda oratio; contrà verò egregiè & commodè cadat vt quæ tanquam anteacta proferuntur, & alicui percenſenda tribuuntur, ſtrictim aliquantò ac breuiùs expediantur, præſtat ſanè actionem, quæ magna rerum mole & multitudine tumeat, hac ſtyli varietate peragere. Quæ omnia ex Homero Virgilióque diſcere licet. Etenim Homerus Vlyſſem Troia poſt huius expugnationem facit diſcedentem: ac tum Thraciam, Africam, Siciliam, Cyclopibus, Aeolo, Læſtrigonibus emenſis, radentem, tum Eeam, ac Circem, Eeámque denuo repetentem, tum Scylla & Carybdi, Sireniſque ſuperatis, Ogygiam ad Calypſo nauigantem; vnde ad Pheaces Ithacámque demum, quò contendebat, peruenit. Quapropter in tanta nauigationum ac rerum ſimilitudine miram creaſſet ſatietatem ſi hiſtorico more, a primis ſcilicet incipiens, propoſitum argumentum eſſet perſecutus. vbi enim ipſe a primis cœpiſſet, viam ſibi omnem ac rationem præcidiſſet vnde alteri cuipiam partem aliquam exponendam demandare, ac ſtylum variare ſatietatique occurrere potuiſſet. Itaque appoſitè nos in mediam rerum veluti aciem coniecit, vbi præſentia ipſemet canens, anteacta alteri exponenda ſubinde tribuens, poſtrema rurſus complectens ipſe, hac ordinis ac ſtyli varietate nonnihil occurrit ſatietati: præſertim verò quia alio dicendi genere præſentia, alio anteacta, ſit perſecutus. Atque idem planè de Virgilio qui ſex prioribus Aeneidis libris Odyſſeam eſt imitatus, dicẽdum eſt: dum ſcilicet Aeneas Troia ſeu Antandro ſoluens, vt Traciam, Delum & Cretam nauigat; atque inde ad Strophades, Actium, Corcyram, Epirum peruenit, vnde Tarento ſuperato, ad Cyclopes, & Charybdi ac Scylla declinata, Drepanum

in Si-

*par. 31.*

239

in Siciliam delatus eſt; vnde in Africam, hinc in Siciliam rurſus, & Cumam deinde, Sire-
240 nis declinatis, peruenit; atque hinc, ad inferos penetrans, Cumam repetens, indeque Caietam attinge[n]s, ac Circis littora præteruectus, in Latium tandem deſcendit. Si enim hiſtoricum ordinem tenuiſſet, lectorem rerum ac ſtyli ſimilitudine ſupra quam dici poſſit fatigaſſet: cum tamen ordine commutato ac ſtylo variato, ſatietatem ac faſtidium ſuſtulerit omne. Quapropter vbi tanta rerum ſimilitudo ſeſe obiiciat, naturalis ordo ſine dubio eſt prætermittendus ac deſerendus. Idem dixerim dum rerum, etſi alioquin diſſimilium, moles & multitudo (quemadmodum dicere cœperã) maior ſit quàm vt iuſto poëmate a Poëta ipſo pro dignitate poſſit decantari. Nam hîc quoque præſtat a mediis ordiri, aut poſtremis, vt bonam actionis partem hoc eſt anteactarum rerum narrationem alteri commẽdare liceat, a quo minore orationis vbertate atque adeò breuiùs perſtringatur. Quapropter Homerus in Odyſſea niſi ordinem commutaſſet ſed ipſemet omnia, quemadmodum in Iliade, perſecutus eſſet, ne quinquaginta quidem libris propoſitũ argumentum complecti pro dignitate potuiſſet: præſertim verò ſi Epiſodia (quod vtique poſtularet ratio) inſeruiſſet aliqua. Idem poſtremò dixerim, vbi rerum initia, quæ alioquin ad intelligentiam pertineãt, ac ſummatim ſine iactura præteriri nequeant, nec valdè illuſtria ſint, nec affectus ac motus nobiles afferant. ſatiùs eſt enim a mediis, quibus nobile poëmati initium detur, incipere. Alioquin vbi nulla id exigat ratio atque adeò cogat neceſſitas, omnino præſtat naturalem quoque ordinem conſeruare vt hoc quoque bono, quod eſt maximum, gaudeat Poëma. De qua re copioſè egimus in iis Diſputationibus, quibus Torquatum Taſſum cum Homero ac Virgilio comparauimus: Tu, ſi placet, eum librum conſulito: ipſe enim, quoniam quam Controuerſiæ huic, dum naturalẽ ordinem perturbato anteponimus, moderationem adhibendam cenſui, perſpicuã feci, ad ea quæ pro perturbato ſuperſunt ordine, argumenta breuiter diluenda indeque ad ea quæ hac in re Tragœdiæ ferè propria videri debent, explananda properabo. Quod igitur obiiciebatur, Iliadem quoque artificioſum ſeu perturbatum referre ordinem, quaſi verò a mediis ſeu poſtremis Troiani belli rebus ducat initium, nos iam antea docuimus non Troianum bellũ, ſed Achillis iram in argumenti loco haberi tutiùs, quemadmodum & propoſitio & reiũ œconomia & multorum conſenſus perſuadet. Ita ſanè ordo erit hiſtoricus & naturalis: quandoquidem Achillis ira, vt ſuum habet initium, medium, finem; ita ab initio arceſſitur & hiſtorico ordine ad finem perducitur. nec ſanè aliter agendum fuit; quandoquidem fabula eſt perquambreuiſsima ita vt potiùs fuerit ingenti quadam Epiſodiorũ multitudine amplificanda, ne poëma perquam exiguum inde exiſteret; (atque hinc eſt vt poëma a ſecundo libro ad vndecimum Epiſodiis occupetur ferè totum: reliqui etiã libri Epiſodia habeant multa) quàm perturbato ordine pertexenda vt aliquam rerum partem, quemadmodum in Odyſſea & Aeneide, liceret alicui perſtringendam demandare. Atqui nec rerum ſimilitudo efficiebat vt commutandus eſſet ordo quemadmodum in Aeneide & Odyſſea fuit commutandus. Denique initium quoque Achillis iræ non ignobile viſum eſt, cum ab Chryſis hoc eſt Apollinis ſacerdotis, aduentu & precatione, ac peſtilentiæ, vnde & exercitus affligtati cœpit, & Briſeide ob Agamemnonis intemperantiam Achilles ſpoliatus eſt, ſit deriuatum. Vt propterea naturalis ordo ſiue hiſtoricus Iliadi eſſet aptiſſimus. Nam ſi quis obijciat tum indignum videri, vt Heros ob mulierculam ne dicam ob ſcortum tam ingentes concipiat iras, tum abſurdum vt Homerus eiuſmodi iram in heroici argumenti habuerit loco, iam id eſſet dubitationis ſtatum commutare, non ſuperiorem dubitationem confirmare. Quapropter qui Iliadem Heroici poëmatis ideam faciunt, aut Homerum Heroicorum principem haberi iubent, tum propoſitæ dubitationi tum alijs ſexcentis quæ in eum ſeſe paſſim obiiciunt, videant quid ſtatuant. mihi enim in præſentia ſatis eſt oſtendiſſe Achillis irã hiſtorico digeri ordine ac decantari. Ita fit vt Horatij pace (atque idem Scaligero dixerim qui in Horatio hac in re hæret totus) Iliadis Oeconomia naturali fautat ordini. præſertim verò quia ne ſi quidem bellum
241 Troianum ſtatueretur Iliadis argumentum (quod tamen perperam ſtatueretur) perturbato vſus eſſet Homerus ordine: quandoquidem omiſiſſet quidem ea omnia quæ tum ante Troianam expeditionem circa Helenam contigere, tum poſt eiuſmodi expeditionem octo primis annis apud Troiam geſta fuere: non verò hæc in medium conieciſſet ac præpoſtero ordine decantaſſet (neque enim hæc perſequitur vſquam) quemadmodum tum in Odyſſea contigit & Aeneide, tum neceſſarium fuiſſet vt ordo appareret commutatus.

*Diſp. 3.*

*Reſpondetur iam ad ea quæ ducebantur ex Homero q̃ pertinet ad Iliadem.*

*Ad Horatiũ & Scaligerum.*

tatus.

*Ad Vidã.* tatus. Itaque Vida etiam deceptus eſt: præſertim verò quia non modò Troianum bellum ſubiecit Iliadi, verum etiam vt perturbatum illi ordinem affingeret ſic ſcripſit

*Haud tamen interea quæ præceſſere ſilendum,*
*Aulide iurantes Danaos, vectaſque per æquor*
*Mille rates; raptúſque Helenes & coniugis iras:*
*Quæque nouem Troia eſt annos perpeſſa priores.*

quaſi verò hæc in medium conieciſſet Homerus, quod falſum eſt: nam ab Achillis ira incœpit ille quidem, cauſas & originem repetens, eandémque epiſodijs interiectis multis ad finem vſque ex ordine cecinit; at ad ea quæ nouem prioribus annis aut etiam antea geſta ſunt proſequenda conuertit ſe nuſquam. quare ne nauium quidem catalogus qui ad claſſis è Græcia ſoluentis deſcriptionem omnino pertinere huic viſa eſt, verè pertinet ad diſcedentes naues. fit enim nauium catalogus ab Homero quia claſſis & exercitus qualis eſſet poſtremo illo anno deſcribitur; idque quia interim, ita iubente Ioue, Græcus exercitus ad Ilium inuadendum ac belli fortunam rurſus poſt tot decurſos annos tentãdam, comparabat ſeſe. Idem ad Macrobium, qui inprimis deceptus eſt quod exiſtimaret ordinis & œconomiæ legem ex vna Odyſſea & Aeneide deſumendam, cum tamen longè aliter (quod ipſi demonſtrauimus) ſit ſentiendum. Quod ſi M. Tullius perturbatum ordinem appellat Homericum, id facilè contigit quia vt ipſe in reſpondendo præpoſterus erat, Odyſſea quippe præpoſtera veniret in mentẽ. alioquin eum nec improbat nec laudat: ſed tantùm, quoniam videret ſe præpoſtero ordine reſpondiſſe, eleganter ſeſe Homerico purgat exemplo. Idem ferè ad Quintilianum: præſertim quia oratori optabat ille quidem perturbatum ordinem in mentem redigere, vt illo, ſi quando vtile eſſet (neque enim cauſæ ſemper conducit ordo) Homeri vteretur exemplo. Quod ſi quis Plutarchi inprimis, commoueatur authoritate ac verbis, ſic ſtatuo. Plutarchus Troianum bellum ſic facit Iliadis argumentum, vt ſignificet in illa Achillis iram & fortitudinem atque vno verbo facta præcipuè ſpectari. Quin, quod caput eſt, *Cæterum Poeta* (inquit) *a nono demum anno exorſus eſt, quòd quæ Achillis iram anteceſſerant, minùs eſſent grandia.* vbi eo nomine perturbatum in Iliade admittit ordinem (ſi tamen admittit: nam non ſatis hoc declarat) quòd cum res primæ ſint humiles, ſatius ſit ad medias, ſi illuſtres ſint, aut poſtremas, confugere vt nobili vtamur initio. Quæ res ſententiæ faueret noſtræ, qua ſanè fatemur hoc tempore licere ordinem tantiſper commutare. Vt propterea qui ad res medias Poëtam vocaret Plutarchus vbi primæ langueſcerent; is a primis initium ducendum iudicarit indicaritve, vbi non ignobiles & initio aptæ videri poſſent. De Heliodoro autem nihil attinet dicere, qui neſcias fabulatórne verior quàm Hiſtoricus dicatur. Vt omittam maiorem eſſe Ariſtotelis authoritatem, quàm vt Heliodori hoc tempore magnopere ſit ratio habenda. præſertim verò quia facilè contingere potuit, vt hic non tam conſultò & de induſtria, quàm caſu ac temerè in hunc inciderit ordinem. Nunc breuiter ad rationes aduerſarias. Ac primùm ſi quoniam Poëta differre debet ab Hiſtorico, ordo poëmatis eſt commutandus & perturbandus, iam nec Græcus Poëta Græcè ſcribat cùm Græcè ſcribat Græcus Hiſtoricus: nec res ipſas oratione, ſed geſtu imitetur Poëta, cum res narret Hiſtoricus & oratione percenſeat: nec veritatem exprimat vnquam, cum hãc toto pectore amplectatur Hiſtoricus: denique veriſimile ipſum ſpernat, ac falſa ſectetur paſſim, cum veriſimile quoque arripiat interdum Hiſtoricus ac referat, vnam falſitatem declinans pro virili. Quæ tamen eſſent dictu abſurda. Fateamur igitur id quòd eſt: aliqua eſſe Poëtæ cũ Hiſtorico communia, & inter hæc ordinem, in quo Naturam oportet ſequatur vterque: 241
(niſi tamen aliquid occurrat, vnde Poëtæ tantiſper ordo ſit commutandus quemadmodum ſatis eſt demonſtratum) aliqua eſſe in quibus diſcrepant: quæ, quoniam a nobis fuerunt alibi numerata & declarata, erunt hoc tempore prætermittenda. Tantùm dicam illud inprimis ſpectandum, quod Ariſtoteles hac de re docuit; ab Hiſtorico verum quà verum, a Poëta veriſimile (ſiue verum ſit ſiue falſum) quà veriſimile ſpectandum & narrandum. vt epiſodia prætermittam & ornamenta multa ac dicendi genus quæ poëma habet propria. & idcirco non neceſſe eſt, vt ea de cauſa perturbet ordinem, quòd ab Hiſtorico differre debeat præſertim verò quia, dum vſu receptũ eſt vt carmine vnus, ſoluta oratione alter, ſcribat, poëta rurſus imitatione vtatur, Hiſtoricus ſine imitatione (de imitatione loquor, in quà alienæ inducuntur perſonæ) dicat, hunc quoque diſcrimen notare licet. Quod ſi Ariſtoteles iubet poëticam narrationẽ ab hiſtorica variari, id ſanè (quemadmo-

*Ad Macrobium.* *Ad M. Tullium.* *Ad Quintilianum.* *Ad Plutarchum.* *Ad Heliodorum.* *Ad rationes.* *Li. de Hom.* *In Cõſ. pa. 26. & alibi ſed inprimis in pa. 32.* *Par. 52.* *Par. 114.*

dum

dum continenter idem declaret) pronunciat propter actionem, quia ſcilicet hiſtorica narratio, quoniam temporum ordinem ſequitur, poſſit multas ſimul complecti actiones: poëtica contra vnam actionem complecti debeat. ita vt hac in re de Ariſtotelis ſententia dubitare haud liceat. Idque eò minùs quòd dum ſcribit Ariſtoteles, Homerum in Iliade

*Par.125* Troiani belli partem ſelegiſſe, ſiue è Troiano bello partem abſtuliſſe, intelligit Achillis iram; quæ etſi Troiani belli vniuerſi erat pars, ablata tamen & ab Troiani belli actione ſeiuncta, tandem Poëtæ induſtria vna & integra, etſi anguſtior priùs, mox epiſodijs interiectis latior, fit actio. Quapropter quemadmodum ſi quis ex lapideo monte partem euelleret aliquam, ex qua ingentem paulatim effingeret ſtatuam, efficeret, vt quæ antea in ſuo toto pars eáque exigua erat, & vna & tota fieret, quæ initium habeat medium & finem: ita contigit vt Homerus excerptam ex Troiano bello, Achillis iram, hanc etſi alioquin exiguam Troianæ actionis particulam, vnam eámque integram, initiúmque proinde, medium ac finem habentem, interpoſitis etiam epiſodijs magnitudinem referentem, effecerit: præſertim verò quia dum illam & a cauſis originéque orditur, & continenter in reliquo ſundit digeritve poëmate, nemo non animaduertere poſſit, totius poëmatis argumentum & materiam conſtitui. & idcirco dum ait Ariſtoteles Homerum ex bello Troiano vniuerſo abſtuliſſe vnam partem, nullo modo efficitur Iliadem præpoſtero ordine & com

*In lib.19* mutatis partibus contineri. Nam ſi quis rurſus obijciat quam Achilles iram propter ademptam Briſeidem ſuſceperat, hanc depoſuiſſe tandem & cum Agamemnone in gratiam rediſſe; & tamen quatuor aut quinque integris libris poëma adhuc cumulari, ita vt monſtruoſum videri poſſit, iam hîc quoque mutaretur Controuerſiæ ſtatus. Vt cum oſtenderim Iliadis ordinem eſſe naturalem, nihil mihi hoc tempore in noua dubitatione ſit laborandum. Ita ſanè ijs omnibus ſatisfecimus, quibus perturbatus ordo imponebatur poëtæ.

Quod ſi quis argumentis quoque reſponderi cupiat, quibus è contrario certauimus naturalem ordinem omnino eſſe retinendum (pro hoc enim ita certatum eſt, vt artificioſus interdum terra marique arceri ac monſtri inſtar haberi viſus ſit) fateor equidem argumentis illis moderationem aliquam eſſe adhibendam, vt ne perturbatus ordo non admittatur interdum, quemadmodum certis quibuſdam de cauſis faciendum eſſe docuimus. Tametſi, quoniam rem hanc vniuerſam in eo, quem paulò ante commemoraui libro, vernaculo ſermone copioſè ſum perſecutus, non faciam hîc longiùs. Tantùm dicam Ariſtote-

*Iam oſtenditur quæ pro naturali ordine allata ſunt argumenta, nil prohibere quominus interdum certis quibuſdam de cauſis ordinem tantiſper liceat perturbare*

*Vid. diſput. 3. a pag. 125. ad fin. 243* lem generatim naturalem probaſſe ordinem, quod tum de perfecto loqueretur quique eſſet omnib. numeris abſolutus, tum nullam interim eorum rationem haberet, quæ contingunt & certa aliqua de cauſa a generali lege præter morem Poëtã deflectere cogunt. Legiſlator enim legem ordinarijs factis aptare ſolet; inopinatis, vnde legis rigor tantiſper interdum eſt remittendus, vix ac ne vix quidem. Denique Natura etiam ordinem certis interdum de cauſis perturbat & variat, res graues quandoque attollens, leues deprimens ne inane admittat & id genus alia inuſitato more conſultò peragens. Cur igitur non idem certis de cauſis Arti quoque in poëmate erit concedendum? Neque verò erit verendum ne interim perturbati ordinis poëma monſtro ſit perſimile dum naturalis ordinis poëma pulcherrimo animanti ſimile indicatur ab Ariſtotele. nam præterquam quod non propter ordinem tantùm ſed propter magnitudinem etiam pulchro animanti ſit ſimile, hinc efficitur quidem vt perturbati ordinis poëma a perfecto abſit, nec prima illi debeatur ſedes; ſed vt monſtrum hac vna de cauſa habeatur non eſt concedendum, præſertim ſi cætera ſint integra & poëtica præcepta redoleant. Tametſi vt omnis monſtri ſuſpicio remoueatur præſtat hac in re Virgilium imitari, qui mira ſeſe celeritate ad ordinem reuocauit, nec vt perturbatus ordo latiùs flueret permiſit. Cum enim Æneas perturbato tantiſper ordine errores narraſſet, in extremo libro tertio illis carminibus;

*Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum,*
*Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris;*

ſeſe ad naturalem ordinem retulit quem deinde ad finem vſque perpetuò coluit. Id quod fœliciùs etiam perfecit quàm Homerus, qui niſi in duodecimo extremo libro ad naturalem non redijt ordinem.

Sed iam alteram quam huic ab initio adnectebamus dubitationem & Controuerſiam expediamus, ac paucis doceamus; NVM propoſita Ariſtotelis regula apta ſit & idonea germano fabulæ ſiue actionis initio, medio, fini agnoſcendo. Eſto enim naturalis ſit retinendus ordo; eſto naturalis tunc retineatur ordo, cum a primis rebus per intermedias ad

*CONTROVERSIA XIIII. NVM quoniam*

vltimas

*Ad Vidã.* tatus. Itaque Vida etiam deceptus eſt: præſertim verò quia non modò Troianum bellum ſubiecit Iliadi, verum etiam vt perturbatum illi ordinem affingeret ſic ſcripſit

> *Haud tamen interea quæ præceſſere ſilendum,*
> *Aulide iurantes Danaos, vectíſque per æquor*
> *Mille rates, raptúſque Helenes & coniugis iras:*
> *Quæque nouem Troia eſt annos perpeſſa priores:*

quaſi verò hæc in medium conieciſſet Homerus; quod falſum eſt: nam ab Achillis ira incœpit ille quidem, cauſas & originem repetens; eandémque epiſodijs interiectis multis ad finem vſque ex ordine cecinit; at ad ea quæ nouem prioribus annis aut etiam antea geſta ſunt proſequenda conuertit ſe nuſquam. quare ne nauium quidem catalogus qui ad claſſis è Græcia ſoluentis deſcriptionem omnino pertinere huic viſa eſt, verè pertinet ad diſcedentes naues. fit enim nauiũ catalogus ab Homero quia claſſis & exercitus qualis eſſet poſtremo illo anno deſcribitur; idque quia interim, ita iubente Ioue, Gręcus exercitus ad Ilium inuadendum ac belli fortunam rurſus poſt tot decurſos annos tentãdam, comparabat ſeſe. *Ad Macrobium.* Idem ad Macrobium, qui inprimis deceptus eſt quod exiſtimaret ordinis & œconomiæ legem ex vna Odyſſea & Aeneide deſumendam, cum tamen longè aliter (quod ipſi demonſtrauimus) ſit ſentiendum. *Ad M. Tullium.* Quod ſi M. Tullius perturbatum ordinem appellat Homericum, id facilè contigit quia vt ipſe in reſpondendo præpoſterus erat, Odyſſea quippe præpoſtera veniret in mentẽ, alioquin eum nec improbat nec laudat: ſed tantùm, quoniam videret ſe præpoſtero ordine reſpondiſſe, eleganter ſeſe Homerico purgat exemplo. *Ad Quintilianum.* Idem ferè ad Quintilianum: præſertim quia oratori optabat ille quidem perturbatum ordinem in mentem redigere, vt illo, ſi quando vſui eſſet (neque enim cauſæ ſemper conducit ordo) Homeri vteretur exemplo. *Ad Plutarchum.* Quod ſi quis Plutarchi inprimis, commoueatur authoritate ac verbis, ſic ſtatuo. *Li. 2. de Hom p. 2.* Plutarchus Troianum bellum ſic facit Iliadis argumentum, vt ſignificet in illa Achillis iram & fortitudinem atque vno verbo facta præcipuè ſpectari. Quin, quod caput eſt, *Cæterum Poeta* (inquit) *a nono demum anno exorſus eſt, quòd quæ Achillis iram anteceſſerant, minus eſſent grandia.* vbi eo nomine perturbatum in Iliade admittit ordinem (ſi tamen admittit: nam non ſatis hoc declarat) quòd cum res primæ ſint humiles, ſatius ſit ad medias, ſi illuſtres ſint, aut poſtremas, confugere vt nobili vtamur initio. Quæ res ſententiæ faueret noſtræ, qua ſanè fatemur hoc tempore licere ordinem tantiſper commutare. Vt propterea qui ad res medias Poëtam vocaret Plutarchus vbi primæ langueſcerent, is a primis initium ducendum indicarit indicatiue, vbi non ignobiles & initio aptæ videri poſſent. *Ad Heliodorum.* De Heliodoro autem nihil attinet dicere, qui neſcias fabulatórne verior quàm Hiſtoricus dicatur. *Ad rationes.* Vt omittam maiorem eſſe Ariſtotelis authoritatem, quàm vt Heliodori hoc tempore magnopere ſit ratio habenda. præſertim verò quia facilè contingere potuit, vt hic non tam conſultò & de induſtria, quàm caſu ac temerè in hunc inciderit ordinem. Nunc breuiter ad rationes aduerſarias. Ac primùm ſi quoniam Poëta differre debet ab Hiſtorico, ordo poëmatis eſt commutandus & perturbandus, iam nec Græcus Poëta Græcè ſcribat cũ Græcè ſcribat Græcus Hiſtoricus: nec res ipſas oratione, ſed geſtu imitetur Poëta, cum res narret Hiſtoricus & oratione percenſeat: nec veritatem exprimat vnquam, cum hãc toto pectore amplectatur Hiſtoricus: denique veriſimile ipſum ſpernat, ac falſa ſectetur paſsim, cum veriſimile quoque arripiat interdum Hiſtoricus ac referat, vnam falſitatem declinans pro virili. Quæ tamen eſſent dictu abſurda. Fateamur igitur id quod eſt: aliqua eſſe Poëtæ cũ Hiſtorico communia; & inter hæc ordinem, in quo Naturam oportet ſequatur vterque: (niſi tamen aliquid occurrat, vnde Poëtæ tantiſper ordo ſit commutandus quemadmo- 242
dum ſatis eſt demonſtratum) aliqua eſſe in quibus diſcrepant: quæ, quoniam a nobis fuerunt alibi numerata & declarata, erunt hoc tempore prætermittenda. Tantùm dicam illud inprimis ſpectandum, quod Ariſtoteles hac de re docuit; ab Hiſtorico verum quà verum, a Poëta veriſimile (ſiue verum ſit ſiue falſum) quà veriſimile ſpectandum & narrandum. vt epiſodia prætermittam & ornamenta multa ac dicendi genus quæ poëma habet propria. & idcirco non neceſſe eſt, vt ea de cauſa perturbet ordinem, quòd ab Hiſtorico differre debeat præſertim verò quia, dum vſu receptũ eſt vt carmine vnus, ſoluta oratione alter, ſcribat, poëta rurſus imitatione vtatur, Hiſtoricus ſine imitatione (de imitatione loquor, in qua alienæ inducuntur perſonæ) dicat, hinc quoque diſcrimen notare licet. Quod ſi Ariſtoteles iubet poëticam narrationẽ ab hiſtorica variari, id ſanè (quemadmo-

*In Cōt. 5 pa. 28. & alibi ſed inprimis in pa. 32. Par. 52. Par. 124.*

dum

dum continenter idem declaret) pronunciat propter actionem, quia ſcilicet hiſtorica narratio, quoniam temporum ordinem ſequitur, poſſit multas ſimul complecti actiones: poëtica contra vnam actionem complecti debeat. ita vt hac in re de Ariſtotelis ſententia dubitare haud liceat, Idque eò minùs quòd dum ſcribit Ariſtoteles, Homerum in Iliade

*Par. 125* Troiani belli partem ſelegiſſe, ſiue è Troiano bello partem abſtuliſſe, intelligit Achillis iram, quæ etſi Troiani belli vniuerſi erat pars, ablata tamen & ab Troiani belli actione ſeiuncta, tandem Poëtæ induſtria vna & integra, etſi anguſtior priùs, mox epiſodijs interiectis latior, fit actio. Quapropter quemadmodum ſi quis ex lapideo monte partem euelleret aliquam, ex qua ingentem paulatim effingeret ſtatuam, efficeret, vt quæ antea in ſuo toto pars éaque exigua erat, & vna & tota fieret, quæ initium habeat medium & finem: ita contigit vt Homerus excerptam ex Troiano bello, Achillis iram, hanc etſi alioquin exiguam Troianæ actionis particulam, vnam eámque integram, initiúmque proinde, medium ac finem habentem, interpoſitis etiam epiſodijs magnitudinem referentem, effecerit: præſertim verò quia dum illam & a cauſis originéque orditur, & continenter in reliquo fundit digerítve poëmate, nemo non animaduertere poſſit, totius poëmatis argumentum & materiam conſtitui. & idcirco dum ait Ariſtoteles Homerum ex bello Troiano vniuerſo abſtuliſſe vnam partem, nullo modo efficitur Iliadem præpoſtero ordine & com-

*In lib. 19* mutatis partibus contineri. Nam ſi quis rurſus obijciat quam Achilles iram propter ademptam Briſeidem ſuſceperat, hanc depoſuiſſe tandem & cum Agamemnone in gratiam redijſſe; & tamen quatuor aut quinque integris libris poëma adhuc cumulari, ita vt monſtruoſum videri poſſit, iam hîc quoque mutaretur Controuerſiæ ſtatus. Vt cum oſtenderim Iliadis ordinem eſſe naturalem, nihil mihi hoc tempore in noua dubitatione ſit laborandum. Ita ſanè ijs omnibus ſatisfecimus, quibus perturbatus ordo imponebatur poëtæ.

Quod ſi quis argumentis quoque reſponderi cupiat, quibus è contrario certauimus naturalem ordinem omnino eſſe retinendum (pro hoc enim ita certatum eſt, vt artificioſus interdum terra maríque arceri ac monſtri inſtar haberi viſus ſit) fateor equidem argumentis illis moderationem aliquam eſſe adhibendam, vt ne perturbatus ordo non admittatur interdum, quemadmodum certis quibuſdam de cauſis faciendum eſſe docuimus. Tametſi, quoniam rem hanc vniuerſam in eo, quem paulò ante commemoraui libro, vernaculo ſermone copioſè ſum perſecutus, non faciam hîc longiùs. Tantùm dicam Ariſtotelem generatim naturalem probaſſe ordinem, quod tum de perfecto loqueretur quique eſſet omnib. numeris abſolutus, tum nullam interim eorum rationem haberet, quæ contingunt & certa aliqua de cauſa a generali lege præter morem Poëtā deflectere cogunt. Legiſlator enim legem ordinarijs factis aptare ſolet; inopinatis, vnde legis rigor tantiſper interdum eſt remittendus, vix ac ne vix quidem. Denique Natura etiam ordinem certis interdum de cauſis perturbat & variat, res graues quandoque attollens, leues deprimens ne inane admittat & id genus alia inuſitato more conſultò peragens. Cur igitur non idem certis de cauſis Arti quoque in poëmate erit concedendum? Neque verò erit verendum ne interim perturbati ordinis poëma monſtro ſit perſimile dum naturalis ordinis poëma pulcherrimo animanti ſimile indicatur ab Ariſtotele. nam præterquam quod non propter ordinem tantùm ſed propter magnitudinem etiam pulchro animanti ſit ſimile, hinc efficitur quidem vt perturbati ordinis poëma a perfecto abſit, nec prima illi debeatur ſedes; ſed vt monſtrum hac vna de cauſa habeatur non eſt concedendum, præſertim ſi cætera ſint integra & poëtica præcepta redoleant. Tametſi vt omnis monſtri ſuſpicio remoueatur præſtat hac in re Virgilium imitari, qui mira ſeſe celeritate ad ordinem reuocauit, nec vt perturbatus ordo latiùs flueret permiſit. Cum enim Aeneas perturbato tantiſper ordine errores narraſſet, in extremo libro tertio illis carminibus:

*Iam oſtenditur quæ pro naturali ordine allata ſunt argumenta, nil prohibere quominus interdum certis quibuſdam de cauſis ordinem tantiſper liceat perturbare*

*Vid. diſput. 3. a pag. 125. ad fin. 243*

*Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum,*
*Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris,*

ſeſe ad naturalem ordinem retulit quem deinde ad finem vſque perpetuò coluit. Id quod fœliciùs etiam perfecit quàm Homerus, qui niſi in duodecimo extremo libro ad naturalem non redijt ordinem.

Sed iam alteram quam huic ab initio adnectebamus dubitationem & Controuerſiam expediamus, ac paucis doceamus; NVM propoſita Ariſtotelis regula apta ſit & idonea germano fabulæ ſiue actionis initio, medio, fini agnoſcendo. Eſto enim naturalis ſit retinendus ordo; eſto naturalis tunc retineatur ordo, cum a primis rebus per intermedias ad *CONTROVERSIA. XLIIII. NVM quoniam*

vltimas

*primis ſiue ab actionis initio eſt incipiendum ſatis docuerit Ariſtoteles qua ratione initium ſeu prima dignoſcamus Dubitandi ratio.*

vltimas proficiſcimur;ſed tamen ex ijs quæ ab initio diſſeruimus,ſatis conſtat, ſæpè fieri vt actio tam multis implicata ſit partibus, vt non facilè proprium ac germanum initium agnoſcere liceat. Quis enim non videat in Oedipo tyranno vni reſponſum Oraculi,alteri quæ ante egreſſa eſt peſtilentiam,alicui Laij necem, cuipiam Oedipi Corintho diſceſſum, huic ipſum ortum,denique aliquibus Pelopis raptum,actionis initium videri poſſe? Et ſanè humanæ actiones naturalibus rebus non ita reſpondent,vt par ſit initij dignoſcendi facilitas:equi enim,plantæ,leonis initium & caput dignoſcas facilè;at humanæ actionis,præſertim alienæ,germanum initium ſæpè agnoſcas difficilè. Itaque dum illud tantùm monet Ariſtoteles, principium eſſe quod non neceſſariò eſt poſt aliud; aliud verò poſt illud eſt,aut fit naturaliter,res lubrica & obſcura videri poteſt;præſertim verò in Tragœdia, vbi dum author mirificè vrgetur tempore, raro admodum poſſit aut actionem ex ordine cõprehendere, aut ſaltem id pro initio retinere,quod antea ſeſe obijceret pro initio. & idcirco in Oedipi fabula, quam videmus & a Græcis & a Latinis & ab Italicis repreſentatam, non idem apud omnes initium offendas. Ego verò non inficior rem in Tragœdijs,quoniã temporis premuntur anguſtijs, eſſe paulò obſcuriorem, ac propterea optandum fuiſſe, vt exemplis rem illuſtraret Ariſtoteles,efficerétque clariorem. Sed tamen illud mihi videor affirmare poſſe,non neceſſariò idem eſſe actionis initium antequam a Poëta vſurpetur & tractetur,cum fabulæ ipſius,quæ a Poëta conſtituitur,initio. integrum eſt enim Poëtæ ex ampliſſima quadam actione, quæ ingenti ac multiplici conſtet partium varietate, quæque certum habeat initium,partem arripere aliquam,quæ deinde ſic ipſius Poëtæ formetur induſtria & artificio,vt commodum illi initium & medium commodúſque finis affingatur,ac perfecta fabula actióque tota conſtituatur, etſi alioquin antea pars actionis eſſet tantùm. Id quod tum ex Ariſtotele intelligitur, qui Troiani belli partem aliquam,hoc eſt Achillis iram, integrum Iliadis argumentum, ac proinde initium, medium ac finem habentem actionem,ab Homero factam monuit;tum lapidei montis, de quo,paulò ante dicebam, exemplo poteſt confirmari, ex quo ſic pars aliqua diuellatur,vt inde ingens ſtatua artificis induſtria conſtituatur.nam hîc quoque,id quod antea pars erat atque illa exigua, artificis opera integrum ac iuſtæ magnitudinis euadit opus. Quod ſanè in Torquati Poëmate mirificè agnoſcere licet. etſi enim Europeus Chriſtianorum exercitus in Oriente verſatus erat multos annos, quibus tum alia præclarè geſſerat multa, tum in primis Niceam,Antiochiam,Tortoſam ac Hieroſolymitanam denique vrbem expugnauerat,Poëta tamen eorum imitatione prætermiſſa, quæ ante Hieroſolymitanam oppugnationem ſexennio toto geſta fuerant, huius tantùm & oppugnationem & expugnationem decantandam ſibi aſciuit propoſuitque. Quapropter rei ordo ac vertex in eo eſt poſitus,vt Poëta, ſiue Epicum velis ſiue dramaticum, heroicam dramaticámque actionem ex rebus geſtis ſeligat,quæ tota,hoc eſt ab initio ad finem vſque,commodè decantari poſſit,& iuſto poëmate ac pro dignitate repreſentari;vel ſi ex actione illa vniuerſa partem ſeligat, id non temerè ſed magna cautione adhibita faciat & conſilio, vt nobile inde initium poëmati tribui poſſit,& Epiſodijs interiectis ad iuſtam magnitudinem reuocari. Quæ ſanè cautio in Torquato elucet maximè,qui quæ priore ſexennio Chriſtiani geſſiſſent,poſthabitis,vnam ſibi rerum geſtarum partem, nimirum Hieroſolymitanam expugnationem, propoſuit imitandam, vbi vt erat acer ingenio & iudicio,inde duxit initium, vnde Chriſtiani proceres ad ſummum ſibi exercitus Ducem deligendum conſtituendúmque deſcendentes,Gothifredum, hoc eſt Ducem fortiſſimum atque heroicis virtutibus omnibus ornatiſſimũ, ſibi Principem conſtituere. Eò igitur cogitationem defigat Poëta, vt quam decantat fabulam ac fingit actionem,huic commodum initium & illuſtre affingat, & ex tali initio veriſimili aut neceſſaria ratione deriuet cætera ad finem vſque. nam hinc ſuo muneri,niſi tamen in reliquis eius requiratur induſtria,ſatisfecerit pro dignitate. Ita ſanè Tragico (vt de Tragico ſigillatim agamus;Epica enim iam videri perſpicua poſſunt ſatis) licebit inde initium ducere, vnde commodè diurna poterit actio repreſentari. Quapropter qui instituerit Oedipum ex Rege exulem extorrémque facere, huic non licebit niſi ab ijs ordiri, quæ per idem tempus geruntur,quæque decem fermè aut duodecim illis horis, & ab oriente verbi gratia ad cadentem vnius eiusdémque diei Solem peraguntur, ita vt vna illius diei actio repreſentetur. Itaque iurè Sophocles ab Oraculo fermè incepit. nam ab Oedipi ortu aut Pelopis raptu incipere non potuit cum diurno vrgeretur tempore,atque eâdem de cauſa cæteri inde initium duxere,vnde fabula diurnam actionem referre potuit. At enim

*Explicatur dubitatio.*

Par.115 244

*Dubitatur rurſus.*

ſi ita

ſi ita eſt, perturbatus erit ordo; nam quæ eam diem ſunt antegreſſa, vt Laij cædes, Oedipi ortus & educatio, in medium coniecta ſunt. Acutè: ſed videndum eſt, num iſthæc in mediis veluti Tragœdiæ ſpatiis proſerantur, vt fabulæ moles perficiatur ſeu eidem veluti caput (id quod in Epopœia interdum accidit) reſtituatur, an verò vt fabulæ nectendæ ſoluendæque adhibeantur. Cum enim Ariſtoteles ſtatuat vt Tragica fabula vnius Solis ſit actio, hoc eſt vt ternis aut quaternis illis horis (id enim meliores interpretes fatentur omnes) quibus Tragicum ſpectaculum datur, actio repreſentetur, quæ intra vnicum Solis ambitum hoc eſt duodecim circiter horis geſta ſit, quis non videat ea omnia, quæ ex anteacto tempore repetuntur, non eſſe partem actionis ac fabulæ, ſed ad rerum intelligentiam, maximè verò ad nexum aut ſolutionem magis ac magis perficiendam comparari? Et hac de cauſa monebat Ariſtoteles, Tragœdiam ſolo nexu & ſolutione contineri: nimirum ab Prologi initio ad Exodum vſque nexum, ſolutionem verò Exodo ipſo fortunæque mutatione. & tamen concedebat nexum tum ex rebus externis & anteactis, tum ex iis quæ interim agerentur, & in fabula ipſa continerentur, conſtare poſſe. Ex quo fit vt in Oedipo verbi gratia fabulæ initium apte & ab Oraculo ducatur, & Oedipi exilio terminetur, quæ omnia vno eódemque die geſta ſunt; quæ verò ex anteactis rebus vel a Tyreſia, vel a Choro, vel a Nuntio repetuntur & in medium afferuntur, non ad fabulam conflandam, ſed ad eam magis implicandam, vel etiam commodius maioréque cum dignitate ſoluendam, pertinent, atque huc ſpectant ea, quibus Laii interfector ab Oraculo Thebanus dicitur, cum interim Oedipus Corinthi ortus, atque inde Thebas profectus dicatur (hinc enim res implicatur magis, dum Thyreſias contra facit Oedipum ipſum Laij interfectorem, ſeruus etiam a graſſatoribus, qualis haud fuerat vnquam Oedipus, Lajum interfectum dicit) contra verò dum Nuntius Oedipi ortum detegit, atque alia perſequitur multa, quæ multis ante annis contigerant, hæc ad ſolutionem pertinent, non ad fabulæ molem conſtituendam.

Par. 91. 145

Atque hinc licet animaduertere quàm graui in errore verſentur ii, qui, quorum princeps eſt Minturnus, Epici dramaticive Poëmatis vim diſcriménque non ſatis intelligentes, vtrumque Poëma certis concludunt temporis anguſtiis ac legibus. ſed rem totam Minturni ipſius verbis aperiamus; qui ſanè cum ſcripſiſſet, *Itaque ſi quando poëma ſcripturus es, totam quandam actionem, eámque vnam, atque perfectam, quæ principium & medium, finémque habeat, ad effingendum tibi propones. Vt fabulæ illæ eadem ſint partes, quæ ſunt actionis, atque eodem ordine collocentur. Præceptum verò illud, vt vel a nouiſſimis, vel a mediis ſit ordiendum, haud omnino verum exiſtimes velim. Nam ſuſcipiendæ ſunt vt narrentur eſt multis variis rebus quæ præſtant. Hæc ſi cæteris omnibus anteceſſerint, num dubitas inde tibi fore fabulæ initium faciendum?* (quæ profectò cum Ariſtotelis præcepto conſentiunt) tum in ea opinione perſiſtens qua ſtatuerat poſtremos Vlyſsis Aeneæque errores eſſe proprium Odyſſeæ Aeneidiſque argumentum, non omnes, ſic pergebat. *Atque harum quoque rerum, quoniam ſcitu perdigna eſt, rationem explicemus. Vt enim quæcunque ſcribenda ſunt aut fuiſſe, aut eſſe, aut fore dicuntur, ita ex his partim narrantur, vt euenerunt, partim vti eueniunt, partim vt ſunt euentura. Cum autem Poëta, qui agunt, eos inducat, conſentaneum eſt, earum rerum vt fabulam confingat, quas illi ipſi, quoniam perſonas induunt, vel facere vel pati videantur. Quæ verò illis acciderunt, aut quæ fortè caſura ſunt, vt extra actionem ſunt eam quidem, in qua iidem illi verſantur, ita præter fabulam eſſe voluerunt. Itaque vel augendi, vel ornandi poëmatis cauſa, vel quia prætermittenda non ſunt, introducuntur. Virgilius effingit actionem illam Aeneæ, qua profectò, qua ille Latii Regnum adepturus fuerat, quæ faciat oſtendit. Introducit autem non agentem, ſed quæ ſibi acciderunt, eundem illum Aeneam exponentem: quemadmodum extrinſecus inducit Anchiſem, qui Dardaniam prolem, quæ deinde ſequitur gloria, qui maneant Itala de gente nepotes, filium docet. Sola quidem illa actio abſoluta in fabula eſt. Cætera omnia ponuntur extra, quippe quæ non vti agantur, ſed quemadmodum aut acciderunt, aut futura ſunt, explicantur. Reperies præterea, quæ ſi in fabula non ſunt, fabulæ certè affixa dici poſſunt, vt acceſſus ad Carthaginem, deſcenſus ad inferos, ludi in exequiis Anchiſæ commiſſi. Idque facilè perſpicies ſi quàm longa ſit actio, quæ exprimenda ſuſcipitur intelliges. Si quis autem veterum poëmata obſeruabit, & Tragicas & Comicas actiones intra vnum diem aut duos ad ſummum, Epicas intra annum abſolutas atque perfectas eſſe comperiet. At ſi fabula continerentur, quæ extrinſecus dicimus aſſumpta, Comœdia pariter ac Tragœdia multorum dierum, Heroicæ fabulæ multorum annorum eſſent. Nam & Ilias & Odyſſea ad decimum annum, Aeneis perducta videretur. Sed neque Homerus neque Virgilius præter illa, quæ anno poſtremo euenerunt, ad effingendum ibi quicquam aliud propoſuit.* Vbi ſanè multa peccat: ac primùm quis cum non ſecum ipſe reputet quàm differat Epica fabula a dramatica, vtrique res quæ in præ-

Reſpondetur.

ſens

ſens gerantur complectendas ſtatuit. Id quod de dramatica verè pronunciatur cum eius vis & natura in actione ac tanquam negociatione quadam poſita ſit. at de Epopœja ſtatuitur temerè quæ ἀπαγγελτικὴ & in narratione poſita dicitur: atque hoc nomine dramaticæ ſeu actuoſæ opponitur: alio enim gaudet imitationis genere dramaticus, alio Epicus. ille perſonam celat ſuam perpetuò & actores inducit quaſi res non tam imitatione exprimeretur ſeu res antea geſta repreſentaretur, quàm re ipſa in præſentia ageretur; hic ſuam non celat perſonam ſed aut proprio loquitur nomine aut alieno, ita vt verbis potius quàm perſona effingat alterum. Hinc fit vt Epicus res quoque anteactas quemadmodum narrare, ita in argumenti loco habere poſſit. Etſi enim nihil prohibet quominus interdum rem aliquam anteactam narret quæ non ſit pars fabulæ ſed Epiſodium ac ſummatim extrinſecus deriuata, vt cum Virgilius Aeneæ nomine Troiæ narrat expugnationem; tamen anteacta etiam narrari poſſunt quæ ſunt pars fabulæ: atque huiuſmodi ſunt errores illi omnes & labores & perpeſſiones ab Antandro in Lybiam vſque. Et idcirco huiuſmodi perpeſſiones & errores in propoſitione canendos ſibi propoſuerat, Troianam expugnationem nullo modo. ſic Homerus in Odyſſea Vlyſſem inducit, quia anteactos labores Alcinoo narrat, quos in propoſitione etiam, quippe fabulæ proprios, poſuerat concinendos. Et hac de cauſa dicitur Epicus ab Ariſtotele non vrgeri tempore nec certis concludi temporum ſpatiis. intelligebat enim Epicæ ac narratiuæ (vt ita dixerim) imitationis eſſe res quam longiſſimè etiam anteactas, cum præſentibus nectere & continuare, ita vt Epica fabula & præterita ſpectare poſſit & præſentia. Contra verò dramaticus vnius diei ſpatio ſic vrgetur & concluditur, vt poſſit ille quidem rem aliquam anteactam referre vel Epiſodii nomine, vel ad argumentum dilucidandum, aut etiam ad nexum ſolutionémque maiore cum artificio ac dignitate conſtituendam; ſed res anteactas in fabulæ loco ſtatuere nullo modo poſſit; cum eius virtus ac natura in agendo ac rebus, quaſi in præſens agerentur, obeundis poſita ſit. Itaque mirum eſt Epicum anni ſpatio concludi a Minturno: mirum etiam non agnouiſſe quantum interſit inter Aeneæ errores & Anchiſis narrationem qua, qui manerent Itala de gente nepotes, aperit. Illi enim ad fabulam, hæc ad Epiſodium pertinent. Sed qui ſemel in Aeneidis & Odyſſeæ argumento aberrarat, in hos quoque ſcopulos facilè incidit. Atque his explicatum velim qua ratione dignoſcere liceat, Epicæ Tragicæue ac Dramaticæ initium fabulæ. 245.

*Lib. 7. & trib. ſeq.*

---

# PARTICVLA XLVIII.

Ἔτι δ᾽ ἐπεὶ τὸ καλὸν καὶ ζῶον, καὶ ἅπαν πρᾶγμα, ὃ συνέστηκεν ἔκ τινων, οὐ μόνον ταῦτα τεταγμένα δεῖ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ μέγεθος ὑπάρχειν μὴ τὸ τυχόν· τὸ γὰρ καλὸν ἐν μεγέθει, καὶ τάξει ἐστί. διὸ οὔτε πάμμικρον ἄν τι γένοιτο καλὸν ζῶον. συγχεῖται γὰρ ἡ θεωρία ἐγγὺς τοῦ ἀναισθήτου χρόνου γινομένη, οὔτε παμμέγεθες. οὐ γὰρ ἅμα ἡ θεωρία γίνεται, ἀλλ᾽ οἴχεται τοῖς θεωροῦσι τὸ ἓν, καὶ τὸ ὅλον ἐκ τῆς θεωρίας. οἷον, εἰ μυρίων σταδίων εἴη ζῶον. ὥστε δεῖ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἔχειν μὲν μέγεθος, τοῦτο δὲ εὐσύνοπτον εἶναι. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μύθων ἔχειν μὲν μῆκος, τοῦτο δ᾽ εὐμνημόνευτον εἶναι.

AD hæc pulchrum ſiue animal, ſiue quodcunque ex aliquibus compoſitum non ordine tantùm, verùm etiam congruenti magnitudine conſtare debet: ſi quidem ex magnitudine ordinéque pulchrum oritur. Nam ſicuti fieri non poteſt, vt perexiguum omnino animal pulchrum appareat, quandoquidem quæ inſenſibili tempore ſpeculatio fit, confunditur; pari ratione nec illud, quod omnino ſit per magnum, ipſa enim ſpeculatio ſimul fieri non poteſt; illúdque totum & vnum è contemplantium conſideratione potiùs elabitur; ceu, ſi decem millium ſtadiorum eſſet animal. Quapropter ſicut tum in corporibus, tum in animantibus magnitudinem ineſſe decet, eam, dico, quam probè oculis vſurpemus, ita & in fabilis longitudo inerit, quam quidem memoria facilè complectamur. *Paccius.*

Præ-

247 *PRæterea verò quoniam pulchrum & animal & omnem rem, & quæ ex quibuſdam compoſita eſt, non ſolùm hæc ordinata habere oportet, verùm etiam eſſe magnam, ſed non quomodo libet. nam pulchrum in magnitudine & ordine conſiſtit, vnde neque omnino paruum animal eſſe poteſt pulchrum, confunditur enim ſpectatio, quę prope inſenſibili tempore fiat; neque omnino magnum, non enim ſolùm ſpectatio fit, ſed perit ſpectantibus vnum & totum ex ſpectatione, vt ſi decem millium ſtadiorum ſit animal; propterea oportet quemadmodum in corporibus, & in animalibus ineſſe quidem magnitudinem, ſed eam quæ facilè conſpici poſſit, ſic & in fabulis inueniri quidem longitudinem, ſed eam, quæ facilè retineri memoria poſſit.*

*Riccobonus.*

COM. *xlvij.*

EGIT de fabulæ perfectione, iuſſitque vt fabula eſſet tota, ac propterea germano initio, medio, fine conſtaret. Nunc, quoniam actiones quæ initio, medio, fine conſtant, adhuc in magna ſunt varietate poſitæ, ita vt exiguæ ſint aliæ, aliæ ingentes, quædam mediocritate contineantur; docet ſeu requirit qualis & quanta Tragicæ actionis magnitudo ſeu mauis longitudo eſſe debeat. Vt enim Natura debitam cuique coagmentatæ rei tribuit molem & magnitudinem, ac pro ratione finis hanc maiorem, minorem illam, conſtituit & conflat, ſic Poëta certa debet longitudine ac mole poëmata conficere, atque illorum magnitudinem pro vſus & finis varietate diſtinguere & variare. Huius autem rei explicatum ab animantium & in vniuerſum ab rerum compoſitarum natura ducens Ariſtoteles, Pulchrum (inquit) & quæcunque res quæ ex alijs coagmentetur & componatur, vt ſit pulchra, non ſolùm partes ordinatas, verùm etiam magnitudinem, tametſi non quamlibet, habere debet. Sed cur obſecro hæc habere debet vt ſit pulchra? quia τὸ καλὸν pulchrum, inquam, in magnitudine & ordine poſitum eſt. At quid ſi quis hoc ſiue de ordine perneget ſiue de magnitudine? ſanè de ordine nō id confirmat Ariſtoteles vel quia ordinis virtus ſit clarior quàm vt inficiari liceat ad rerum quæ partibus conſtant, pulchritudinem pertinere, vel certè quia ex ſuperiore particula ordinis vis ac laus apparere ſatis poteſt. Et ideo hîc vtitur eo dicendi genere *non ſolùm hæc ordinata oportet habere*: (quaſi diceret ex dictis id conſtare ſatis) *verùm etiam exiſtere magnam*: quod nondum fuerat demonſtratum. Ergo ordine prætermiſſo docet pulchrum in magnitudine (id quod obſcurum aut certè nondum omnino perſpicuum videri poterat) poſitum eſſe. Quod dum facit, fermè ad animal (ſupra enim id de animali & quacunque alia re compoſita pronunciauerat) contrahit orationem, ducitque a contrarijs ſiue extremis argumentum: quia ſcilicet neque ea quæ valde puſilla ſunt animalia, poſſunt eſſe pulchra: neque rurſus quæ ſunt valde magna, vt mille ſeu plurimorum ſtadiorum animantia. non priora, quia eorum ſpectatio momento penè temporis fiat, ac propterea ſpectatio ipſa confundatur: quod eſt tanta celeritate comprehendantur, ac veluti abſorbeantur partes omnes, vt non liceat partem a parte, vt caput a thorace, internoſcere, atque adeò partes conferre mutuò; ſymmetriamque & proportionem agnoſcere & æſtimare. non poſteriora, quia è contrario in tā ingenti mole ac magnitudine partium multitudo cognitionem impediat, quæ non poſſit ſimul haberi: dum enim ſpectatur vna, propter diſtantiam deperit & euaneſcit cognitio alterius, ita vt vnum & totum non appareat animal. Quapropter quemadmodum res corporata & ſigillatim animans, vt ſit pulchra, debet habere talem magnitudinem quæ nec propter paruitatem nimia celeritate, nec propter ingentem magnitudinem nimia tarditate, comprehendatur, ſed facilè & commodè percipiatur, ita in fabulis magnitudo ſeu veriùs longitudo (quod enim eſt in ſe corporata moles & magnitudo, id eſt in actione ſeu fabula longitudo) talis eſſe debet quæ
248 facilè & percipi & memoria retineri poſſit. Nam quam habet oculus ad rem corporatam ac ſub aſpectum cadentem in ſpectatione & perceptione proportionem, hanc habet ad rem incorporatam in cognitione mens atque memoria.

*CONTROVERSIA XLIV. NVM quæ tradit de Tragica Fabula pulchritudine, deque magnitudine docet, probanda ſint.*

Hæc eſt particulæ huius ſententia. De qua tamen dubitare licet plurima éaque grauiſſima. Itaque eam præſtat excitare Controuerſiam, NVM ea quæ tradit Ariſtoteles ad Tragicæ fabulæ pulchritudinem ſtatuendam ac declarandam, ac ſigillatim de illius magnitudine docet, excipienda ac probanda ſint. Qua in re dum arripit tanquam certum duo requiri ad pulchritudinem, ordinem ſcilicet & magnitudinem, id ſanè tam falſum quàm quod falſiſſimum videri poſſet multis de cauſis. Ac primò res quæ corpore carent,

vt beatæ Mentes, ſine dubio pulcherrimæ ſunt, ita vt eatum princeps pulchritudine ſupra
quàm dici aut percipi poſſit excellere iudicetur: & tamen beatæ mentes mole carent &
magnitudine, non igitur ad pulchritudinem neceſſaria eſt magnitudo. Neque verò re-
ſpondeat mihi quiſquam, Ariſtotelem loqui de ijs quæ habent molem & compoſita ſunt,
cuiuſmodi eſt animal: etſi enim, *animal*, inquit, *& res omnis quæ ex quibuſdam compoſita ſit,*
*oportet vt ordinem habeat & magnitudinem*; tamen id vniuerſim prius περὶ τοῦ καλοῦ de ipſo in-
quam pulchro pronunciat. Immo verò ad demonſtrandum animalis & rem compoſitam
eſſe pulchram ob ordinem & magnitudinem, generalem illam propoſitionem afferebat
τὸ καλόν, ipſum, inquam, pulchrum in magnitudine & ordine conſiſtere. vbi, niſi hæc pro-
poſitio eſſet generalis ac latiùs manaret quàm res corporeæ, principium peteret, vt cum
II. Peripateticis loquar, ſeu idem diuerſis tantùm verbis, ac ne diuerſis ferè, doceret. Sed eſto
de corporata pulchritudine poſſit commodè locus vniuerſus intelligi; veruntamen adhuc
videretur Ariſtoteles id præteriſſe quod non minùs quàm ordo & magnitudo eſt pul-
chritudini neceſſarium, nimirum (ſi Galenum & alios quoſdam audiamus) candoris, cui
moderatus rubor admiſtus ſit, lumen, & quod inde oritur decus: vbi enim candor & ru-
bor debita proportione miſceantur, ſplendor ac decus ac proinde pulchritudo inde elucet
III. oculis capiendis & delectandis aptiſſima. Imò verò lepos quidam & venuſtas, quæ neſcio
quo pacto ex oris ſuauitate, & corporis, præſertim verò oculorum, motu ac geſtu oritur
IV. (hanc nos gratiam appellamus) videtur ad pulchritudinem neceſſaria. Quid quod
proportio quoque partium membrorúmque conformatio ac ſymmetria requiritur;
quam viſus eſt Ariſtoteles prætermittere? Certè Plato in Conuiuio Amorem pulcherri-
mum reputauit propter partium ac membrorum elegantiam, quam non in coloribus
modò, verùm etiam in ſymmetria & membrorum proportione collocauit. quam ſenten-
tiam tum Galenus amplexus eſt, vt dicere cœperam, tum M. Tullius, qui hac eâdem de
cauſa non dubitauit in oratione, vt ſit pulchra, partium proportionem & quendam eun-
dem ſplendorem, qui ex coloribus & pigmentis oritur, requirere; Hæc ſine dubio ad
orationem eleganter transferens, quòd intelligeret inde hominem maximè pulchritudi-
V. nis decus obtinere. Sed mitto iſthæc, & ad ea propero, quibus probat Ariſtoteles magni-
tudinem eſſe neceſſariam ad pulchritudinem, quo ſanè in loco videndum eſt ne perperam
tum exiguis rebus tum ingentibus adimat pulchritudinem, vt eam in mediocri retineat
magnitudine. Quare dum primò addit, neque omnino paruum animal poſſe exiſtere pul-
chrum, cum Platone pugnat, qui Amorem ſeu Cupidinem etſi alioquin puſillum, ſum-
mæ pulchritudinis celebrat laude; ea nimirum de cauſa, quod talem membrorum pro-
portionem, tantum colorum venuſtatiſq. decus elegantiamq. referret, vt pulchritudinis
palma illi eſſet deferenda. & ſanè quis vel equum, leonem, catulum, vel puellam adoleſcen-
témve pulchritudinis laude ſpoliet, ea de cauſa quòd quamuis in eis color ac membro-
rum proportio & elegantia venuſtáſque ipſa excelleret, non dum tamen ad debitam per-
uenisset magnitudinem? An non Natura quæ iudex optima eſt habenda, in ijs amoris 149
igniculos effert, ita vt oculi in eorum ſpectatione delectentur & capiantur? At hoc eſt ip-
ſiſſimum & certiſſimum pulchritudinis ſignum & argumentum. Quod ſi momento ferè
temporis exiguarum rerum ſpectatio peragitur & abſoluitur (id enim eſt vnde Ariſtoteles
rebus exiguis, etſi elegantibus, pulchritudinis adimit laudem) quid prohibet obtutum
continuari ac pulchritudinis ſiue elegantiæ illius ac decoris ſuauitatem diuturno tempo-
re percipi & deguſtari? Equidem permulta ſunt, quæ quemadmodum paruitate dele-
ctant, ita ob paruitatem ipſam, in qua Naturæ artificium & quaſi miraculum elucet, ad-
mirationem excitant. Id quod in ape, formica, quæ minutiſſimo opere & elaboratiſſimo
ficta ſunt a Natura, ac miram partium proportionem, ordinem, vſum, vno verbo, artifi-
cium referunt, animaduertere licet, in quibus Opificis ſapientiam ſine ſatietate mira-
VI. Quod eſt tripartitũ. mur. Dum verò ſubijcit, res item mole ingentes pulchritudine carere, quia ſpe-
ctatio non ſimul fit vniuerſa, cum partes magno disiunctæ ſint interuallo; quis enim
I. plurimorum ſtadiorum animal ſimul oculis comprehendere poſſit? verendum eſt ne
tria magna peccata in perbreui dicto admiſerit. Nam primò videtur ex eodem fonte &
frigidam haurire & calidam: ideo enim negabat rebus exiguis pulchritudinem, quia ſi-
mul fieret, ac breuiſſimo tempore fieret, ſpectatio; & tamen hîc rebus ingentibus idcirco
II. adimit pulchritudinem, quòd non ſimul fiat ſpectatio tota. Deinde quis inficietur hanc
rerum Vniuerſitatem, quam ſiue Cœlum ſiue Mundum appellamus, pulchram eſſe, cum

præſertim

præſertim a munditie(id quod paulò ante ſignificare cœperam)& ornatu, quod eſt a pul-
chritudine,nomen acceperit? & tamen talis eſt ac tanta Mundi moles & magnitudo, vt
omnem comprehendat magnitudinem,ac propterea ſimul percipi ac ſpectari nullo mo-
do poſſit. Vt omittam videri Ariſtotelem,in res ingentes eam transferre culpam., quæ
minùs iniquè,in oculum,præſertim infirmum, eſſet transferenda. Cur enim non oculi *III.*
potiùs imbecillitati quàm Mundi magnitudini vitio vertatur, quòd ſpectari ſimul ne-
queat totum? Denique res priùs ſunt pulchræ, quàm vt a nobis earum pulchrido per-
cipiatur. Cur igitur ideo pulchritudinis laude ſunt ſpoliandæ res aut ornandæ, quia a no-
bis ſimul ſpectari nequeant, aut etiam ſimul ſpectentur? ſanè etiam ſi nullus adeſſet
oculus, qui aſtra ſpectaret & cœlum, hæc tamen eſſent pulchra; tantùm abeſt vt ex-
ſpectatione illis accedat pulchritudo. Adde quod quemadmodum omnia ordine, nu- *Sequitur.*
mero & menſura ſunt procreata, ita nihil non pulchritudinis eſt particeps. Ac profe- *VII.*
ctò quemadmodum omnia a primo rerum omnium Authore dimanarunt, qui & excel-
lit pulchritudine, & diuinæ pulchritudinis imaginem quandam conſtituit Mundum, *VIII.*
ita omnia pulchritudinem referant neceſſe eſt. Itaque verendum eſt ne Ariſtoteles Na-
turæ atque adeò ſapientiſſimo huius artifici ſit iniurius, qui admirabili ſapientia con-
didit omnia, ídque vt bonitatem & pulchritudinem per gradus rebus communicaret
omnibus. Adde quod non tam facilè certis finibus res naturales omnes (de pulchris lo-
quor non de monſtroſis) ſunt præfiniendæ; vt certa planè mole & magnitudine ſint *IX.*
conſtringendæ,ita vt in puncto, vt ita dixerim,earum moles ac magnitudo ſit collocan-
da; ſed maior minórve illis concedenda eſt moles non ſecus ac calor, frigus, color, hu-
mani corporis temperies,fortaſſe etiam ſanitas, non in puncto clauduntur, ſed latè ma-
nant.Quapropter dum ad extremum colligit ac ſtatuit id quod in corporibus ac ſigilla- *X.*
tim in animantibus efficit magnitudo ad pulchritudinem,id in fabulis certa ratione ac pro
portione efficere longitudinem,videat quid ſtatuat, cum ea quæ de animantium docuit
magnitudine,ſalebroſa ſint vndique ac difficultatibus implicata. Nam quod ait eam eſſe *XI.*
debere huiuſmodi fabulæ longitudinem,quæ facilè poſſit memoria retineri, quemadmo
dum animantis magnitudo debet poſſe commodè oculi obtutu comprehendi & cohi-
beri, quamvim habeat in proxima controuerſia diſceptabimus. Nunc ad præſentem. In *Retinetur*
qua nitendum eſt,vt quoad eius fieri poſſit,obiectis ſatisfaciamus argumentis,atque Ari- *Ariſtotelis*
ſtotelem ſiue tuentes ſiue explanantes, ad fabulæ ſeu Tragœdiæ magnitudinem eo duce *doctrina,*
150 agnoſcendam properemus. Dum igitur primo loco ſtatuit Ariſtoteles, pulchritudinem *& contra-*
ordine conſtare & magnitudine, nihil eſt quod pugnemus cum loqui de pulchritudine *rijs argu-*
in vniuerſùm.ſiquidem ea verba *τὸ καλὸν καὶ ζῷον καὶ ἅπαν πρᾶγμα ὃ συνέστηκεν ἔκ τινῶν pulchrum* *mentis re-*
*ſiue animal ſiue res quæcunque ex aliquibus conflata*,pulchritudinem ad res coagmentatas con- *ſpondetur.*
trahunt;quaſi diceret rerum coagmentatarum pulchritudinem in ordine & magnitudi- *Ad primū*
ne poſitam eſſe. Nec tamen dum probat animantem & rem quamlibet compoſitam eſ-
ſe pulchram ob ordinem & magnitudinem, quia pulchrum in magnitudine & ordine ſit
poſitum,principium petit ſiue id quod demonſtrandum erat, aſſumit. nam reuera illud
vnum probat,rei coagmentatæ pulchritudinem non ſolùm in ordine (id quod non pro-
bat ſed arripit ex dictis & in certis ponit) verùm etiam in magnitudine poſitam eſſe. Ita-
que ſententia eſt,animans & quæcunque res coagmentata, vt ſit pulchra, debet non ſo-
lùm ordinem (id quod ex dictis conſtat) verùm etiam magnitudinem (etſi non quam-
libet) referre. cum enim rei coagmentatæ pulchrido non in ordine ſolùm, verùm etiam
in magnitudine ſit poſita, quis animal aut rem coagmentatam ſine magnitudine pul-
chram effecerit? Quapropter dubitari quidem poſſet quin Ariſtoteles ſumat perpe-
ram rem coagmentatam habere magnitudinem; cum multa ſint compoſita & coag-
mentata, quæ carent magnitudine; ſed tamen quoniam in Poëtarum verſatur ſpatijs,
populariter loquitur; ſiquidem quæ magnitudine caret compoſitio, interiori atque
adeò diuinæ philoſophiæ reſeruatur. Ait igitur rem coagmentatam, quod eſt in præſen-
tia corporatam,non ſolùm ordine indigere,vt ſit pulchra, verùm etiam mole & magni-
tudine;cum non ordine ſolùm,verùm etiam magnitudine,illarum contineatur pulchritu
do.Quanquam *μὴ τυχὸν μέγεθος non quæcunque magnitudo* valet(inquit)ad pulchritudinem:
quaſi diceret,moderatam propterea requirendā.& hoc nomine reliqua ſubnectit,quibus
docet nec exiguam, nec ingētem eſſe debere. Neque verò prætereijt quicquam, quod cor- *Ad ſecun-*
poratæ pulchritudini eſſet neceſſarium in vniuerſùm.nam cādor, cui rubor admiſtus eſt, *dum.*

aut decus quod inde elueeat, propria ſunt certæ alicuius pulchritudinis, nimirum huma-
næ: Ariſtoteles verò loquitur de pulchritudine rei corporatæ vniuerſim, quòd hæc illi vſui
*Ad tertium.* eſſet, Tragœdiæ pulchritudini declarandæ. Et huc fermè recidit, quod de lepôre objicie-
batur, & venuſtate quæ ex oris ſuauitate & eleganti totius corporis motu ac geſtu oritur.
Hæc enim vel propria ſunt hominis, vel certè in cæteris animantibus ſunt vſque adeò exi-
lia, vix vt quicquam interdum agnoſcatur. Itaque gratia, quam nos appellamus, quáque
oris ſuauitatem & moderatum corporis totius motum ac geſtum intelligimus, homini
*Ad quartum.* non belluæ attribuimus. Quod ſi in præſens partium ſymmetriam & proportionem
haud commemorat, quam tamen expreſſit Plato, tu illam in partium ordine delite-
ſcentem aſpicito. neque enim fieri poteſt vt rei coagmentatæ partes, vt animantis,
illinc debitum ordinem habeant, quin proportionem ſimul, habeant & ſymmetriam.
Quare membrorum elegantia in vniuerſùm in debita magnitudine & proportione con-
ſiſtit. Ita fit vt quod Plato & Galenus per membrorum proportionem & elegantiam,
idem Ariſtoteles per ordinem & debitam magnitudinem, ſignificarit. Nam dum rur-
ſus ij colorem addunt, aut M. Tullius colores & lumina ab hominis pulchritudine ad
pulchram traducit orationem, hæc verò omnia priuatam hominis pulchritudinem
ſpectare compertum eſt. Difficilius eſt quod pertinet ad res exiguas, dum Ariſtoteles
*Ad quintum.* paruo animanti, & in vniuerſùm rebus quæ exiguæ videri poſſunt, adimit pulchritu-
dinem. Sed clauſula hæc ſit, ea quæ ita paruitate contineantur, vt quamuis per ætatem
licuerit, debitam ſibi magnitudinem haud ſint aſſecura, cuiuſmodi vir exiguus eſſet aut
parua mulier qui alioquin venuſtatem quandam præ ſe ferrent, videri non iniuria ab Ari-
ſtotele pulchritudinis titulo ſpoliari, dum elegantia quidem & venuſta appellari iubet:
pulchra, cum debita careant magnitudine, nullo modo. nam ſi exigua ſint, cum nondum
per ætatem licuerit ad debitam magnitudinem peruenire, ea ſanè in proprio ſaltem gene-
re pulchra cenſeri poſſe iudicarem; & ideo videmus in his admirabiles amoris igniculos,
quod eſt pulchritudinis argumentum, Naturam collocaſſe. A qua tamen ſententia for-
taſſe non abhorreret Ariſtoteles, qui ijs elegantiæ & venuſtatis tribuit laudem, quòd eiuſ-
modi agnoſcat igniculos: ſed pulchra vocari vetat; quia perfecta atque omnibus numeris
abſoluta pulchritudine carere ſentiat: alioquin de minùs perfecta pulchritudine non facilè
diſſentiret. Difficillimum eſt, quod pertinet ad res, quæ in vniuerſùm exigua ſunt genere
toto, cuiuſmodi ſunt apes, formicæ & id genus alia multa, quibus Ariſtoteles omnem pul-
chritudinis adimit laudem. De quibus tamen ipſe (vt ingenuè fatear) libentiùs cum Plato-
ne philoſopharer; idque vel quia nihil ab Natura vel potiùs Naturæ Authore quippe ſa-
pientiſſimo prodijt proditve, niſi pulchrum: (monſtra enim præter Naturam ſunt) vel
quia in ijs etiam admirabilis emicet Artificis ſapientia; ita vt ex rebus exiguis maior inter-
dum admiratio quàm ex ingentibus capiatur: vel quia habent partium ordinem ac debi-
tam ſibi magnitudinem, proindeque ſymmetria & proportione & elegantia non carent;
ita vt ſeſe mutuò in ſuo quæque diligant genere & cupidè diligant; vel quia ſi momento
ferè temporis fiat ſpectatio (id enim commouit Ariſtotelem) nihil prohibet voluptatem
eſſe diuturnam, cum ſenſus & cogitatio in earum partium, etſi exiguarum, ordine, debita
magnitudine, proportione & elegantia hærere diu poſſit, atque inde voluptatem non om
nino breuem percipere. nam ſi vſque adeò minutæ ſint partes, vt oculus ea diſtinctè inter-
noſcere & comparare nequeat, ita vt ordo, proportio & elegantia diffluat, profectò præ-
terquam quod in pauciſſimis id contingeret (niſi tamen quis obtuſa & infirma vteretur
oculorum acie) haud par eſt exigua illa animantia pulchritudine quam habent, ſpoliari,
quòd a nobis obſeruari nequeat. Tametſi interim non inficior, Tragœdiam perquam exi-
*Ad VI. Quod erat tripartitũ.* guam non eſſe conflandam, cum paruitate carere poſſit, & verò ex artis præſcripto & de-
beat & ſoleat. Quà verò tria illi peccata objiciuntur, dum ſtatuit res item mole ingentes
*Ad I.* abeſſe a pulchritudine, fortaſſe non incommodè a ſingulis liberetur. a primo quia non pa
rùm, imò (quod eorum pace dixerim, qui tantopere hîc commoueatur) plurimùm differt
ſpectationem fieri *ἐγγὺς τοῦ ἀναισθήτου χρόνου ferè momento temporis* quod de reb. exiguis pro-
fert, & *οὐχ ἅμα non ſimul*, quod de ingentib. teribit rebus; ſimul enim fieri negat, non quia
opter fieri ſimul, hoc eſt vno ferè eodémque momento temporis, ſed continenter, ac non
diſiecto nimis interuallo; vt fit in reb. vaſtis: in his n. vt pleræque partes nimis diſiectæ ſunt
atque diuulſæ, ſpectatio ipſa nimis diuulſa eſt ac diſiecta, ita vt ſpectatio non ſit vna. Non
igitur dum rebus exiguis negat pulchritudinem, quia breuiſſimo tempore ac momento

ferè

ferè fiat ſpectatio; eandem adimit rebus ingentibus; quia non ſimul fiat ſpectatio tota: hic
enim negat fieri ſimul, hoc eſt ita vt & totum & partes (id quod in plurimorum ſtadio-
rum animante vſu veniret) continenti, & non longiore quàm par eſſet, ſpectatione, cerne-
re liceat. quæ duo longiùs differunt, quàm vt ex eodem fonte frigidam & calidam haurire
dicendus ſit. Mundus verò (vt de ſecundo agamus) coagmentatus eſt ille quidem, ita vt *Ad II.*
videatur pulchritudine eximendus, ſi quæ valde ſunt magna (id quod ſtatuit Ariſtoteles)
carent pulchritudine. Quæ ſententia eò magis miranda eſſet in Ariſtotele, quòd non vno
in loco Mundum animal appellauit, nec appellauit ſolùm, verùm etiam animal eſſe, mul-
tis argumentis confirmauit. & tamen hîc ſigillatim ingens animal ſpoliat pulchritudine.
Sanè Plato qui Mundum conſtanter & coagmentatum & animal (eum enim anima, ſi
252 Deo placet; quinetiam mente, atque intelligentia donauit) & admirabili pulchritudine
excultum iudicauit, ſperneret ille quidem rationem iſtam, iubetéque, vt Mundus non
minùs pulchritudine quàm magnitudine excellere diceretur. An igitur dum ait Ariſto-
teles *Animal & omnis res, quæ ex aliquibus coagmentata ſit*, ac proinde loquitur de quacunque
re, quæ verè fuerit coagmentata, negandum eſt, Mundum ſiue verum animal ſit ex Ari-
ſtotele, ſiue ſimilitudine quadam & proportione tantùm, eſſe coagmentatum & conſti-
tutum? Qui enim Mundum *ἀγένητον* hoc eſt infectum dixit, is quocunque modo infectum
pugnauit & exiſtimauit. ex quo fieret vt quantumuis erraſſet, dum Mundum infectum
cenſuit, hîc tamen non ſecum ipſe pugnaret, quandoquidem pulchritudinem adimeret
rebus ingentibus verè factis & conſtitutis, cuiuſmodi nec Cœlum illi fuit nec Mundus
vniuerſus. Quamquam ſatius eſt ſimpliciùs reſpondere, Ariſtotelem hoc in loco populari-
ter loqui, nimirum de rebus ſingulis, cuiuſmodi ſunt priuatæ animantes, ac res quæ paſſim
occurrunt & in dies coagmentantur: quo nomine nec Cœlum nec Mundus continen-
tur: præſertim verò quia neque ab ea ſententia abhorrere aliquando viſus eſt, vt crediderit,
Mundum non modò non eſſe animal, verùm etiam ne vnum quidem niſi rerum congre-
gatarum ordine. vt propterea eundem pulcherrimum appellare non dubitarit. Quod ſi
res (iam enim ad tertium, quod illi eâdem in re obijciebatur peccatum, dilabitur oratio) *Ad Tertium.*
priùs ſunt pulchræ quàm ipſi in earum pulchritudinem oculos defigamus, ac propterea
vt poſterius non eſt cauſa prioris, pulchritudinem nec adimere nec affingere rebus poteſt
noſter obtutus, nec eam ſiue commodè ſiue nullo modo comprehendantur; aut minue-
re aut augere; nihil tamen prohibet, quominus tanquam ex ſigno colligere liceat, quæ per-
cipi humano ſimul nequeant oculo, quippe vaſtæ molis, non eſſe pulchra. Ita ſanè quem-
admodum res pulchræ reuera eſſent pulchræ, etiam ſi a nullo oculo cernerentur; ita res
nimis ingentes ac vaſtæ pulchritudine carerent, etiam ſi nullus in eas oculus figeretur. De- *Ad Septimum, & Octauum.*
nique Ariſtoteles argumentatur a ſigno, quo res pulchritudine carens declaratur, non ef-
ficitur. Iam verò res conditas ſeu corporatas omnes (monſtra ſemper excipio) pulchritudi-
nis eſſe participes, ne Ariſtoteles quidem inficietur, ſi res ſubtilius ac Phyſicorum veluti
lance expendatur; cum Natura ex ijs quæ in ſuo gradu integra ſunt, nil temerè agat, & pro
fine atque vſu (ſiue ingentia nobis videantur ſiue puſilla) rectè ſint conſtituta omnia. ſed
tamen neſcio quo pacto populariter reputanti, res priuatæ, quæ nimis exiguæ ſint aut in-
gentes, vt a noſtro oculo rectè percipi nequeunt, ita a nobis pulchræ haud cenſentur: cum
enim voluptas, quam ex rebus pulchris haurimus, inde a nobis vix ac ne vix quidem perci-
piatur vlla, pulchritudine etiam illas ſpoliamus. Denique Ariſtoteles populariter loqui-
tur, & in eas res maximè intuens, quæ præter morem a mediocritate recedant; quod, quo-
niam Tragœdiæ cauſa id fecit propter longitudinem, non grauatè ferendum eſt; alioquin *Ad Nonum.*
perperam exiguis magníſque rebus pulchritudinem ademiſcet. Et idcirco nihil eſt quod
in præſentia diſputemus, num res naturales certis quibuſdam molis ac magnitudinis fini-
bus ſint præfiniendæ; cum ſat ſit vulgari exiſtimatione præfinitas cenſeri, idque præſertim
de rebus coagmentatis ac miſtis perſpicuum videri, quæ ſi non puncto clauduntur, latiùs
tamen ſine turpitudine manare haud creduntur. nam ideo vaſtæ & indecoræ appellantur.
Quæ cum ita ſint, ne illud quidem grauatè ferendum erit, fabulæ longitudinem declarari
ex animantium magnitudine ſimili ducto. Quanquam de hac re in ſequenti Controuerſia *Ad Decimum & Vndecimum.*
copioſiùs: quemadmodum in eâdem diligenter, expendemus, num eadem fabulæ longi-
tudo ex memoriæ capacitate dijudicanda ſit. Nunc Ariſtotelem audiamus, qui adhuc pro
fabulæ longitudine, ſi quo modo fieri poſſit, præfinienda, ſic pergit.

# PARTICVLA XLIX.

ΤΟΥ δὲ μήκους ὅρος πρὸς μὲν τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὴν αἴσθησιν οὐ τῆς τέχνης ἐστίν. εἰ γὰρ ἔδει ἑκατὸν τραγῳδίας ἀγωνίζεσθαι, πρὸς κλεψύδρας ἂν ἠγωνίζοντο. ὥσπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτέ φασιν. ὁ δὲ καθ' αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος ὅρος, ἀεὶ μὲν ὁ μείζων, μέχρι τοῦ σύνδηλος εἶναι, καλλίων ἐστὶ κατὰ τὸ μέγεθος. ὡς δὲ ἁπλῶς διορίσαντας εἰπεῖν, ἐν ὅσῳ μεγέθει κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἐφεξῆς γιγνομένων συμβαίνει εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυσυχίας, ἢ ἐξ εὐτυχίας εἰς δυσυχίαν μεταβάλλειν, ἱκανὸς ὅρος ἐστὶ τοῦ μεγέθους. 253

Longitudinis autem præfinitio, quantum ad ipſos ludos planéque ad ſenſum ſpectat, minimè artis eſt. Etenim, ſi in ludis haberi centum Tragœdias opus fuerit, vtique ad clepſydram, vt olim non ſemel factitatum dicunt, haberi poterunt. Quæ verò ſecundum actionis naturam fuerit, illa quidem ſemper, quæ longiùs protrahetur, donec tota ſimul in aperto ſit, in magnitudine quidem decentior erit. Vt autem ſimpliciter præfiniamus, quantam eſſe fabulam vel deceat, vel neceſſe ſit, tunc ſanè dicimus legitimum huic fore magnitudinis terminum, cum ſiue ad commodam fortunam ex incommoda, ſiue ex commoda ad incommodam perpetua ſerie mutata fuerit. Paccius.

*Longitudinis autem terminus ad contentiones & ſenſum non artis eſt, ſi enim termino opus eſſet, cauſa Tragœdias recitandi ad clepſydras contenderent, quemadmodum quondam & alijs temporibus factum eſſe affirmant. Terminus autem rei ſecundum ipſam Naturam ſemper quidem qui maior eſt, quatenus ſimul patet, pulchrior eſt ſecundùm magnitudinem. Verùm vt ſimpliciter re definita dicam, in quanta magnitudine ſecundùm veriſimile & neceſſarium deinceps naſcentibus rebus contingit in proſperam fortunam ex aduerſa, ex proſpera in aduerſam mutari, ſufficiens terminus eſt magnitudinis.* Riccobonus.

COM. XLIX. *Tragœdiæ longitudo quoad eius fieri poteſt præfinitur.*

ADHVC vrgere poſſet aliquis enixéque petere ab Ariſtotele, vt quoniam nec quamcunque ſors dediſſet magnitudinem excipit, nec nimis aut exiguam aut magnam doceret, qualem eſſe tandem iuberet. Neque enim ad rem declarandam quicquam confert expoſuiſſe qualis eſſe non debeat, niſi continenter declaretur etiam & intelligatur qualis è contrario eſſe debeat. Reſpondet igitur Ariſtoteles Tragicæ longitudinis terminum poſſe tum ex contentione aut ſenſu, tum ex rei ipſius natura, æſtimari atque deſumi: ex contentione, quòd pro agoniſtarum ſiue actorum voluntate & opportunitate produceretur, aut contraheretur; dum vel artem oſtentare latiùs, vel breuitati ſtudere, ac ſummatim fabulam ac ſpectaculum pro arbitratu plus minus augere aut minuere, cuperent. ex ſenſu, quòd pro auditorum ac ſpectatorum commoditate & voluntate cogerentur ſæpè tragici aut actores ſpectaculum contrahere ac ſummatim auditorum voluntati ſeruire. Atque hoc pacto, ſiue inquam ex contentione ſiue ex ſenſu quæreretur longitudinis terminus, is non pertineret ad artem, poëticiſque præceptis non eſſet præfiniendus: vbi enim vel hiſtriones vel ſpectatores vel vtrique requirant, vt pro eorum commodo tempus ac terminus præſcribatur fabulæ, non poterit haberi ipſius rei ratio & quod ex ſe tempus requirat, ſtatui. Ita ſanè ad clepſydram verbi gratia erit confugiendum, qua ſiue agoniſtæ & hiſtriones, ſiue ſpectatores, atque ii in primis qui præeſſent ludis, Tragœdiæ tempus præfiniant: id quod olim (inquit Ariſtoteles) in more erat poſitum, cum in publicis ſpectaculis ac ludis clepſydra tempus præfiniretur Tragœdiis ſingulis, quas ex ordine recitabant (atque hoc apud Areopagitas etiam, quin, M. Tullio teſte, apud Romanos etiam, in 254

causis

cauſis dicendis fuit aliquando vſitatum: oratoribus enim, ne vagarentur latiùs, clepſidra
præſtituebatur modus) ita fiebat vt ſi centum Tragœdiæ verbi gratia totis illis ſpectaculo-
rum diebus recitandæ proponerentur, tempus clepſydra præſcriberetur ſingulis, ex quo
facilè eueniebat vt actoribus dum laudi præmiíſque adſpirarent, tempus ex æquo diſtri-
bueretur, vt par eſſet induſtriæ locus. Hic igitur terminus non eſt artis; quandoquidem
Ars rei ipſius vſum, finem, naturam denique ipſam ſpectaret: & pro fine ac natura, præſer-
tim fortunæ commutationis ratione habita, tempus præfigeret. Atqui ſi ita eſt, quem
Par.91, ex Arte ac pro rei natura terminum dicas Tragœdiæ? Terminus igitur (inquit Ariſtote-
les) qui ex rei natura petatur, quò erit maior, eò erit pulchrior & Naturæ aptior. Quan-
quam duæ ſunt conditiones ſpectandæ; vna μέχρι τοῦ σύνοπτος εἶναι, ita ſcilicet vt terminus
ſit perſpicuus totus. ſic enim debet longitudo produci ac tempus, vt nō officiat memoriæ
& cogitationi. Altera id intelligendum κατὰ τὸ μέγεθος, pro ratione magnitudinis; erit enim
perfectior terminus, quòd ipſius magnitudinis intererit. nam ſi alia de cauſa ſit vitioſa, vt
quia fabula ſit ieiuna, & tali amplificatione indigna, aut etiam nexu non pulchro conſtet,
aut ſolutio ſit præpoſtera, certè amplitudo non tollet aut minuet vitia iſta. Quod ſi ne
propoſita quidem ratio rem planè definire videatur, ac tempus, debitámque fabulæ Tra-
gicæ longitudinem conſtituere, ſaltem ἁπλῶς definiamus, cum eſſe Tragicæ magnitudi-
nis idoneum terminum, in quo veriſimili vel neceſſaria ratione naſcentibus rebus contin-
git, aduerſas in ſecundas, vel è contrariò ſecundas in aduerſas mutari; vbi ſanè dum ait
ἁπλῶς definientes, vel ita loquitur, vt generalem quandam doctrinam afferat, vnde præfi-
niatur fabulæ longitudo, quæ ſummatim eſt, vt tantum illi temporis concedatur, quan-
tum ad res veriſimili ratione, tum nectendas, tum ſoluendas requiritur (neque enim aut
carminum aut horarum numerus & multitudo præfiniri poteſt, ſed paulò liberiùs laxan-
dum tempus cum vni actioni paulò longiùs, alteri minùs aliquantò ſit tribuendum, vt res
veriſimili ratione digerantur) vel certè ſignificaret rem non modò generatim, verùm etiā
pingui ſaltem Minerua definiendam, quaſi verò certa planè magnitudo ſeu longitudo
(quemadmodum dicebamus) ſtatui & adamuſſim præſtitui nullo modo poſſit. Itaque
cum Tragica fabula nexu conſtet & ſolutione, illud ſaltem conſtitueretur & præciperе-
tur, vt tandem temporis tribuatur fabulæ, quantum rebus & nectendis & ſoluendis ac-
commodatum videri poſſit. accommodatum verò videbitur, ſi veriſimili ratione res ne-
ctantur primò tum verò ſoluantur. Nam Tragœdiam duabus hiſce partibus contineri, ac
propterea eius lōgitudinem ex nexu & ſolutione commodè æſtimari is ſentiet, qui ea ex-
penderit diligenter quæ de fabulæ nexu & ſolutione præcipit poſtea. Quanquam illud etiā
obſeruauerim, fortaſſe generatim fabulæ magnitudinem definire inſtituiſſe vt non drama
ticæ ſolùm verùm etiam Epicæ fabulæ terminum ac longitudinem deſignaret, quando-
quidem Epica quoque fabula nexu & ſolutione continetur tota, ita vt tantundem requi-
rat temporis, quantum videri poſſit idoneum, vt veriſimili ratione res & nectantur & ſol-
uantur. Tametſi enim Tragica vrgetur tempore, Epica minimè, ita vt longior huic quàm
illi & actio & magnitudo impertienda ſit, ac pro actionis etiam magnitudine inferenda
Epiſodia, illud tamen vtrique commune eſt vt nexus & ſolutio fiat veriſimili rerum ortu
& ſucceſſione; ita vt illud planè tempus rebus illis perturbandis prius tum componendis
& in vniuerſum nectendis ſoluendiſque debeatur. Vt propterea non immeritò fortaſſe in
Diſputatione de Epopœia huc nos reiecerit, cū in alijs multis tum quod aliqua ex parte at-
tinet ad longitudinem. tametſi certis etiam de cauſis Epicam fabulam longiùs producen-
dam (veriſimili tamen rerum ortu & ſucceſſione ſeruata) alibi ſine vlla dubitatione docet. CONTROVERSIA XLV.
Hæc de longitudine. De qua tamen lubet iam paulò diſputare latiùs, atque illud ſigillatim NVM Tragœdiæ
Par.119, requirere NVM quoniam in ſuperiori particula nondum præfinivit ſatis Tragœdiæ lon- & in vniuerſum Fa-
gitudinem, hanc in præſenti abſoluerit vniuerſam. Ita ſanè inueſtigandum erit ac ſtatuen- bulæ longitudinem re-
255 dum, quæ tandem ſit Ariſtotelis ſententia de fabulæ longitudine; & an rectè ac pro dignita- ctè præfinierit Ariſto-
te huic theoremati ſatisfecerit. Et ſanè dum ait μὴ τὸ τυχὸν μέγεθος *non quem ſors obtulerit magni-* teles. Quid præceperit
*tudinem*, ſeu *quamcunque longitudinem* fabulæ tribuendam, id non ſpernimus: quin eam prius Ari-
potiùs & iudicio quàm caſu, & prout ſors tulerit, conſtituendam fatemur. Idem dixe- ſtoteles.
rim, dum præcipit ne aut anguſta nimis, aut ingens conſtituatur: extrema enim de-
clinanda nemo non fateatur. Sed tamen in præſentia non tam quærimus, Ariſtoteles,
qualem nolis conſtitui fabulæ longitudinem quàm qualem velis: ſeu quam nec τυχὴν
Par.48. & fortuitam, nec aut exiguam nimis aut vaſtam & immoderatam, reputes. At enim

hanc

hanc præfiniui cum dixi, eam eſſe oportere, quæ memoria retineri facilè poſſit. id quod
confirmaui ſimili ducto ex animante, cuius eam docui debitam eſſe magnitudinem, quę
facilè conſpici poſſit. Ego verò ſimile iſtud amplector non grauatè. ſiquidem quam ha-
bet oculus ad rei quæ corpore vacet, lõgitudinem, rationem ac proportionem habet. Sed
*Oppugnatur.* tamen (vt ingenuè fatear) hæc ratio atque doctrina meum non explet animũ. video enim
memoriam eſſe lubricam, inconſtantem, variam: ita vt quemadmodũ ingenium in ho-
I. mine in magna eſt varietate poſitum, ſic vt obtuſi aliqui, aliqui ingenioſi dicantur, ita ob
eandem memoriæ varietatem memores aliqui, aliqui obliuioſi appellentur. Quapropter
dum perquam latè patet memoriæ varietas, adhuc de fabulæ longitudine hærere cogor;
idque eò magis quòd memoria eſt valdè extrinſeca, & aliena ab fabulę longitudine & na-
II. tura: vt vix ſed ne vix quidem illius naturæ declarandæ videatur idonea. Sed fac etiã quo-
quo modo idonea ſit; at quid ſi quis ex te quærat, Ariſtoteles, num hæc regula Epicæ quo-
III. que fabulæ conueniat? ſi enim neges, cur in diſputatione de Epopœia iubes vt Epica fa- *par. 124 & 128.*
bulæ Tragicæ inſtar formetur & conſtituarut? ſi affirmes, an non vides memoriæ capaci-
tatem friuolum huic rei declarandę perfugium eſſe! Etenim certum eſt, Epopœiam mul-
tis partibus ſuperare Tragœdiæ longitudinem: quin (ſi Iliadem, vt ſoles in cæteris, aut
Odyſſeam ſpectes) ordinarias fabulas decies fermè, imò duodecies, ſuperare. quæ igitur
erit memoriæ vis, quæ capacitas, quæ tantæ longitudini par eſſe poſſit? aut quo modo tua
iſta regula Epicæ ſimul ac dramaticæ fabulæ ſeruiet? & tamen fabulæ longitudinem pro
memoriæ capacitate formari iubes. Nam ſi dicas, non idcirco requiri vt vnius auditionis
opera percipi poſſit poëma vniuerſum, ſed iteratis auditionibus aut lectionibus ac ſum-
matim ſtudio longiore; iam quid prohibeat Tragicam quoque fabulam Iliadis inſtar aut
Odyſſeæ (quod tu tamen prohibes) aut ſummatim Epici more produci, cum peræquè
IV. longiore ſtudio percipi poſſit & comprehendi? Ad hæc dum memoriæ capacitatem ad-
hibes fabulæ longitudini præfiniendæ, num memoria argumentum & rerum ſummam,
an verò dictionem ipſam, aut ſummatim Tragœdiam vniuerſam ad verbum retineri iu-
bes? Si primum, rem leuem poſtulas; nam fabulæ ſumma plerunque breuiſſima eſt, ita vt
ſi exaretur, pauciſſimis verbis concludi poſsit. Certè cum tu Odyſſeæ, hoc eſt longiſsimi
poëmatis, argumentum paucisſimis verbis complexus ſis, cur non paucisſimis compre- *par. 90*
hendatur fabulæ Tragicæ argumentum? Ex quo fieret vt quoniam hoc multis adhuc
multíſque partibus auctum & amplificatum commodè item retineri memoria poſsit,
Tragœdia ipſa, quoniam terminus interim præſcriberetur non Tragœdiæ vniuerſæ ſed
argumento, etiã atque etiam manare poſsit latiùs. Ita fieret vt ex ijs, quas habemus Tra-
gœdias, pleræque longè exiguæ eſſent reputãdæ, ſi alterum, ne Themiſtoclis quidem me-
moria aut Simonidis ars ſufficiat verbis ipſis, vnica præſertim auditione vt in dramatico
ſtatueres, retinendis & cuſtodiendis. Et tamen tu quidem videris hoc poſteriore modo 256
memoriam adhibere fabulæ. ſiquidem negas ad cõtentionem ſeu ſenſum ac ſummatim
ad clepſydram eſſe tempus & longitudinem æſtimandam. quaſi verò fabula ab agoniſtis
aut ſpectatoribus ſiue clepſydra longiùs produceretur aut breuiùs terminaretur, quàm
ex arte par eſſet: at terminatio iſta totius dictionis rationem habebat non argumenti.
Denique quemadmodum oculus in ſpectando animali molem ſpectat totam quanta eſt,
ita memoria (ne ſimile aberret) totam fabulæ longitudinem quàm maxima eſt, ſpectet
*Quid præceperit poſterius.* oportet, ſi te audiamus. Neque verò ijs dubitationibus diluendis quicquam valet, quod
ſubijcis continenter: nimirum magnitudinem in qua veriſimili ratione ac neceſſaria de-
inceps naſcentibus rebus contingit fieri fortunæ mutationem, eam eſſe accommodatum
*Oppugnatur.* fabulæ terminum; hæc enim ratio nihil pertinet ad ſuperiorem. Sed agedum hanc etiam
perpendamus. Ac profectò cum fabula tum magna vel parua tum pulchra vel turpis ſit
citra omnem memoriæ comprehẽſionem, par erat vt non tam comprehenſione memo-
riæ aut proportione, quàm per ſe maximè, ſpectaretur & æſtimaretur. Sed tamẽ hæc quo-
que ratio ac via minùs probanda eſſet. cum enim non vna eadémque longitudo cuicun-
que conueniat, ſed par ſit vt Epica multis partibus Tragicam ſuperet aut Comicam, pro-
poſita regula minùs idonea videri poteſt: præſertim verò quia, vt varia ſunt hominum
ingenia, fieri poteſt vt Tragicus multum tempus, Epicus parum, fortunæ mutationi re-
quirat ſiue adhibeat. Ex quo fieret vt Epopœia breuis, Tragœdia ingens, vno verbo poë-
ma vtrunque monſtroſum exiſteret: & tamen propoſitæ regulæ inhæreret vtrunque.
Et hac de cauſa videmus vnum idémque argumentum, vt Argonauticam, exiguam vni,

alteri

alteri longiorem, fabulam peperiſſe. Et iiſdem aut maioribus iactatur procellis, quod tum
par. 48. ſcripſit paulò ante, tum repetet in diſputatione de Epopœia, nimirum longitudinem eam
& 128. eſſe debere, quæ ſimul ab initio ad finem vſque perſpici commodè poſsit. neque enim fie-
par. 128. ri poteſt, vt cum Epopœia tam multis partibus Tragœdiam ſuperet, (id enim non con-
& 129. cedit ſolùm ſed iubet) æquè útraque ſpectatio commoditatem præbeat & opportuni-
tatem. Hæc in Ariſtotelem, dum nititur Tragœdiæ ſeu fabulæ vniuerſæ præfinire lon-
gitudinem.

*Additur tertiũ quoddam præceptum, quod item oppugnatur.*

Et ſanè res eſt lubrica & perdifficilis quæ componatur. Videri enim poſſet Ariſtoteles
non ſolùm non planè definire magnitudinem ſeu terminũ longitudinis fabulæ, ſiue Tra-
gicæ & Dramaticæ ſiue Epicæ, verùm etiam hac in re ſecum ipſe mirificè pugnare, atque
vno eodémque in loco contrarijs rem decretis inuoluere. Etenim in particula XXXI. eo
nomine diſtinguit Epopœiam a Tragœdia quòd illa longa ſit ac propterea non definita
tempore: hæc contra vnius Solis ſeu diei concludatur anguſtijs: & in particula CXXIIX.
perſpicuis verbis iubet, vt Epopœia multis partibus ſuperet Tragœdiam; imò ad multarũ
par. 199 Tragœdiarum multitudinem perueniat: docétque vnde habeat, vt tantoperè extendi &
dilatari poſsit; & tamen eodem in loco docet, talem ac tantam eſſe debere lõgitudinem,
vt ſimul perſpici initium poſsit & finis. Ex quo fit vt hoc item in loco velit nolit eandem
tribuere cogatur Tragœdiæ & Epopœiæ longitudinẽ: ſiquidem in particula XXXIX. dum
de Tragœdia vel vna vel maximè loquitur, docet lõgitudinem quò maior eſt, eò eſſe me-
liorem & pulchriorem: ita tamen vt ſimul pateat tota, quod eſt vt commodè (id quod
paulò ante monuerat, & in particula CXXIIX. repetit de Epopœia) initium ſimul ac finis
par. 48. conſpici poſsit: quod ſummatim eſt vt facilè (ſic enim rem ipſemet interpretatur) reti-
neri memoria poſsit & comprehendi. Quapropter cum eò ſit pulchrior quò maior; quò
maior retineri poteſt, eò erit maior conſtituenda: igitur quàm maxima retineri poteſt,
tam, ſiue Tragicam velis ſiue Epicam, conſtituenda erit maxima: ac propterea par: ſiqui-
dem nulla eſt maior ratio cur memoria commodiùs poſsit lõgitudinem Epopœiæ quàm
257 Tragœdiæ retinere. Et huc etiam pertinet quòd in particula CXXIV. Epopœiæ fabulam
iubet Tragicæ & Dramaticæ inſtar fingi: & in particula CXXIIX. ſigillatim monet longi-
tudinis terminum dictum eſſe illum cuius ſimul conſpici & principium & finis poſsit. vbi
non aliò quàm ad particulam XXXXIIX. & XXXXIX. nos reijciebat; ita vt quæ de Tragica
longitudine dixerat, communia eſſe ſtatueret Tragœdiæ cum Epopœia. Vt mirũ ſit iuſ-
ſiſſe vt Epopœia (id quod paulò ante obſeruare cœperam) multarum æquet Tragœdiarũ
longitudinem quæ continenter vna auditione recitarentur. Hæc vt conſtet rurſus quàm
difficili verſemur in loco, & quam apertè ſecum ipſe pugnare viſus ſit Ariſtoteles. Sed ta-
men nitendum eſt vt rem vel componamus, vel certè leui flexu ad rectam reuocemus.

*Oſtenditur iam quam lubrica ſit res & perdifficilis explicatu.*

Ergo nihil eſt quod inficiemur, memoriæ capacitatem eandem per ſe ſiue æqualem eſſe
ad Epopœiam & Tragœdiam: ſed tamen fatendum quoque eſt, memoriæ multò meliùs
ſuccurri poſſe & conſuli in Epopœia quàm in Tragœdia. Etenim Tragœdia, vt eſt drama-
tica & actuoſa, repreſentatione continetur, quæ diffluit tota, & vnica eáque continenti ac
præcipiti ferè auditione abſoluitur. Epopœia contra per otium agitari poteſt animo at-
tentéque æſtimari, repeti etiam vbi opus ſit & iterari, ne ad poſteriora progrediamur prio-
ribus ignoratis. Quid enim prohibet quominus Aeneidem dum lego, ſubſiſtam interdũ
ac per otium (id quod in actuoſo poëmate haud licet) æſtimem & agitem animo? Ex quo
fit vt longiorem Epopœiæ fabulam cõmodiùs complecti liceat animo & memorię com-
mendare quàm Tragœdiæ. Ita ſanè quoniam memoria haud par erit Tragicæ atque Epi-
cæ fabulæ, concedendum eſt vt Epopœia conſtituatur longior quàm Tragœdia, tametſi
quanta poteſt maxima memoriæ ſimul commendari in vtroque poëmate ſit coagmen-
tanda: nam adhuc minor erit Tragica. Neque verò mihi obijciat quiſquam Tragœdiam
quoque poſſe literis commendari, legi per otium, attentéque æſtimari, ac propterea Epo-
pœiæ inſtar produci; nam dramatici poëmatis ea eſt vis & natura, vt eius virtus ac forma
(vt ita dixerim) atque perfectio in actione cõſiſtat: & hinc eſt vt hoc actuoſum & in actio-
ne poſitum, Epicum contra narratiuum ſeu in narratione poſitum, dicatur ab Ariſtotele.
Quo etiam nomine Tragœdiæ & Epopœiæ diſtinguit vim, ſtatuens Tragœdiam, quoniã
par. 114. actuoſa eſt, non poſſe niſi rem præſentem, Epopœiam quoniam narrat, & præſentem &
& 129. præteritam poſſe, ad finem perducere. Neque rurſus mihi opponat quiſpiam Tragœdię
par. 46. vim poſſe etiam exiſtere ſine certamine & hiſtrionibus: aut ſine motione illud efficere
quod

*Explicatur & componitur Controuerſia.*

Digitized by Google

quod habet proprium, ac ſummatim per lectionem (vt ait Ariſtoteles) fieri manifeſtam, ſiue euidentiam in lectione quoque habere. Nam fateor quidem apparatum & hiſtriones minùs pertinere ad artem quàm fabulam & mores aut etiam ſententiam & dictionē (id enim docere nitebatur Ariſtoteles dum hiſtrionum & apparatus extenuaret vim) ſed ad Tragœdiam omnino nihil pertinere, id verò inficior: & ideo ad ea prouoco, quibus cōtrouerſiam hanc totam diſceptauimus. Nam vtrum Tragœdiæ lectione ita declarari poſſit, vt æquè ac agendo vim exerat ſuam, diſputabimus ſuo loco. Nunc ſat ſit nos ex Ariſtotele ipſo ſententiam noſtram confirmaſſe, quæ in particula cxxix. perſpicua videri poteſt. Atque hoc nomine qui eandem memoriæ capacitatem termini præfiniendi ac longitudinis conſtituendæ rationem ac normam effecerat, & Epicæ non minùs quàm dramaticæ fabulæ præſtituerat, is potuit rurſus hac eâdem norma retenta tum iubere, vt Epopœia multò dilatetur ac producatur longiùs, tum rationem etiam oſtendere, vnde produci poſſit ac dilatari; tum ijs omnibus Epopœiam a Tragœdia diſtinguere ac variare. Atque hinc ſanè (quoniam huc diſputando peruenimus) licet aliquid ſigillatim decernere de longitudine Epopœiæ. Etenim Ariſtoteles, cum dixiſſet Epopœiæ longitudinem huiuſmodi eſſe debere vt ſimul cōſpici & principium & finis poſſit, è veſtigio ſubijciebat, *Id verò contingeret ſi eius conſtitutio eſſet priſcis minor, & ad multitudinem perueniret Tragœdiarum quæ in vna ponerentur auditione.* Quo in loco vnam nobis atque alteram proponit regulam, vnde paulò diſtinctiùs & clariùs Epopœiæ longitudo præfiniatur. Prior eſt vt ſit antiquis minor. cum enim Ilias & Odyſſea ſine dubio manarent longiùs quàm par eſſet (ideo enim in prouerbium abierat *Μακρότερον τῆς Ἰλιάδος, Iliade longius:* & Odyſſea ab eodem Ariſtotele longus appellatur ſermo) Heracleis verò & Theſeis, quippe quæ tum Herculis tum Theſei facta decantabant omnia, facilè debitam excederent magnitudinem, atque idem (quantum cōiectare licet) Cyprijs & minori Iliadi eueniret, placuit Ariſtoteli illud priore loco præcipere, vt Epopœia minoris longitudinis conſtitueretur. Quanquam, quoniam ne id quidem debitam longitudinem præfiniebat ſatis, poſteriorem addidit regulam, præcepitque vt multitudinem æquaret Tragœdiarum, quę vna ponerentur auditione. fuerat enim in more poſitum vt in panegiricis ac publicis celebritatibus & ſpectaculis multæ vno eodémque die Tragœdiæ continenter (ſic inquam vt vna alteri ſuccederet è veſtigio) peragerentur. quantum igitur temporis vno eodémque die multis hiſce Tragœdijs audiendis inſumeretur, tantundem commodè Epico Poëmati perlegendo attribuit. Quapropter cum quatuor fermè aut quinque ad ſummum vnico die recitarentur vel potiùs haberentur Tragœdiæ (qui enim ludis præeſſent, clepſydra tempus præfigebant ſingulis, & vt multis eſſet locus, paulò anguſtius præfiniebant) atque hæ ad ternas fermè horas accederent ſingulæ (per breues enim erant Aeſchyli & huiuſmodi aliorum Tragœdiæ; ita vt cantu ad ternas propè horas producerentur) coniectare ſatis licet Epico poëmati duodecim circiter, aut ad ſummum quindecim, horas deſtinari. Ex quò fieret, vt minimùm quinque heroicorum carminum millia, ſeptem plurimùm Epopœiæ, tribueret Ariſtoteles. Nam tot heroicorum carminum millia commodè legi aut recitari duodecim circiter horis poſſunt. De qua re, quoniam copioſè diſſeruimus in noſtra Comparatione, ac ſigillatim Iliadem & Odyſſeam cum Aeneide, has omnes, quoniam heroico conſtant carmine; cum Torquati Poëmate quod breuioribus coagmentatur verſibus, comparaui, longius haud fecerim hoc tempore. Nunc ſupereſt vt ijs quæ ab initio in Ariſtotelem afferebantur, argumentis ſi quomodo poſſim ſatisfaciam. Ac primùm fateor memores aliquos, aliquos obliuioſos reperiri; ita vt memoria nonnihil varietur: ſed tamen generatim in pleriſq; memoria non diſſimilibus admodum clauditur finibus: ita vt quæ in pleriſque ſolet eſſe capacitas ſpectanda ſit dum ex humanæ memoriæ capacitate longitudo fabulæ præfinitur. Quod ſi memoria eſt extrinſeca, & a fabulæ natura longè aliena, iam non adhibetur longitudini Tragicæ aut Epicæ definiendæ tanquam cauſa ſed tanquam ſignum: quod, quantumuis externum, debitæ longitudini dignoſcendæ idoneum eſſe poteſt. præſertim verò quia menſura menſuratæ rei ſolet eſſe extrinſeca. Vt omittam fabulam, vbi memoriæ inhæreat, non facilè a memoria eſſe alienam, aut memoriam fabulæ extrinſecam. Dum verò obijcitur propoſitam memoriæ regulam Epico & Dramatico poëmati ſeruire nullo modo poſſe, nos ſanè dubitationi huic copioſè ſatisfecimus paulò ante dūm Epici ac Dramatici poëmatis vim æſtimantes & vſum, docuimus commodiorem nobis rerum æſtimandi atque animo peruolutandi ac propterea memorię commendandi locum obijci dū Epicum

*part.154 & 155.* *Vide Cōtr. part. 46.* *part.150 & 155.* *part. 48. & 49.* *par.129. Part.31. & 118. & 119.* *258* *Part. 90* *Vi. part. 126.* *Vid. diſput. 4.*

*De Epopœia longitudine ſigillatim.* *Reſpondetur ad argumenta.* *Ad primū* *Ad ſecundum.* *Ad tertium.*

cum

cum lectitamus. Memoriæ verò capacitatem non dictioni vniuerſæ ac verbis aptamus quaſi verò Poëmati ad verbum perdiſcēdo requiratur idonea, id enim oneroſum eſſet ac ferè ἀδύνατον præſertim in Dramatico poëmate, quod vnica excipitur auditione: nec rurſus eandem capacitatem metimur argumento rerum ac ſumma; ſiquidē hinc vix exigua memoriæ vis & capacitas tanquam exhauriretur, ſed ad rerum tum multitudinem tum ſeriem, filum, ordinem ab initio ad finem vſque reuocamus: vt tanta rerum mole ac ſerie oneretur fabula & coagmentetur, talique ordine & nexu, vt a memoria commodè perci-
159 pi poſſit ac retineri. Ita ſanè, quoniam poëmatis moles ac longitudo Epiſodijs etiam conflatur & abſoluitur, debet memoria vniuerſam partium molem ex ordine ab initio ad finem vſque percipere, ac vim artificiúmque totum comprehendere poſſe. Ex quo fit vt tū memoria cum oculo conferri poſſit animātis molem totam quanta eſt conſpiciente (nā memoria etiam totam poëmatis molem quanta eſt cōprehendit) tum eius capacitas mediam inter dictiones & argumenti comprehenſionem rationem ineat ac viam: quæ ſanè ratio nequit clepſydræ interuallo planè dimetiri quemadmodum dictio vniuerſa; ſed tamen quoniam rerum copiæ reſpōdere quoque & debet & ſolet dictionis amplitudo (neque enim aut verboſus aut preſſius laudetur poëta) nihil prohibet ex dictionis termino rerum quoque molem æſtimari poſſe, aut ex rerum mole conijci qualis & quāta dictionis copia & magnitudo requiratur. Atque hinc reſpondere licet ijs quibus quæ poſteriùs de longitudine ſtatueret Ariſtoteles, oppugnabantur. Dum enim ex fortunæ commutatione longitudinem rurſus præfiniret fabulæ, ſtatueréتque eam eſſe optimam longitudinem qua commodè, hoc eſt veriſimili ratione naſcentibus ac ſuccedentibus rebus, fieret nexus & ſolutio, ſiue fortunæ commutatio; fateor non vnam eandémque longitudinem poëmatis omnibus & fabulis conuenire, ſed tamen nihil prohibet quominus propoſita Epopœiæ longitudo, quæ multis partibus dramaticam ſuperet, retineatur. Nam induſtrium interim ac natum requirimus poëtam, qui tū dramatici tum Epici poëmatis vim & amplitudinem perſpectam habeat, & cuique aptum nexum congruámque ſolutionē ac proinde partium & rerum molem ac ſummatim debitam longitudinē attribuat. præſertim verò quia Heroico poëmati producendo, ampliora epiſodia, dramatico cohibēdo, conciſa, præſcribit Ariſtoteles: argumentum etiam decurtari, augeri, variari ſinat pro opportunitate. Ita ſanè, quoniam iamdiu docuimus qua ratione mens ſeu memoria poſſit tam epicæ, hoc eſt lōgiſſimæ, quàm dramaticæ, hoc eſt anguſtiori, fabulæ eſſe par; ijs etiā ſatisfecimus, quæ poſtremò Ariſtotelis præcepto obiiciebantur ad extremum, dum maximam memoriæ capacitatem quæ requirebatur in Tragœdia, pugnaremus imparē eſſe & anguſtam in Epopœia. Hæc de propoſita Controuerſia: in qua non inutiliter fortaſſe ea quoque perlegas, quæ Italicè ſcripſimus Heroici poëmatis Principes comparantes.

*Ad ea quæ obiiciebantur poſterius.*

*Ad id quo poſtremū præceptum oppugnabatur.*

# CAPVT SEXTVM.

## PARTICVLA I.

Μῦθος δ' ἐστὶν εἷς, οὐχ ὥσπερ τινὲς οἴονται, ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ· πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γένει συμβαίνει, ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν. οὕτω δὲ καὶ πράξεις ἑνὸς πολλαί εἰσιν, ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίνεται πρᾶξις. διὸ πάντες ἐοίκασιν ἁμαρτάνειν, ὅσοι τῶν ποιητῶν Ἡρακληΐδα, καὶ Θησηΐδα, καὶ τὰ τοιαῦτα ποιήματα πεποιήκασιν, οἴονται γάρ, ἐπεὶ εἷς ἦν ὁ Ἡρακλῆς, ἕνα καὶ τὸν μῦθον εἶναι προσήκειν.

VNa namque eſt fabula: non autem (vt nonnulli putant) ſi circa vnum aliquem ſit. Multa enim minimēque determinata genere accidūnt: ex quibus ſanè quædam nullum conſtituunt vnum. Simili ratione vnius multæ actiones ſunt: ex quibus vna nunquam actio fiet. Quaproptér omnes hi peccaſſe vidētur poëtæ, quicunque vel Heracleida vel Theſeida cæteráque id genus poëmata cōfinxere: vt qui vnus cum ſit Hercules, vnam quoque ipſius debere eſſe fabulam exiſtimarunt.

*Paccius.*

Fabula

*Fabula autem eſt vna, non vt aliqui putant, ſi circa vnum ſit. multa enim & infinita genere contingunt, ex quibus non nullis nihil eſt vnum, ſed & actiones vnius multæ ſunt, ex quibus nulla actio eſt vna. Quare omnes videntur peccare, quicunque ex poetis Herculeidem, Theſeidem & alia poemata fecerunt, putant enim, quoniam vnus erat Hercules, vnam etiam fabulam conuenire.* *Riccobonus.* 260

*COM. L. DE FABVLAE Vnitate. Huius conquiſitionis vtilitas vel neceſſitas.*

TErtiam profert fabulæ conditionem; quæ eſt vt ſit vnigena, ſiue (vt cum aliquibus loquar) habeat vnitatem. Quæ ſanè conditio tum per ſe maximè requirenda & cognoſcenda erat de fabula diſſerenti (præſertim verò quia ignorata; magnam labem, ſi Ariſtoteli credas, poemati attuliſſet) tum quòd eius cognitio ſuperioribus fabulæ conditionibus dignoſcendis ac præſtandis aliquid conferre poſſit. qui enim nouerit quomodo fabula ſit vna, is facilius etiam intelliget, quomodo ſit vel tota atque perfecta, quæ erat prima conditio, vel iuſtæ magnitudinis (magnitudo enim ſeu verius longitudo vnigenæ non multigenæ fabulæ requirebatur & præfiniebatur) quæ erat ſecunda conditio. Denique huius cognitio vnitatis non Tragœdiæ ſolùm, de qua diſſeritur in præſentia, verùm etiam Comœdiæ ſeruiet adamuſſim. Epopœiæ quoque aptabitur commodè. Tametſi enim Epica fabula longior eſſe ſolet, ac maiore partium mole ac varietate conſtat, ita vt minus facilè ad perfectam vnitatem accedat, quàm dramaticũ poëma: omnino tamen eſt entendum, vt ſit vnigena: & idcirco Ariſtoteles doctrinam hãc de fabulæ vnitate ad Epopœiam traducet tandem, vbi de huius conſtitutione verba faciet. *vi. part. 157. & 94.* Vt propterea ritè de huiuſmodi vnitate tum diſſerat Ariſtoteles, & accuratè illius naturam ac vim explanet, tum nobis diligenter in hoc argumento inſiſtendum ſit ac laborandum. *par. 124*

*Quid doceat de hac vnitate.* Ergo docet priùs quomodo non ſit vna, ſeu quo modo & cur aliqui perperam æſtimauerint eſſe vnam, tum verò explicat (id quod proxima particula perficiet) quo pacto verè vnica cenſenda ſit. quibus in locis vtramque partem exẽplis illuſtrat luculentè. Primùm igitur fabula (inquit) eſt vna non quod περὶ ἕνα hoc eſt circa vnum (videlicet hominem) fuerit, quemadmodum arbitrabantur aliqui. id quod probat, quia multa & infinita genere contingunt, ex quibus pleriſque aut aliquibus nihil vnum exiſtit: ita vt eodem modo fieri poſsit, vt vnius hominis actiones multæ nequaquam idoneæ ſint ad vnigenam actionem conflandam & conſtituendam. Et rectè: ſiquidem nihil prohibet quo minus ab vno eodémque homine variæ paſsim actiones manent ac peragantur, quæ planè diſiectæ ſint, nec vllam inter ſe, niſi eiuſdem authoris, affinitatem habeant & coniunctionem: cum tamen vt inde vnica exiſtat actio, neceſſe ſit vt vna ex altera oriatur aut pendeat, ita vt neceſſaria aut veriſimili ratione poſteriora facta a prioribus pendeant. Et hac de cauſa colligit Ariſtoteles, peccaſſe Poëtas illos, qui vel Heracleidem vel Theſeidem vel aliud eiuſmodi poëma compoſuiſſent: quaſi verò quiſquis verbi cauſa Herculis facta omnia decantaſſet, is vnicum poëma confeciſſet, quod vnus eſſet Hercules. His declarat Ariſtoteles quomodo fabulam non ſit vna: vel certè (quoniam ab vnitate multis modis aberrari poterat) docet non eſſe vnam eo pacto, quo vnam eſſe iudicauerant, qui ex vnitate perſonæ vnitatem actionis & fabulæ inducebant ac dijudicari oportere ſtatuebant. Alteram partem, in qua docet quomodo ſit vna, aggreditur in particula ſequenti. Nunc tamen

*Obſeruantur quædã.* pauca quædam obſeruare iubet, quæ in primis Controuerſiæ dirimendæ ſeruient. Primum eſt Ariſtotelem negare primùm fabulam idcirco vnam eſſe cẽſendam quia περὶ ἕνα

*I.* *circa vnum* ſit. Vbi ea vox ἕνα ad hominem pertinet) & ideo Herculem ſubinde & Theſeum nominat) non ad rem aut factum; quemadmodum aliqui perperam interpretantur.

*II.* Alterum eſt Ariſtotelem propoſitionem illam ſeu effatũ multas ſcilicet vnius actiones reperiri; ex quibus vnica non exiſtat actio; colligere ex generali propoſitione, in qua dixerat, multa, & infinita genere contingere, ex quorum aliquibus non fit vnum. Nã perinde eſt ac ſi diceret, Nemo non videt in ea rerum quæ contingunt varietate, quæ ſine dubio eſt maxima ac propemodum infinita, multa contingere, quæ vni rei efficiendæ non ſunt idonea: idem igitur fatendum eſt accidere in vnius hominis actionibus; ex quibus multæ ſunt quæ non ſunt idoneæ, vt inde vnica coaleſcat actio. Ita ſanè ab iis quæ in tota rerum Vniuerſitate contingunt, quæ μεγάνθρωπος ſeu magnus homo a multis dicitur, ad ea progreſſus eſſet, quæ τῷ ἀνθρώπῳ & homini, ſeu paruo Mundo cõtingunt. Vel, ſi mauis 261

ab iis

ab ijs quæ in vniuerſum contingunt homini in tota vitæ ac rerum varietate, ad ea progreſſus eſſet, quæ ſigillatim contingunt ei in actionibus, hoc eſt in ijs, quæ conſilio gerit & electione: id enim praxis ſeu actio valet Ariſtoteli. quaſi diceret quemadmodum multa ac ferè infinita genere contingunt homini, ex quibus nonnullis vnum aliquid conflari nequit; ita ſigillatim hominis actiones multæ occurrent, ex quibus vnica actio exiſtere nequit. Ita ſanè non in iiſdem inſiſteret, nec ex humanis actionibus humanarum actionum vnitatem perperam declararet. Poſtremum illud ſit, priſcos poëtas ſimpliciore artificio confeciſſe poëmata: nec abſurdum iudicaſſe omnia vnius facta, vt Theſei verbi gratia, vnico poëmate concludere. Cum enim id faciat Hiſtoricus, cur vitio planè vertatur poëtæ, dum alioquin poëtico ſtylo, quemadmodum Hiſtoricus hiſtorico, ea facta perſequatur? Sed de hac re tota ne Controuerſiæ argumenta videar anteuertere, paulò poſt opportuniùs. Nunc videamus vnde veram vnitatem æſtimari iubeat Ariſtoteles. III.

# PARTICVLA LI.

*Ὁ δὲ Ὅμηρος, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει, καὶ τοῦτ᾽ ἔοικε καλῶς ἰδεῖν, ἤτοι διὰ τέχνην, ἢ διὰ φύσιν. Ὀδύσσειαν γὰρ ποιῶν, οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα, ὅσα αὐτῷ συνέβη. οἷον πληγῆναι μὲν ἐν τῷ Παρνασσῷ, μανῆναι δὲ προσποιήσασθαι ἐν τῷ ἀγερμῷ. ὧν οὐδὲν θατέρου γενομένου, ἀναγκαῖον ἦν, ἢ εἰκὸς θάτερον γενέσθαι. ἀλλ᾽ ἃ περὶ μίαν πρᾶξιν, οἵαν λέγομεν τὴν Ὀδύσσειαν, συνέστησαν. ὁμοίως δὲ, καὶ τὴν Ἰλιάδα. χρὴ οὖν, καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις μιμητικαῖς ἡ μία μίμησις, ἑνός ἐστιν, οὕτω καὶ τὸν μῦθον, ἐπεὶ πράξεως μίμησίς ἐστι μιᾶς τε εἶναι, καὶ ταύτης ὅλης, καὶ τὰ μέρη συνεστάναι τῶν πραγμάτων οὕτως, ὥστε μετατιθεμένου τινὸς μέρους, ἢ ἀφαιρουμένου διαφέρεσθαι, καὶ κινεῖσθαι τὸ ὅλον. ὃ γὰρ προσὸν, ἢ μὴ προσὸν μηδὲν ποιεῖ ἐπίδηλον, οὐδὲ μόριον τοῦτο ἐστί.*

HOmerum verò, qui vt in alijs etiam excellit, ita in hoc quoque, ſiue id artis, ſiue naturæ fuerit, oculatiſſimum fuiſſe apparet; quandoquidem Odyſſeam cõfringens, non ſanè cuncta, quæ Vlyſſi acciderunt, in eam compegit: verbi gratia: ſaucium fuiſſe in Parnaſo, & in ducum collectione ſimulaſſe inſaniam. quorum cum alterum euenerit, minimè neceſſarium fuit vel veriſimile, eueniſse alterum; quippe qui vnam dumtaxat actionem, qualem dicimus, Odyſseam videlicet itémque Iliadem conſtituit. Decet igitur, quemadmodum vna vnius imitatio eſt in alijs imitatricibus artibus: ita & fabulam videlicet, quæ actionis imitatio ſit, vnius eiuſdémque integræ eſse, ſicque rerum inter ſe partes cohærere; vt ne vlla quidem vel transferri vel ſubtrahi queat, quin totum illud varietur, planéque immutetur. Quod enim vel additum, vel ſubtractum, totum non immutare videtur, nulla quoque eius erit pars. Paccius.

*AT Homerus quemadmodum & in alijs excellit, ſic etiam hoc videtur pulchrè vidiſſe, ſiue propter artem, ſiue propter naturam. Odyſſeam enim faciens non deſcripſit omnia, quæcunque ipſi contigerunt, vt eum accepiſſe vulnus in Parnaſſo, & ſimulaſſe inſaniam in coitione exercitus, ex quibus non erat neceſſarium, altero facto alterum factum eſſe. ſed circa vnam actionem, qualem dicimus eſſe Odyſſeam, manſit ſimiliter &* Riccobonus.

261 *Iliadem. Oportet igitur, vt in alijs imitatricibus vna imitatio vnius eſt, ſic & fabulam, quoniam actionis imitatio eſt & vnius eſſe, & huius totius & partes conſtare rerum, ſic vt tranſpoſita aliqua aut ablata, diuerſum reddatur & moueatur totum. quod enim cũ adeſt aut cum non adeſt, nihil facit, quod appareat, id nec pars quidem eſt.*

COM. LI. CVM docuerit nõ idcirco fabulæ vnitatem poſſe ex multis actionibus exiſtere, quòd ab vno eodémque manent authore, & hac de cauſa Heracleidis & Theſeidis authores inſimulauerit; nunc contra ex dictis occaſionem arripit, vnde aperiat fontem, ex quo veluti deriuanda ſit fabulæ vnitas. Homerum itaque laudat, qui quemadmodum excellit in alijs ac præſtat, ita ſiue Odyſſeam ſpectes ſiue Iliadem, non omnia vel Vlyſſis vel Achillis complexus ſit facta, ſeu quæcunque illis contigere, ſed circa vnam permanſerit actionem. Totius loci ſumma ac vis.

nem. Nam ſiue propter artem (inquit) ſiue propter naturam viderit, qua ratione poë-
mati ſit vnitas tribuenda, ſanè tribuit illi quidem vtrique poëmati vnitatem. Quare in
Odyſſea haud deſcripſit omnia, quæ Vlyſſi contigerunt, vt eum ab apro accepiſſe vulnus
in Parnaſſo, & in coitione exercitus inſaniam ſimulaſſe: ſiquidem non neceſſe erat, vt
vnum ex altero ſequeretur, ac propterea non ſatis apta erant, quæ ad vnam actionem
conflandam conuenirent. Itaque in vna inſtitit actione illa, ex qua extitit Odyſſea. Idem in
Iliade, vbi non omnia Achillis facta complexus eſt, ſed quæ inter ſe eſſent nexa: vt vni-
cam gignere actionem poſſent & fabulam. Ita demùm ab Homero ſcopulum illum egre-
giè declinatum docet, in quem Heracleidis & Theſeidis authores incidiſſent. His verò
poſitis, in apertum omnino producit ſuam de fabulæ vnitate ſententiam, aitque oporte-
re fabulam, quoniam eſt actionis imitatio, vnius actionis, atque huius ſanè totius &
integræ, eſſe imitationem; idque perinde atque in alijs imitatricibus accidit facultati-
bus, ea dicitur vna imitatio, quæ vnius eſt actionis. Et quoniam adhuc requiri pote-
rat, vnde intelligeretur varia illa ſiue Vlyſſis ſiue Achillis facta ſic conſpiraſſe inter ſe,
vt verè vnigena inde extitiſſet fabula, aut vnde vniuerſim dijudicari poſſet, num poëma
fabulæ vnitatem contineret atque adeò actio vna & tota eſſet; inde, inquit, hoc intelli-
ges, ſi partem aliquam loco moueris, & è ſua ſede commutaueris, aut etiam planè ab-
ſtuleris. ſi enim hinc totum reddatur diuerſum ac ſummatim moueatur, indè intelli-
gere licebit, fabulam fuiſſe vnam: contra verò ſi nulla conſequatur mutatio, inde in-
telliges fabulam non fuiſſe vnigenam, quandoquidem pars illa, quæ aut ſede dimota ſit
aut ablata, ſiue adeſſet, ſiue abeſſet, nihil, quod appareat, variabat totum: vt propte-
rea nc pars quidem vera eſſet totius, tantùm abeſt, vt ad totum conflandum vnigenam-
que fabulam conſtituendam confluxiſſet. Hæc Ariſtoteles. Quanquam vt ſubtiliùs ad-

*CONTROVERSIA XLVI. NVM De fabulæ vnitate rectè conſentienterque præceperit Ariſtoteles. Prius verò aduerſus eũ dubitantur multa.*

huc eius dicta expendantur ac ſententiam vniuerſa requiratur, multa ſunt, quæ hoc in
loco vel obſeruare vel dubitare lubet. Ac propterea de re tota hæc Controuerſia diſce-
ptetur. N V M & ad fabulæ vnitatem conuenienter aggreſſus ſit, & de eâdem (num
enim ipſamet fabulæ vnitas ſit probanda ac retinenda, paulò poſt ſigillatim) rectè conſen-
tientérque præceperit Ariſtoteles. Ac principiò quidem vnigenæ fabulæ vnitatem pro-
bare debuiſſet, non eam tam facilè aſſumere atque in certis ſtatuere. quid enim ſi quis
pugnet poëma multis quoque fabulis conſtare poſſe? Certè multarum fabularum poë-
mata apud Græcos extitiſſe multa fatetur hîc Ariſtoteles, tum apud Latinos & Italicos
legere licet. Quod ſi dicas infra ſaltem ex aliarum quæ imitantur, ſimilitudine faculta- 263
tum docere vnigenam eſſe conſtituendam; profectò præpoſterè ſaltem egiſſet & pertur-
bato rem peregiſſet ordine. Ad hæc cum ſtatim ab initio docere cœpiſſet, non idcircò
I. fabulam unam habendam, quòd quæ decantentur vnius ſint facta, cur non continen-
II. ter docebat, neque rurſus multa multorum facta eſſe idonea vnigenæ fabulæ conſtituen-
III. dæ? certè cum hîc quoquo modo peccari poſſet & ab vnitate recedi, quin Argonautica
IV. fortaſſe huiuſmodi eſſet, par erat vt hunc quoque ſcopulum vitari iuberet. Deinde Ho-
mero eam tribuit laudem Ariſtoteles, vt cum in cæteris excelleret rebus, tum præclarè id
viderit, quod ſpectandum eſſet, vt fabula conſtitueretur vnigena. Ego verò vt hoc tem-
pore ampliſſimam iſtam diſputem Controuerſiam, num Homerus in cæteris omnibus
excelluerit (nam hæc paſſim in conſpectum opportunioribus ſeſe dabunt locis) illud re-
quiro in præſens quî tandem Ilias & Odyſſea vnitate tantopere gaudeant, cum ipſemet
Ariſtoteles ad extremum fateri non dubitauerit, reuera iſta duo poëmata a uera vnitate
abeſſe? Certè Odyſſea geminas continet peregrinationes, Thelemachi vnam, Vlyſſis alte- Par.156
ram. Ilias etiam geminam Achillis iram, in Græcos vnam, quæ excitata priùs eſt & com-
poſita, in Hectorem alteram, quæ poſteriùs & excitata & exaturata eſt. vel etiam iram
priùs in Agamemnonem, tum odium ac dolorem propter interfectum Patroclum in He-
ctorem. Vt omittam vix fortaſſe intelligi poſſe, cur Theſeis potiùs aut Heracleis careat v-
nitate, dum varia Herculis hæc, illa Theſei, facta complectitur, non verò eâdem vnitate ca-
reat Odyſſea, dum varia Vlyſſis, loco, tempore & natura diſſidentia facta perſequitur: aut
Ilias, quæ varia item hinc Achillis, hinc Agamemnonis & aliorum Græcorum facta de-
ſcribit. Sed de hac re tota fortaſſe copioſiùs infra. Neque verò non dubitari poteſt cur di-
cat, Artis & Naturæ ope contigiſſe, vt Homerus in ijs tantopere excelluerit, vel (ſi mauis)
id vnum uiderit; quomodo unica conſtitueretur fabula. Siquidem ipſe iamdiu poëticæ part.118
V. artis cauſas non planè in Artem aut Naturam retulit; ſed in imitationem & uoluptatem, & 119.
quæ ex imitatione percipitur: ac rurſus in ingenium quo quis a Natura donetur, vel in Part.88
furorem

furorem quo quis neſcio quo pacto corripiatur. Adde quòd mirum videri poteſt vt A-
riſtoteles qui in Homero diu ac multùm verſatus erat ac propterea varias de illius Poë-
280 matis quæſtiones conſcripſerat, & in Poëtica ferè ex eo pendebat, non ſatis agnouerit, VI.
num Homeri laus Arti veriùs an Naturæ ſit tribuenda. Profectò qui in Poëtis diligenter
verſantur, illud inprimis obſeruare ſolent & dignoſcere, num ingenij fœlicitate ac natu-
ræ bonitate, an verò vſus & exercitationis vel etiam præceptorum atque Artis ſtudio ex-
cellant aut valeant. Sed quid ſi quis pugnet caſu quodam, vt ſæpè fit, contigiſſe, vt in VII.
Iliade aut Odyſſea, contra quàm in Heracleide & Theſeide, vnitas reperiatur; ſi tamen
vllo modo reperitur? Quid enim prohibeat quominus id contigerit, cum ne tu quidem
Ariſtoteles dijudicare valeas, num Arte aut Natura id euenerit? Denique dum tu tan-
tam excellentiæ laudem ob fabulæ vnitatem Homero tribuis, vide ne eâdem planè illum VIII.
ſpoliare cogaris: vbi conſtet (quod tu, velis nolis, confeſſus es aliquando) Homeri poëma-
ta ab vnitate abeſſe longiùs. Sed & illud perturbare poteſt aliquem quod tu ſtatuis de
vulnere quod in Parnaſſo accepiſſet Vlyſſes, Homerum in Odyſſea mentionem feciſſe IX.
nullam, cum tamen de illo copioſiſſimè cecinerit in vndeuigeſimo libro. Quanquam
inde perturbor magis, quòd tu rurſus tuo iure ſtatuis, vel potiùs, cum argumentis de- X.
monſtrandum eſſet, ſumis, Homerum tum in Odyſſea tum in Iliade circa vnam actio-
nem manſiſſe: quaſi verò id ſatis conſtare poſſit quòd non omnia vel Vlyſſis vel Achyl-
lis cecinerit facta. Nam docendum erat ne multa quidem ceciniſſe, vel certè quæ mul-
ta cecinit, ea eſſe vnius actionis partes. Et in hoc maximè (eſt enim rei caput & vertex) tua
requirebatur induſtria. nam quod indicas ea de Vlyſſe tacita fuiſſe ab Homero præter-
termiſſa, quæ non neceſſariò necterentur, quaſi verò ea ſit regula & ratio vnitatis, vt quæ
narrantur ſint inter ſe neceſſariò nexa, ita vt vnum ex altero oriatur, deciperis ſanè, cum
acceptu vulneris memoria quam tu negas vnitati gignendæ idoneam eſſe ſi cum cæte-
ris coaleſcat, reuera prolixè decantetur, ac propterea conſtet nihil minùs quàm quod tu
illi tribuis, de vnitate cogitaſſe Homerum. Atque huc etiam pertinet, quod alibi Epi-
ſodia quoque neceſſaria aut veriſimili ratione copulari iubes & ex ſuperioribus rebus XI.
Par. 56 deriuari, hinc enim fit vt cum Epiſodia, id quod tu fateris ac doces, non pertineant ad fa-
part. 90. bulam, tua regula nutet ac vagetur longiùs: ſiquidem ſi quæ partes in Poëmate mutuò
ſe conſequuntur, eæ fabulæ conſtituunt vnitatem, fabula Epiſodijs peræquè ac germanis
ac proprijs actionis partibus coagmentabitur, & vnitatem conſequetur. Quid? ſi Ho- XII.
merus ab Diſcordiæ pomo duxiſſet Iliadis initium, indeque ad Paridis deueniſſet iudi-
cium, tum ad Helenæ raptum indeque ex ordine ad cætera progreſſus eſſet ad euerſum
vſque Ilium recuperatámque Helenam, iam hæc veriſimili atque adeo neceſſaria fuiſ-
ſent ratione inter ſe nexa ac multò magis quàm geminæ illæ Achyllis iræ: & tamen tu
quidem priorem rerum ſeriem minùs idoneam facis Iliadi conflandæ, duas iſtas iras, quæ
par.125. tamen non ſunt inter ſe nexæ, Iliadis vnitati excipiens retinendæ. Quid multa? ſi nexus
rerum ſpectandus eſt, minùs peccaſſet Homerus, ſi tum Ilij expugnationem, tum Vlyſſis XIII.
errores & peregrinationes, tum Agamemnonis & Græcorum reliquorum Ilio diſceden-
tium nauigationes, vno eodémque poëmate decantaſſet (iſta enim ſunt inter ſe nexa om-
nia ita vt poſteriora a prioribus certa ſerie gignantur & enaſcantur) quàm geminam A-
chillis iram complectens, quæ niſi propter authoris (quem tu tamen vnitati gignēdæ ido-
neum negas) vnitatem, ad vnitatem conferunt nihil. Hæc dubitare libuit in hac particu-
la. Tametſi quod tu poſtremò ſignum profers vnde fabulæ vnitas dignoſcatur, & in quo XIV.
illuſtrando (res enim & momenti maximi & verò ardua eſt & obſcura) aliquid operæ po-
nere debuiſſes, multa ſunt adhuc quæ dubitem, quis enim ſatis inde agnoſcat num fabula
ſit vnigena, quòd pars aliqua ſede mutata & loco, aut etiam ablata fuerit? Sed ne hîc faciā
longiùs, propriæ, quæ de hac re inſtituetur, Controuerſiæ illa non grauatè reſeruabo. In-
terim igitur quæ dubitata ſunt ſi quomodo fieri poſſit expediamus, tum de hoc ſigno
vberiùs.

Principio igitur fateor Ariſtotelem ſic aggredi ad vnitatem fabulæ, vt non eius neceſ- *Retinetur*
ſitatem probet, ſed tanquam de ea conſtaret, doceat vnde ſit æſtimanda aut petēda illius v- *Ariſtote-*
nitas. quod fortaſſe fecit vel quia non obſcurum videri poſſet reputari vnico Poëmati v- *lis ſenten-*
nicam conuenire fabulam, cum præſertim ſuperiore diſputatione fabulā ſemper Poëma *tia.*
tis ac ſigillatim Tragœdiæ partē feciſſet: vel quia is qui docuerit fabulam quā fecerat poë *Reſpondetur.*
matis partem eſſe actionis imitationem, is ſatis indicauerit fabulam vnigenā exigi ad Poë- *Ad primū*

ma,maximè verò cum initio,medio,ac fine illam concluſerit, quibus quemadmodum to
ta & perfecta;ita vnigena(hæc enim inter ſe facilè reciprocari dixeris) intelligeretur: vel
quia eius vim pulcherrimi animalis ſimilitudine declarauerat quòd perfectum & vnicũ
eſſet;vel quia vbi docuiſſet fabulam tantam eſſe oportere,quanta memoria retineri poſ-
ſet,vnigenam condi neceſſe eſſet, cum memoriæ capacitas vnica illa fabula expleretur.
Quanquam eo nititur Ariſtoteles quòd exiſtimabat(id quod paulò poſt indicauit) id eſſe
proprium imitantium facultatum,vnicam imitari actionem aut rem:ex quo fieret, vt fa-
bula quoniã eſt actionis imitatio,vnius actionis ac proinde vnigena iure ſumeretur. Ad-
de quod ſatis videri potuit vt ibi primùm doceret vnigenam eſſe debere,vbi aliorum erro-
*Ad ſecundum.* re detecto,ſuam proferre cœpit ſententiam. Ex quo etiam fieret vt ordo non omnino eſſet
præpoſterus:cum vbi ſuam ille aperit ſententiam,vnigenam eſſe oportere doceat prius, tũ
reliqua. Nam ſi obijcias quam affert fabulæ vnigenæ ſtatuendæ rationem, infirmam vide-
*Ad tertium.* ri,id verò diſceptabitur non multò poſt. Ea verò de cauſa contingere potuit vt non explo- 265
ſerit eos,qui multa multorum facta poëmate decantarent, quemadmodum eos qui mul
ta vnius facta perſequerentur quia tale poëma extaret nullum Argonautica enim reuera
Iaſonem videtur ſpectare aut vnum aut maximè)vel quia qui docuiſſet vnitatem non in-
de æſtimandam quòd vnius eſſent facta,is ſine dubio multò magis eos exploſerit,qui ſabu
læ vnitatem ex multis multorum(idque ſiue ſeorſum ſinguli,ſiue pari ſimul authoritate,
varia illa ederent facta)factis deriuarent. Dum verò celebrat Homeri præſtantiam, quem
*Ad quartum.* ait tum in alijs tum in hac re peruidenda excelluiſſe;commodè factum eſt,vt res,quod at-
tinet ad eius præſtantiã in vniuersùm,alijs opportunioribus locis fuerit reſeruata. Id quod
eò mihi faciliùs concedi velim,quòd qui fuerit moræ impatiens, Comparationem perle-
gere poſſit noſtrã,in qua pro virili parte noſtra id ferè molimur. Atque eadẽ de cauſa præ-
terimitẽ poſſet id quod ſigillatim attinet ad vnigenam Iliadis & Odyſſeæ fabulam. Nã id
quoque ibi copioſiſſimè diſputatur. Quare niſi quid rurſus in hoc me curriculum vel no
*Ad quintum.* lentem reuocet & cunctantem;hoc labore ſuperſedebo. Idem dixerim dũ Homerum vel
Arte vel Natura excelluiſſe ſignificat:cum tamne alibi ad imitationẽ & voluptatẽ,alibi ſi-
ue ad ingenium ſiue ad furorem,tanquam ad fontes reuocauerit poëticam laudẽ. Id enim
opportuniùs ibi diſceptabitur,vbi Ariſtotele authore ac duce manare poterit latiùs oratio
*Ad ſextũ.* noſtra. Quod ſi interim mirum alicui videatur, Ariſtotelẽ,qui diu ac multùm in Homero
verſatus eſſet,non agnouiſſe, an Homerus Natura & ingenio (quale quale id in eo eſſet) an
arte floruerit ſeu fabulæ vnitatẽ dignouerit,quid ſi Ariſtoteles interim diceret, *hoc pulchrè
vidit ſiue propter Artem,ſiue propter Naturam*, quia non facilè ſtatuere auderet nũ quoniam
& Arte & Natura excelleret,id Arti,an verò Naturæ acceptum eſſet referendum? Neque
enim ab Ariſtotelis mente hæc videretur arcenda ſententia, qui vel vt Magiſtro repugna-
ret,vel ut Græcis plauderet ac blandiretur,vel quia fortaſſe nihil adhuc perfectius & excul
tius in eo genere prodijſſet, (Muſæus enim,Heſiodus et ſi quis huiuſmodi in alio præſta-
bant genere)vel quia ſententiam liberiùs ac ſubtiliùs de Homero ferre ac populari exiſti-
mationi repugnare periculoſum eſſet,viſus eſt omnem Homeri laudandi peragrare viam.
Et quamuis dum neceſſe haberet varia illius errata vel purgare vel extenuare, non potue-
rit non errata ipſa ſaltem leuiter indicare(hæc nos aperiemus opportuniore loco)haud ta-
men inficiari licet Ariſtotelem in Homerum optimè animatum vel fuiſſe, vel certè videri
voluiſſe. Sed quicquid ſit interim de Ariſtotelis ſententia, laxabimus aliquando huius
conquiſitionis habenas, ac diſputabimus, Num ſiue ingenij & Naturæ,ſiue præceptorum
atque Artis, ſiue nobilis exercitationis ac ſtudij laus Homero debeatur: &, quod in
Comparatione paſſim facimus quà ſeſe offert occaſio, pleniùs atque vberiùs proprio in
loco præſtabimus. Quare num in Iliade aut Odyſſea vera vnitas reperiatur, & an Arte
*Ad Septimum & octauum.* vel Natura vel caſu illam referat, ſi tamen refert (imperfectam enim eſſe, aut certè non
omnibus numeris abſolutam, & vt ſemel dicam, non verè vnam minimùm pugnat A-
riſtoteles)alio loco perſequar: niſi tamen(vt dicere cœperam)aliunde cogat hic velim
*Ad Nonũ* nolim fidem liberare meam. Iam verò quod attinet ad Vlyſſis vulnus, ſunt qui apertè
fatentur, Ariſtotelem memoria lapſum eſſe. ex quo fieret vt quoniam res contrario ſe ha-
bet modò quàm ſumeret Ariſtoteles(ſumeret enim reticuiſſe quod reuera prolixè per-
ſequitur ac narrat)eius ratio notare videretur:verendúmque eſſet ne Homerus, Ariſtote-
lis pace, ea narraret quæ ex ſuperioribus haud pendent. cum enim tu id prætermiſſum
dicas, Ariſtoteles, quia cum cæteris non cohæreret quæ in Odyſſeam tractantur, iam

cum

cum id reuera non fuerit prætermiſſum, ſed decantatum multis, id, te authore, cum cæte-
266 ris nõ cohereret, ac propterea Homerus ab eo artificio abeſſet, quod illi tribuis. Quanquã
ſunt qui eo nomine Ariſtotelem defendunt, quòd Epiſodij nomine atque obiter de vul-
nere iſto egerit. Quod tamen faciliùs dicitur quàm defenditur. Nam de vulnere verba fa-
cit vt agnitioni ſeruiat, quæ inde conſequitur. agnitionem verò non in epiſodij haben-
dam loco ſed maximè propriam eſſe fabulæ partem nemo dubitet qui Ariſtotelis doctri-
nam ſequatur. Nam qui Ariſtotelem excuſant quòd pauciſſimis id attigerit, ac pro-
pterea paucitas verborum excuſet Ariſtotelem, quòd qui pauciſſimis egerit, non egiſſe
putandus ſit, ij in errore verſantur maximo, cum prolixè admodum rem perſequa-
tur Homerus. Supereſt igitur vt vel Ariſtotelem memoria lapſum, ac propterea eius ra-
tionem infirmam fateamur quæque in eum (quod fecimus) vrgeri poſſit, vel quam ſubij-
ciam rationem, ſi placet, ineamus. Quid enim ſi dixerim Ariſtotelem affirmaſſe Home-
rum in Odyſſea non omnia quæ ad Vlyſſem pertinerent deſcripſiſſe, vt duo illa, vulnus
inquam & inſaniam; vt intelligeretur ideò vnùm tantùm non vtrunque attigiſſe. quia nõ
erant inter ſe connexa, cum non eſſet neceſſarium, vt ſimulaſſet inſaniam (id quod verè
reticuit) quòd vulnus in Parnaſſo accepiſſet, quod verè decantauit? Germana igitur loci
ſententia fortaſſe hæc erit? Homerus Odyſſeam faciens non deſcripſit omnia quæcumque
Vlyſſi contigerunt: nam cum accepiſſet vulnus in Parnaſſo, deſcripſit hæc quidem; ſi-
mulaſſe inſaniam, nullo modo; quia non erat neceſſarium vt priore facto, fieret quoque
alterum. Et ſanè tum illud, *non omnia deſcripſit*, indicare videtur partem fuiſſe deſcriptam
eorum quæ ſubijciuntur, (omnia enim negat, non verò partem) tum id ipſum ſuadet ra-
tio, vt hinc intelligatur id eſſe retinendum quod non ex altero ſequitur: id enim docen-
dum erat. cui rei confirmandæ optimè ſeruit, quia id planè reticetur quod poſteriore loco
proponitur: vt ſcilicet intelligatur, poſterius hoc reticere quod ex priore illo non ſequitur.
Atque hinc argumento alteri eſſet ſatisfactum quà vnitatis regula (vnitatem ſcilicet gi-
gni cum nectuntur partes, ita vt poſterior pendeat ex priore) videri poſſet infringi. Si enim *Ad decimũ*
ſignificare decreuiſſet non vulnus, quod priore loco proponitur, ſed inſaniam, quæ po-
ſteriore memoratur, fuiſſe prætermiſſam, confirmaſſet quod inſtituerat: nimirum quæ
non ſunt inter ſe nexa, haud eſſe vnitati idonea: & ideo quæ nexa ſunt requiri. Nam ſi
quis pugnet non hanc eſſe iſtius loci ſententiam, ego quidem ne contentioſum funem
trahere videar, non magnopere inficiabor Ariſtotelem memoria lapſum eſſe ac propte-
rea eius rationem præpoſteram eſſe habendam. Quà verò in eodem item argumento vr-
getur Ariſtoteles, quòd demonſtrare debuerit, non in certis ſumere quæ ſiue in Odyſſea
ſiue in Iliade dicuntur, ea eſſe vnius actionis partes (id enim vel vnum vel maximè pertine
bat ad iſtorum poëmarum vnitatem retinendam & ipſius vnitatis vim declarandam) iã,
tum quia iandiu, ac ſigillatim in hac particula tota, id nobis faceſſit negotium, tum quia
hinc maximè aditus aperietur vnde fabulæ vnitatem requiramus, examinemus, conſtitua
mus, tum quia ea omnia quæ in ſequentibus argumentis de Epiſodijs atque alijs multis
dubitantur, hinc item explanabuntur facilè, agedum huc operam referamus, & contro-
uerſiam hanc diſceptemus.

*CONTROVERSIA XLVII.*

*Num in Odyſſea ſiue Iliade vera fabula vnitas reperiatur Odyſſeam carere vnitate.*

NVM ſiue in Odyſſea ſiue in Iliade vera fabulæ vnitas reperiatur: tum ad reliqua.
Ego de Odyſſea (vt me paucis expediam) ſic ſtatuo. hanc vnitate omnino carere. idque
ea primùm de cauſa, quia priores libri quatuor, quibus poſt Deorum concilium Te-
lemachi canitur peregrinatio, nihil habent commune cum actione ipſa & fabula. Cum
enim hæc in Vlyſſis erroribus & reditu ſit poſita, quorſum obſecro Telemachi Pylum,
Pylo Spartam peregrinatio? Certè duabus duorum peregrinationibus, iiſque inter ſe ma-
ximè diſtinctis & varijs, minimùm continetur Odyſſea: nam ſi quis dixerit Telemachi pe-
regrinationem epiſodij obtinere locum, is fateri cogetur Homerum ab epiſodio incœpiſ-
ſe atque illo benè longo: ita vt fabulæ & actioni initium vix in quinto fecerit libro. & tamẽ
Epiſodia fabulæ & actionis partibus inſeri ac ſummatim ſubijci fabulæ parti non antepo-
267 ni vniuerſæ, compertum eſt. Et ſanè ſi quis Telemachi peregrinationem vniuerſam atque
adeò quatuor primos libros auferat è poëmate, is Vlyſſis actionem integram relinquat, ac
ſine mutatione vlla: quod ex Ariſtotele argumento eſt ad fabulam non pertinere nec vni-
par. 64. tati ſeruire. Vt propterea cum Epiſodij locum obtinere nequeat, (Epiſodium enim non
& 89. modò ſubiungitur alicui actionis parti, verùm etiam ab ea debet neceſſaria ſeu veri-
& d. ſimili ratione deriuari, quod ne Ariſtoteles quidem non fatetur paſſim ac docet;



Digitized by Google

ita vt monſtruoſum ſit poëma quod ab Epiſodio incipiat, quin ne incipere quidem poſſit)
germana ſit fabula, atque actio: ac proinde cum ex Vlyſſis actione (præponitur enim) haud
deriuetur, nec ex ea contrà Vlyſſis actio (alioqnin fabula ipſa & actio in Epiſodii habenda
eſſet loco) duę ſine vlla dubitatione inſint Odyſſeæ actiones integræ ac propterea hæc vni-
*Iliadem nō facilè vnigenam ſtatui poſſe.* tate careat. Et hinc eſt vt Virgilius in Odyſſea imitanda ac veluti exprimenda quatuor il-
los priores libros bona cum Homeri pace prætermiſerit totos. Vt omittam, id tandem ali- *Par. 156*
quando confeſſum eſſe Ariſtotelem ipſum, tametſi, vt Homerizat, nititur etiam illum ex-
cuſare. De qua re tota licebit ea conſulere, quæ nos in ſecunda Comparationis Diſputatio-
ne ſcripſimus, vbi copioſè docuimus, Odyſſeam carere Vnitate. Paulò difficilius eſt quod
pertinet ad Iliadem: quandoquidem de germano Iliadis argumento minùs conſtat. Sed
clauſula hæc ſit. Si ab exercitus Duce, vt par eſſet, eiúſque actione ac fine, ducatur argumē
tum, magnopere verendum ne gemina ſit fabula aut multiplex: nam Achillis quoque irā
eſſe in argumēti loco habendam (id quod propoſitio ipſa indicat) nemo dubitet: cum præ
ſertim hæc quippè quæ initium occupat poëmatis, nō facilè ex reliqua actione deriuetur.
Quod ſi rurſus non Troianum bellum ſed Achillis iram in argumenti habeas loco, iam
præterquam quod turpe eſſet exercitus Ducem & Principis perſonam non pertinere ad
fabulam; turpius vt Ilij euerſio actioni proponeretur (nā hinc etiam inuenit nomen) quæ
nil pertineret ad argumentum, profectò ea Achillis ira obtineret argumenti locum, quā
propter Briſeidem in Agamemnonem (id quod in propoſitione ipſa ſatis declarat Home-
rus) ac Græcos exarſerat. Quorſum igitur hac ſedata & compoſita, nouum proferre argu-
mentum, vnde tam multa rurſus decantarentur? Etenim ob Patrocli necem noua adhuc
ira, vel ſi mauis, nouo dolore atque odio; vel potiùs iſtis omnibus incendit & implicauit
Achillem, vt multos adhuc libros prioribus necteret, quod eſt fabulam actionémque ge-
minaret. quaſi verò prior ira non ſuum initium, medium, finem habuiſſet ac propterea re
ceptui canendum fuiſſet. Vt proinde quocumque te vertas, Ilias abſit ab vnitate. Id quod *Par. 156*
ne Ariſtoteles quidem non fatetur, cum non ſolùm neget in Iliade perfectam eſſe vnita-
tem, verùm etiam vetet ne Tragica fabula Iliadis inſtar ſit πολύμυθον, hoc eſt ex multis con- *Part. 94*
ſtet fabulis. De qua etiam re cōſulere licet quæ in Diſputatione paulò ante recitata diſſer-
uimus. Supereſt igitur vt quoniam fabulæ vnitatem in Homero agnoſcere multóque mi
nùs illius vim & Naturam inde percipere valemus, ad Ariſtotelem redeamus; & ab eo re-
quiramus, in quo tandem fabulæ vnitas ſit collocanda, ac tandem in quo, quicquid Ariſto
teles ſtatuat, ratio ipſa collocari iubeat. Principio igitur dum hac in re Ariſtotelis ſenſum
iudiciúmque requirimus, iubet certa ab incertis diſcernere. Ex dictis igitur vnigenam A-
*CONTROVERSIA. XLVIII. De fabulæ vnitate certis iam ex Ariſtotele poſitis, incerta requirūtur, quæ ad tria capita reuocantur.* riſtoteli actionem probari, conſtat ſatis. Conſtat etiam id ab eo ea ratione comprobari,
quòd Artes reliquæ imitatricis (ſi ei credas) vnius eſſent rei, ſiue vnam rem imitarentur. *Part. 50 & 51.*
Conſtat item ſic probari vnigenam vt multigena repudietur. Sed & illud conſtare poteſt, *Part. 51*
ita vnigenam fabulam introduxiſſe, vt confeſſus ſit ex partibus multis conflari poſſe: quas *Loc. cit.*
propterea iubet inter ſe neceſſaria aut veriſimili ratione miſceri ac necti vt inde vnigena
exiſtat actio. Denique ſignum quoque affert, vnde intelligatur, num ex multis partibus ve
rè vnitas extiterit. Hæc Ariſtoteles. Quibus poſitis, tria quærimus. Primum, num ratio
qua docet vnitatem ſeruandam in fabula, probanda ſit. Alterum num regula illa ſit exci-
pienda, qua ex multis partibus inter ſe nexis vnigenam condit fabulam. Poſtremum num *268*
ſignum illud idoneum ſit & accommodatum ad vnitatem dignoſcendam. Dicamus au-
tem primùm de primo. Porrò non difficile eſt pro fabulæ multitudine decertare. Etenim
certum eſt Naturam in ſuis operibus multitudinem rerum non ſpernere: quia eodem fœ-
*Explicatur I. ac pro fabulæ multitudine prius diſputatur multis.* tu multos animantes ſæpè progignere; quemadmodum ex vno eodémque ſemine germi-
na fundit multa. Ita ſanè equa equum vnicum, leæna leones plures generat aut geminos:
quin vnum idémque animal modò catulum vnum gignit, modò geminos, modò plures.
Quis igitur Artem ac Poëſim, cuius eſt Naturam imitari, ægrè ſuſtineat quæ poëſim mul
tis interdum fingat fabulis? Imò verò cum Natura dum ex vno eodémque ſemine plura
excitat germina aut multos fœtus, fœcunda dicatur ac ferax atque inde larga & munifica
*I.* cenſeatur, quis artem hoc nomine improbare audeat? ſanè quemadmodum Natura inde
maximè munificæ Matris meretur nomen: ita Poëſis dum multigenam condit fabulam,
*II.* liberalis ac munifica vocanda eſſet. Quid? conceditur Hiſtorico vt vno eodémque monu-
*III.* mento ſummi Ducis atque fortis Herois complectatur facta; & quiſquam erit qui hanc
veniam Poëtæ, hoc eſt illi, cui perinde ac Pictori.

Quid-

*Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

auferre moliatur? Cur enim Plutarcho Theſei aut Romuli, Curtio Alexandri, alijs ſexcen-
tis aliorum multorum, facta ſiue plurima ſiue omnia literis mandare licuit; Poëtæ verò,
cuius eſt ſummorum Ducum Heroúmque facta decantare, interdicetur; ne niſi vnicum IV.
Herois decãtet factum? Atque hinc ſanè eſt, vt nemo vnquam duriſſimum hoc veluti fre-
num Poëtis iniȷcere potuerit ſatis: cum nulla vnquam ætas ſiue dramaticos, ſiue Epicos
multigenæ fabulæ authores nõ habuerit & fautores. nam (vt de Epicis dicam) & Heracle-
idem qua res fortiter ab Hercule geſtæ pertexebantur, tum a Paniaſi, tum a Piſandro, tum
a Parthenio, tum a Charo atque ab alijs multis, compoſitam legimus; ita vt non Græcis ſo
lùm, verùm etiam Latinis hoc probaretur argumentum; Theſeidem, Perſeidem, Achillei-
Par.156 dem, Antoniadem eodem modo conflatam legimus? Vt omittam Pelopidem, Epami-
nondam, Bacchum, Alexandrum, Archelaum, ſuum quemque Poëtam habuiſſe, qui res
præclarè ab eis geſtas ac vitam nobilitarint carmine. Nam Terentij Andriam, & (ne lon-
gum faciam) Comicorum Tragicorúmque multorum dramata fabulæ vnitate carere, ni V.
hil eſt quod dubitemus. Et ſanè cum in poëmate vel maximè præſtet ſatietati occurrere, VI.
quæ dum in iiſdem inſiſtimus præcipuè gignitur, quis non animaduerrit multigena id fa-
bula præſtari optimè? Itaque Ariſtoteles ipſe qui hoc in loco pro vnitate decertat, alibi fa-
teri non dubitauit Epopœiam id habere incommodi, vt niſi ad fabulæ multitudinem de-
flectat, vel amplitudinem ac dignitatem amittat, vel tanquam aqua, eadem nimirum ſem
per ſuique ſimilis & optata varietate vacua videatur. Ac profectò ſi quæ ratio vrget pro v-
nitate, ea eſt, qua vtitur Ariſtoteles quia nimirum cæteræ imitatrices facultates vnius rei
ſunt imitatrices. Sed hoc nihil efficit: nam vt Ars eâdem opera vnam tantùm imitari poſ-
ſit rem ab artificis imbecillitate manere poteſt. quod nimirum humanum ingenium vno
eodémque tempore plura excolere nequeat vel moliri. Itaque Plato vt efficiat nõ multas
ſed vnicam hominibus ſingulis tractandam eſſe artem, cónfugit paſſim ad ingenij imbe-
cillitatem. Id quod eò magis in reliquis illis imitatricibus artibus eſſet concedendũ, quod
vt materia indigeat, non facilè multis operibus perficiendis ſuppetit locus & opportuni-
Vide li. de Rep. tas. Quapropter Poëſis tum demum aliarum artium normam ſequatur oportet, cum ali-
quam ei perfectionem afferat potiùs quàm illi deroget. Eſt enim aliarum exemplo ad v-
nius operis tractationem vrgenda, cum id perfectionem illi aliquam afferre poſſit, non il-
lam ad ordinem cum minùs perfectis artibus redigat. præſertim verò cum Poëſis excellē-
269 ti quadam ratione agat, vnde & vnigenam & multigenam præter aliarum artium vſum
operam præſtare poſſit. Quanquam ne illud quidem præcisè ac ſine exceptione negãdum
artem imitatricem rerum multarum eſſe. quid enim prohibet vt quemadmodum carmi
ne duos amores ac geminas nuptias in Andria deſcribit Terentius, ac duas peregrinatio-
nes in Odyſſea Homerus, duas quoque actiones, vt Herculis Nemeum Leonem necantis
& Alexandri Buceſalum domantis, in vna eadémque tabula imaginem aut factum deſcri-
bat pictor? Quin alias quoque artes multa eodẽ opere moliri videas, vt ſuſoriam. Vt omit-
tam inſitione declarari quantopere Ars ſimul & Natura multis gaudeat, cum eadem ar-
bor varios ferat fructus. quibus etiam artis ac Naturæ excellentia mirificè commendatur.
Quid igitur prohibeat quominus eidem poëmati multas fabulas inſeramus? Denique ea
quoque ratio, quam ex forma ducunt nonnulli, quámque Ariſtoteli etiam affingunt, im-
becilla videri poteſt. Nam eſto Ariſtoteles pulcherrimam fabulam cum pulcherrimo cõ-
ferat animante. at non eo conſilio confert quòd vtrique vnicam ſtatuat conuenire formã,
ſed quia membra rectè diſponi velit, ne mõſtroſum exiſtat opus. Vt omittam ne illud qui-
dem in Ariſtotele certum eſſe vnicam eſſe animantis formam. Cum enim animal ex eius VII.
ſententia priùs alatur, tum ſentiat, multò poſt verò (id quod de homine ſtatuit) intelligat;
quis non ſuſpicetur plures homini & animanti formas tribuiſſe Ariſtotelem? Sed mitto
iſthæc: ſunt enim alterius contemplationis ac temporis, atque illud vnum obijcio; Pictu-
ram quæ maximè omnium imitatur, multiforme interdum conflare opus. Itaque memi-
ni me videre vnius eiuſdémque tabulæ picturam vno eodémque tempore mihi quidem
coloribus obiecisse nauem, quæ expanſis turgeat velis: alteri qui tantiſper a me diſtaret, VIII.
Centaurum obtuliſſe, qui pulcherrimam Deianiram raperet. Tertio demum qui adeſſet
proximus, Herculem retuliſſe qui Nemæum Leonem inuaderet. Quid plura? hanc ipſam
actionum fabuláeque multitudinem Iliadi & Odyſſeæ neſcio quo pacto conceſſit tãdem,
ne varietatis laus ab illis videretur abeſſe. Ita ſanè qui pro unigena fabula tanquam pro

aris

aris & focis dimicauerat, is ad extremùm multigenam probare, eaſdémq; Iliadi & Odyſ-
ſeæ, quas vnigenæ exemplum fecerat, paſſim affingere (quanquam id quod eſt agnouiſſe,
ſeu diſſimulare longiùs noluiſſe crediderim) non dubitauit. Hæc pro multigena fabula.
Tametſi mihi quidem vnitas videtur retinenda: ſed moderatione adhibita: ita ſcilicet vt

*Vnigenam fabulã retinendam eſſe oſtenditur: ita tamẽ vt multigena ſecũdus concedatur locus*

principem veluti ſedem vnigenæ fabulæ concedentes, multigenam in ſecundis conſiſtere
patiamur. Atque id reuera probant quæ pro illa attulimus argumenta pleráque; nimirũ
non eſſe ſpernendam aut abijciendam. At enim vnde nam intelligitur vnigenam fabu-
lam multigenæ anteponendam eſſe? Certè cum ſuperiora argumenta reuera multigenæ
tribuerint plurimùm, atque illius dignitatem confirmauerint altiùs, operoſum fortaſſe
ſit ac perdifficile, vnigenam in integrum reſtituere. Fateor videri poſſe paulò difficilius
ſolida ratiocinatione id confirmare: ſed tamen ea mihi aptiſſima videri ſolet quam ſubij-
ciam. Etenim fatendum eſt quidem Naturam multa ſæpè vno eodémque opere moliri
ac gignere. Sed tamen attentiùs reputanti fatendum eſt etiam tunc maximè Naturã præ-
clarè & excellenter agere, cum vnicum procreat opus: ſiquidem effectrix cauſa, præſer-
tim proxima ac propria, (hanc vniuocam appellãt Peripatetici) id maximè optat ac moli-
tur; opus ac fœtum ſibi quàm ſimillimum procreare: ita vt quò nobilior atque perfectior
eſt efficiens cauſa atque agens, eò fœtum atque opus ſibi ſimilius reddat. Atque hinc eſt
vt quò quæque animantia ſunt viliora ac minùs perfecta, eò maiorem edant ſibi ſimilium
animantium multitudinem: quò perfectiora, eò fermè pauciora gignant. Itaque homo
inprimis vnicum generat hominem: ita vt ſi quando ab vnitate recedat a perfectione vt-
cunque recedere iudicetur. Verè enim, vt eſt vniuoca cauſa, tunc perfectè operatur, cum
ex vnigena cauſa vnigenus exiſtit fœtus. Cum igitur Natura tunc perfectiùs agat cum v-
num ex vno gignit, & procreat, fatendum quoque erit Artem ac Poëſim, quippe quæ Na-
turam planè imitatur, tunc excellentiùs agere, cum vnico opere vnicum ediderit opus. Id
quod in Poëmate eò magis eſt requirendum quò a nobiliore cauſa proficiſcitur, hoc eſt a
mente & intelligentia quam par eſt ad perfectum aſpirare. Cum enim homo quà corpo-
re præditus eſt, vnigenam fœtum procreet, quantò magis vnicum ac ſingulare opus 270
edat neceſſe eſt quà mente & intelligentia operatur? Et hac fortaſſe de cauſa Ariſtoteles
ea totam hanc rem confirmat ratione, quòd in alijs imitatricibus facultatibus imitatio v-
nius ſit rei. ſpectabat enim perfectum, quemadmodum perfectum ſpectare debet imitator
cum mente agat & intelligentia, hoc eſt perfecto modo. Alioquin ars etiam & imitatrix
facultas interdum (id quod iam antea docuimus ſatis) ad multa eodem tempore molien-
da refert operam. Ita demum (vt rem concludam paucis) quemadmodum Natura culpã-
da non eſt aut ſpernenda cum eádem opera gignit multa; ita culpanda aut ſpernenda non
erit Ars, ac proinde poëſis, cum vnico opere multa veluti procrearit. Et quemadmodum
rurſus concedendum eſt, Naturam tũc maximè ſpectare ac gignere perfectum opus, cum
vnicum illud procreat ac ſingulare; ita de poëta erit philoſophandum. Nunc ad cõtrarias

*Reſpondetur ad contrarias rationes.*

rationes, quas pro multigena proferebam, ſi quomodo potero, ſatisfaciam. Ac primum

*Ad Primũ*

fateor Naturam & vnigenam & multigenam procreare fœtum, ſed tamen cõtendo, cum
maximè perfectum ſpectat, vnigenam moliri tantùm. Quod ſi munifica cenſetur ac larga

*Ad ſecundum.*

dum ex vno ſemine plurima edit germina. induſtria quoque & ſagax habenda eſt, dum gi
gnit vnum, vt eq[uum] aut hominem: cum hîc rem magis perfectam atque adeò admira-

*Ad tertium.*

bilem procreet. Neque verò mirandum id ægrè concedi Poëtæ quod non grauatè conce
ditur hiſtorico. Nam prætérquam quod ab Poëta quippe qui Ariſtotele authore Hiſtori- Par. 52.
co antecellit induſtria, maiora exigimus quã ab hiſtorico & perfectiora, Hiſtoricus An-
nales dum texit ac temporum facta proſequitur, vnum aut multa narrare debet pro ratio-
ne temporis, & (quod Ariſtoteles ſtatuit) vt ſors tulerit. Itaque multa percenſere ſolet, quę
ſunt longè varia & nullo modo inter ſe cohærent. Poëtæ contra, ſi perfectum ſpectet, res
veriſimili ratione ſunt copulandæ ex quibus vnigena exiſtit actio. Quod ſi nunquam hoc

*Ad quartum.*

veluti frenum poëtis planè inijci potuit, vt niſi vnicam poëmatis actionem pangerent ac
fabulam, nihil prohibet quominus & meliores vnigenam adamarint fabulam, & magnus
author Ariſtoteles grauiſſimis verbis nos ad fabulæ vnitatem conſeruandam hortatus ſit.
Satietati verò occurrendum eſt quoad eius fieri poteſt Epiſodijs (nam hoc etiam conſilio

*Ad quintum.*

inuenta ſunt vel maximè retenta) non fabulæ multitudine quæ a perfecto recedit. Etenim
nihil prohibet quominus cum Epiſodijs vnigena conſeruetur fabula & perfectum attinga

*Ad ſextũ.*

tur. quod tamen actionis multitudo haud patitur in poëmate. Dum verò vnigenæ fabulæ Par. 156

lauda-

laudator ac ſuaſor ſummus Ariſtoteles veretur ad extremùm ne in Epopœia breuior quā par eſt euadat fabula, ſi perſectæ vnitati ſtudeamus, vereor ne homerizet. Verè enim dici poteſt huc digreſſum eſſe, quòd non haberet, vnde oſtenderet Iliadem aut Odyſſeam perfecta vnitate gaudere. alioquin ipſe author eſt Epicam ſabulam Epiſodijs amplificandam & exornandam. ex quo fit vt non multitudine fabularum ſed Epiſodiorum artificio faciēdum ſit vt non aquea appareat, hoc eſt ſibi vndique ſimillima, ſed Epiſodijs varietur & ſatietati occurratur. Difficiliùs videri poterat quod obijciebatur de reliquis imitatricibus facultatibus, quas negat Ariſtoteles niſi vnius eſſe. ſed tamen videor mihi huic incommo- *Ad Septimum.*
*Par.12.* do occurrere poſſe ſi ſtatuamus Ariſtotelem perfectum ſpectaſſe in illis artibus, quemadmodum perſectam quoque fabulam ac Tragœdiam requirebat inprimis. Ad extremùm *Ad Octauum.* ſic Iliadem & Odyſſeam perfecta ſpoliauit vnitate, vt haſce, quoad eius fieri poſſet, ſectandam ac retinendam iudicauerit. Ita demum, quicquid ſit de Iliade & Odyſſea, vnigenam fabulam multigenæ anteponimus, atque hanc in ſecundis tantùm collocamus. Nam non eſſe ſpernendam cum paulò antè tum in Comparatione copioſè demonſtrauimus. Nunc *Explicatur II.*
171 Ariſtoteleam quam ſecundo loco poſuimus, regulam examinemus. Vt igitur ex varijs partibus vnigena exiſtat fabula, oportere, ait, Ariſtoteles vt eiuſmodi partes ſint inter ſe nexæ ita vt poſteriores neceſſaria ſeu veriſimili ratione pendeant a prioribus: neceſſaria verò dixerim: ſi cum verbi cauſa qui gerat traiectum ferro pectus atque adeò vulneratum cor, hunc deinde poëta fecerit intereuntem, vel qui febri iamdiu æſtuet, ſenſim debilitatum, quíque multum effuderit ſanguinis, aut magno corripiatur timore, expalleſcentem induxerit: veriſimili, vt parentem, necato per errorem filio, dolere, inermem armato cedere, ſeruum domino ſupplicari. Quanquam apud Poëtas neceſſaria vulgi more cenſeri poſſint multa quæ non tam neceſſitatem quàm maximam probabilitatem referunt; vt matrem lugere demortuum quem diligebat filium, aut quæ geſter aluum tandem párere. ita etiā veriſimile Poëtis id ſæpè eſt, quod non omnino difficile fieri poteſt aut fieri poſſe exiſtimatur. iubet igitur Ariſtoteles vt partes poſteriores a prioribus tali pendeant ratione & oriantur: ita enim fore ait, vt ad vnigenam fabulam coaleſcant conſtituendam. Qua de re vna atque altera de cauſa dubitari poteſt. Prima eſt quia Epiſodia quoque (id quod iam *Dubitatur I.*
*vide argu.2.* antea dubitare cœperam) debent eodem inſeri modo & veriſimili ratione aut neceſſaria ſiue inter ſe ſiue cum partibus fabulæ necti: ac propterea regula nutabit, nec facilè ſinet; vt fabulæ partes ab Epiſodijs diſcernantur aut commodè fabulæ vnitati ſeruiant dignoſcēdæ: ſiquidem huic dignoſcendæ proprium aliquod ſignum eſſet afferendum; niſi tamen velimus vt vnitas ex nexis Epiſodijs etiam ſine delectu æſtimetur. Altera eſt quia hoc mo- *II.* do longiùs quàm ferri poſſet producere liceat fabulam, quemadmodum iam antea dubitatum eſt. Fac enim ab Diſcordiæ pomo ad Paridis iudicium, ab hoc ad tranſmiſſionem
*In ar.12.* Paridis in Græciam, & ita deinceps ad Ilium euerſum vſque, imò verò ab euerſo item Ilio ad Vlyſſis nauigationem, fiat progreſſio. & ibi fabula terminetur vbi Vlyſſis labores perficiuntur, an non hæc neceſſaria aut ſaltem veriſimili ratione necterentur? Sic ſanè. & tamen immenſum eſſet opus aut certè vnum quidem & finitum ſed longius *Reſpondetur.* quàm ferri poſſet. Hæc contra propoſitam regulam. Sed reſpondeo tamen, Epiſodia nectenda ſunt veriſimili ſaltem ratione: fateor. Sed tamen hoc in loco nec requirebatur nec docebat Ariſtoteles quomodo diſcernantur fabulæ partes. Sed quomodo necten- *Ad primum.* dæ, vt vnigena inde exiſtat fabula: cui rei non incommodè ea ſeruit regula. Vt omittā Poëtam qui eas & nectit & antea cōceperat animo, ſatis noſſe quæ ſint germanæ fabulæ partes: quæ extrinſecùs & in Epiſodij locum deriuentur. quin induſtrius quoque lector aut ſpectator, quíque Poëticis actionibus & fabulis exercitatas afferat aures, id diſcernere poterit tum ex Prologo ſeu primis congreſſibus vt in dramate, tum ex propoſitione, vt in Epico poëmate (Propoſitio enim germanis quidem fabulæ partibus, Epiſodijs nullo modo, conflatur) tum ex fine propoſito & eorum obſeruatione quæ ad finem propoſitum præcipuè pertinent; ac nexum inprimis & ſolutionem continent. cui rei conferet etiam bonos Poëtas peruolutaſſe, & cum ijs præſentem eiuſdémque ordinis actionem ac fabulā comparaſſe: præſertim verò vbi vnus alterum imitetur. Denique huc ſpectabit ea par- *Ad ſecundum.* tium motio, de qua dicendum erit paulò poſt. Quod ſi propoſita regula quam vnitati cōſeruandæ adhiberi iubet Ariſtoteles, id videatur efficere vt in immēſum ferè produci poſſit fabula atque actio non Iliade ſolùm, verùm etiam Odyſſea & Iliade ſimul longior, quin plurimis adhuc partib. auctior atque prolixior, iam huic vitando ſcopulo præcepta magni-

*NVM ſcilicet probāda ſit regula quam vnitati conſtituendæ adhibet. Ariſtoteles.*

*Pertinet hæc ad argumentũ 13. quoq; Par. 52. 272*

gnitudinis ſeu debitæ longitudinis ſunt referenda; quæ iam antea ſunt a nobis explicata. nam ea de qua nunc diſſerimus regula, vnitati deſtinata eſt, non longitudini. Ita ſanè minimè licuerit tum Ilij oppugnationem tum Vlyſſis errores, tum Diomedis cæterorúmque Græcorum reuerſionem vno eodémque complecti poëmate: id enim cum alia prohibẽt multa, tum iuſtæ longitudinis regulæ. Nam hac de cauſa cenſuit Ariſtoteles Homerum ab vno Troiano bello ſimul pangendo abſtinuiſſe: tantùm abeſt vt cætera illa quæ immẽſum poſtulaſſent opus attigerit & decantarit. Atque his ſatisfactum quoque velim ijs argumẽtis, quibus iamdiu Ariſtoteleam de vnitate doctrinam oppugnabamus. Poſtremum

*Explicatur III. Quæ dubitationem creãt propoſitis prius.*

excipio quod pertinet ad ſignum vnitatis; quod iam tertio loco eſt explicandum. Eſt autẽ id quoque explicatu perdifficile propter Epiſodia. ſi enim partes aliquæ Tragici aut Epici poëmatis ſedibus mutandæ aut auferendæ ſunt vt intelligatur num ad vnitatem pertineãt quæ obſecro ſuppetet ratio, vnde intelligamus non Epiſodij partes ſed fabulæ loco dimotas aut reiectas eſſe? Sed fac author aut induſtrius auditor ſatis id perceperit, quòd exerci-

I.

tatas afferat aures & in ea ſpectet, quæ paulò ante obſeruabantur; attamen actiones & fa-

II.

bulæ reuera non ſunt inſtar animantis cuius partes nullas ac membra dimoueas loco, multò verò minùs mutiles & abijcias, quin ſentias vtcunque mutari totum: non enim Actionis partes ſunt organicæ, vt ita dixerim, aut ſpirituum caloriſque aut animæ vi florent ac vigent, ita vt ſtatim animaduertere liceat num propria aliqua pars aut membra aliqua depulſa ſint loco aut deturbata. & ideo Oedipum verbi gratia ſiue Medeam variari partibus

III.

videas, nec eodem ab Tragicis omnibus modo exprimi: cum tamen homo aut leo eodem ſemper formetur modo. Adde quod Ariſtoteles, ſi mutetur ſede pars aliqua, vel dematur & auferatur, fore ait vt diuerſum reddatur vel mutetur totum; & tamen dum id explicat ac probat, de parte quæ moueatur ſede ne verbum quidem; de parte verò altera, ſi inquam auferatur, illud vnum ſubijcit, *quod enim præſens aut abſens nihil facit quod appareat & ſentiatur, ne pars quidem cenſenda eſt.* Vbi tantum à contrario probat quod dixerat poſteriùs ac inimma-

IV.

nẽ docet quando pars ablata nihil faciat, quãdo efficiat, & mutationem illam afferat, nullo modo. Deniq; qui fieri poteſt vt pars aliqua, quæcunq; illa ſit, è poëmate auferatur; quin hoc varietur ac perturbetur? præſertim verò quia nihil prohibet quominus pars aliqua ſit in poëmate otioſa, & tamen quoniam cum illo contexta eſt, ſine perturbatione poëmatis diuelli nequit; tantùm abeſt, vt de integro Epiſodio id ſtatui poſſit. In qua tamen re nõ eſt quod dubitemus, nauum atque induſtrium auditorem requiri aut lectorem, vt ex ea intelligi poſſit, num verè vnigena ſit fabula. Sed vt quoad eius fieri poſſit res intelligatur, Oedipi argumentum rurſus afferamus in medium, ſed perpaucis. Thebis graſſante peſtilentia,

*Iam vet explicatur Oedipi propoſito argumento.*

Oedipus conſuli iubet Oraculum: accipit reſponſum Laij interfectorem eſſe Thebis, & eius nece vel exilio expiandam vrbem. requirit interfectorẽ Oedipus, ſtatuitq; vt orbetur oculis, & in exiliũ mittatur. dum igitur interfectorem requirit, ex Nuntio repentè præter opinionem agnoſcit ſe eſſe Laij interfectorẽ. ſibi igitur effodit oculos & in exiliũ abit. Hoc argumentum. In quo ſanè licet animaduertere nihil detruncari poſſe & abijci, quin mutetur fabula. Siquidem aut nexus aut ſolutio minimùm variabitur & perturbabitur. fortaſſe etiam fabula corrumpetur; ita vt ſeries rerum minimè appareat. Id quod is facilè ſentiat, qui Sophoclis Oedipum percurrens, aliquã ex propoſitis partibus abſtulerit. Atque idem certa proportione de mutatione partiũ dici poteſt. ſiquidem non poterit non perturbari fabula, vbi aliquam ſede partem dimoueris: vel enim nexus perturbabitur, vel ſolutio. Ariſtoteles igitur de more breuiſſimè vnum proponit, quod ad eam attinet partẽ, in qua, parte dempta & abiecta, mutationem dixerat ſecuturã: aitque fore vt ſi partẽ demas, quæ non ſit propria fabulæ (Epiſodium intelligo: hoc. n. licet arte ſit fabulæ interpoſitum, tolli tamen poteſt ſine iactura fabulæ) fabula non mutetur aut perturbetur. Tu iam Ariſtoteleo initio inhærens, addas è contrario, fore vt ſi parte illa ablata mutetur fabula ac perturbetur, ea ſit germana fabulæ pars, quæque ad vnitatem pertineat. Eodem modo de mutatione diſſeras & partibus quæ moueantur loco: vel enim otioſæ ſunt ſi nihil pertineant ad fabulã; vel ſi pertineant, nexum aut ſolutionẽ perturbabunt, ac totum variabunt & mutabunt. Id quod ex vniuerſa Oedipi Tragœdia licebit aduertere, quæ Epiſodiis etiã cõflata

*Ad argumenta.*

eſt. Atq; hinc iã licebit propoſitis dubitationib. ſatisfacere. Ac primùm fateor Epiſodia nõ temerè ſed neceſſaria aut veriſimili ratione inferenda eſſe; ſed tamen adhuc minùs propriæ ac germanæ erunt fabulæ partes, & ſine quibus fabula, ſi rectè ſit cõſtituta, perſiſtat. 273

*Ad primũ*

Sic in Aeneide liceat tutò ac ſine fabulæ iactura remouere primum cum Didone cõgreſ-

ſum

ſum: ſic deinde ludos, quibus parentauit Anchiſi, ſic ad Elyſios deſcenſum, & ſi quid huiuſmodi. hæc enim, quoniam ſunt Epiſodia, fabulam relinquunt integram. ſecus ſi aliquã errorum aut belli partem dimoueas. hinc enim fabula concidat neceſſe eſt. Itaque plurimùm intereſt ſiue fabulæ partes, ſiue Epiſodium remoueas; tametſi veriſimili ratione cõſtet vtrunque. Neque enim ijs aſſentimur, qui exiſtimant ex Epiſodijs & fabula ita vnum gigni, vt propoſita regula poëmati ſeruiat vniuerſo. Nam exiſtimamus induſtrium auditorem adhue poſſe diſcernere & internoſcere Epiſodium a fabula, vt nõ neceſſe ſit fabulam pro dramate aut poëmate vniuerſo vſurpare. Siquidem quamuis reuera drama haud referat perfectam animantis imaginem, ita vt eâdem facilitate partes agnoſcere liceat; nihil tamen prohibet quominus illas coniectura informare valeat induſtrius Auditor, præſertim ſi ea diligenter attẽderit, quibus, fabulam ab Epiſodijs internoſci poſſe docuimus. Ita demum breuiloquentiam de more adamaſſet quidem Ariſtoteles, ſed tamen quoddam veluti initium obtuliſſe. vnde vnitas dignoſcatur, ſiue pars moueatur ſiue abijciatur. Quod ſi Epiſodium, quin ne otioſiſſima quidem pars ſi diuelli poſſe videatur è poëmate ſine perturbatione aliqua, id verò tantiſper ad orationis nexum pertineret non ad fabulam ipſam. Quare fateor quidem narrationem verbi gratia Troiani excidij ſine aliqua verborum detruncatione ac veluti cicatricis ſpecie tolli è Poëmate haud poſſe, ſed pernego fabulam hinc mutari. quandoquidem Ilij excidium nihil pertinet ad Aenæ errores ac ſine fabulæ iactura diuelli poteſt. Itaque vbi inſtauraueris vocum cõtinuationem (id quod leui verborũ flexu perfeceris) cicatrix appareat nulla. Quin fieri poſſet interdum vt Epiſodium quoque, quantumuis magnum, tollatur, cicatrice relicta nulla. Sic duobus aut trib. poſtremis libri primi vocibus ſublatis, quib. aditus aperitur Troiano quoque excidio narrando, ſine vlla vel fabulæ iactura vel decurtatæ orationis nota licuiſſet Virgilio ad tertium progredi, vix duobus primis ſecundi libri retentis carminibus. quid enim vetet, vt cum ſic clauſiſſet primum.

*Ad ſecundum.* *Ad tertium.* *Ad quartum.*

*At age & a prima narres origine caſus,*
*Errorêſque tuos: nam te iam ſeptima portat*
*Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.*

continuò caneret

*Conticuere omnes intentique ora tenebant:*
*Inde thoro Pater Æneas ſic orſus ab alio:*
*Poſtquam res Aſiæ Priamique euertere gentem*
*Immeritam viſum ſuperis ceciditque ſuperbum*
*Ilium, & omnis humo ſumat Neptunia Troia:*
*Diuerſa exilia & deſertas quærere terras*
*Augurijs agimur Diuûm, claſſemque ſub ipſa*
*Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ*

& quæ ſequuntur in libro tertio toto? Atque hac ratione vix paucis mutatis verbis Troiani excidij Epiſodium ſine vlla fabulæ iactura remouetur. Hæc de fabulæ vnitate. Iam verò ſi quis quærat num vnica & vnius Herois actio ſic vnius eſſe debeat, vt ne illius quidem eſſe poſſit, qui multis præſit ac multorum dux ſit ac princeps, equidem ineptè id ac temerè quæri reſponderem, niſi animaduertiſſem, viros quoſdam alioquin non ineptos in hanc ſententiam incidiſſe vt voluerint, vnius eſſe, qui ſolus ac ſine vllis adminiſtris heroica illa facta aggrediatur atque perficiat. Quorum ego opinionem copioſiſſimè (ni magnoperè quidem fallor) ac perſpicuis argumentis; quæque refelli nullo modo poſſint, reieci in Cõparatione copioſè; cum enim Mutinenſis interpres ad hunc veluti ſcopulum adhæſiſſet, aliósque non obſcuræ alioquin notæ viros in ſuam ſententiam rapuiſſet, omnino faciendum fuit vt eos refellerem, quod in Diſputatione ſecunda fecimus; tum huic aduerſariam altiùs confirmantes ſententiam, tum Mutinenſis aliorúmque multorum euertentes argumenta. Ibi igitur oſtendi cum perfecta fabulæ vnitate non modò conſentire, vt
174 Heros ſiue Dux ac Princeps multorum miniſterio vtatur ad heroica gerenda facta atque adeò integro exercitu victoriam conſequatur; verùm etiam id maximè & expediat & cõueniat. Heros enim ac Dux in poëmate introducitur, vt ſit in Ideæ & exempli loco ijs Principibus ac ducibus, qui non ſolitarij degunt atque agunt, ſed regna adminiſtrant ac bella gerunt, quæ ſine adminiſtris peragi nequeunt. quemadmodum apud Virgilium Aeneas, apud Camerinum olim Agamemnon, apud Caninium Rufum Traianus, apud

*CONTROVERSIA. XLIX. An vnica Fabula vnicum & ſine adminiſtris vllis aut ſocijs requirat Ducem aut Heroem.*

Petrar-

Petrarcham Africanus,&,vt alios plurimos omittam, apud noſtrates Carolus Magnus, aut Gotifredus. Neque verò ſiue a Mutinenſi interprete,ſiue a Mazzonio aliiſque nonnullis niſi falsò ſumitur,Achillem Troianos expugnaſſe ac ſuperaſſe ſolum,ſolum item Vlyſſem procos occidiſſe atque heroica facta obijſſe, Nam Achilles præterquam quod Troiam nauigauit exercitu inſtructus, ac Myrmidonibus tanquam princeps ac dux præfuit ſemper,ſanè cum tandem ſibi pugnandum cum Troianis propoſuiſſet,Græcum exercitũ in aciem eduxit & ordinauit,eundémque ad pugnam cohortatus eſt,illud vnũ de ſe exercitui promittens,ſe inter primos pugnaturum. Itaque Græci vnà cum Achille in Troianos ſic irruerunt,vt parum abfuerit,quin eo die(ſic enim canit Homerus)Illum expugnauerint. Quod ſi Achilles(id enim eſt quo ſe muniunt aduerſarij)quo tempore congreſſus eſt cum Hectore optauit curauítque ne hunc Græci aggrederentur, id nihil eſt, nam nec Græci ab reliquis Troianis perſequendis abſtinuerunt,nec Achilles alia de cauſa ſolus Hectorem aggredi optauit,niſi vt ſibi vni Patrocli,hoc eſt eius quem vnicè dilexiſſet, necem vlciſci & iram etiam atque etiam ſaturare liceret. quare quemadmodum apud noſtrum Poetam Tancredus prohibet,ne quis Argantem diuexet,vt ſibi vni liceat ex illo victoriã reportare ac Dudonis necem vlciſc ;nec tamen quiſquam ita deliret, vt hac de cauſa Torquatum ſtatuat vnius,qui nullis planè adminiſtris vſus ſit, facta & victorias celebrare; ita errant ij, qui quod Achilles optaret vnus Hectorem proſternere, Iliadem vnius eſſe dicũt, qui ſine vllo adminiſtrorum vſu heroica peregerit facta. quaſi verò Agamemnon aut etiã Achilles non exercitu ab initio ad finem vſque inſtructi fuerint & dimicarint. Idem de Vlyſſe. nam Troia ſoluit & ad Cicones peruenit duodecim nauibus,quæ multo milite inſtructæ erant:hoc regionem illam depredatus eſt,atque ijſdem ferè ſocijs ad Lotophagos Ciclopes,Eoliam & ad Leſtrigones peruenit, labores ac munera cum ſocijs ſuſtinens ac peragens,quod ſi ad Circem minore militum & ſociorum venit numero,ijſdémque orbatus eſt,cum in Ogygiam inſulam nauigaret, certum eſt tamen anteactos labores omnes & errores,quos omnes ad Odyſſeæ fabulam pertinere docet Ariſtoteles, ab Vlyſſe non ſine ſocijs exantlatos eſſe. Quod ſi tandem ſolus ab Ogygia ſoluit, & in patriam peruenit, vbi ſeſe ex ſummis ærumnis ad fœlicitatem euexit,non tamen hæc perfecit ſolus, ſed tum Thelemachi filij,tum Eumei,Philetii aliorúmque ope,præſertim verò Mineruæ,qui omnes cum Vlyſſe aduerſus procos decertarunt. Itaque tantùm abeſt vt Homerus Vlyſſem ſibi eo nomine celebrandum propoſuerit,quòd ſolus heroica illa ſuſcepiſſet ac peregiſſet facta,vt tum ab initio eum integro inſtruxerit exercitu,tum ad extremùm vbi is paulatim defeciſſet,nouis præſidijs(tameiſi vna Minerua ſatis ſupérque eſſe poterat, quam Homerus exercituum domitricem facit)eum muniuerit: ita vt Medontem atque alios inducat,qui doceant Vlyſſem non ſolum, ſed Minerua aliíſque non paucis adiutoribus inſtructum, enecaſſe procos. Sed non neceſſarium a me laborem ſuſcipi exiſtimet aliquis, cum res perſpicua per ſe ſit ſatis,ego verò non id inficior, ſed tamen ad Ariſtotelis de fabulæ Vnitate ſententiam omni ex parte declarandam, viſum eſt iſtorum peruicaciam frangere, quòd authores nec pauci nec infimæ omnino notæ videantur. Quanquam quoniam hîc longioris ſcriptionis tædio afficimur, & tamen alia quædam non inutiliter addi poſſent, non dubitarim lectorem ad ea reiicere, quæ de hac tota(vt dicere cœperam) enucleatiùs diſputauimus in ſecunda Comparationis Diſputatione. ne igitur hanc pigeat conſulere. Hæc rurſus de fabulæ vnitate.

Part.99

275 à pag. 52 vſque ad 77.

CA-

# CAPVT SEPTIMVM.

## PARTICVLA LII.

Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι οὐ τὸ τὰ γινόμενα λέγειν, τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστὶν, ἀλλ' οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον. ὁ γὰρ ἱστορικὸς, καὶ ὁ ποιητὴς οὐ τῷ ἢ ἔμμετρα λέγειν, ἢ ἄμετρα διαφέρουσιν. εἴη γὰρ ἂν τὰ Ἡροδότου, εἰς μέτρα τιθῆναι, καὶ οὐδὲν ἧττον ἂν εἴη ἱστορία τις μετὰ μέτρου, ἢ ἄνευ μέτρων. ἀλλὰ τούτῳ διαφέρει τῷ, τὸν μὲν τὰ γινόμενα λέγειν, τὸν δὲ, οἷα ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστίν. ἡ μὲν γὰρ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἡ δ' ἱστορία τὰ καθ' ἕκαστον λέγει. ἔστι δὲ καθόλου μὲν τῷ ποίῳ τὰ ποῖ' ἄττα συμβαίνει λέγειν, ἢ πράττειν κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον, οὗ στοχάζεται ἡ ποίησις, ὀνόματα ἐπιτιθεμένη. τὰ δὲ καθ' ἕκαστόν, τί Ἀλκιβιάδης ἔπραξεν, ἢ τί ἔπαθεν.

SAnè conſtat ex ſupradictis non poëtæ eſſe facta ipſa propriè narrare; ſed quemadmodum vel geri quiuerint, vel veriſimile, vel omnino neceſſarium fuerit. Haud enim hiſtoricum atque Poëtam carmen & ſoluta oratio deſignant. quippe (quòd alioqui facilè factu ſit) ſi Herodoti hiſtoria carminibus pangatur, æquè nihilominus ac priùs ſine carmine erit hiſtoria: ſed hoc differunt, quòd hic quidem res geſtas, ille vt geri potuerunt exponit. Quo fit vt ſapientiùs atque præſtantiùs Poëſis Hiſtoria ſit: ſiquidem illa circa ipſum vniuerſale plurimùm verſatur: hæc verò ſingulare ſectatur. Eſt autem vniuerſale, quæ cui conueniat, dicere vel facere, veriſimiliter quidem ſeu neceſſariò: id quod ſpectat poëſis; cum nomina imponat. contra ſingulare, quod ipſe Alcibiades fecerit tuleritque. Paccius.

*MAnifeſtum autem eſt ex ijs, quæ dicta ſunt, non eſſe poëtæ munus facta dicere, ſed qualia fieri debent & fieri poſſunt ſecundùm veriſimile vel neceſſarium. Nam Hiſtoricus & Poeta non eo, quòd aut cum metro dicant, aut ſine metro, inter ſe differunt. liceret enim quæ Herodoti ſunt in metris ponere, & nihilominus eſſet Hiſtoria quædam cum metro, quàm ſine metris; ſed in hoc eſt differentia, quòd vnus quidem facta dicit; alter verò qualia fieri debent. Quamobrem & res magis philoſophica & melior poëſis eſt quàm Hiſtoria. nam Poëſis magis vniuerſalia, Hiſtoria magis ſingularia, dicit. Eſt autem vniuerſale cum exponitur quemadmodum tali talia contingat dicere aut facere ſecundùm veriſimile aut neceſſarium; id quod ſpectat poëſis, nomina imponens. ſingulare verò, quid Alcibiades fecerit aut paſſus ſit.* Riccobonus.

QVID doceat Ariſtoteles in hac particula, non eſt omnino obſcurum: conſtat enim docere quæ nam ſint dicenda ſeu imitanda poëtæ, ac propterea declarare an neceſſaria ſeu vera, aut etiam veriſimilia ſeu falſa, ſint dicenda & imitanda, & quo modo. Atque hinc circa dicenda poëtæ munus confert cum Hiſtorici munere. Verùm quò ſpectent iſthæc, ſeu quo conſilio hîc commemorentur & explicentur, eſt longè obſcurum. Etenim Ariſt. cõmemorare cœperat & explanare fabulæ conditiones & proprietates: itaque docuerat omnino eſſe faciendum, vt fabula ſit tum perfecta ac tota, tum magnitudinem habeat, tum vnius ſit actionis. & hac de cauſa alias etiã proprietates paulò poſt ſubiunget, docebitq. conſtituẽdam eſſe fabulam non epiſodicam, ſed epiſodijs aptè inter ſe iunctis & copulatis; admirabilem, implexam, ac propterea peripetia agnitionéve & perpeſſione inſtructã. Quid eſt igitur cur in medijs harũ proprietatũ ſpatijs nouam intrudat diſputationem, ac de rebus a poëta

*276 COMM. LII. Quid hic doceat non omnino obſcurũ eſſe. Cur id doceat eſſe obſcuriſſimũ.*

*Victorius.* ta dicendis imitandiſque differat? Victorius cum locum hunc cum ſuperiore necteret, monebat Ariſtotelē hoc in loco diſputare de officio poëtæ, ac docere quid ſequi debeat in argumento componendo. Sed profectò nihil minùs quàm dubitationem tollit: nam docet ille quidem quid vniuerſim ſaltem differat author in hac particula; cur, nullo mo-
*Madius.* do. Idem dixerim dum Madius ſic ſcribit: *Poſſet alicui videri, Ariſtotelem hic præceptum tra-* *pag. 131.*
*dere, quo nos admoneat eo modo res, quo factæ ſunt, ſcribendas non eſſe (Id enim Hiſtorici munus eſt) ſed quo fieri rectè deberent;* Siquidem quid doceat attingit; quod tamen minimè obſcurum videri poterat; cur id doceat, quod eſt obſcuriſſimum, prætermittit. Tametſi quod paulò ante docuerat, rei quam quærimus explicandæ accommodatum videri poſſet; dum nimirum ſic ſcriberet, *Quanquam ſupra ſit dictum, Poëtam oportere vnam tantùm actionem exprimere, id tamen quomodo fieri debeat, hoc loco docet: vt ſcilicet ſecundùm id quod veriſimile aut neceſſarium eſt exprimatur, poſthabita veritatis ratione; idque in omni Poëmatum genere ſeruandum.* Quam ſententiam dum in re obſcura verſamur, non ſperno, etſi dum Ariſtoteles ad rem deſcendit verbis illis, *Manifeſtum autem eſt ex ijs quæ dicta ſunt, non eſſe Poëtæ munus facta dicere. ſed qualia fieri debent & fieri poſſunt ſecundùm veriſimile vel neceſſarium,* ſuſpicioſa & minùs tuta mihi videri ſolet: nam non tam dicendum fuiſſet Ariſtoteli (ſi tale ſit eius conſiliū quale ſcribit Madius) conſtare ex dictis Poëtæ non eſſe facta dicere, quàm iam explicandū, quo pacto aut qualis actio illa vnigena Poëtæ ſeu Tragico ſit pertexenda: atque hinc fuiſſet præcipiendum vt ſecundum veriſimile & neceſſarium contexeretur. Itaque probabilior
*Riccobonus.* videri poteſt Riccoboni ſententia; quia exiſtimat hoc in loco quartam fabulæ proprietatem afferri, vt ſcilicet ſit poſſibilis, ſic enim ille loquitur, ſeu δυνατὸς & quæ fieri poſſit. Et *pag. 43.*
ſanè hac ratione nullò modo perturbaſſet Ariſtoteles inſtitutā de fabulæ proprietatibus diſputationem. vt enim modò docuerat, oportere fabulam eſſe vnam, hoc eſt vnius actionis, ita in præſentia doceret oportere huiuſmodi actionem eam eſſe, quæ fieri poſſit. Quā-
*Author.* quam hîc etiam inde perturbor quòd neutiquam eſt concedendum, Poëtam ex Ariſtotelis ſententia τὰ δυνατά, hoc eſt ea planè quæ fieri poſſunt, ſpectare; ſed veriſimilia & neceſſaria: ſeu τὰ δυνατά ſecundùm veriſimile & neceſſarium, quod tandem id recidit quod eſt veriſimile. Et quidem infinita propemodum fieri poſſunt, quæ tamē nullo modo ſunt veriſimilia aut neceſſaria. an non fieri poteſt vt lætiſſimò hoc die ac ſplendidiſſimo Gymnaſium atque adeò hæc Vrbs vniuerſa niuibus valletur vndique? ſic ſanè. & tamen, nec veriſimile eſt nec neceſſarium. Denique δυνατὸν ſeu id quod fieri poteſt multò patet latius quàm veriſimile, quod ab Ariſtotele ſine controuerſia hoc in loco tribuitur Poëtæ. Et quamuis non inficior poëticum veriſimile patere latiùs quàm Oratoriū (ideo enim Poëtæ licet interdum leuem rumorem ac famam ſectari, & rudiorum opinionem aut ſuſpicionem pro opportunitate ſequi) quicquid tamen imitatur, veriſimilis nomine imitatur; ita vt ea etiam quæ fieri nequeant, imitari poſſit, dum tamen veriſimili reſperſa ſint: contra tamen quæ fieri poſſunt, imò facta quoque ſunt aut fieri neceſſe eſt, vbi veriſimili ca- 177
reant, ſunt prætermittenda; vſque adeò quicquid canit & imitatur, veriſimilis nomine
*Germanū Ariſtotelis conſiliū.* canere debet & imitari. Statuamus igitur Ariſtotelem hoc in loco quartam afferre ac declarare fabulæ proprietatem, quæ eſt vt actio, quam Poëta in tertia proprietate præfixit & imitandam propoſuit, ea ſit veriſimilis, & ideo quæ ſequuntur eò ſpectant omnia, vt intelligamus rerum imitandarum formam eſſe veriſimile, ita vt falſa etiam aut vera excipi poſſint, dum tamen veriſimilia ſint. & huc pertinet quod alibi docet, Poëtæ eſſe falſum potiùs canere, dummodo veriſimile videatur, quàm verum aut neceſſa-
*Explicatur tā locus per partes.* rium, quod veriſimili careat. Sed iam Ariſtotelem ipſum audiamus. *Manifeſtum eſt autem ex ijs* (inquit) *quæ dicta ſunt non eſſe Poëtæ munus facta dicere.* Quod ea de cauſa pronunciat, vt priùs remoueat quæ non ſint dicenda, quàm doceat quæ ſint dicenda: ſeu priùs doceat qualis haud eſſe debeat forma actionis imitandæ, quàm qualis eſſe debeat. Dum verò negat primò eſſe munus Poëtæ facta dicere, non id negat quia vbi facta ſint veriſimilia, non poſſint a Poëta repreſentari (quā ſi veriſimilia ſunt, non multò poſt concedet illa Poëtæ) ſed quia facta quà facta ſunt, Hiſtorici ſūt propria, cū Hiſtorici officiū ſit ac munus facta percenſere ac res geſtas narrare: Poëtæ verò ſit propriū humanas actiones quà veriſimiles referre: ita vt præter inſtitutū & (vt planiùs cū Peripateticis loquar) per accidens ſit, vt Poëta res factas narret: eas enim narrat quà ſunt veriſimiles, nō quà verè (id quod Hiſtorici propriū eſt) contigerunt. Pergit autē *ſed qualis fieri debeat.* Vbi cum modò docuerit quid nō ſit proprium poëtæ, vel qualis non debeat eſſe actio imitāda, oſtendit iam quid ſit proprium

& qua-

& qualis debeat eſſe actio quam imitatur, Dicit autem narranda illi eſſe facta qualia fieri debent, ea ni fallor de cauſa, quia id eſt commune Poëtæ cum Hiſtorico, vt ad res ſingulas deſcendat; ſiquidem cum actiones ſint ſingularium, neceſſe eſt vt Poëta, quippe qui actionem imitatur, ad res ſingulas deueniat. Sed tamẽ Hiſtoricus prout factæ ſunt, Poëta prout fieri debuerunt, eas perſequitur & narrat. Sed cur prout fieri debuerunt? ea opinor de cauſa, quia Poëtæ eſt res quas narrat, ad certam quandam ideam & formam reuocare, vnde mortales in ſuo quique genere intueri poſſint quid ſibi fugiendum, quid ſequendum & imitandum, & ideo Comicus ciues & populares inſtruere debet in vita populari, & inter riſus, amores, populareſque caſus eos de officio admonere & cautiores efficere. Tragicus reges atque eos qui populis dominantur, inſtituere debet, vt iuſtè ac moderatè vrbes adminiſtrent ac regna, Epicus ſummum Ducem & Heroëm effingit, ad cuius exemplum res perdifficiles præſertim bellicas tractare & heroicas virtutes in rebus arduis oſtendere liceat. Atque idcirco hoc in loco Ariſtoteles non tam ſigillatim de Tragica actione quàm de Poëtica præcipit vniuerſim. Et ideo ſubdit è veſtigio debere fieri poſſe ſecundùm veriſimile & neceſſarium, Cum enim ei qui tripartitam iſtam ideam ac Poëmatis varietatem ſic format, vt res non prout geſtæ ſunt, ſed prout geri debent, narrentur & exprimantur, neceſſe eſt quoque fingere (non enim facta, ſed quæ fieri debent, narrat) ac mentiri; ac proinde videndum eſt, vt non ἀδύνατα, quæque fieri nullo modo poſſunt, dicat, ſed quæ fieri poſſunt, veriſimilis & neceſſarij ratione habita. Denique narrare debet res & actiones prout fieri debuerunt & potuerunt ſecundùm veriſimile & neceſſarium.

Et quoniam ij qui Poëtam ab Hiſtorico non inde diſtinguebant, quòd hic res factas, ille res prout geri debuerunt, recenſeat, ſed carmine illos diſſociabant, ſtatim obijcere potuiſſent, otioſum eſſe hoc diſcrimen, poſſeque ſine crimine permitti, vt Poëtæ etiam officium ſit facta dicere, cum carmen deinde illum ab Hiſtorico diſtinguat ſatis; ideo Ariſtoteles ſen-
178 tentiam vt tueatur ſuam, Minimè verò (inquit) Poëta carmine ab Hiſtorico ſeiugatur: nã ſi quis Herodoti Hiſtoriam metris illiget, nihilo minùs eſſet Hiſtoria cum metro quàm ſine metro, Itaque ea differentia tenenda eſt: Hiſtoricum facta dicere: Poëtam verò qualia fieri debeant. Sic Ariſtoteles in ſententia perſiſtit. Ex qua corollarium infert, vnde Poëſis magnopere commendatur, atque Hiſtoriæ longè antoponitur. Colligit enim Poëſim eſſe rem magis philoſophicam & ſtudioſiorem quàm Hiſtoriam; quod eſt ad Philoſophiam ſeu Philoſophi induſtriam accedere propiùs, & maius ſtudium induſtriámque requirere. Id quod ea ratione confirmat, quia Poëta res perſequitur magis vniuerſas: Hiſtoria contra narrat res ſingulas. At enim qui id fieri poteſt, cum vtraque facultas humanas actiones perſequatur? ſanè actiones ſunt ſingularium omnes, Duabus de cauſis, ni fallor, ſcribit Poëtã res vniuerſas ſectari. Prima eſt quia hiſtorico nefas eſt vel vnum nomen immutare, vſque adeò reb. ſingulis obſtringitur, ne a veritate tantillum diſcedat: Poëta verò nomina vel omnia vt in Comœdia, vel pléraque, vt in Tragœdia & Epopœia, mutat ac nouat: ita vt minùs quàm Hiſtoricus ſpectet ſingularia: præſertim verò quia dum nomina profert noua, nouas quoque perſonas ac propterea nouas etiã res fingit. Altera quia dum res narrat prout geri debuerunt, idque ſecundùm veriſimile aut neceſſarium, ſpectare debet accuratè, quæ ſit rerum natura & conditio, & quid quæque res poſtulet, vt veriſimili ratione aut neceſſaria exprimatur; præſertim verò cum decorum etiam ſpectandum ſit diligenter & exprimẽdum. Iraque & Heroum & Heroicarum virtutum notitia requiritur in Poëta: Regum quoque mores perſpectos habere debet: ciuium item & popularium propenſiones, negocia, fraudes, & id genus alia ſexcenta teneat oportet, vt tripartitam illam Poëſis varietatem pro dignitate tractare poſſit. Atque hanc quidem rationem indicauit Ariſtot. cum ſubiungeret, tunc res vniuerſas ſectari Poëtam, cum ea exponit & imitatur, quæ huic vel illi dicẽda ſunt aut facienda ſecundùm veriſimile aut neceſſarium: illam, cum adderet Poëſim nomina imponere: Hiſtoriam nequaquam: ſed commemorare quid Alcibiades fecerit aut paſſus ſit. De qua re in ſequenti adhuc particula conſtabit planiùs. Nunc permulta ſunt atque illa & egregia & difficillima quæ dubitentur in præſenti atque adeò in Controuerſiam (ſi tamen vnicâ diſceptari queant) reuocentur. Quæritur itaque NVM ea quibus præcipit ac docet Ariſtoteles Tragicam ſeu poëticam actionem debere eſſe veriſimilem, id enim planè explicari in hac particula iam demonſtrauimus) probanda & excipiẽda ſint: in primis verò num Poëſi in vniuerſũ veriſimilis actio in materiæ loco iurè ac meritò ſubijciatur.

*Colligit ita Ariſtoteles probatque Poëſim præſtare Hiſtoria.*

*CONTROVERSIA L. NVM ea quibus ſtatuit Poeticam Actionem debere eſſe veriſimilem, ac veriſimilẽ Actionem decernit poeta, probanda ſint.*

Heracleide, in quibus Poëtæ illi Theſei & Herculis facta decantabant, ſed potiùs qualia fie-
ri debeant & quæ fieri poſſunt, ſecundùm veriſimile vel neceſſarium, quòd partes actionis
debeant eſſe inter ſe nexæ ſecundùm veriſimile & neceſſarium; ita vt ſi commutentur, to-
280 tum, vt dictum eſt, mutetur ac diuerſum reddatur. Dum verò ait eſſe Poëtæ facta dicere
qualia fieri debent, per facta non intelligit multas actiones, ſed varias vnius actionis partes, *Ad ſecundum.*
quæ cum vnica actione optimè cohærere poſſunt: & ideò non ait τὰς πράξεις ſeu actiones *Ad tertiũ.*
eſſe canendas, ſed τὰ γενόμενα ſeu facta, quibus deſignat varias actionis partes, quæ continen-
ter fiunt. Neque verò interim Poëta in Rhetoris aut Dialectici irruit campum, quòd veri-
ſimile ſectetur: nam vt omittam veriſimile patere quàm latiſſimè (vt enim verum veluti
in puncto eſt poſitum ſiue in centro, ac proptereà vnum eſt: falſum, quoniam a vero, linea-
rum inſtar quæ à centro infinitæ & in infinitum recedunt, diſſociatur, eſt infinitum; ita
veriſimile quod inter verum & falſum obtinet ſedem quam latiſſimè pateat neceſſe eſt)
atque hinc fieri vt Dialecticus paulò accuratiùs quàm Orator, Orator accuratiùs quàm
Poëta ſeruiat veriſimili; ac proptereà Poëta minùs ſubtiliter ac pingui Minerua illud ſecte-
tur; ſanè alio conſilio veriſimile ſpectat Poëta quàm Dialecticus vel Orator: ij enim tanquã
materiam, ille tanquam formam, illud arripit & vſurpat. Itaque quemadmodum & Geo-
metra & Phyſicus quantitatem contemplatur, nec tamen quiſquam in alterius irruit fi-
nes, cum Geometra tanquam materiam, Phyſicus tanquam naturalis corporis affectionẽ
& terminum, ſpectet quantitatem; ita Dialecticus & Rhetor arripiunt veriſimile tanquã
argumentorum materiam, Poëta tanquam actionis quam imitatur formam; cum illi om-
nino ſit faciẽdum, vt quam imitatur actionem, ſit veriſimilis. Et ſanè cum humanæ actio-
nes ſint Poëſis materia (Epici & Tragici illuſtris, Comici humilis) quis non intelligat veri-
ſimile non in materiæ loco vſurpari a Poëta, ſed tanquam proprietatem actionis & formã?
Quod ſi non rarò veriſimilia quoque narrat Hiſtoricus, præſertim verò cum rerum geſta- *Ad quartum.*
rum cauſæ & conſilia, quæ plurimùm refert percenſere, ſint plerunque obſcuræ, res quo-
que geſtæ non ſemper ſint exploratæ; iam id præter inſtitutum accidit, cum ſcilicet res ge-
ſtæ non occurrunt, ac non tam voluntate quàm neceſſitate: proprium enim Hiſtorici eſt
vera narrare. Quare quemadmodum Poëta præter inſtitutum & conſilium narrat verum
(id enim tanquam veriſimile arripitur, non tanquam verum) ita Hiſtoricus citra inſtitutũ
arripit interdum veriſimile. Vt proptereà cum non eodem conſilio perſequatur veriſimi-
le, ſed Hiſtoricus obiter & neceſſitate; Poëta data opera & neceſſitate; ille tanquam nonni-
hil alienum; hic tanquam proprium; neuter in alterius campum irruere dicendus ſit. Iam
verò non inficior, Ariſtot. dum ait, Poëſim eſſe magis philoſophicam & ſtudioſiorem quã *Ad quintum.*
Hiſtoriam, interim tacitè indicare ac ſumere Hiſtoriam quoque & Philoſophicam indu-
ſtriam vtcũque æmulari & accuratum ſtudium requirere. Verè enim ſtatuere licet, Hiſto-
riam quoque ſtudium & curam requirere; nec cuiuſque eſſe rerum geſtarum memoriam
pertexere, ſed induſtrij ac naui: ita vt licet minor in Hiſtoria quàm in Poëſi requiratur in-
duſtria, induſtria tamen requiratur: & ea (quoniam in Poëſi requiritur maxima) non vul-
garis aut exigua. Atque hæc ſanè eò pertinent, vt illud etiam intelligatur, nõ bonum Hiſto
ricum eſſe illum, qui a Philoſophia ſit omnino alienus. etſi enim multò maior Philoſophię
cognitio requiritur in Poëta, in Hiſtorico tamen mediocris ſaltem eſt neceſſaria. Neque
enim ieiunus rerum geſtarum ſcriptor ferendus eſt ac rudis: qui queneque momenta re-
rum expendat vſquam, nec lectorem interdum in re graui non admoneat & inſtituat, nec
denique iudicium nõ interdum interponat ſuum; vt res inde planiores, mortales verò cau-
tiores & induſtriores, efficiantur. Itaq. Hiſtoricum, qui nõ breuiſſima ſcribat diaria, ſed ple
nam condat hiſtoriam, niſi ciuili prudentia ac morali philoſophia imbutus ſit, vix ac ne vix
quidem laudauerim aut exceperim. Certè Plutarchus (vt de Polybio, Halicarnaſſeo & alijs
Græcis non nullis ſileam) ideo me delectat vel maximè, quòd dum clariſſimorum virorũ
texit hiſtorias, opportunè ſæpè interponit multa, quib. ad ciuilem ſcientiam & honeſtatẽ
promoueat. Qua etiam in re Tacitum mirificè commendarem inter Latinos, ſi quæ non
minùs acutè quàm breuiter interdum obijcit præcepta, ad moderatũ æquè ac tutũ; & (vt
281 ſemel dicam) non minùs honeſtum quàm tyrannicũ ferè ſpectarent imperium. Vt mihi
quidẽ eorum non probetur ſententia, qui Hiſtoricum nudum, ſiccum, aridum exigunt, at
que vt iudicium interponat ſuum, niſi auerſis aurib. non patiuntur. cum. n. eo planè conſi
lio Hiſtoriã & ille ſcribat, & ipſe legam, vt cautior efficiar, cur iniquè feratur Hiſtoricus, qui
hac de cauſa vbi opus ſit rerũ geſtarũ expendat momẽta, ac prudenter iudiciũ interponat

 ſuum?

ſuum? Ita ſanè dum Hiſtoricus (id quod Ariſt. ipſe ſubijcit) dicit ſingularia, nihil prohibet
quominus cum rebus ſingulis ciuile aliquod præceptum aptè coniungat inter narrandũ,
vt frugifera ſit Hiſtoria. alioquin temerè aliquid ſtudij ac philoſophicæ induſtriæ in eo
requireret Ariſtoteles. Denique vt philoſophus ſic res vniuerſim contemplatur, vt ad
exempla & res ſingulas (quod tamen non eſt eius proprium) deſcendere non dubitet quibus
generalia præcepta illa illuſtret confirmétque; ita è contrariò Hiſtoricus præceptum
interdum aliquod iudiciúmque appoſitè interponere poſſit ac pro dignitate. Dum verò
*Iam ad VI cuius cauſa excitatur.* illud reprehenditur, Poëtę tripartitam illam vitæ ideam, tripartito poëmate exprimendam
eſſe, grauis ſanè dubitatio excitatur, quæque magis propria indigeret adhuc eáque accuratiſſima
CONTROVERSIA LI. diſputatione. Itaque illa nobis ſtatuatur Controuerſia diſceptanda. NVM Poëtæ
ſit res ad Ideam quandam reuocare, ac tripartitam in primis mortalibus vitæ formam
*AN Poëta ſit Ideas quaſdam vitæ mortalibus proponere.* Ideámque præferre. Ergo cum Ariſtoteles hîc toties nos admoneat eſſe poëtæ officium
res effingere tales & canere, quales eſſe debent, quis inficietur perfectas eſſe exprimendas,
cum perfectæ eſſe debeant? aut quid eſt quòd hac de cauſa ſtatuat Poëſim magnum ſtudium
requirere, ac philoſophicam induſtriam poſtulare, niſi ob egregiam formam aliquam,
quæ tanquam Idea ſit mortalibus commonſtranda? Certè in poſtremo libro Politicorum
I. docet Muſicam & Poëſim non vnius delectationis gratia, ſed vtilitatis etiam eſſe
II. quærendam: res igitur exprimi prout debent, erit prout ad vitæ vtilitatem conducunt:
III. conducunt verò ſi virtutis & perfectionis tantum præferant poëmata ſingula, quantum
ſingulis illis vitæ generibus quandam veluti facem inter huius vitæ anfractus accendant
IV. ac referant. Itaque iure noſter author poëtarum obtrectatorib. Sophocleo dicto obuiam
iuit ac proinde Sophoclem laudauit quòd cum ei obijceretur, quæ ſcripſiſſet eſſe falſa, reſpondit
ἀλλ' οἷα δεῖ *ſunt ſaltem qualia eſſe decet.* quo reſponſo nil ad noſtram ſententiam con-
firmandam accommodatius. Quanquam illud Flacci non eſt reticendum, quod de Homero *par. 140. Is. 1. Ep. Epi. 2.*
pronunciauit,

*Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non,*
*Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit,*.

Quamuis enim non ſtatim aſſentiar Flacco, Homerum in Iliade adamuſſim expreſſiſſe
quid pulchrum ſit & vtile, illud tamen conceſſerim, huc ſpectare debere Poëtæ induſtriã,
V. VI. atque hoc ſibi tum in Iliade tum in Odyſſea propoſuiſſe. Quod & Virgilium & multò
magis apud noſtrates eum qui ſacrum bellum decantauit, fœliciter aſſecutum eſſe (id
quod alibi docuimus) non dubito. Quid? an non Ciuili facultati, Ariſtotele authore, proſpiciendum
eſt, vt quas excipit artes & facultates, ex ciuibus inſtituendis & ad beatam vitam
dirigendis ſeruiant? ſic ſanè. & hac de cauſa architecti inſtar præfigitur Politicus eloquentiæ,
Poëſi ac cæteris artibus & facultatibus. Cur igitur non improuidus ſit Politicus,
qui cùm talem ac tantam vtilitatem ex Poëſi percipere poſſit, eam deſpiciat? Curabit igitur
vt tripartita illa Poëſis varietas tripartitam nobis veluti facem oſtendat, vnde & ſummi
& medij & infimi hominum ad beatam vitam quoquomodo informentur: vt quod
vniuerſim ac præceptis docet Philoſophus, id Poëta, quoniam Philoſophi eſt æmulator,
exemplis ſi non veris, certè veriſimilibus, expleat. Quod ſi priſci illi mortales qui priori fa- 281
bulis operam dedere, de huiuſmodi poëmatum Ideis non cogitarunt, & voluptatem veriùs
quàm vtilitatem ſpectarunt, cogitarunt procedente tempore philoſophi & legislatores,
quique Reip. ac Ciuitatibus præerant prudentes viri: qui quemadmodum ex Ariſto- *1. Moral. & 8. Pol.*
tele ſatis conſtat, Poëſim humanæ vtilitati & publico bono referendam ſtatuerunt. nam
Plutarchus qui mediocritatem quoque laudat in Poëta, vitia quoque miſceri patitur; vt
ſcilicet Homero canat, dum hunc animaduertit heroëm non modò heroicis virtutibus
non planè excolere ſuum, verùm etiam neſcio quo pacto multis obnoxium vitijs expri-
VII. mere. Quid plura? Poëtæ eſt admirationem quoque excitare: id quod ab Ariſtotele Epico *par. 132*
præcipitur maximè: at admiratio præcipuè excitatur ex rebus quas quiſque in ſuo vitæ ge- *133.*
nere ſtrenuè ac præclarè geſſerit. Quare & in ciuili vita ac populari quam exprimit Comœdia,
& in regia authoritate, quæ in Principe & magiſtratu cernitur, & in Heroë, cuius
eſt bella & res arduas adminiſtrare, res admiratione dignæ exprimi poſſunt. Nam Epopœiam
heroëm deſcribere, heroëm verò illum eſſe cuius facta propter excellentem fortitudinem
ac virtutem, ſiue quid perferat, ſiue quid agat, admirationis ſint pleniſſima, ac propterea
perfectam ideam fingendam in Heroico poëmate, nemo eſt qui non intelligit. Et
ideo Xenophon Cyrum dum non qualis eſſet, ſed qualis eſſe deberet, commemorat, ac

propte-

Digitized by Google

propterea ad poëtam accedit propiùs quàm ad Hiſtoricum, cum omnibus virtutibus or-
Par. 11. nat,ac tanquam optimi Regis Heroiſque ac Ducis ideam proponit. Et huc etiam pertinet *VIII.*
quod Polignotum,qui meliores pingeret,non indignum iudicauit Ariſtoteles,cuius exē-
plo ſtudioſorum & bonorum imitationem exprimeret. atque eodem nomine (id quod
plurimum quidem refert) affirmauit Homerum meliores imitari ac fingere conſueuiſſe.
Quamuis enim dubitari poſſit num rectè ac verè meliores effinxerit, id tamen vel conatū
eſſe,vel, quoniam de Homero hoc eſt Epopœiæ magiſtro, ſi Ariſtoteli credas, pronuncia-
tur,faciendum eſſe,non eſt quod dubitemus. Neque verò obſtat quòd alicubi dixerit Ari- *IX.*
ſtoteles,non eandem eſſe Politieæ & Poëticæ rectitudinem: nam quid ſi fortè ibi per poli- *Vbi contrarium*
ticam rectitudinem intellexerit illam, quæ a Platone exigitur in Politicis libris? Quaſi dice- *diluitur ar-*
ret perfectum quod in Poëta requiritur, non illud eſſe quod animo fingi poteſt quidem & *gumentum*
votis,comparari verò nullo modo. ſanè hac ratione noſtram confirmaret ſententiam,per- *& ſenten-*
fectum ſcilicet requiri a Poëta, ſed parabile. Quanquam plana huius loci ſententia (quorun- *tia noſtra*
dam pace) illa eſt: Poëſim non eſſe inſtar Ciuilis facultatis,nec eius rectitudinem (vtendum *confirma-*
eſt enim) vnigenā eſſe: ſiquidem Ciuilis facultas ſi aberret & peccet,non in aliena faculta- *tur.*
te peccat,ſed in propria. Poëta contra: quoniam aliarum facultatum omnium ſemina con
tinet aut flores delibat,tum in propria arte & facultate,tum in aliena labi facilè poteſt: ac
propterea Poëtæ errores alij ſunt artis; alij ab arte poëtica alieni: artis verbi gratia,cum ru-
de ſit poëma, inſuaue,aſperum,inconditum,durum,mendoſum etiam,quódque carmina
vitioſa condat; in primis verò poëticæ imitationis violet præcepta; vt ſi nec mores expri-
mat,nec fabulam vnigenam conſtituat,nec debitæ magnitudinis. alieni,cum verbi gratia
ceruos Africæ aut cornua ceruæ tribuerit, vel equum vtrunque ſiniſtrum pedem in pro-
greſſione fecerit proijcientem. In quibus non propriæ artis ignoratione laberetur, ſed vel
quia haud noſſet Africam carere ceruis,aut ceruam carere cornibus,aut equum dum pro
greditur, vtrunque pedem, ſiue dextrum velis ſiue ſiniſtrum, proijcere haud poſſe, cum
alter fixus eſſe debeat,dum proijcitur alter: quæ omnia contingerent Poëtæ quod Hiſto-
riæ (Hiſtorici enim eſt explorare quæ quiſque locus ferat animalia) aut naturalis Philoſo-
phiæ (huius enim eſt noſſe ceruam haud emittere cornua, equum vtrunque dextrum,
283 ſiue ſiniſtrum pedem non proijcere) gnarus in his non eſſet. & ideo alterius facultatis erro
res dicerentur. & hac de cauſa tum Poëſis rectitudinem diſſimilem eſſe dixit ab aliarum
quoque rectitudine facultatum: tum geminum illud Poëtæ erratum introduxit, quod in
ciuili & cæteris facultatibus vnicum agnouit: tum ad extremum cum reprehenſiones
Poëtarum concluderet epilogo, eam quoque numerauit, quæ præter rectitudinem artis
contingeret. Vt propterea propoſitus locus nihil minùs quàm noſtram ſententiam euer-
tat. Neque verò (vt ad reliqua,vnde ſum digreſſus,argumenta redeam) in poëtæ & Hiſto- *Reditur*
rici diſcrimine nos perturbet quòd imitationem non modò ſecundum veriſimile, verùm *iam ad in-*
etiam ſecundùm neceſſarium ſtatuit fieri poſſe. Nam neceſſarium non abſolutè eſt ſu- *termiſſa ar-*
mendum ſed ex ſuppoſitione,vt loquuntur ſcholæ: quod eſt, vt quæ nectuntur partes, ita *gumenta.*
nectantur,vt poſterior a priore veriſimili,aut neceſſaria ratione pendeat. Quare dum Vir- *Ad ſepti-*
gilius Lybicæ tempeſtati qua iactatur Aeneas, deſcenſum nectit in Africam; id veriſimili *mum.*
ratione narratur: idem dixerim dum continenter ſocios requirit, & hortante matre Car-
thaginem petit,& cum Regina congreditur, vt eius fidem & auxilium imploret: quod ſi
continenter rurſus ſupplicat Reginæ ſuam commemorans calamitatem, id verò neceſſa-
ria ferè ratione inſeritur. neque enim fieri poterat, vt cum Reginæ ſupplicare decreuiſſet,
non ſuam ille calamitatem aperiret ac ſaltem apud eam aliquo modo verba faceret. Idem
dixerim cū paulò poſt ſibi Ioui obtemperandum ac propterea diſcedendum proponit; ne-
que enim id efficere poterat,niſi conſcenderet ac nauigaret. Ita ſanè neceſſarium hoc in
loco non rem naturalem ſignificat,quódque habeat cauſas neceſſarias & fiat neceſſariò,
vt dies & nox, æſtas & hiems; ſed quę ita fingatur, vt non modò veriſimilis videatur; verum
etiam proprio fini attingendo & conſilio explendo neceſſaria. Quapropter nihil prohibet
quominus veriſimile ſit etiam, hoc eſt veriſimili ratione excogitata: quandoquidem veri-
ſimilis ſimul eſt & neceſſaria. Et hinc eſt vt Ariſtoteles rurſus illud conſtituat diſcrimen
inter Hiſtoricum & Poëtam, vt ille facta, hic qualia fieri debent, narrent. quod fit (inquit
paulò poſt) cum exponuntur ea, quæ ſecundùm veriſimile aut neceſſarium contingere
poſſint, vt quis dicat faciátque. Quo in loco id quod neceſſarium dicit, ſimul etiam con-
Par. 53. tingere affirmat. Hinc etiam fit vt Comœdiam dicat conſtitui per veriſimile: de neceſſario

ne

ne verbum quidem. hinc Tragœdiam fictis nominibus hærere ait; eius quod perſuaderi
poteſt gratia, vno verbo, vt nouis illis nominibus retentis, veriſimilis appareat fabula. At-
que huc etiam pertinet quod veriſimilis tantum nomine concedit poetæ facta dicere. hoc
quod ſtatuit Poëtæ mirandæ vel, quæ gerantur ſint (dum tamen ſint veriſimilia) vel qua-
lia dicuntur aut videantur, vel qualia eſſe oportet: vbi veriſimile ſpectat ſemper: neceſſa-
rium non attingit. Vt propterea, ſi Ariſtotelem audias, veriſimile ſit forma poeticæ actio-
nis & fabulæ. Longè difficillimum eſt quod obiicitur extremum: nimirum Homerum Par.137
& Poëtas quamplurima narrare, quæ non falſa, tum incredibilia & a veriſimili longè alie-
na, imò ἀδύνατα ſint; quæcunque nem ullo modo poſſunt, vt non ſtatim de veriſimili tuendo,
quàm de eo vitando & abijciendo cogitare videantur. Cogor itaque huiuſmodi Contro-
uerſiam in medium afferre, quam exhibes primus; CVR Poëtæ veriſimilia dicenda propo-
nantur, quem conſtat res a veriſimili alienas, imò falſas, incredibiles, quæque fieri ne-
queunt, paſſim decantare? Quæ quidem ſic ſtatuo: Quæ abſurda & incredibilia &
(vt ita dixerim) impoſſibilia in Poëtis occurrunt, ſi quomodo defendi poſſint & aut omnino
minui & extenuari, nullam aut exiguam conflare Poëtis inuidiam: nec prohibere quomi-
nus veriſimili ſtuduiſſe dicendi ſint; quod ſi nulla ſuperſit ratio, vnde peragantur illa, aut
extenuentur, non quidem huius præcepta ſiue ars, ſed malus artifex & mendoſum opus
erit coarguendum: ac propterea Ariſtotelis præceptum, quo veriſimili actionem reſpergi
iubet, colendum ac retinendum erit, vnde etiam ars omni carebit crimine, culpa verò in
Poëtas erit conferenda, quod artis præcepta violarint. At enim qui tandem aut quibus ar- 284
tibus enitemur, vt quæ incredibilia & abſurda in Poëtis occurrunt purgemus aut extenue-
mus? Si docuerimus ea tametſi prudentibus viris & ſapientibus non probentur, quin in-
credibilia cenſeantur, aut etiam mortalibus paſſim ſuſpicioſa videri ſoleant & commenti-
tia, tamen rudioribus aliquibus non improbari: Id quod tum demùm in eo erit tolerabi-
I. lius, qui eiuſmodi rem iam antea à non laudatis Poëtis vſurpatam & occupatam inuene-
rit. Quo nomine in Virgilio, Tartara, Cocytum, Phlegetontem, ſtygias vndas, & ſi quid hu-
iuſmodi minùs grauatè feremus, quod & rudioribus ſaltem vtcunque eſſent perſuaſi, &
in primis a ſuperioribus Poëtis vulgata, ita vt iam vſu trita & conſuetudine recepta eſſent.
Et ſanè hæc in authoribus oppidò ſint damnanda, cuiuſmodi plurima Homero quippe au-
thori obijcias, in Virgilio ſine reprehenſione prætereunda. Si item docuerimus famam
II. neſcio quo pacto vel rumorem ſecutum eſſe: etſi enim eiuſmodi rumor ac fama rem in-
credibilem narret, Poëtæ tamen conceditur vt famam, qualis qualis illa ſit, conſectetur.
Hinc illud Horatij ſequere famam. & hac etiam de cauſa Virgilius ſæpè cum rem com-
memoret quæ incredibilis videri poſſit, ad famam confugit. Hinc illud

*Dædalus (vt fama eſt) fugiens Minoia regna*
*Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo,* Lib. 6.

& illud

*Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus,*
*Vrgeri mole hac, ingentémque inſuper Ætnam*
*Impoſitam.*

III. Hæc & id genus multa, quoniam incredibilia videri poſſent, famæ alis quaſi clypeo tuta-
tur Virgilius. Sed & illud ſpectandum ſæpè incredibilem fieri rem verbis; cum alioquin re
ipſa vera videri & poſſit & debeat. vt cum hyperbole aut liberiore loquendi genere vtimur,
vnde incredibilia proferre videamur. ſic fluctus ad ſydera tolli, ſic Auroram fugare ſtellas,
roſis Orientem reſpergere, Noctem ſtellas accendere; Phœbum ardentem currum agita-
IV. re, Iridem Iunonis nunciam mille colores trahere canunt Poëtæ; cum tamen res veras ca-
nant quantumuis abſurdæ & incredibiles ob poëticum illud dicendi genus videri poſſent.
cum enim metaphoræ atque aliæ multæ orationis figuræ & affectiones poëſi concedan-
tur paſſim, videndum eſt ne incredibilis ſpecie decipiaris, quòd rem tropis ac figuris ora-
tionem implicitam eſſe non animaduertas. Idem rurſus dicendum ſi quid a veriſimili ab-
horrere videatur cum tamen allegoriam habeat, ac naturale diuinúmque atque adeò phi-
loſophicum myſterium claudat. Sic Phaëtontem cum patris currum egiſſet deuium, in-
cendiſſe terras, Palladem ex Iouis cerebro prognatam eſſe, Amorem primum ex Chaos
extitiſſe, & id genus alia innumera, tum demum incredibilis nota purgentur, cum allego-
V. ricè accipiantur & inde myſteria tanquam velis quibuſdam tecta dignoſcantur. Denique
ſi nulla ex propoſitis rationibus ac vijs ſit Poëtæ tuendo idonea, ad admirationem aut er-
ratum

*Iam vt Ad Octauum. Respondeatur excitatur.*
CONTROVERSIA LII.
*CVR Poëtæ veriſimilia dicenda proponantur, quem conſtat res a veriſimili alienas, imò falſas, incredibiles, quæque fieri nequeunt, paſſim decantare.*

ratum artis expers ſit confugiendum. Ad admirationem quia incredibile illud admirationis ciendæ cauſa ſit excogitatum. Cum enim omnino faciendum ſit Poëtæ vt admirationem excitet, admirationem verò vix excitare liceat, niſi incredibile aliquod proferatur (quæ enim communia ſunt, plana, obuia, trita, veriſimilia & credibilia nunquam admirationem gignant) neceſſe habet Poëta incredibile aliquid arripere: & hac de cauſa admira-
par.132. bile ab Ariſtotele ἄλογον dicitur & rationis expers, quod eſt non facilè credi poſſe aut rationi conſentaneum iudicari, cum accedat ad incredibile. Ita ſanè vbi incredibile arripiat
Iliad. 22 Poëta admirationis excitandæ cauſa, inuidia aut tollatur aut eleuetur. ſic Homerus vtcun-
285 que excuſari poteſt dum Achillem inducit qui nutu Græco exercitui dum in hoſtes pugnaret, iubet vt conſiſtat. Id enim ſine dubio veriſimili planè (id quod ne Ariſtoteles quidem inficiari audet) planè caret. Qui enim fieri poteſt, vt dum Græcus exercitus cum Troiano pugnaret in medio pugnæ æſtu vno nutu Achilles exercitum vniuerſum, qui longè latéque diffuſus erat, vnico cohibuerit nutu? Sed tamen quoniam eò ſpectauit Homerus vt Achillis fortitudinem ac bellicam virtutem exprimeret, ac nos in eius admirationem raperet, quod vnus Hectorem inſectari cuperet, ac ſeſe hoſtium telis obijcere aliqua ex parte excuſari poſſe: præſertim quia id non tam Tragico more, quàm Epico hoc eſt narrando repreſentarit. Siquidem id eſſe abſurdum, minùs in narratione apparet quàm in actione. Ad artis expers erratum cum errauerit quidem Poëta, ita vt rem planè incredibi- V I.
lem dixerit; ſed tamen id ei ob alienæ facultatis ignorationem acciderit, vt Hiſtoriæ, Geometriæ, Phyſicæ, quemadmodum paulò ante monebam. Ita ſanè Euripides defenditur ab Ariſtotele, qui Ceruæ cornua tribuerat, quod cum Natura pugnat, mox Virgilium tuemur, ſi fortè falſum ſit, Africam ceruos alere, quos ipſe in Africano littore ab Aenea ſtratos cecinit. Hæ ſunt rationes, quibus nitendum eſt vt poëtas tueamur; ſi quando res narrent, non modò non veriſimiles, ſed quæ fieri nullo modo poſſint, & a veriſimili abſint quàm longiſſimè. Quod ſi hinc tueri illos non liceat eò eſt confugiendum, vt fateamur lapſos quidem eſſe illos, qui veriſimile tantopere ſpreuerint, Ariſtotelis tamen præceptum retinendum erit colendúmque diligenter.

## PARTICVLA LIII.

Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς κωμῳδίας ἤδη τοῦτο δῆλον γέγονεν. συςήσαντες γὰρ τὸν μῦθον διὰ τῶν εἰκότων, οὕτω τὰ τυχόντα ὀνόματα ἐπιτιθέασι, καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ ἰαμβοποιοὶ περὶ τὸν καθ' ἕκαςον ποιοῦσιν. ἐπὶ δὲ τῆς τραγῳδίας τῶν γενομένων ὀνομάτων ἀντέχονται. αἴτιον δ' ὅτι πιθανόν ἐςι τὸ δυνατόν. τὰ μὲν οὖν μὴ γενόμενα, οὔπω πιςεύομεν εἶναι δυνατά. τὰ δὲ γενόμενα φανερὸν, ὅτι δυνατά. οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο, εἰ ἦν ἀδύνατα.

IAm verò & apud Comicos id manifeſtum, vt qui fabulas ex veriſimilibus conſti- Taccius.
tuentes, nomina interim pro arbitrio comminiſcantur: non quidem ipſa ſingularia, quemadmodum iamborum compoſitores facere ſolent. In Tragędia autem vera nomina retinentur: cuius ratio eſt, quoniam credibile quidem illud eſt, quod fieri poteſt: quæ verò non dum facta fuiſſe ſcimus, fieri quidem poſſe parum credimus: quæ verò facta fieri certò potuiſſe ambigit nemo: nam ſi fieri nequiuiſſent, nunquam profectò extitiſſent.

Riccobonus. *AC in Comœdia quidem iam hoc manifeſtum factum eſt. nam cum conſtitueris fabulam per veriſimilia ſic qualibet nomina imponunt, & non vt iambici circa aliquem ſingularem faciunt. In Tragœdia autem factis nominibus hærent. Cauſa verò eſt, quod perſuaſibile eſt poſſibile. Ac non facta quidem non credimus, eſſe poſſibilia. facta verò manifeſtum eſt poſſibilia eſſe. non enim facta eſſent, ſi impoſſibilia eſſent.*

COMM. LIIII.

POëſim eſſe ſtudioſiorem ac magis ad Philoſophicam induſtriam accedere;
quàm Hiſtoriam, inde etiam probauerat, quòd nomina quoque imponēs
(id quod Hiſtoriæ nō licebat) rebus ſingulis nimis obſtringeretur. Id con- 286
firmat in præſens Comœdiæ exemplo, in quo author vbi fabulam per veri-
ſimilia conſtituerit, nomina imponit omnia, atque ea τύχοντα, hoc eſt ob-
uia fermè arripiens pro arbitratu; nec magnopere vt perſonis earúmque
naturæ aut conditioni & muneri reſpondeant & quadrent, laborans. Hæc verò, ni fallor,
profert in Comœdiam nouam, vel certè mediam intuens. Siquidem in veteri, quemad-
modum obſeruare licet apud Ariſtophanem, vera etiam nomina exprimebant. Vt enim
vetus ad maledicentiam erat procliuis & certos homines ſigillabat, nomina etiam prode-
bat interdum, vt in Nebulis Socratis, in Equitibus Euripidis vin venire cernitur. Hac igi-
tur de cauſa *In Comœdia* (inquit Ariſtoteles) *iam hoc perſpicuum factum eſt*. vt ſcilicet id de no-
ua Comœdia intelligatur. Dum verò ait Comicos conſtituere fabulam per veriſimilia,
ſatis confirmare licet, veriſimile eſſe formam actionis Comicæ, cum Comicus omnino
prouidere debeat, vt actio actioniſque partes veriſimili ratione inter ſe copulentur. Addit
autem Comicum hac in re nō Iambici morem ſequi, quia hic etiam (id quod adhuc erat
in more poſitum) ad ſingulas perſonas deſcenderet: dum enim perſtringeret aliquem, ne
nomini quidem parcebat. Iam verò optaſſet Ariſtoteles poſſe id ex Tragœdia quoque
perinde ac fecerat ex Comœdia, confirmare; quod tamen non omnino efficere valet, quia
ſentiat pleraſque Tragœdias factis nominibus, quæque a veteribus tradita eſſent hærere.
Cauſam igitur affert huius rei, oſtenditque cur Tragicus ab imponendis nominibus abſti-
neat; ac propterea hac ſaltem in re a rebus ſingulis non perinde atque Comœdia recedat,
& ad Philoſophicam induſtriam accedat. Quæ ſanè ratio ea eſt; quia hoc modo veriſimi-
le, cui Tragico ſtudendum eſt, tuetur commodiùs: dum enim traditis nominibus hæret,
ſimulatæ quoque actionis remouet ſuſpicionem: dum enim Hecubæ verbi gratia, Poli-
dori aut Thieſtis Atreique nomē vſurpat, fit ſanè vt quoniam eiuſmodi nomina ſunt no-
Dubitatur. Reſpondetur. ta, actiones etiam inde in mentem recurrant, ac veræ potiùs quàm fictæ habeãtur, aut cer-
tè non omnino falſæ æſtimentur. Neque verò quiſquam obijciat fore vt Comœdia, quo-
niam nomina fingit, ac propterea veriſimili minùs ſtudet, veriſimili careat. Nam in Tra-
gœdijs grauiſſimæ Procerum calamitates repræſentantur, quas haud par eſt ignotas eſſe
præſertim politioribus hominibus. Regum enim & magnorum virorum calamitates &
illuſtria facta vulgantur facilè; rectéque illud a Seneca fuit pronunciatum. *Magna non lati-
tant mala*. Contra verò in Comœdia res populares atque humiles ac propterea ferè ignotæ
peraguntur, quæque vix interdum priuatæ domus tranſiliant fines. Quapropter ſi in Tra-
gœdia nomina ſint inaudita ac noua, quæque ab auditoribus ignorentur, actiones ſuſpi-
cioſæ erunt ac falſitatis nomine laborabunt; quo fit vt veriſimili non ſeruiatur. Contra
Dubitatur rurſus. tamen in Comœdia, quæ vt res ignotas imitatur, fictis quoque ac nouis nominibus citra
veriſimilis offenſionem vtetur. Quanquam dum Ariſtoteles cauſam affert cur Tragicus
non deſcendat ad fingenda nomina, videtur aliquid proferre, vnde Comœdiæ veriſimili
non nihil adhuc adimat fidem. etſi enim aptè ille quidem monet quæ facta ſunt omnino
cenſeri δυνατὰ, quæ inquam fieri potuerint: ac propterea fidem acquirer Tragicæ actioni,
dum in ea nominibus ante factis vtuntur Tragici; tamen dum è contrario ait ea quæ non
ſunt facta, haud credi fieri poſſe, videtur tum rem proferre, quæ falſa videri interdum poſ-
ſit (quod rei noſtræ intereſt in præſentia) tacitè improbare noua Comicorum nomina,
quaſi verò non ſtudeant veriſimili: ac propterea non rectè a Tragicorum diſcedant more.
Et quidem ſi quæ facta non ſunt, nec fieri poſſe credimus, ficta nomina fictæ actionis ſu-
ſpicionem gignunt: aut errat Ariſtoteles ipſe vt facta veræ actionis, ita ficta falſæ indicium
faciat. Sed reſpondeo tamen: non dixit Ariſtoteles non facta fieri non poſſe, ſed non dum
Reſpondetur. credi fieri poſſe. Quod tamen latiſſimè patet, ex ijs enim quæ facta non ſunt aliqua om- 287
nino incredibilia iudicari poſſunt, vt equum concipere: aliqua quæ ægrè omninò ac per-
difficilè, vt mulam parere; quædam quæ non facilè, vt octogenariam vetulam concipere:
quædam quæ minùs difficilè; vt patrem odiſſe filium, matrem diſcerpſiſſe liberos: quædā
ſuſpicioſa tantùm videri poſſunt, vt filium inuito patre vxorem duxiſſe, amicum pro ami-
co ſeſe carceri addixiſſe. Dum igitur ait Ariſtoteles, facta eſſe quidem δυνατὰ, non facta
verò nondum eſſe credibilia, id in Tragicis calamitatibus & ſæuitiis ex ijs eſt, quæ ægrè
ac perdifficilè creduntur, niſi factum aliquando audiatur: & ideo Ariſtotelea regula apta
eſt

eſt ad confirmandum quod præterit de Tragica actione; ſed tamen non eo iure ac veluti rigore traducenda eſt ad Comœdiam, cuius actio etiam ſi facta non eſſet, non ita difficile crederetur.

---

# PARTICVLA LIV.

ΟΥ' μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ἐνίαις μὲν ἓν, ἢ δύο τῶν γνωρίμων ἐστὶν ὀνομάτων, τὰ δὲ ἄλλα πεποιημένα. ἐν ἐνίαις δὲ οὐδὲν, οἷον ἐν τῷ Ἀγάθωνος ἄνθει. ὁμοίως γὰρ ἐν τούτῳ, τά, τε πράγματα, καὶ τὰ ὀνόματα πεποίηται. καὶ οὐδὲν ἧττον εὐφραίνει. ὥστ' οὐ πάντως εἶναι ζητητέον, παραδεδομένων μύθων, περὶ οὓς αἱ τραγῳδίαι εἰσὶν, ἀντέχεσθαι. καὶ γὰρ γελοῖον τοῦτο ζητεῖν ἐπεὶ καὶ τὰ γνώριμα ὀλίγοις γνώριμά ἐστιν, ἀλλ' ὅμως εὐφραίνει πάντας.

CVm tamen Tragœdiarum aliquæ ſanè ex notis nominibus, vno vel duobus ad ſummum aſſumptis, reliqua deinceps confingant: aliquæ rurſus quemadmodum Agathonis Flos. planè omnia; in quo tametſi cum nominibus res ipſæ pariter confingantur, nihilominus delectant. Quare non omnino quærendum eſt, vt vulgatæ fabulæ, in quibus Tragœdiæ ſunt, ad vnguem retineantur, idem quærere ridiculum eſſet; quandoquidem illæ etiam ſic notæ, paucis quidem cum notæ ſint, iuxta tamen cunctos delectant. *Paccius.*

*NEc tamen non in aliquibus Tragœdÿs, vnum aut duo ſunt ex notis nominibus, alia verò ficta. In quibuſdam autem nullum, vt in Agathonis Flore, ſimiliter enim in hoc & res & nomina ficta ſunt, & nihilominus delectat. Quare non omnino quarendum eſt, vt traditis fabulis, in quibus Tragœdia verſantur, hæreamus, nam eſt ridiculum hoc quarere: quoniam & nota paucis nota ſunt, & tamen delectant omnes.* *Riccobonus.*

*COM. LIV.* RAtione depulit vel extenuauit id quo videbatur oſtendi poſſe, Tragœdiam a ſingularibus haud recedere magis quàm Hiſtoriam: nunc idem magis ac magis extenuat ac depellit. Nam Tragœdias quoque aliquas, inquit, proferre licet, quæ fingunt nomina; ita vt ab eis vix vnum aut alterum ex veteribus nominibus retineatur; vbi enim aliquæ Tragœdiæ vnum atque alterum ex nominibus præcipuis, vt eorum quos maximè attingit calamitas, retinuerint, cætera nomina, puta nuntij alicuius, Conſiliarij, nutricis nomen formant pro arbitratu; quod argumento eſt, Tragœdiam a ſingularibus contra quàm Hiſtoria faciat, recedere. Quin etiam (ſubdit Ariſtoteles) extant Tragœdiæ aliquæ, in quibus nomina ſunt ficta omnia, perinde atque in Comœdia; ac talem dixeris Agathonis Florem: in quo
288 non modò nomina ſunt ficta, ſed actio ipſa. Nam ſi obijcias Agathonis florem germanum Tragœdiæ nomen non mereri, cum ſit actionis planè fictæ, videndum erit ne temerè id affirmes, quandoquidem nihilo minus quàm cæteræ delectat. Sic Ariſtoteles: qui propterea non dubitat continenter ſtatuere, non eſſe quod omnino nitamur traditis hærere fabulis, aut illas mordicus retinere: quaſi verò noua Fabula nullo modo ſit a Tragicis danda; quæ inquam non in notis perſonis aut fabulis hæreat, quæque iamdiu a maioribus fuerint peruulgatæ. id enim ridiculum eſſet, tam anxiè quærere. quandoquidem notæ etiā actiones receptæque fabulæ non omnibus notæ ſunt, ſed paucis: & tamen auditores omnes, etiam ij quibus actio ignota eſt, illa delectantur. Sed ſtatim obiicias videri Ariſtotelē hoc in loco voluptatem ſtatuere Tragœdiæ finem: nam ſemel atque iterum inde retinet ficti argumenti Tragœdias, quòd delectent: quaſi verò finem hoc modo aſſequantur ſuū: & tamen minimè omnium poëmatum voluptatem ſpectare deberet Tragœdia, cum calamitoſa ſit tota: imò verò cum metu & miſericordia perpurget animos, hoc eſt metum *Dubitatur I.*

& miſeri-

& miſericordiam incutiens & excitans in animis auditorum, præſertim illuſtrium & po-
tentium, eos a prauis affectionibus purgare moliatur, videtur omnino vtilitatem non vo-
II. luptatem ſpectare. Quare id potiore iure de Comœdia quàm de Tragœdia potuiſſet affer-
re. Adde quod, quæ paulò ante conſtituit, vt Tragœdiæ veriſimilis laudem conciliaret, re-
ceptis nominib. & fabulis a maiorib. traditis, hic videtur euertere. quandoquidem ficta no
mina retinet ac fictas res, nec retinet ſolùm, ſed finem propoſitum attingere perinde ac ve
*Reſpondetur. AdPrimũ* ras cæteras, docet ac ſtatuit. An igitur id Agathoni, quem dilexiſſe dicitur, atque adeò gra-
tiæ tribuiſſe dicendus eſt? Turpe id quidem eſſet: cum enim eo nomine Platonem ac So-
cratem reprehendere non dubitarit, quòd diceret, præſtare veritatem amicis anteponere;
cur in præſens amicum veritati turpiter anteponat? Crediderim igitur ſic locutum eſſe
Ariſtotelem non quia non exiſtimaret, vtilitatem quoque eſſe Tragœdiæ finem (cur enim
purgationem illi proponit, aut in VIII. Politicorum in Poëſi non delectationem ſolùm, ſed
etiam vtilitatem ſpectari iubet?) ſed vel quia animaduerteret in Tragica ficti argumenti fa-
bula veriſimile non æquè exprimi; ac proinde hinc nonnihil impediri poſſet vtilitas, vna
delectatio apta eſſet in præſens ficti argumenti Tragœdiæ retinendæ (quod vbi ficti argu-
menti Tragœdia in ſecundis conſtare patiatur, nihil abſurdum contineat) vel quia nollet
hîc de vtilitate diſputare, vtrùm ſcilicet ficti argumenti Tragœdia quemadmodum æquè
delectat atque altera, ita vtilis ſit; vel denique quia delectatio non ſit vltimus Tragœdiæ fi-
nis, ſed purgatio & vtilitas; ac propterea aſſumitur propter vtilitatem. ita qui delectationem
probaſſet in ficti argumenti Tragœdia; vtilitatem, quantum tamen ex delectatione pendet,
*Ad ſecundum.* non penitus contempſiſſet, ſed tacitè expreſſiſſet. Quod ſi interim ficti argumenti fabula
fictis nominibus nonnihil adimit fidem ac violat veriſimile (nam veris nominibus & no-
*CONTROVERSIA. LIII.* tis conciliari fidem & veriſimili ſtuderi indicauerat paulò ante) iam obſeruandum quo-
que eſt inde fidem apud eos acquiri quibus reuera nota eſſent ea nomina, quòd non late-
*Num noui ac ficti argumenti Tragœdia probanda ſit & quatenus probanda & excipiẽda.* rêt ſacta illa: ſed cum interim non obſcurè indicaſſet paucos eſſe quibus ea eſſent nota, plu
rimos quos ea laterent, nil mirum ſi hac de cauſa ignota quoque atque adeò noua argu-
menta amplectitur fabula. Sed iam grauior nos ad ſe vocat Controuerſia, quæ eſt huius
modi. Num Ariſtoteles verè ſenſerit ficti argumenti Tragœdias eſſe excipiendas. & ſi
excipiendæ ſint, num peræquè ac veri ac recepti argumenti Tragœdiæ ſint probandæ.

Num apud veteres fuerit dubitatum an quæ noui ac ficti eſſet argumenti Tragœdia
ſeu fabula foret probanda & excipienda, non facile conſtituerim. Illud tamen affirma-
uerim videri priſcos Tragicos, quantum quidem ex Ariſtotele coniectare licet, factis 289
nominibus & certis familijs ac propterea receptis fabulis ac rebus iam peruulgatis hæ-
ſiſſe; ita vt cum primùm nobilitata eſt Tragœdia ac ſuam veluti maturitatem apud Græ-
cos conſecuta, ſiue res geſtas ſiue fama peruulgatas, & (vt Ariſt. loquitur) receptas ac tradi-
tas Tragicis conſtandis fabulis adhibuerint. Et quanquam ad veriſimile tuendum admi-
rationemque ciendam, vno verbo ad Tragœdiam pro dignitate conſtituendam, nunquam
non vſitatum fuit vt fabulæ argumentum cum primò ex Hiſtoria deſumeretur, haud mu-
taretur pro opportunitate & variaretur; illud tamen curæ fuit, vt nec præcipua actionis
nomina mutarentur (vt ſcilicet inde factum veritatis ſpeciem referret) nec exitus rei omni-
no variaretur. Itaque Ariſtot. vix vnam Agathonis Tragœdiam, quam Florem appellat,
habuit quæ & nominib. & reb. eſſet ficta. Ex quib. intelligitur veteres potuiſſe illos quidẽ
forſitan commoueri dum ficti argumenti Tragœdiam proferri animaduerterent. at id in par. 126
Controuerſiam reuocaſſe & diſceptaſſe, ſtatuere haud licet. Sed vt vt ſit de Græcis, illud
certum eſt apud nos ſuperiore ſæculo totam hanc rem mirificè agitatam eſſe. Cum enim
Georgius Triſſinus Italicè primus Tragœdiam dediſſet atque illam more maiorum ex re-
bus geſtis deriuaſſet (Sophoniſbam enim, quam ille appellauit fabulam & actionem ex Ro
mana Hiſtoria deſumptam eſſe; ita vt & nomina vera ſint, & res in Hiſtoria nitantur nemo
dubitat) ecce tibi Io. Baptiſta Giraldus Italicè item permultas edidit Tragœdias, quę fermè
omnes ficti ſunt argumenti. cùmque re hac nonnihil admirationis animaduerteret excita-
tum, ſcriptis etiam factum defendit mordicus, quaſi verò ficta Tragœdiæ argumenta veris
ac traditis eſſent anteponenda. Ita deinde apud noſtrates plurimi hunc morem ſecuti &
res & nomina in Tragœdijs ſcribendis commenti ſunt. Inter quos Torquatum quoque
numeres licet, hoc eſt Poëtam ſummum, qui Turriſmundum Tragœdiam ficto argumen
to conſcripſit. lubet igitur quoniam ita tulit occaſio Controuerſiam hanc diſceptare: ſed
ex Ariſtotelis ſententia vel maximè.

Ergo

*Ficti argumenti Tragœdiã Ariſtoteli probatam eſſe probatur.*

Ergo, ſi Ariſtotelem in propoſita Controuerſia atque diſcordia in conſilium adhibeamus, vnum atque alterum decretum a nobis erit ſtatuendum. Primum eſt, ficti argumenti Tragœdias, Authore Ariſtotele, excipiendas eſſe ac probandas. quòd ſanè inde primum ſuadetur; quia in particula L1v. ſcribit in Agathonis Flore & res fuiſſe fictas & nomina: & tamen nihilo minùs delectaſſe quàm quæ veris rebus nominibus continerentur Tragœdiæ. Quod ſanè temerè affirmaſſet niſi ea ſibi Tragœdia probata eſſet. & ideo continenter in eodem loco monet nihil eſſe quod magnopere anxij ſimus, vt veteribus fabulis potiùs hæreamus quàm nouas excogitemus. Quo in loco duplicem ſtatim nobis offert ſententiæ ſuæ rationem. Vna eſt, quia quantumuis in veteri actione & fabula Tragœdia niteretur, actio tamē illa & fabula haud omnibus eſſet cognita, ſed paucis. quaſi diceret ad Tragicum ſpectaculum omnium hominum ordines, ſed plebei & rudes inprimis confluere ſolent. ex quo fit vt ij minimè ſentiant fabulam illam veterem eſſe, ac propterea perinde ſit ac ſi ficta eſſet ac noua. Altera eſt quia Auditores tam plerique illi quibus ignota ſit vetus illa fabula, quàm perpauci illi, quibus fortè cognita eſſet, delectantur: & ideo nō magnopere curandum, ſiue noua ſit & ignota, ſiue antiqua & nota. Hæ ſunt rationes quas vnico argumento ac propè verbo concludit Ariſtoteles vt doceat nihil eſſe cur magnopere ſoliciti ſimus atque anxij de notis fabulis retinendis & vſurpandis. *II.* Quæ ſanè temerè omnia pronunciaſſet niſi noui argumenti Tragœdiam probaſſet. *III.* Neque verò non optima ratio efferri poteſt eidem ſententiæ ex Ariſtoteleis initijs confirmandæ. Etenim, ſi Ariſtoteli credas, veriſimile ipſum eſt Poëticæ actionis forma: dummodo igitur noua fabula veriſimili reſpergatur, & ſecundùm veriſimile & neceſſarium fingatur, nihil prohibet quominus excipienda ſit & probanda. Nam poſſe veriſimili reſpergi ſatis conſtat ſiue auditores ſpectes qui plerique rudes ſunt & ignari, ita vt non poſſint eam quaſi fictam & nouam improbare, ſiue gentium, Regum, linguarum, Regionum, Hiſtoriarum multitudinem & varietatem tepures: quis enim ſatis apud nos animaduertat nouam quæ detur fabulam, non ex Perſarum verbi gratia aut Indorum monumentis deriuatam ac propterea veterem eſſe? Vt omittam nouam fabulam & fictam poſſe Tragici induſtria ita cum veteri aliqua fabula conformari, vt quamuis parſonæ mutentur & nomina ſimúlque tempora & regiones varientur, ac propterea noua cenſeri debeat, fidem tamen acquirat quod altera perſimilis éaque vera & nota proferri poſſit. Hoc primum decretum, Alterum illud ſit. ita excipiendam eſſe ficti argumenti Tragœdiam, vt quæ veteri & noto conſtet, inprimis ſit collocanda: ac propterea noui ac ficti argumenti Tragœdiam, vt quæ veteri & noto conſtet, inprimis ſit collocanda; ac propterea noui ac ficti argumenti Tragœdiæ in ſecundis

*Ficti argumenti Tragœdiam ita probari Ariſtoteli vt vna veri argumenti Tragœdia primas concedat.*

Part. 54 tantū̀m aut in tertijs conſiſtere liceat. Id verò decretum inde probatur, quia niſi dicamus Ariſtotelem eo tantùm nomine admiſiſſe ficti argumenti Tragœdiam, vt huic ſecundas

Part. 53 tantùm conceſſerit, primas Tragœdiis reſeruarit, quæ in noto ac verò nituntur argumento, mirificè ſecum vno eodémque in loco pugnaret. Siquidem tunc planè Agathonis Florem excepit & probauit, in quo tamen fatetur & res & nomina fuiſſe ficta, cum docuiſſet conſueuiſſe Tragœdias factis ſeu notis nominibus inhærere, veriſimilis tuēdi cauſa: quia nimirum vbi nomina ſint nota ac propterea argumentum non omnino ſit fictum, facilè concilietur fides. *Probatur. I.* Si enim veriſimile (vt tu diſſeruiſti Ariſtoteles) eſt omnino neceſſarium fabulæ; ita vt veriſimile ſit fabulæ forma, ac propterea vera ac nota nomina retines in Tragœdia, ne veriſimile violetur, quid obſecro ſtatim ſine aperta repugnantia Agathonis Florem excipis & probas, quem tamen fateris habere & nomina & res fictas? ſanè huic dubitationi reſpondere atque hanc repugnantiam tollere nullo modo poſſumus, niſi fateamur veri argumenti Tragœdiæ, quippe perfectæ, primum deberi locum: ficti, quippe minùs perfectæ, ſecundum. *II.* Quin etiam ne ſecum pugnare item videatur fortaſſe fateri adhuc cogeretur, ficti argumenti Tragœdiam a perfecto abeſſe plurimùm. Cum enim quæ fictis rebus & nominibus conſtat Tragœdia, hinc veriſimile amittat (ſi enim veris vtitur ne amittat veriſimile, fictis ſanè amittit) quis non videat, ficti argumenti Tragœdiam non poſſe niſi veriſimili ac propterea propria forma & perfectione carere? Quanquam ignoratio auditorum (dicat Ariſtoteles) efficit vt ficti argumenti Tragœdia non planè amittat veriſimile: cum perpauci ſint qui ſtatim animaduertere poſſint quæ argumenta ſint vera, quæ ficta, imò verò non ea de cauſa facta & nota nomina retineātur quia veriſimile alioquin depereat, ſed quia veriſimile cōmodiùs cōſeruatur & fides faciliùs inuenitur. At hoc pacto extenuaretur quidē eorum culpa vel certè excuſaretur eorū factum, qui fictis no-

minib.&argumentũ formãt & Tragędiam:nõ autẽ efficeretur quominus is qui veras res
III. veráq;nomina ſectaretur,non meliùs(vbi tamẽ cætera ſint paria) ſuã induſtriã collocaret.
Ita demũ veri argumẽti Tragœdia inprimis cõſiſteret, ficti nullo modo. Ac profectò quid
eſt quod de Agathonis Flore illud tãtũ pronũciet, *οὐδὲν ἧττον εὐφραίνει nihilominùs* (quã.ſ.Tra-
gœdiæ reliquæ in quibus res & nomina non ſunt ficta) *delectat*, non verò addat æquè pro-
deſſe & in vniuersùm finem propoſitum conſequi,qui eſt vt per commiſeratione & me-
tum purget?nam vtilitatem quoque propoſitam eſſe in Tragœdijs,& non vnam volupta-
tem ſed vtilitatem quoque ex Poëſi eſſe quærenda docuit in poſtremo libro Politicorũ.
Vt omittã vtilitatẽ & purgationem per ſe quæri eſſeque præcipuum finem, voluptatem
fermè quæri alterius gratia:& ideo in definitione Tragœdiæ,purgationis,& vtilitatis ratio
nẽ habuit vel maximè ac tanquam vltimi & proprij finis. Quin etiam concedit quidẽ A-
IV. riſtoteles vt nouas fabulas excogitemus, ſed tum demum cum veri argumenti fabula in
promptu non ſit,ne ſcilicet nimis anſii ſimus atque adeò cruciemur in fictis ac notis fa-
bulis conquirendis retinendiſve. Igitur vbi vera argumenta occurrant, eaque opportuna
ſuperſedendum aut a fictis,vel certè ea lege arripienda erunt ficta, vt veris principem locũ
tribuamus. Atque huc etiam pertinet quod ab ignoratione auditorum ducit argumentũ;
V. vnde fictæ fabulæ excipiantur.nam notæ etiam fabulæ,quod eſt receptæ ac veri argumen- 291
VI. ti fabulæ,paucis ſunt notæ,& tamen eos etiam delectant;qui illarum ſunt ignari. Quod
ſi è contrario non eſſent noti ac veri argumenti, verendum eſſet ne per pauci ſaltẽ illi qui
id perſentirent & fictum argumentum agnoſcerent,minùs delectarentur, multò etiã mi-
nùs perſuaderentur. Denique cum in particula 68. & 69. diſputaret de optimæ Tragœdiæ
fabula tandem eam præferebat cæteris in qua ex proſpera in aduerſam fortunã fieret cõ-
mutatio,atque hæc non tam propter improbitatẽ quàm per errorem.& hinc factum eſſe
addebat vt pulcherrimæ Tragœdiæ cõponerentur circa paucas familias, vt Alchmeonis,
Oedipi,Oreſtis,Meleagri,Thyeſtis,Telephi ac ſummatim eorum,quibus cõtigiſſet atrox
aliquod aut facere aut pati.vbi pulcherrimam Tragœdiam & ad familias notas, & ad res
fermè varias iámque perſuaſas reuocauit. Fateamur igitur id quod eſt,Ariſtotelem ſic ad-
mittere ficta Tragœdiarum argumenta vt veris concedat primas.nam & delectatio(ſi ta-
men cætera ſint paria)non minùs obuia erit quàm in ficta:ſæpe etiam ſtabilior & certior,
cum de veriſimili dubitare non liceat:& eadem de cauſa vtilitas etiam(nam de admiratio
ne quæ maximè quæritur nihil attinet dicere,cum res fictæ hac planè de cauſa admiratio-
nem impediant)& purgatio multò certior erit cum nemini in ſuſpicionem falſitatis ac
propterea incredibilis venire poſſit.nam vt aliquibus præſertim eruditis, ſi ficta ſit in ſuſpi
cionem veniat,interdum etiam pro ficta agnoſcatur, non eſt quod dubitemus; cum ma-
gnæ calamitates ac regum facta vix latere poſſint.& ideo Euripides, omnes Regum caſus
noſci ait dummodo attendantur & Seneca,magna,inquit,non latitant mala. Ea enim dif-
ferunt argumenta Comica a Tragicis quòd illa popularium ac priuatorum hominũ ſint:
ita vt raro domorum aut viciniæ vel certè vſus egrediantur fines,præſertim cum ex ridicu
lis ac leuibus ſpectantur rebus: Tragica,quoniam ex magnis calamitatibus ac Regum fa-
ctis fermè ducuntur,non poſſunt non peruulgari: vt propterea etiam poſt aliquot ſæcula
viris ſaltem eruditis & antiquitatũ peritis nota eſſe poſſint. Quapropter conceſſerim qui-
dem poſſe Poëtæ induſtria ex remotiſſimis regionibus deſumi argumenta éaque ficta ,
ſicque veriſimile reſpergi,vt ne eruditi quidem ſatis omnino perſpectum habeant an ſint
ficta,ſed tamen quæ re ipſa omnino certa ſeſe offerunt omni ſuſpicione carebunt,dum re-
quiritur veriſimile. Itaque videmus Aeſchylum,Sophoclem,Euripidem hũc coluiſſe mo
rem:idem intelligimus factitaſſe alios,vix vt Agathonis Florem proferre potuerit Ariſto-
teles in quo res fictæ eſſent. Quin etiam ſuſpicionem creauit multis Ariſtoteles dum Aga
thonis Florẽ probaret,verentibus ne id gratiæ tribuerit quòd Agathonem diligeret. Qua-
re Orbecchæ,Selenæ,Turriſmundi,Idalbæ,& huiuſmodi aliæ Tragœdiæ merentur quidẽ
ſuam laudẽ propter authorum induſtriam;ſed multò mererentur maiorem ſi nõ ficti ar-
Dubitatur. gumenti eſſent ſed veri. Neque verò nos perturbet Flaccus,dum canit in ſua Poëtica.

*Difficile eſt propriè communia dicere,tuque*
*Rectiùs Iliacum carmen deducis in actum,*
*Quàm ſi proferres ignota indictaque primus,*
*Publica materies priuatis iuris erit——*

Reſpondetur. quam enim propriam ſeu priuatam materiam laudare videtur eam appellat priuatam,
non

Margin notes: Concluditur veram eſſe anteponendam; quod cõfirmatur multis.

non quia ficta ſit & noua, & hoc nomine a communi recedat, ſed quia licet vera ſit, tamen a nullo alio fuerit inde Tragicum aut Epicum Poëma conflatum. & hoc nomine dicitur propria. atque hoc ipſum, ni magnopere quidem fallor, ſibi voluit Ariſtoteles etiam, dum in particula LXXV. diceret haud licere receptas fabulas ſoluere, ſed inuenire oportere & traditis vti rectè. quas enim ait inuenire oportere non quę fingãtur intelligit facta, ſed quę ita contigerint vt nondum a Tragicis vſurpata fuerint. traditis enim, hoc eſt vſurpatis & a maioribus acceptis, iubet vti rectè, ne, quoniam recepta ſunt, a nobis ſoluantur, quòd is faceret qui Oedipum verbi gratia matricidam, Oreſtem cõtra parricidam introduceret. Denique ſiue ab aliis Poëtis vſurpatas actiones canas, ſiue veras quidem ſed a nemine decãtatas, traditis non temerè ſed rectè vtendum eſt ne veriſimile perturbetur. Tametſi traditas actiones aut fabulas quibus rectè vtendum eſt, crediderim non eas ſolùm continere actiones quæ a Poëtis vſurpatæ ſunt vt Oedipi & Oreſtis, aut hiſtorijs continentur, vt Cleopatræ verbi gratia aut Lucretiæ, verùm etiam quæ vulgari fama quadã & populari ac Poë-
393 tarum commentis (harum exempla in Ouidio habes innumera) ſint peruagata: nam huius *Dubitatur*
generis fabulæ extant non paucæ. Nec rurſus obſtat quòd qui tum res fingit tum nomina *rurſus.*
Poëta & fictor magis appareat; aut etiã a rebus ſingulis & Hiſtorici ſtylo (ab his enim Poëtam recedere iuſſit Ariſtoteles ne rebus illigetur ſingulis) plus recedat & ad philoſophicã induſtriam accedat: ſiquidem nihil prohibet quominus veram actionem ſectetur, quam *Reſpondetur.*
tamen ſus déque mutet, vt veriſimile magis referat & ideam optimam exprimat. nam in hoc planè enitet philoſophica ferè induſtria & ſtudium, cum Hiſtoricus ab hac abſit magis dum rebus ſingulis ita hæret, vt ſiue veriſimiles ſint, ſiue ab eo diſcedere videantur, ne nomen quidem mutare audet. Et ſanè ſæpè plus induſtriæ requiritur ac ſtudij dum vera actio ad veriſimilem reuocatur, vt ſimul ſit implexa & admirabilis ac rectè partibus nexa, quàm ſi a nobis fingeretur tota, ita vt Tragicus in hoc etiam verè Poëta & imitator appareat: tametſi quod pertinet ad nomina, fateor Tragicum atque adeò Poëtam apparere liberiorem quàm Hiſtoricum: ſed hoc exigui momenti eſt, cum & præcipua retineat nomina (id quod Epico inprimis euenit ac Tragico: nam Comicus noua profert, quod in re ridicula ac leui nouæ res ac nomina veriſimili non officiant) quibus veriſimile conſeruatur, & noua quædam proferat vt rei ad perfectum reuocandæ, & admirabili imprimis implexaéque faciendæ perſonis vtatur nouis. Hæc vt conſtet veri argumenti Tragœdiæ primas eſſe concedendas: ficti in ſecundis collocandas.

---

# PARTICVLA LV.

ΔΗλον οὖν ἐκ τούτων ὅτι τὸν ποιητὴν μᾶλλον τῶν μύθων εἶναι δεῖ ποιητὴν, ἢ τῶν μέτρων, ὅσῳ ποιητὴς κατὰ τὴν μίμησίν ἐστι. μιμεῖται δὲ τὰς πράξεις. κἂν ἄρα συμβῇ γενόμενα ποιεῖν, οὐθὲν ἧττον ποιητής ἐστι. τῶν γὰρ γενομένων ἔνια οὐδὲν κωλύει τοιαῦτα εἶναι, οἷα ἂν εἰκὸς γενέσθαι, καὶ δυνατὰ γενέσθαι, καθ᾽ ὃ ἐκεῖνος αὐτῶν ποιητής ἐστι.

EX his igitur patet poëtam fabularum magis quàm carminum eſſe poëtam; vt *Taccius.*
qui ſemper circa imitationem verſetur: actiones verò imitatur. Si igitur & in ea quoque, quæ verè priùs fuere, fingendo incidat, non propterea a Poëta diſcedet: quandoquidem ex his quæ geſta ſunt, aliqua quidem eiuſmodi eſſe nihil prohibet, cuiuſmodi vel extitiſſe veriſimile ſit, vel certè fieri potuerint: ſecundum quæ ſanè horum poëta fuerit.

*MAnifeſtum igitur eſt ex his, Poëtam eſſe oportere magis fabularum effectorem* *Riccobonus.*
*quàm metrorum, quatenus Poëta ſecundùm imitationem eſt; imitatur autem*
263 *actiones. Quamuis igitur contigerit facta pangere nihilominus Poëta eſt; factorum enim nonnulla nihil prohibet talia eſſe, qualia veriſimilia eſt fieri & poſſibilia eſſe, ſecundùm quod ille ipſorum Poëta eſt.*

*COMM. LV. Colligit declaratque latius qualeſit Poetæ munus: & quaratione ne actiones imitetur, et ab Hiſtorico diſtinguatur.*

EO rem adduxerat diſputando, vt quoniam Poëſis formam effecerat veriſimile, fictas quoque actiones ac fabulas dum tamen veriſimile eſſent reſperſæ, in Tragœdia ſtatueret non ſpernendas. Hac igitur de cauſa ait, ex dictis eſſe perſpicuum, oportere poëtam magis eſſe fabularum effectorē quàm metrorum. Id quod duplici de cauſa (ni fallor) commemorat. Prima eſt vt quoniàm iamiam ad alia properaret, Poëtam ab hiſtorico ſeiungendum, quod etiam diſputauerit, colligere, ídque ea de cauſa, quòd Hiſtoricus verò quoad eius fieri poſſet conſtringeretur; poëtæ contra, dummodo veriſimili ſeruire videatur, fingere liceat. Altera eſt vt eos refellat, vel ex dictis reiectos doceat, qui non tam fictione & fabula quàm metro Poëtam diſtinguerent ab Hiſtorico. Quare quemadmodum iamdiu antea imitatione potiùs quàm carmine poëſim a Philoſophia & cæteris diſciplinis diſtinxerat, ſic eandem ab Hiſtoria diſſociat in præſentia. Nam idem valet in præſẽs Ariſtoteli fabularum eſſe effectorem, quod actiones imitari & repreſentare. & ideo continenter ſequitur, *Quatenus Poëta ſecundùm imitationem eſt; imitatur autem actiones:* quaſi diceret ſe fabularum effectorem appellare illum, qui actiones imitetur: ac proinde fieri vt quà imitatur actiones (imitatur autem quà veriſimile ſpectat, non verum aut falſum) eatenus Poëta cenſendus ſit. quo etiam fit, vt non metrum (id quod dicere cœperat) eum aut diſtinguat aut cõſtituat; ſed veriſimilis imitatio. Dicit autem Poëtam eſſe magis fabularum effectorem *Part. 9.* quàm metrorum; quia reuera non ſpernit quin magni æſtimat metrum, ſed tamen metrum non continet propriam illius differentiam & formam, quemadmodum ſupra etiam Empedoclem appellari iuſſit Phyſiologum magis quàm Poëtam, quòd animaduerteret metrum ſaltem retinere; tametſi quoniam imitatione carebat, Phyſiologus diceretur veriùs. Ita ſanè dum ait Poëtam non falſitati planè adijci ſeu rerum commentitiarum inuentioni; ſed actionis veriſimilis, ſiue illa ſit vera, ſiue falſa, ſiue ex reb. geſtis hauſta, ſiue (quod in Tragœdia non ægrè omnino concedit, in Comœdia libentiſſimè) cogitatione ficta. Et quoniam dum verba imitantur actiones, videri potuiſſet in Hiſtorici campum irrumpere, idcirco continenter ſubdit, *Quamuis igitur contigerit facta pangere, nihilominus Poëta erit.* cuius etiam rei eam affert rationem, quòd licet veræ ſint, nõ tamen quà veræ ſed quà poſſibiles, vt ita dixerim, & veriſimiles a Poëta repreſententur. Et hoc eſt quod docet pergẽs *factorum enim nonnulla nihil prohibet talia eſſe, qualia veriſimile eſt fieri & poſſibilia eſſe, ſecundùm quod ille ipſorum poëta eſt:* quibus verbis totum hoc argumentum perorans, hoc planè nomine actionum veriſimilium imitatorem haberi poëtam iubet.

*Dubitatur.*

Sed dubitatur. nam qui res veras imitatur Poëta, adhuc ab hiſtorico differt; cum hic ſimplici expoſitione & narrando, ille imitando eas referat. nihil eſt igitur quòd Ariſtoteles vt Poëtam, ſi quando verum imitetur, diſterminet ab Hiſtorico, illuc confugiat vt dicat, verum, non quà verũ ſed quà veriſimile referri. Et ſanè cum tãti momenti ſit imitatio *par. 131.* apud Ariſt. vt hac vna de cauſa Epicum ſtatuat, dum ipſe loquitur, non eſſe imitatorem, non neceſſariò ſed temerè huc cónfugit, vt dicat verum non quà verum, ſed quà veriſimile referri a Poëta; præſertim verò quia veteres Poëtæ id ne ſuſpicati quidem ſunt, cũ paſſim res quoque veras, more maiorum & vt vera panderent, decantarent. Itaque ſubtilis iſta ratio, vt res non quà veræ, ſed quà veriſimiles, Poëtæ commendentur, in Dialecticorum ſcola aut Philoſophorum commendetur fortaſſe: ſed in ſchola Poëtarum horrida & ſpinoſa videri poſſit: præſertim verò cum Dialectici & Rhetoris veriſimilia ſint propria. Vt omittam interim duo proferri diſcrimina, quibus ab Hiſtoria diſtinguitur Poëſis, imitationem & veriſimile: cum tamen aut vnum tantùm, aut neutrum poſſit eſſe idoneum.

*Reſpondetur.*

Quanquam de hac re opportuniore loco fuſiùs. Nunc igitur tantùm dicam hic non tam diſtingui Poëtam ab Hiſtorico vniuerſim, quàm vbi contingat vt Poëta res geſtas quæ Hiſtorici propriæ videri ſolent, imitetur: hic enim quà veræ, ille quà veriſimiles, proſequitur res geſtas & humanas actiones. 294 Quod ſi in Ariſtotelis ſchola imitatio ſatis diſtinguat Poëtam ab Hiſtorico, nil prohibet quominus vbi verum, ſeu humana facta proſequatur vterque, hinc etiam diſtingui poſſint, quòd vnus verum, alter veriſimile ſpectat ac refert.

CA-

# CAPVT OCTAVVM.

## PARTICVLA LVI.

*Τῶν δὲ ἁπλῶν μύθων, καὶ πράξεων, αἱ ἐπεισοδιώδεις εἰσὶ χείρισαι. λέγω δ' ἐπεισοδιώδη μῦθον, ἐν ᾧ τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα οὔτ' εἰκὸς, οὔτ' ἀνάγκη εἶναι. τοιαῦται δὲ ποιοῦνται ὑπὸ μὲν τῶν φαύλων ποιητῶν δι' αὐτούς, ὑπὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν διὰ τοὺς ὑποκριτάς. ἀγωνίσματα γὰρ ποιοῦντες, καὶ παρὰ τὴν δύναμιν παρατείναντες μῦθον, πολλάκις διασρέφειν ἀναγκάζονται τὸ ἐφεξῆς.*

CAeterum ſimplicium fabularum actionúmve, epiſodicæ quidem deterrimæ e-piſodicam appello, in qua non veriſimiliter, neque neceſſariò mutua epiſodia nectantur: fiunt autem hæ tum ab ineptis vatibus ſuo vitio, tum a probatis quoque hiſtrionum gratia. Etenim in huiuſmodi certaminibus, dum fabulas plus æquo ſæpenumero producunt, legitimum ordinem peruertere coguntur. *Taccius.*

*SImplicium autem fabularum & actionum epiſodicæ ſunt peſſimæ. Dico epiſodicam fabulam, in qua epiſodia poſt altera, neque veriſimile, neque neceſſe eſt. Ac tales efficiuntur à malis quidem poëtis propter ipſos; ac bonis verò propter hiſtriones. Certamina enim facientes & ſupra facultatem fabulam extendentes, diſtorquere ſæpenumero coguntur quod ex ordine eſt.* *Riccobonus.*

COM. LVI.

DOCET vnde peſſima reddatur fabula: ac propterea quoniam peſſima ſit, ſi ſit epiſodica, nullo modo eſſe committendum, vt epiſodica conſtituatur hoc eſt ne addittamentis augeatur; quæ non ſecundum veriſimile aut neceſſarium in ea collocentur. Si quis enim fabulæ amplificandæ aut etiam ornandæ cauſa aliquid extrinſecus arripuerit, vnde illa augeatur ac producatur, videndũ eſt etiam vt cõmode inſeratur: cõmodè verò inſeretur, ſi ſecũdùm veriſimile aut neceſſariũ adiungatur. Hoc verò præceptũ videtur Ariſtoteles in medũ attuliſſe hoc tẽpore duplici de cauſa. Vna eſt, vt quoniam præceperat fabulæ partes fingi ac necti ſecundùm veriſimile aut neceſſarium, ne quis ſuſpicaretur hoc præceptum in ſolis eſſentialibus fabulæ partibus retinendum, in epiſodijs verò negligi poſſe: etſi enim fortaſſe plus peccet qui hanc regulam in fabulæ partibus violet, peccet tamen qui eam in epiſodijs violet, quia veriſimili ſeruiendum eſt perpetuò, & quanquam dum ait hinc (ex *Fabulã nõ eſſe conſtituendã Epiſodicam & cur.*
295 Epiſodijs inquam malè inter ſe iunctis) ſimplicem fabulam reddi peſſimam, poſſet inferre aliquis ex partibus fabulæ malè interiunctis fabulam minùs vitiari, ipſe tamen crediderim fabulæ quoque partes vbi malè, hoc eſt non veriſimili aut neceſſaria ratione iungantur, euadere Epiſodicas aut tanquam Epiſodicas, ac propterea nihilo minus quàm Epiſodica additamenta, fortaſſe enim plus paulò, eam vitiare ac deprauare. Altera eſt, quia facilius intelligi poterat hoc præceptum, ſi ijs continenter ſubijceretur, quæ docuerat paulò ante, quàm ſi in alium locum reſeruaretur. Cum enim docuiſſet, fabulæ partes nectendas ſecundùm veriſimile aut neceſſarium, atque huius rei cauſam attuliſſet, proindeque conſtare poſſet, veriſimile eſſe poëticæ actionis formam, ac propterea nuſquam non colendum; id ſanè intelligentes omnino hic de Epiſodijs præcipiebatur. Quanquam non eſt negandum hoc de Epiſodijs præcipi, non tam propter ipſa Epiſodia quàm propter fabulam, ne ſcilicet Epiſodica fiat: Vt propterea errent ij, qui quoniam de Epiſodijs infra erit agendum, pugnant alieno loco hoc de Epiſodiis doceri ab Ariſtotele. Ait igitur Epiſodicas fabulas, in quibus ſcilicet Epiſodia non ſecundùm veriſimile aut neceſſarium inſeruntur, eſſe peſſimas: dupliciquè de cauſa contingere ſolere, vt hoc vitio laborẽt Tragœdiæ, nimirũ quia Poëta vel ſit rudis, nec Poëticæ calleat artem, ac propterea nõ animaduertat inde veriſimile perturbari; vel actorib. ſiue hiſtrionib. gratificari velit, qui fa *Præcepti huius ſumma & vis*

bulam produci optantes (vt ſcilicet drama producere, atque artem illi ſuam magis ac
magis oſtentare poſſint) eas contrà quàm inferrent, ac proinde non ſecundùm veriſimile
aut neceſſarium, Epiſodijs cumularet. Atque hæ ſunt cauſæ vnde fabula reddatur peſſima.

*CONTROVERSIA LIV. NVM de Epiſodica quam prohibet fabula rectè præceperit. Dubitatur.*
Quanquam quoniam de Epiſodica Fabula varias nobis dubitationes creauit Ariſtote-
les, operæ pretium fuerit Controuerſiam de hac re tota excitare, vt dubitationes aperian-
tur, ſubindeque diluātur omnes. Ac primùm cur dicit ſimplices fabulas, ſi epiſodicæ ſint,
eſſe peſſimas, de cæteris fabulis, quibus tamen Epiſodia inſeri ſolent, ne verbum quidem?
Deinde quæ obſecro ob talia Epiſodia erunt minùs prauæ, cum ſimplices ſint peſſimæ?
Aut quid omnino fabulæ ſimplicis nomine intelligit? an quæ implexæ opponitur? imple-
xa enim habet longè diuerſam fortunæ commutationem quàm ſimplex. an verò quæ nō
varijs perſonarum generibus conſtet, vnde contrariæ fiant fortunæ mutationes, ſed vnius
I. generis & vnigenæ commutationis? an denique quia vnicam non multas complectatur
II. actiones? Ad hæc cur Epiſodia tum demum ſimplicem fabulam reddunt peſſimam, cum
III. haud nectuntur mutuò ſecundùm veriſimile & neceſſarium? An non fieri poteſt, vt praua
IV. iſta connexio fiat inter aliquam fabulæ partem & Epiſodium præter veriſimile & neceſſa-
rium conſequatur, aut etiam antegrediatur eſſentialem aliquam fabulæ partem? fac enim
Aeneas poſt Lybicam iactationem & tempeſtatem (hanc enim eſſentialem partem feci-
mus interim cum Aeneæ errores & iactationes canendas propoſuiſſet Virgilius) Cartha-
ginem non ſecundùm variſimile & neceſſarium perueniſſet, & cum Didone congreſſus
eſſet; ſanè hoc Epiſodium vitioſum eſſet, & tamen non ex altero Epiſodio, ſed ex fabula ip-
ſa conſequeretur. Quo fieret vt primi Epiſodii, quod inquam primò poſt aliquam fabulæ
partem collocaretur, etſi vitioſi, ratio haberetur nulla, cùm tamen hoc vitium cauendum
eſſet. Quid quod hoc in loco non videtur Ariſtoteles Epiſodij nomine ea intelligere, quæ part. 89 & 90.
V. extrinſecus aſſumuntur ad fabulam augendam; ſed potiùs fabulæ partes quæ non ſecun-
dùm veriſimile & neceſſarium collocantur? Cum enim de Epiſodiis multò poſt agat Ari-
ſtoteles, ac iubeat vt priùs inueniatur & conſletur fabula tota, quàm de Epiſodijs cogite-
tur, ſatiùs videri poſſet hic, quoniam adhuc de fabula verba facit, aliquas fabulæ partes mi-
nùs cohærentes, hoc eſt non ſecundùm veriſimile & neceſſarium conſtitutas, epiſodicas
appellare. Ac profectò Ariſtoteles tum hic, tum in ſequentibus particulis multis, totus
VI. eſt adhuc in fabula conformanda, de qua mox docebit, admirabilē eſſe conſtituendā, im-
plexam, peripetiámque habentem & agnitionem & perpeſſionem. contra verò in particu-
la LXIV. clarius verò LXXXIX. & LXXXX. de Epiſodijs inſtituit dubitationem. vbi docet fabu-
la conſtituta, de Epiſodiis cogitandum fabulæ amplificandæ cauſa: quam rem illuſtrat ex
Odyſſea ducto exemplo. Vt propterea verendum ſit, ne hoc in loco Epiſodicam fabulam 196
appellet, in qua partes aliquæ non ſunt prout debent ſecūdùm veriſimile aut neceſſarium
excogitatæ & collocatæ, ac propterea non eſſentiales & inſitæ, ſed aduentitiæ & præpoſte-
VII. ræ. Adde quod hactenus fabulam videtur vſurpaſſe pro actione, quā opponitur Epiſodiis:
at fabula hoc pacto non poteſt eſſe Epiſodica propter aduentitias partes & Epiſodia, ſed tā-
tum propter partes, quæ quaſi eſſentiales excogitatæ, & introductæ, reuera non ſunt eſſen-
tiales, cum alioqui non ſint veriſimiles & neceſſariæ. Quin etiam non videtur æquum, vt
VIII. Epiſodia æquè ac partes eſſentiales collocanda ſint ſecundùm veriſimile & neceſſarium;
*Quod eſt bipartitū.* præſertim quia deinde non ſupereſſet ratio dignoſcēdi partes eſſentiales ab Epiſodiis. For-
IX. taſſe etiam nullo modo fieri poteſt, vt Epiſodia, quoniam non ſunt rei inſita, ſed quærun-
tur extrinſecùs, ſecundùm veriſimile aut neceſſarium nectantur; id enim videtur inſitarū
proprium. Ita demum nihil erit cur ſuſpiceris ne alieno loco hæc præcipiatur ſi de inſitis
ac proprijs fabulæ partibus hæc decernantur. Hæ dubitationes. In quibus (vt rem pro viri-
*Explicatur Controuerſia.* li parte noſtra explicemus) reuera ea verba. *Dico autem Epiſodicam fabulam illam, cui Epiſodia*
*non ſecundùm veriſimile neque neceſſarium inſunt*, nullo modo patiuntur, vt partes eſſentiales vl-
*Ad quintum.* læ Epiſodij nomine appellentur, ſed vera ac propria Epiſodia, quæ extrinſecus aſſumun-
tur ad fabulam augendam, intelligenda ſunt. Itaque iuberet Ariſtoteles, vt hæc quoque in-
ſererentur fabulæ ſecundùm veriſimile aut neceſſarium. Quod præceptum Poëtæ ſeruiret
optimè: cum enim fabulam ſeu actionem decantandam concepiſſet ac digeſſiſſet animo,
fortaſſe etiam ſcriptis veluti deſignatione quadam per partes ſecundùm veriſimile ac ne-
ceſſarium ordinaſſet, reputaret etiam (ſi Ariſtotelem audiret) ea, quæ ſubinde ad fabulam
amplificandam ordinandāque extrinſecùs aſſumerentur, hoc eſt Epiſodia, ſecundùm
*Ad ſextū.* veriſimile & neceſſarium eſſe fingenda, perinde ac de inſitis fabulæ partibus præceptum
fuerat.

ſuerat. Quo etiam fieret, vt adhuc in fabulæ compoſitione verſaretur; cum Epiſodia non
tam per ſe (vt monere cœperam) quàm propter fabulam attingantur hoc loco: nihilque
proinde prohiberet, quominus infra tanquam in proprio & opportuno loco differeret de
Epiſodijs, vbi propter ſe conſiderantur & æſtimantur. Neque verò concedendum eſt, E- *Ad priorē VIII. partem.*
piſodia non eſſe ſecundùm veriſimile diſponenda & neceſſarium: quandoquidem veriſi-
mile, vt docuimus, colendum eſt poëmate toto: tantùm abeſt vt fieri nullo modo queat,
*Lib. 11. metaph.* (id quod obiiciebatur ad extremùm) vt Epiſodicæ partes ſecundùm veriſimile aut neceſſa-
rium formentur ac diſponantur. Denique quemadmodũ Natura (ſi Ariſtoteli credimus)
nihil Epiſodicum facit, vel certè id maximè ſpectat, quod per ſe quæritur; Ars, cuius eſt Na- *Ad Nonũ*
turam imitari, nihil Epiſodicum fingere debet. Ita vt in poëſi Epiſodia fingenda ſint non
propter ſe, ſed vt propriæ partis ſimilitudine (id quod veriſimilis & neceſſarii partes effi-
cit) reſpergantur, vnde augeri poſſit fabula & ad amplitudinem traduci. Non tamen infi-
cior verendum eſſe ne lector, vbi dignoſcere cupiat in poëmate, quæ propriæ, quæve ad- *Ad poſteriorē VIII partem.*
uentitiæ ſint fabulæ partes, hæreat, cum omnes ſecundùm veriſimile ac neceſſarium, diſ-
poſitæ ſint, ſed poëtam, quem inſtituit Ariſtoteles hoc tempore, hærentem haud habebit
cùm ipſe priùs fabulam excogitarit, inque partes digeſſerit ac diſpoſuerit, quàm deſcende-
rit ad Epiſodia. Quin etiam in eo quoque poſita erit Poëtæ laus, ſi Epiſodia etiam ſic inſer-
uerit, vt ea lector diſcernere nequeat ab intimis partibus: nam Epiſodia fabulæ partes adū-
brare debent. Quanquam ingenioſus lector quique ſcenicis ſpectaculis exercitatas attule-
rit aures, & vt ſemel dicat, poëmata diligenter peruolutarit, Poëmatis propoſitionem in-
greſſionémque ſpectabit, atque inde tum de proprijs, tum de aduentitijs partibus faciet
297 coniecturam. Siquidem in Propoſitione Epiſodiorum ratio habenda eſt nulla; ſed fabulæ
tantùm. Imò verò in Tragœdia & Epopœia, in qua fabula in hiſtoria nititur, licebit etiam
vtcunque ex hiſtoria ipſa coniectare, quæ ſint germanæ fabulæ partes, quæque in Epiſo-
dij loco ſitæ & collocatæ. erunt enim germanæ partes illæ fermè, quæ planè reſpondent
Hiſtoriæ, vel Hiſtoriam variant, quòd ſcilicet minùs veriſimili aut admirabili ſeruiret, aut
non omni ex parte diſſident ab Hiſtoria. Epiſodia, quæ reuera in Hiſtoria nullo modo ni-
tuntur, ſed actioni atque adeò fabulæ ipſi, quæ ex propoſita Hiſtoria fermè conflatur (ta-
metſi ſus déque variata) poëtæ induſtria veriſimilis ac neceſſarij ſpecie videri poſſunt ad-
iuncta. Quanquam (vt dicebam) tutius eſt in Poëmatis propoſitionem conijcere ani-
mum. propoſitio enim non Epiſodicas partes, ſed proprias ac germanas contineat opor-
tet, ſaltem in vniuerſùm. Quare cum Virgilius (vt res illuſtretur exemplo) Aeneæ errores
& bella, ſeu quicquid & errando & ſubinde bellando paſſus eſſet, donec Vrbem in Latio
conderet, ſibi decantandum propoſuiſſet; hinc diiudicandum eſt quicquid demum
in Aeneide ſit reuocandum ad Epiſodia. Itaque Lybica tempeſtas & iactatio (ſi res æ-
ſtimetur attentiùs) reuera (quorumdam pace dixerim) non pertinet ad Epiſodium;
errorum namque & perpeſſionum ipſius Aeneæ pars eſt. Contra verò dum Aeneas
Carthaginem petens cum Didone congreditur, ibique inter delicias moratur, id verò
pertinet ad Epiſodium, cum non ſit propoſitæ perpeſſionis pars, nec ad iactationem aut
bellum pertineat. tametſi non eſt inficiandum, id totum ſecundùm veriſimile & neceſſa-
rium fuiſſe inſertum fabulæ, cum lõgè ſit veriſimile, vt Aeneas, dum ſocios requireret, in
matrem cui curæ erat, inciderit, atq; eius ſuaſu Carthaginem petierit, reginámque proin-
de (ſi tamen id temporum ferat ratio: quod alterius tamen eſt dubitationis) adierit. Neq; *Ad Septimum*
verò omnino conceſſerim Ariſtotelem hactenus fabulam, qua Epiſodijs opponitur, vſur-
paſſe ſemper: nam eius magnitudinem ſeu longitudinem ex actione tota ſeu ex Tragœ-
dia quanta eſt dum recitatur, ac ſummatim ab initio ad finem vſque æſtimauit. Denique
vt fabula quà opponitur Epiſodijs, non totam & abſolutam Tragœdiæ compoſitionem
ſignificaret, ſed quæ ex germanis nec extrinſecùs deriuatis conſtat partibus; ita è contra-
riò Epiſodica fabula, vt Epiſodica, pro tota compoſitione & Tragœdia ſumatur neceſſe *Ad tertium.*
eſt. Fabulæ autem ſimplicis nomine non eam intelligit, quæ plures eáſque contrarias ha-
beat fortunæ commutationes, aut quæ gemina potiùs atque multiplici quàm vna conti-
neatur actione, ſed quæ implexæ opponitur: de qua etiam poſt inſequentem particulam
verba faciet, ſimplicẽ itẽ illi opponens fabulam. Itaque tantiſper ſimplicis fabulæ nomen,
etſi non planè perſpicuum, vſurpat, quòd iamiam eius notionem explanaturus ſit. Atque
hoc nomine ſimplices fabulas, ſi Epiſodicæ ſint, appellat peſſimas. cum enim ſimplices a-
lijs etiam de cauſis (id quod non multò poſt demonſtrabit Ariſtoteles) ſint non optimæ, *Ad ſecundum.*
tum

imò imperfectæ;ſit ſanè vt ſi Epiſodicæ rurſus conſtituantur, earum imperfectio augeatur vehementer,ita vt peſſimæ cenſendæ ſint.quo tempore minùs prauæ cenſendæ ſunt
*Ad primũ* tum ſimplices,tum Epiſodicæ,tum implexæ Epiſodicæ.atque hoc pacto implexæ, ſi nec
*Ad ſecundum.* epiſodicæ ſint,nec aliunde imperfectæ reddantur,erunt optimæ:ſimplices epiſodicæ erũt peſſimæ:ſimplices non epiſodicæ aut implexæ epiſodicæ nõ probæ.Quæ ſanè omnia ex iis quæ de gemino iſto fabulæ genere differet in particula 63.& deinceps licebit planiùs ani-
*Ad quartum.* maduertere.At.n.quid eſt quod dicat epiſodia iſta *μετ' ἄλληλα altera poſt altera* ſeu *mutuò* inſetẽda ſecũdùm veriſimile & neceſſarium.vel eã fabulã eſſe epiſodicã,in qua *μετ' ἄλληλα* nõ ſecundùm veriſimile & neceſſariũ collocantur?ſiquidem epiſodium cõtinenter ſubijcitur germanæ alicui fabulæ parti, vt Aeneę iactationi profectio ad Didonem;ac ſummatim epiſodia ſparguntur fabulã tota,ita vt epiſodia diſiuncta ſint, nec tam inter ſe mutuò quã cum fabulæ partibus quibus nectuntur,ſecundùm veriſimile & neceſſarium ſint inſerenda.An igitur ſic loquitur quia hoc modo ſint diſponenda, ſi fortè ſint plura? ſic Madius:
*Madius reprehenſus quòd tria vno eodẽque in loco peccet.* qui *Epiſodia etiam* (inquit) *quæ partes fabulæ non ſunt,ſi plura ſint,ſic diſponere opus eſt,vt alterum ex altero oriri aut veriſimiliter aut neceſſariò videatur.* Sed tria mihi videtur peccare Madius in 298
his paucis verbis. Primum eſt,quia Ariſtoteles vnum ſumit,& aliud præcipit: ſumit epiſodia eſſe plura:præcipit vt mutuò nectãtur ſecundùm veriſimile & neceſſarium. Alioquin ſi interdum tantùm ſunt plura,ſignificare debuiſſet,ſic nectenda eſſe,cum plura ſint,non vniuerſim & ſine exceptione vlla loquendum. Alterum quia non tollit dubitationem de primo epiſodio,quod ſuccedat fabulæ parti;quin neque de poſtremo, quod è veſtigio aliquam item fabulę partem antegrediatur:vtrinque.n.debent necti cum fabula ſecundùm veriſimile & neceſſarium.Ita ſanè id præcipiendum fuit de epiſodijs non ſolùm quã ſe tantummodo ſpectant mutuò:ſed etiam quã vtrinque cum fabula continuantur & copulantur.Poſtremum quia videndum erat quo pacto plura epiſodia ſimul congeſta & nexa nõ eſſent vitioſa;videntur enim diſſeminanda ſingula inter fabulæ partes, non ſimul necten-
*Ariſtotelis ſententia.* da.Quanquam hoc poſtremum negaret fortaſſe Madius;qui continenter colligit hinc cõ- part.64
ſtare, Ariſtotelem non damnare epiſodiorum multitudinem,ſed fabulam, in qua nõ ſint inter ſe nexa.Ipſe igitur crediderim Ariſtotelem, vt hoc in loco de Tragœdia præcipit ſigillatim,ſpectaſſe ad eam Tragœdiæ ſeu fabulæ partem,quæ epiſodium dicitur, & ad partes quantitatis ab Ariſtotele reuocatur:hæc enim pars prologo ſubijcitur,ſeu Prophaſi(ſic enim primum Tragœdiæ drama vocatur a multis)& primo reſpondet actui;ita vt epiſodiũ tres inſequentes Tragœdiæ partes ſeu actus conſtituat, ac poſtremum drama ſeu actum antegrediatur. Dum igitur ea quantitatis ſeu magnitudinis pars quæ epiſodiũ dicitur, medijs illis conflandis actibus adhiberetur in Tragœdia;illud fermè conſequebatur,vt ex multis partibus vel potiùs epiſodijs conſtaret:ac minimùm ex tribus; cum ſinguli actus illi proprijs conflari ſoleant epiſodijs,interdum etiam vnus idémque actus epiſodia cõtineat plura.Ita videas in Hercule Furente verbi gratia epiſodia multa inter Prophaſim & Exodum reperiri,vt quę habentur de Creontis morte, Lyci tyrannide, de periculis Megaræ & filijs & ſocero impendentibus a Lyco:Herculis item reditus ab inferis,quæque reditũ cõſequuntur,pertinẽt ad Epiſodia. Sic in Hippolyto colloquia tum nutricis & Phædræ, tum Phædræ rurſus & nutricis cum Hippolyto & Theſeo:in quibus ſine dubio epiſodia delitescunt multa. Dum igitur tam multa extrinſecùs aſſumuntur ad fabulam producendam ac tres fermè actus medios cõſtituendos, verendum eſt ne interim peccetur quòd iſthæc
*Ad quartum. Item ſpectant hæc.* inter ſe non planè ſint nexa. Hac igitur de cauſa præcipit Ariſtoteles vt inter ſe nectantur ſecundùm veriſimile ac neceſſarium. Iam verò nihil dixit de huiuſmodi epiſodijs, quã primum aut poſtremum actum ſiue Prophaſis Exodíque ſpectant extrema,vel quia ſtatim colligere liceret,extremas iſtas fabulæ partes quippe eſſentiales non eſſe præter veriſimile & neceſſarium cum epiſodijs nectendas,cum ne epiſodijs quidẽ id concederetur,vel quia reuera epiſodiorum illorum extrema choros potiùs attingant quàm primũ aut poſtremũ drama.ſiquidem tum inter Prophaſim & primum epiſodium,tum inter poſtremum epiſodium & Exodum,medius intercedit chorus.Niſi tamen velis ea verba *Dico autem epiſodicam fabulam. in qua τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα, epiſodia altrinſecus neque veriſimile neque neceſſe eſt exiſtere*,ſignificare epiſodia cum extremis quoque fabulæ partibus eſſe nectenda ſecundũ veriſimile aut neceſſarium;nec inter ſe ſolùm,verùm etiam cum illis fabulæ partibus cõuenienter eſſe nectenda.qua ratione omnes Tragœdiæ partes aptè eſſent copulandæ. & ſanè ſcenæ annulorum ſunt inſtar,qui Tragœdiam quaſi catenam conflent; ita vt mediæ a

primis,

primis,poſtremæ a medijs oriri debeant,ac ſibi mutuò reſpondere ſecundum veriſimile & neceſſarium.& hanc fermè rationem,quod pertinet ad multitudinem, in Epiſodijs ſeruauit Homerus in Iliade,vbi a ſecundo libro ad XI.vſque(id quod Ariſtoteles ipſe vtcunque indicauit cum diceret Homerum in Iliade Epiſodijs multis vſum eſſe)digreditur perpetuò & ad Achillem & fabulam redit nunquam. quin in vndecimo ad eum ſic redit, vt breui eum deſerat, vltimos fermè Achilli reſeruans libros,ita vt primi ferè ac poſtremi ad eſſentiales partes pertineant: medij Epiſodijs (qualiaqualia illa ſint) conſtentur. Vt vel hac vna de cauſa Ilias videri poſſit a Platone Tragœdię nomine acutè appellari.Quanquã quoniam Odyſſea multò aliter habet;Aeneis etiã diuerſa planè ratione cõflata eſt, alij etiã non vulgares heroicorum poëmatum authores Epiſodia digerunt aliter fortaſſe etiã qui vnam Achillis iram Iliadis argumentum eſſe neget,neget etiam Iliadem tam multis illis continuatisque Epiſodijs conſtare,illud in præſens ſtatutum ſit,eam epiſodiorum rationẽ ad Tragœdiam,de qua hîc ſigillatim loquitur,ſigillatim pertinere; aut Tragœdiæ cũ Comœdia communem eſſe. Certè Ariſtoteles in capite de Epopœia fabulam Tragicorum
Par. 124 & 127. inſtar formari iuſſit,vnitatem,perfectionem, & huiuſmodi alias partes ſigillatim commemorans,cum tamen Epopœiæ Epiſodia ad Tragicorum epiſodiorum exemplum formari ſigillatim haud iuſſerit. Quin laudatas quoque Tragœdias multas inuenias, in quibus epiſodia ſparſa ſunt potiùs quàm tribus medijs actibus conflandis,Tragœdiæ inſerta. Quid plura?cum Ariſtoteles alibi ſcripſerit in Tragœdia,quoniam vrgetur tempore, epiſodia oportere eſſe breuiſſima,quis longa illa epiſodiorum ſerie non perturbetur? Et ſanè dum cogimur quaternis fermè horis Tragicam fabulam recitando explere, vix vt decem circiciter aut duodecim horarum ſpatium actioni repræſentandæ tanquam affingi poſſit,difficile eſt vt epiſodijs locus niſi exiguus aut tempus niſi breuiſſimum concedatur. Et idcirco alij viderint,num quod pertinet ad epiſodia eæ Tragœdiæ ſint magnopere laudandæ,quę tres illos medios actus occupant epiſodijs. Ego quidem epiſodia poëmate ſpargenda crediderim,& inter eſſentiales fabulæ partes parcè ac magno delectu inſerenda. De qua tamen re nos alibi copioſè.

---

## PARTICVLA LVII.

Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον τελείας ἐστὶ πράξεως ἡ μίμησις, ἀλλὰ καὶ φοβερῶν, καὶ ἐλεεινῶν· ταῦτα δὲ γίνεται μάλιστα τοιαῦτα, καὶ μᾶλλον, ὅταν γένηται παρὰ τὴν δόξαν δι' ἄλληλα. τὸ γὰρ θαυμαστὸν οὕτως ἕξει μᾶλλον, ἢ εἰ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, καὶ τῆς τύχης. ἐπεὶ καὶ τῶν ἀπὸ τύχης ταῦτα θαυμασιώτατα δοκεῖ, ὅσα ὥσπερ ἐπίτηδες φαίνεται γεγονέναι. οἷον ὡς ὁ ἀνδριὰς ὁ τοῦ Μίτυος ἐν Ἄργει ἀπέκτεινεν τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου τῷ Μίτυϊ, θεωροῦντι ἐμπεσών. ἔοικε γὰρ τὰ τοιαῦτα οὐκ εἰκῆ γενέσθαι, ὥστε ἀνάγκη τοὺς τοιούτους εἶναι καλλίους μύθους.

Voniam autem imitatio non tantùm perfectæ actionis,verùm etiam miſerabilium terribiliúmve eſt:hæc autem maximè talia erunt,potiſſimúmq; pollebunt quotieſcunque per ſe ipſa inuicem admiranda illa accident:nimirùm hoc pacto admirabile magis ſe ſe offert,quàm ſi a caſu vel a Fortuna proficiſci appareat: ſiquidẽ in his etiam quæ a fortuna proueniunt, illa quidem maximam admirationem præ ſe ferunt, quæ veluti ſuopte impulſu prouenire videantur, vt in Argo Mityi ſtatua quæ ſuper inſpectãtẽ collapſa,authorẽ Mityi necis interfecit:eiuſmodi.n.hæc ſũt,vt nõ temerè facta eſſe opinemur:itaq;pulcherrimas tales fabulas euadere neceſſe eſt. Paccius.

*Voniam autem non ſolùm eſt perfectæ actionis imitatio, ſed etiam terribilium & miſerabilium,atque hæc fiunt maximè talia & magis, cum fiant præter opinionem inter ſe;nam admirabile ſic habebunt magis,quàm ſi a caſu & fortuna:quoniam & eorum quæ a fortuna ſunt,hæc maximè admirabilia videntur,quæcunque tanquam ex induſtria apparent facta fuiſſe,ſicut ſtatua Mityi,cum in eius caput incidiſſet, dum ipſe ſpectaret,videntur enim talia non temerè facta eſſe, idcirco neceſſe eſt, tales fabulas pulchriores eſſe.* Riccobonus.

Vide-

*COMM. LVII.*
*Quæ fabulæ præſtent pulchritudine.*

VIDETVR hîc docere quæ fabulæ inter cæteras excellant pulchritudine; ac ſtatuere eas eſſe pulcherrimas, in quibus res terribiles & miſerabiles ſint inter ſe connexæ; multò verò magis cum eædem & connexæ ſint & fiant præter opinionem. Ac primum quidem, nimirum docere quæ ſint fabulæ pulchriores inde conſtat, quia dum ad extremum cogit ratiocinationem ὥστε (inquit) ἀναγκαῖον τοιούτους εἶναι καλλίους μύθους, *vt propterea has neceſſe ſit eſſe pulchriores fabulas*. Et ſanè cum ratiocinatio ſuſpenſa fluat ab initio ad finem vſque particulæ, & in fine inferatur, hinc eſſe neceſſarium vt hæ (quod eſt fabulæ quæ habent res nexas, maximè vero fiunt præter opinionem) ſint pulchriores, nemo non aduertat, illud ſibi docendum propoſuiſſe, quæ fabula ſit pulchrior. Id quod inde etiam ſuadetur, quia cum in ſuperiori particula docuiſſet, quæ ſit deterrima; conſentaneum erat vt doceret, quæ eſſet pulcherrima.

Quod vero eas ſtatuat præſtare cæteris, ſiue, vt ipſe loquitur εἶναι καλλίους eſſe pulchriores, in quibus res terribiles & miſerabiles ſint inter ſe connexæ & fiant præter opinionem, cõſtat quia, ταῦτα δὲ (inquit) γίνεται μάλιστα τοιαῦτα (καὶ μᾶλλον ὅταν γίνηται παρὰ τὴν δόξαν) δι' ἄλληλα. *Hæc* inquam, (formidabile ſcilicet & miſerabile) *fiunt maximè talia*, ideſt formidabilia & miſerabilia. *ſi fuerint inter ſe nexa atque vnum ab altero proficiſcatur: præſertim verò ſi contingat etiam fieri præter expectationem.* Verùm vnde conſtat eas eſſe pulchriores, in quibus res terribiles & miſerabiles ſunt inter ſe nexæ atque vna ab altera proficiſcitur? Non probat hoc Ariſtoteles, credo quòd pendere ex iis videatur quæ dixit modò; videlicet Epiſodicas fabulas, quod eſt eas quæ non ſint inter ſe nexæ, ita vt vna res ab altera proficiſcatur, eſſe peſſimas: hinc enim ſequitur è contrario bonas eſſe, quæ ſint nexæ & mutuo pendent. Alterũ vero, ideſt multò meliores eſſe, quæ & nexæ & præter opinionem, inde probat, quia hoc modo magis habent in ſe admirabile, quam ſi a caſu & fortuna fierent. Id quod inde acutè comprobat quia in iis quæ a caſu & fortuna contingunt, ea maximè videntur admirabilia, quę de induſtria facta fuiſſe videntur. Quam rem exemplo confirmat ſtatuæ Mityis: cũ enim hæc in interfectoris caput cecidiſſet, non caſu aut fortuna, ſed ex induſtria ac diuina prouidẽtia factum videri potuit. Et idcirco neceſſe eſt vt huiuſmodi fabulæ ſint pulchriores. Hæc loci, inuoluit ſane ac perdifficilis, explicatio. Quanquam tria ſunt quæ dubitẽtur. Primum quid eſt quod interpretes aliqui ſtatuunt in hac particula ſextam proferri fabulæ proprietatem, nimirum vt ſit admirabilis? ſanè authoris propoſitum longè varium appareret ab iis quibus ſtatutum eſt docere quæ fabulæ ſint pulcherrimæ. Ego verò non dubito, Ariſtotelem in hac particula docere (id quod ipſemet colligit ac profitetur) quæ ſit pulcherrima fabula atque optima: in ſuperiore etiam docuiſſe, quæ ſit deterrima. Quod tamen intelligendum eſt non in vniuersũm & eorum omnium ratione habita quæ fabulã aut deterrimam aut optimam reddere poſſunt ſed ſigillatim, nimirum quod attinet ad partium nexum: quæ propterea, ſi veriſimili aut neceſſaria ratione nectantur, optimam, ſi præter veriſimile & neceſſarium, peſſimam gignant fabulæ conſtitutionem. Sed tamen nihil prohibet quominus obſeruari liceat in ſuperiori particula doceri haud oportere fabulam Epiſodicam eſſe, hoc eſt citra veriſimile & neceſſarium necti: atque hâc eſſe quintam fabulæ conditionem: in hac verò particula doceri quæ ſit ſexta, nimirum oportere eſſe admirabilem: nam reuera admirabilis eſt pulcherrima. Et quamuis reuera Ariſtoteles 301
ſtatuit pulcherrimas fabulas eſſe illas quæ tum veriſimili ac neceſſaria ratione nectuntur tum præter opinionem fiunt, non autem quæ admirabiles ſunt, attamen quia inde probat hanc laudem ei fabulæ tribuendam, quæ fit præter opinionem, quod hinc habeat admirabile, nihil prohibet quominus ſexta fabulæ conditio hîc quoquo modo proferri dicatur, quæ ea ſit, vt admirabilis appareat. Difficilius eſt explicatu cur inferat fore vt quæ fiant præter opinionem, magis habeant admirabile quàm ſi a caſu & fortuna fierẽt. videbatur enim rationi conſentaneum vt diceret, *ſi fiant præter opinionem, admirabile habebunt magis quã ſi fiant ex opinione* quæ enim fiunt caſu & fortuna, non ſunt quæ fiunt ex opinione ſiue hominum opinioni reſpondent: imò verò quæ fiunt a caſu & fortuna, fiunt præter opinionẽ & exiſtimationem hominum. Ipſe igitur licet non ſtatuerim aberrare illos qui locũ hunc opinantur eſſe mendoſum, quia tamen huc facilè confugere, minùs induſtrij eſt ac naui, crediderim illud ſibi voluiſſe Ariſtotelem cum diceret; *Et magis cum fiant præter opinionem inter ſe*, debere quidem res quæ conſtant terribile & miſerabile, eſſe inter ſe veriſimili aut neceſſaria ratione nexas, ſed tamen videri debere nexas præter opinionem, hoc eſt tales vt

*Dubitatur. I.* — *Reſpondetur.* — *Caſtelu. & Ricc.* — *Dubitatur. II.* — *Reſpondetur.*

ipſe.

admi- ſtatores nõ ſtatim intelligant veriſimili & neceſſaria ratione eſſe nexas, ſed hoc deinde ex
ans euentu animaduertant reputantes rerum anteactarum artificium & induſtriam, ita vt inde admirationem capiant maiorem, quàm ſi a caſu & fortuna (id quod iam antea ſuſpicari potuiſſent) contigiſſent. & ſanè dum Oedipus conſulit Oraculum auditque Thebis eſſe Laij interfectorem quem plectere oporteat, rursúsque Corinthiorum nuncium excipit, & ad regnum capeſſendum ſollicitatur, auditores haud animaduertant artificium harum rerum & qualis ac quanta inter ſe nectantur induſtria: ita vt ferè ſuſpicari poſſint caſu cohærere, cum non videant quò maximè ſpectent & cur inter ſe nectantur. Tametſi cũ paulò poſt vident eò rem traduci, vt ex illis præter opinionem, ac ne ſuſpicantibus illis, explicetur nodus, ita vt Oedipus repentè agnoſcat ſe eſſe Iocaſtæ filium, inceſtaſſe matrem parentem interfeciſſe, exiliúmque ſibi deberi, nec alieno ſanguine ſed proprio expiandam Vrbem; admiratione afficiantur, cum præſertim iam animaduertant res ſuperiores non caſu & fortuna, ſed magna induſtria & artificio fuiſſe nexas. Et hinc licebit intelligere, cur pergens Ariſtoteles ſcribat, *Quoniam & eorum quæ a fortuna ſunt, hæc maximè admirabilia videntur, quæcunque tanquam ex induſtria apparent fuiſſe facta, ſicut ſtatua Mityi Argis* & quæ ſequuntur. Etenim videbatur rurſus dicendum potiùs. *Eorum quæ a fortuna ſunt, hæc maximè admirabilia videntur, quæcunque præter opinionem fiunt;* Sed tamen rectè differit: argumentatur enim a minori ad maius, aut etiam a ſimili; quaſi diceret, ſi ex his quæ fiunt fortuna, ea ſunt maximè admirabilia, quæ de induſtria videntur facta, vt accidit in Mityi ſtatua, quæ concidẽs eum planè interfecit, qui Mityum ipſum occiderat; quantò magis admirabilia videri debent, aut cur nõ æquè admirabilia videantur, quę præter opinionem viſa ſint illa quidem cohærere, ſed tamem euentu tandem perceptum ſit ſumma induſtria fuiſſe inter ſe nexa? Quod ſi quis adhuc dubitet quî audeat Ariſtoteles admirationem in Tragœdia atque adeò in poëmate requirere, cum hinc vel maximè tollatur veriſimile; quod tamen paulò ante poëſis veluti forma ſtatutum eſt; ſanè de hac re opportuniùs in capite de Epopœia, vbi ſigillatim admirationem requirit in Epica fabula.

*Dubitatur. III.*

*Reſpondetur.*

*Dubitatur IV. Reijcitur dubitatio in alium locum.*

*Vide in par. 132.*

---

# CAPVT NONVM.

## PARTICVLA LXII.

Εἰσὶ δὲ τῶν μύθων οἱ μὲν ἁπλοῖ, οἱ δὲ πεπλεγμένοι. καὶ γὰρ αἱ πράξεις, ὧν μιμήσεις
οἱ μῦθοι εἰσὶν, ὑπάρχουσιν εὐθὺς οὖσαι τοιαῦται. λέγω δὲ ἁπλῆν μὲν πρᾶξιν, ἧς γι-
302 νομένης, ὥσπερ ὥρισται, συνεχοῦς καὶ μιᾶς, ἄνευ περιπετείας, ἢ ἀναγνωρισμοῦ ἡ μετάβα-
σις γίνεται. πεπλεγμένη δὲ, ἐξ ἧς μετὰ ἀναγνωρισμοῦ, ἢ περιπετείας, ἢ ἀμφοῖν ἡ μετά-
βασίς ἐστι. ταῦτα δὲ δεῖ γενέσθαι ἐξ αὐτῆς συστάσεως τοῦ μύθου. ὥστε ἐκ τῶν προγεγενη-
μένων συμβαίνειν, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἢ κατὰ τὸ εἰκὸς γίγνεσθαι ταῦτα. διαφέρει γὰρ πολὺ γί-
νεσθαι, τάδε διὰ τάδε, ἢ μετὰ τάδε.

Fabularum aliæ ſimplices, aliæ implexæ; quemadmodum & actiones, quarum imitatione ſunt ipſæ fabulæ, talem illico ſpeciem præ ſe ferunt. Simplicem actionem voco, in qua quidem (vt definitum eſt) continua & vna abſque peripetia agnitioneve agendo fit mutatio; implexam quæ vel agnitione, vel peripetia, vel etiam vtráq; Hæc verò in ipſo rerum contexu ita aſtruenda ſunt, vt ex his, quæ priùs acta fuerint, neceſſariò ſequi, aut certè veriſimiliter agi videantur. Multum enim differt, fiant hæc per hæc, an ex his.

*Paccius.*

Acſa-

*AC fabularum alię ſimplices ſunt alię implexæ. etenim actiones, quarum imitationes fabulæ ſunt, ſiue aliud quæramus, ſunt tales. Appello ſimplicem actionem, quâ facta, vt definitum eſt, continua & vna, tranſitus fit ſine peripetia vel agnitione. Implexa eſt, ex qua cum agnitione aut peripetia, aut ambabus tranſitus fit. Hæc autem oportet fieri ex ipſa conſtitutione fabulæ, vt ex anteactis, aut ex neceſſitate, aut ſecundum veriſimile, hæc fieri contingat. Differt enim multum, vtrum hæc propter hæc, an poſt hæc fiant.* Riccobonus.

COMM. LVIII. *Diſtribuit fabulam in ſimplicem & implexam, ac de implexa latius.*

VIderi poſſet Ariſtoteles in hac particula ſeptimam fabulæ proprietatem afferre, quæ eſt vt ſit implexa. qui enim non ægrè ferat in duabus ſuperioribus particulis alias duas fabulæ proprietates afferri, nimirum vt non ſit epiſodica, ſed epiſodijs optimè conſtituta, & vt admirabilis appareat, quid ni hîc quoque alteram proprietatem, quæ ſeptima ſeu poſtrema eſſet, afferri patiatur? Quanquam ne quis hinc colligat ſimplicem fabulam Ariſtoteli non probari (colligeret verò non temerè vbi Ariſtoteles implexam conſtitui fabulam iubens, vnam implexam fabulam admitteret) malim ſtatuere Ariſtotelē fabulam in ſimplicem & implexam partiri & vtriuſque naturam declarare. An verò ſimplicem improbet, alibi diſceptabitur. Certè hoc in loco eam nullo modo improbat. Ergo fabulam (vt dicebam) aliam ſimplicem explicatam ſiue ſolutam, aliam implexam & inuolutam. Quam ſanè partitionem ea planè de cauſa videtur afferre, vt tum implexam fabulam optimæ Tragœdiæ conſtituendæ arripiat, tū verò de peripetia & agnitione diſputet quas & implexæ affingit, & verò in pulcherrima Tragœdia requirit. Quod ſi ab eo ſciſciteris cur ita diſtribuat fabulam, ea, inquit, de cauſa quoniam actiones, quas fabula imitatur & comprehendit, aliæ ſimplices ſunt aliæ implexæ. Quod ſi quis rurſus ſciſcitetur an & cur actiones ſint huiuſmodi, id verò non explicat: ea fortaſſe de cauſa quòd res attentius reputanti conſtare poſſit ſatis. Et hac fortaſſe de cauſa eo loquendi genere vſus eſt, *ὑπάρχουσι εὐθὺς οὖσαι τοιαῦται, ſunt ſtatim tales*, ſeu *tales ſe illico oſtendunt*. Sed ſint ita: verùm quid ſi quis cōcedat actionem aliā eſſe ſimplicem aliam implexam, ſed tamen vt vtriuſq; natura fiat plana vtramque definiri poſtulet aut ſaltē deſcribi? Reſpondet igitur Ariſtoteles, ſimplicem actionem appello, qua facta vt definitum eſt, continua & vna tranſitus fit ſine peripetia vel agnitione. Implexam cōtra ex qua cum agnitione aut peripetia aut ambabus fit trāſitus. Hæc vt vtramq. fabulam deſcribat. ita ſanè vbi perſpectum fuerit quid ſit vel peripetia vel agnitio, compertum quoq; erit quid ſit fabula ſimplex aut implexa. quam rem in ſequenti particula proſequetur Ariſtoteles. Interim tamen non ab re fuerit explanare quæ in præſenti particula ſubiungit Ariſtoteles antequam ad peripetiæ agnitioniſve naturam declarādam deſcendat. ergo cum doceret actionem ſimplicem carere peripetia vel agnitione, illis vtebatur verbis. *Dico autem ſimplicem quidem actionem, qua facta, quemadmodum definitum eſt continua & vna, ſine peripetia vel agnitione tranſitus fit.* quibus ſignificare videtur debere eſſe continuam & vnam: continuā, quia partes debeant inter ſe necti & continuari ſecundùm veriſimile & neceſſarium: vnam, quia partes fabulæ debent ſic necti vt vna inde exiſtat fabula & actio: quæ omnia ſigillatim docuit in particula quinquageſima & quinquageſimaprima. & ideo hîc ait quēadmodum definitum eſt, ad ea ſpectans, quæ ibi ad fabulæ ſiue actionis vnitatem & partium, vnde vnitas exiſtit, mutuam conſecutionem ſpectabant. Quanquam quod ait debere eſſe continuam, id verò ſæpè rurſus inculcauit ac præſertim vbi de veriſimili verba fecit. Addit verò dum monet implexam fabulam habere tranſitum cum agnitione aut peripetia, oportere hæc fieri ex ipſa fabulæ conſtitutione, vt ex anteactis aut ex neceſſitate aut ſecundùm veriſimile iſthæc fieri contingant. Quibus verbis ſignificat, res ita eſſe coagmentandas & nectendas vt quemadmodum vna conſequitur aliam, ita poſterior veriſimili aut neceſſaria ratione a priore naſcatur; neque enim ſatis eſt vnum fieri poſt aliud, niſi id quod eſt poſterius, re ipſa à priore proficiſcatur.

303

Part. 52

PAR-

# PARTICVLA LIX.

Ἔστι δὲ περιπέτεια μὲν, ἡ εἰς τὸ ἐναντίον τῶν πραττομένων μεταβολὴ, καθάπερ εἴρηται. καὶ τοῦτο δὲ, ὥσπερ λέγομεν, κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ ἀναγκαῖον. ὥσπερ ἐν τῷ Οἰδίποδι, ἐλθὼν ὡς εὐφρανῶν τὸν Οἰδίπουν, καὶ ἀπαλλάξων τοῦ πρὸς τὴν μητέρα φόβου, δηλώσας ὅς τις ἦν, τοὐναντίον ποίησε. καὶ ἐν τῷ Λυγκεῖ, ὁ μὲν ἀγόμενος, ὡς ἀποθανούμενος, ὁ δὲ Δαναὸς ἀκολουθῶν, ὡς ἀποκτενῶν, τὸν μὲν συνέβη ἐκ τῶν πεπραγμένων ἀποθανεῖν, τὸν δὲ σωθῆναι.

Paccius. Peripetia eſt eorum, quæ aguntur (quemadmodum dictum eſt) in contrarium mutatio. id autem (ſicuti docuimus) aut veriſimiliter, aut neceſſariò fit: vt in Oedipode. acceſſit enim ille delectaturus Oedipodem, eundémque parentis inceſtandæ timore liberaturus: quis autem eſſet, vbi oſtendit, contrarium effecit. In Lyncæo quoque ductus ille quidem eſt, veluti mox immolandus: Danaus contra ſubſecutus, vt immolaret: ſed accidit ex his quæ patrata ſunt, vt hic necem, ille ſalutem ſit aſſecutus.

Riccobonus. *Eſt verò Peripetia in contrarium eorum, quæ aguntur mutatio, vt dictum eſt. Atque hoc, vt dicimus, ſecundùm veriſimile aut neceſſarium. Vt in Oedipode, cum veniſſet nuntius, tanquam lætitiam allaturus Oedipodi, eumque metu liberaturus aduerſus matrem, vt aperuit quiſnam eſſet, contrarium fecit. Et in Lynceo, cum ipſe quidem duceretur vt moriturus, Danaus verò perſequeretur vt interfecturus; hunc quidem contigit ex rebus geſtis mori, illum verò ſeruari.*

104 COM. LIX. VT intelligatur quid ſit fabula implexa in qua peripetiam requiri dixerat, útque ſimplicis fabulæ vis & natura declaretur a qua peripetiam abeſſe dixerat, peripetiam hîc definit: nec definit ſolùm, verùm etiam (id quod perraro admodum facere ſolet) vno atque altero illuſtrat exemplo. Quæ omnia partim quia plana ſunt, partim quia ex Controuerſia quam mox excitabimus, fient planiora, non eſt quod longiùs proſequamur. Hîc igitur grauis ſeſe dubitatio offert & Controuerſia, NVM videlicet in ſimplici fabula contingat fortunæ commutatio: ita nimirum vt quis ex aduerſa fortuna in proſperam (id quod in Comœdia fermè accidere ſolet) aut ex proſpera in aduerſam (quod in Tragœdia plerunque accidit) incurrat. Et ſanè in eiuſmodi fabulam propoſitam mutationem non cadere, multis ſuaderi poteſt. Et primò quia alioquin ſimplex fabula non careret peripetia: cum enim peripetia ſit *εἰς ἐναντίον τῶν πραττομένων μεταβολὴ, eorum quæ geruntur in contrarium mutatio*, profectò vbi dederis in fabula ſimplici fieri fortunæ commutationem, rerum quoque in contrarium mutationem concedas neceſſe eſt. Cum igitur neget Ariſtoteles, peripetiam in ſimplicem fabulam conuenire, neque commutatio rerum ex aduerſis in proſperas, vno verbo, in contrariam partem, conueniet. Imò verò tantùm abeſt vt videatur ſimplici fabulæ conuenire contraria rerum mutatio, vt ne mutatio quidem illi conueniat. Sed neceſſe ſit, vt in fabula ſimplici idem fortunæ tenor ſeruetur. Nam quid erat obſecro, cur Ariſtoteles in ſimplici fabula requireret tantùm *μετάβασιν* hoc eſt tranſitum & progreſſionem, in fabula verò implexa *μεταβολὴν* mutationem, niſi quia in ſimplici fit tranſitus ſine fortunæ mutatione, in plexa verò propter peripetiam fit tranſitus & progreſſio cum fortunæ commutatione? Id quod egregiè confirmari poteſt nobili Promethei exemplo: qui ſanè Prometheus apud Aeſchylum ab initio ad finem vſque eundem ſeruat fortunæ tenorem ac ſtatum, ita vt Caucaſo monti affixus, ſit ſemper miſer. Ita ſanè non modò non fit in contrariam partem mutatio, ſed nec mutatio quidem. Et hoc eſt quod Peripatetici interpretes aliqui clamant mutationem haud cadere in ſimplicē fabulam, ac *μετάβασιν* aliud ſignificare nihil quàm part. 66. fabulæ inclinationem & exitum, non verò mutationem. Ac profectò ſi ſimplex fabula ea eſſet vt fortunæ commutationem admitteret, imò verò neceſſariò contineret, quæ obſe-

CONTROVERSIA LV. NVM in fabula ſimplici fiat fortunæ commutatio. Non fieri probatur. I. II. III. IV.

cro erat cauſa cur tandem Ariſtoteles ſimplicem fabulam fermè reijceret, quaſi verò pulchritudine careret? ſanè repentina illa contrariæ fortunæ commutatio in Rege admirabilis videri poteſt, atque inprimis idonea, quæ terrorem excitet & miſericordiam; ac propterea potentium virorum animos ab immoderatis affectionibus purget. Vt propterea temerè ab Ariſtotele improbetur ſimplex fabula, vbi fortunæ habeat commutationem. Hęc habui quæ pro hac ſententia differerem. Contra tamen argumenta quædam ſeſe offerunt, quibus in contrariam ſententiam vocemur, & fortunæ commutationem ſimplici non minus quàm plexæ fabulæ tribuamus. Ac principio quidem id occurrit, quod ſcriptum reli-

*Fieri commutationē probatur.* I. quit Ariſtoteles, dum de fabulæ magnitudine diſputaret. Cum enim difficile eſſet ſtatuere certam ac definitam fabulæ magnitudinem; eò tandem confugit, vt quoniam tempus omnino præfiniri haud poterat; ſaltem vniuerſim id præciperet; tantum temporis videri inſumendum in fabula peragenda, quantum ſit neceſſarium, vt ex aduerſa fortuna in proſperam aut ex proſpera in aduerſam res commutentur. Quo in loco Ariſtoteles vnum ſumit, & alterum docet; ſumit in fabula fieri rerum mutationem atque hanc in contrarium: docet tantum temporis hac in re inſumendum, quantum ſat ſit rebus commodè ex aduerſa in proſperam vel ex proſpera in aduerſam commutandis. Quod argumentum eò maius habet pondus, quòd Ariſtoteles ibi ſic præcipit de fabula, vt ea præcepta non modò non comprehenderent quamcunque Tragicam fabulam, ſiue implexam velis ſiue ſimplicem; verùm etiam Comicæ, & quod difficilius videri poterat, Epicæ conuenirent. nam ad extremùm vbi diſputat de Epopœia, iubet vt quæ de fabulæ magnitudine dixerat in Tragœdiæ tractatione, illa ad Epicam quoque fabulam traducerentur: quaſi diceret, dum diximus in fabula tantum temporis impendendum, quantum temporis naſcentibus rebus, ac ſummatim pro rerum indigentia & opportunitate requireretur, vt ex aduerſa in proſperam, aut ex proſpera in aduerſam mutaretur fortuna; id non modò Tragicæ, verùm etiã Comicæ & Epicæ, conuenire poteſt: & propterea hinc iuſta cuiuslibet fabulæ magnitudo æſtimanda & conſtituenda eſt. Ita ſanè Ariſtoteles tum vniuerſim præcepit de qualibet fabula (& ideo ea generalia verba interpoſuit; *in quanta magnitudine ſecundùm veriſimile & neceſſarium deinceps naſcentibus rebus*, vt ſcilicet indicaret longius ac breuius tempus ſtatuendum adhuc pro rerum conditione: nam Epicam fabulam maiore rerum mole contineri ac propterea plus temporis & aliam magnitudinem requirere non eſt quod inficiemur) *Vid.par. 49.* 305

II. rum ſigillatim de Tragica, de qua eo tempore præcepta dabat. Et ſanè cum videamus Epopœiam omnem habere fortunæ commutationem, quid cauſæ eſſe poteſt, vt in Tragœdia fabulæ multæ hoc bono priuentur? Idem dixerim de Comœdia, in qua niſi Comœdiæ indigna ſit nomine, & informis quædam fabula videatur, fortunæ commutatio exigitur. Ad

III. hæc cum ex Aeſchyli & aliorum quas terimus Tragicorum fabulis, vix fortaſſe aliqua ſit, quæ fortunæ commutatione non contineatur; quis obſecro affirmare audeat, Ariſt. diſtribuiſſe fabulam in ſimplicem & implexam, quòd ſimplex caret fortunæ commutatione? ſanè hoc nec ab Aeſchylo, nec a Sophocle, nec ab Euripide, ĩ quib. fermè nititur totus, detinaſſet. Quid quod non modò proferri vix poſſit fabula niſi frigida omnino & omnis admira-

IV. tionis & voluptatis expers, in quam nulla cadat fortunæ ac rerum cõmutatio, verùm etiã vix animo concipi poſſit vt res perturbentur; nec tamen ad extremùm vlla fiat fortunæ mutatio? At enim quid ad contrarias rationes atque illam præſertim, quæ ducitur ex peripetiæ definitione? an non peripetia eſt quæ contrarium inducit rerum euentum? ſic ſanè: quî igitur ſimplici fabulæ contrarius conueniat euentus, a qua abſit peripetia? acutè. ſed tamen ſic ſtatuo. fabula ideo dicitur implexa, quia in progreſſu res & perſonæ difficultatibus tanquam nodis quibuſdam implicentur: vt verbi cauſa Oedipus hinc a nuncio ad Corinthi regnum capeſſendũ ſollicitatur, illinc ne matrem inceſtet, veretur. Dum igitur peripetia (inquit Ariſt.) eſt eorum quæ aguntur in contrarium, mutatio, mutationem deſignat, quæ ex nodi explicatione conſequitur: quæ ſanè, in contrarium plane cadit, quàm aut rei difficultas & nodus, atque adeò rerum ſtatus & Oeconomia ac ſummatim ipſa ratio dictare videatur; aut etiam qui difficultatibus illis ſe implicitos ſentirent, opinarentur, ſectatoréſque ſuſpicarentur: id quod Oedipo accidit. nam cum Oedipus ijs quas referebam difficultatibus & nodis implicitus eſſet; Nuncius verò continenter eum liberare niteretur, aperiens eum nõ eſſe Meropis filium, ſed aliũde Reginæ importatum, in eam ſuſpicionem quin cognitionẽ venit Oedipus, vt intelligeret ſe eſſe Iocaſtæ filium, quã in matrimonium duxerat, ac proinde verè iam matrem inceſtaſſe, ita vt nuncius non ſolùm eum mœrore ac ſuſpicione non

*Reſpondetur ad contraria argumenta. Ad Primũ*

liberarit,

liberarit, verùm etiam in ſummam calamitatem, vnde etiam res in contrarium planè ceci-
dit, quàm nuncij verba ratióque aut ſuſpicio ferret, præcipitem dederit. ſic ſanè nihil pro-
hibet quominus aliquis, qui ab fabulæ initio videri poterat fœlix, ad extremùm fiat miſer
ſine peripetia. ſiquidem peripetia non ſignificat eam rerum mutationem, quæ ſenſim ex
vniuerſa rerum inclinatione & ab initio ad finem vſque variatione fit ſine vſu eorum velu
ti nodorum quibus implicatur priùs, tum repentè explicatur fabula; ſed quæ fit nodis illis
& difficultatibus repentè cedentibus in contrarium. Neque verò niſi falsò obijcitur, nullā
in ſimplici fabula fieri mutationem: cum fabularum turbæ ſine mutationibus eſſe ne-
queant. Itaque rectè aliqui illud *μετάβασιν* vertunt mutationem: nam *μετάβασις* non ſolùm
progreſſionem ſignificat ſed mutationem etiam. tametſi vbi quis progreſſum vel tranſitū
vertat non reprehenderim, dum tamen tranſitum quoque fateatur mutationem referre
poſſe. quin crediderim Ariſtotelem eo in loco *μετάβασιν* & *μεταβολήν* promiſcuè vſurpaſſe
(id enim indicant eæ voces *quemadmodum dicebatur*) ac propterea mutationem vtrobique
106 deſignari. Quòd ſi Prometheus videtur ab initio ad finem vſque eundem tenorem conſer-
uare, ita vt ab initio ad finē vſque infœlix videatur, nullámque referat fortunæ mutatio-
nem, iam vt omittam eam fabulam allegoricam eſſe totam (quid eſt enim ignem è cœlo
ſurripere, hunc hominibus dare, hinc artes adinuenire? quid Robori, quid Vulcano in cu-
ſtodiam tradi, quid ad Caucaſeum montem ferreis vinculis alligari & id genus alia?) fortaſ
ſe aliqua etiam fortunæ commutatio deſignatur, cum inde Oceanus & Nymphæ illum
ſolentur, tandémque illud declaretur fore, vt ex Ioue is oriatur, a quo ipſe Prometheus vin
culis liberetur. Quanquam ne ſi quidem Aeſchyli Prometheus fortunæ careret mutatio-
ne, idcirco non temerè prætexeretur, ſimplicem fabulam fortunæ mutatione carere, nam
in tanta fabularum multitudine & varietate. facile eſt aliquam deprehendere fabulam &
expiſcari, in qua fortunæ mutatio non appareat. Ex qua tamen vna potiùs quàm ex genere
vniuerſo temerè ſimplicis fabulæ duceretur exemplum, alioquin nullum de fabula tuliſſet
præceptum Ariſtoteles, quod non ſtatim refelli poſſet, ſi vnum aut alterum exemplum
valeret è contrario, Itaque fabula non eſſet tota atque perfecta conſtituenda; cum ne lon-
giùs petatur exemplum, Homeri Ilias initio & fine pleriſque carere videatur, dum bellum
Troianum, id quod inſcriptio profitetur, fuiſſet decantandum. Eadem quoque Ilias mon-
ſtroſa eſſet quod attinet ad longitudinem, cum multò maior propter non neceſſaria Epi-
ſodia ei tribuatur longitudo ac tempus, quàm ad fortunę commutationem requireretur;
ita vt in prouerbium abierit, Iliade longior, vnitas quoque actionis in Odyſſea foret requi
renda, cum Telemachus diu peregrinetur, nec tamen eius peregrinatio Vlyſſis erroribus
veriſimili aut neceſſaria ratione inſeri poſſit; ita vt libri illi omnes in quibus Telemachi pe
regrinatio decantatur, alteram actionem conſtituant; præſertim verò quia ſtatim ab initio
pertexuntur, non verò inchoatis Vlyſſis erroribus Epiſodij more ad fabulam producendā
inſeruntur. Dies me deficiat, ſi pręcepta Ariſtotelis ſingula de fabula proferre velim, atque
ex Tragicis Epiciſque, præſertim verò ex Homero, docere in iſtorum poëmatis illa nō tam
conſeruati quàm violari. Ac profectò Ariſt. ſic præcipit de re poëtica, vt ex admirabili illa
Poëtarum licentia & varietate ea ſelegerit quæ aptiora, hoc eſt ad veriſimile decorúmque
tuendum, admirabile item gignendum, in primis verò delectandum atque iuuandum con
ferrent. cui etiam rei explicandæ conquiſiuit, quod ad eius fieri poſſet ex Poëtis exempla:
in optimis verò pro Tragœdia Oedipum tyrannum, pro Epopœia Iliadem & Odyſſeam ha-
buit quæ ſequeretur, non quòd ea omnibus planè numeris perfecta & abſoluta videri poſ
ſint, ſed quia cætera eiuſdem ordinis poëmata non parùm ſuperarent. Itaque habuit ille
quidem, vnde in quibuſdam fateri cogeretur, iſthæc quoque poëmata a perfecto ab-
eſſe. Quapropter (vt ad rem redeam) qui ad poëtica Ariſtotelis præcepta labefactan-
da, Poëtarum exempla quædam proferant; ij ſanè non ſtatim audiendi ſunt: quan-
doquidem Ariſtoteles perfectum ſpectat, quò reuera peruenerat nullus: ſed omnes
quiſquis eſſet ſiue longiore ſiue breuiore recederent interuallo. Iam verò vtrum Ari- *Ad Quartum.*
*Par. 66 & infra.* ſtoteles ſimplicem fabulam improbarit, expendemus alibi. Nunc ſat ſit Ariſtotelem
fabulam in ſimplicem & nexam partiri tantùm, & vtriuſque naturam declarare, ita vt ni-
hil minùs quàm ſimplicem excludere videatur, Vt omittam Iliadem quam miris cele-
brat laudibus, ſimplicem ſtatui: atque huiuſmodi conſtitutionem laudi Homero tribui,
*par. 127 In par. 161.* Hæc ad argumenta, Vt propterea nihil prohibeat quominus fateamur, fabulam citra *Concluſio totius dubitationis.*
peripetiam & agnitionem poſſe fortunæ mutationem continere: cum præſertim

 Ariſtoteles

Ariſtoteles omnino ſentiat (id quod conſtabit paulò poſt) fortunæ mutationem, ſiue ex aduerſa fiat in proſperam, ſiue contra, ſequi ex agnitione & peripetia, non verò eſſe peri- *In part. 62.*
petiam ipſam: nam mutatio quæ in contrariam fit partem in peripetia, non pertinet ad vltimam rerum omnium mutationem, qua fabula terminatur tota, ſed ad grauem illam & inopinatam & in contrariam partem cadentem rei alicuius mutationem, vnde continenter ferè conſequitur fortunæ commutatio. Sic Oedipus vbi intelligit ſe non eſſe Meropis filium, & cætera quæ ad eum exhilarandum Nuntius aperit, agnoſcit ſe Laij & Iocaſtæ *307.*
filium, vnde fit peripetia, oculos ſibi effodit, & in exilium abit miſer, in quibus fortunæ commutatio & fabulæ terminus poſita ſunt. Atque idem intelligere liceret de Danao dum Lynceum perſequeretur, ſi hæc extaret Tragœdia. nam ideo ait Ariſtoteles, *hunc quidem contigit ex rebus geſtis mori, illum verò ſeruari*, quia inde conſecuta eſt fortunæ commutatio & fabulæ terminus.

# PARTICVLA LX.

ἈΝαγνώρισις δ᾽ ἐστὶ, ὥσπερ καὶ τοὔνομα σημαίνει, ἐξ ἀγνοίας εἰς γνῶσιν μεταβολὴ, ἢ εἰς φιλίαν, ἢ εἰς ἔχθραν τῶν πρὸς εὐτυχίαν, ἢ δυστυχίαν ὡρισμένων. καλλίστη δὲ ἀναγνώρισις, ὅταν ἅμα περιπέτειαι γίνονται, οἷον ἔχει ἐν τῷ Οἰδίποδι.

AGnitio eſt (vt etiam ex nomine liquet) ex ignoratione in notitiam ad amicitiam vel inimicitiam illorum mutatio, qui fœlices, ſeu infœlices determinantur. pulcherrima autem fit, ſi cum peripetia fuerit, vt in Oedipode. *Paccius.*

*AGnitio autem eſt, vt etiam nomen ſignificat, ex ignoratione in cognitionem mutatio, aut ad amicitiam aut inimicitiam eorũ quid ad proſperam fortunã, vel aduerſam definiti ſũt; ac pulcherrima agnitio eſt, cũ ſimul peripetiæ fiũt, vt ſe habet in Oedipode.* *Riccobonus.*

*COMM. LX. Quid ſit agnitio & quæ pulcherrima.*

CVm declarauerit quid ſit peripetia, nunc declarat quid ſit agnitio, ac rectè quidem & opportunè: quandoquidem ad implexæ fabulæ de qua diſputare cœperat, cognitionem pertinet. cum enim ſtatuerit implexam fabulam peripetia vel agnitione aut etiam vtrâque mutationem in contrariam partem efficere, operæpretium ſanè erat, vt quemadmodum peripetiæ, ita agnitionis, vim ac naturam declararet. Ait igitur, agnitio eſt, vt etiam nomen ſignificat, ex ignoratione in cognitionem mutatio. quod ſi quæras num omnis mutatio ex ignoratione in cognitionem fit agnitio (neque enim quamlibet huiuſmodi mutationem videmus in implexam fabulam cadere, cum multæ huiuſmodi fiant mutationes, quæ ad fabulam non pertineant) continenter declarat ſe nõ omnem huiuſmodi mutationem intelligere, ſed eam quæ fit ad amicitiam aut inimicitiam eorum qui ad proſperam fortunam vel aduerſam definiti ſunt; quod eſt oportere vt ea mutatio quæ ex ignoratione fit ad cognitionem, ad amicitiam aut inimicitiam adducat illos in quos fortunæ cadit commutatio. Quapropter quæcunque illa fieret agnitio in Tragœdia quæ ad perſonas illas non pertineret in quas fortunæ cadit commutatio, ea nõ pertineret ad implexam fabulam de qua loquitur. Et quia potuiſſet aliquis ſciſcitari vt quoniam de pulcherrima fabula loquebatur, atque hoc nomine in peripetiæ & agnitionis mẽtionem inciderat, doceret qui maximè agnitio propoſita eſſet pulcherrima ac proinde pulcherrimam gigneret fabulam, reſpondet eam agnitionem eſſe pulcherrimam quácum fiunt agnitiones, vt in Oedipode. Ex quo etiam licet colligere implexam fabulam hinc pulcherrimam exiſtere. Et ſanè obſeruare licet in Tragœdijs, cum inter turbas ac res gerendas perdifficilis nodus exiſtit aliquis, hunc nõ ſine auditorum voluptate & admiratione quadam ſolui & explicari propoſitæ agnitionis & peripetiæ vſu. Ex quo fit vt acutè Ariſtoteles agnitionẽ illã reperit pulcherrimã quácum fiunt peripetiæ, quod eſt perſonarũ agnitione, & difficillimis rebus in contrariũ quàm auditores ſuſpicentur cadentibus: difficilis prorſus fabulæ nodus reſoluitur. Quid autem ſi cognitio fieret perſonarũ, quas antea noueris nunquam? an hinc etiam agnitio fieri dicenda eſt? Sic crediderim, dum tamen & agnitio amicitia

*Dubitatur. Reſpondetur.*

concilict

conciliet aut inimicitiam,& proſperam aduerſámve afferat fortunam (quemadmodum
308 dictum eſt)& ipſa cognitio fuerit aliquo pacto impedita & ſuſpenſa,ac ſummatim ſit per
ſonæ quam alioquin cognoſcere debuiſſes. Sic filius qui parentem agnoſcat quem debue-
rit.quidem de more habere cognitum , ſed tamen caſu quodam cognouerit nunquam,
cum eum agnouerit,agnitionem pariet de qua Ariſtoteles. Etſi enim eum non recogno-
ſcit; ſed cognoſcit primùm,recognoſcere tamen illud debuiſſet; idem dicendum vbi fra-
ter fratrem agnoſcat primò , aut pater filium, aut filius matrem aut alterum cuius co-
gnitione caſu potiùs & præter morem quàm ex more caruiſſet: tales enim videmus eſſe
perſonarum agnitiones in Tragœdijs ac ſigillatim in Oedipo cuius exemplo vtitur Ari-
ſtoteles, nam Iocaſtam matrem agnoſcit quam caſu quodam antea nouerat nunquam.
Quod ſi quis interim dubitet num agnitio ſine peripetia eſſe poſſit,poſſe crediderim om- *Dubitatur rurſus.*
nino ex Ariſtotele.quid enim erat cur diceret implexam fabulam cum peripetia aut agni- *Reſpondetur.*
tione habere tranſitum, niſi ſola aut peripetia aut agnitione fieri poteſt ? alioquin dicere
debuiſſet peripetiam & agnitionem requirere,quanquam implexa fabula,vt ſit pulcherri-
ma,requirit agnitionem pulcherrimam,ac proinde non erit ſine peripetia,cum pulcherri
ma agnitio ſine peripetia eſſe non poſſit. Ita in Oedipo,ſtatim atque Oedipus agnoſcit ma-
trem,fit peripetia.vt propterea iure hac quoque de cauſa Oedipi Tragœdia pulcherrima
cenſeatur. Hæc(ni fallor)eſt inuolutæ huius definitionis ſententia & vis. In qua tamen tres *Tres adhuc Dubitationes tolluntur.*
adhuc tollere lubet ſcrupulos. Primus eſt quia videri poſſet alicui Ariſtoteles hoc in loco
non vnam ſed geminam afferre agnitionis definitionem ſeu deſcriptionem; vel ſic loqui
vt, cũ duas afferat deſcriptiones, vna ſaltem(hoc enim indicare videtur particula illa ἢ *vel*)
quippe germana,ſit probanda ac retinenda. vna eſt, *Agnitio eſt ex ignoratione in Agnitionem* *I.*
*mutatio*: quæ Definitio(id quod indicat Ariſtoteles) ethymologia niteretur. Altera ſubijce-
retur verbis illis, *vel in amicitiam aut inimicitiam eorum qui ad fœlicitatem vel infœlicitatem deſti-*
*nantur*(ſcilicet *mutatio.*) Sed ſuſpicio hæc falſa eſſet: quandoquidem a ſecunda hac defini- *Reſpondetur.*
tione genus abeſſet:ſiquidem *μεταβολὴ mutatio* inquam,pertinet ad priorem ſententiæ par-
tem: alioquin dicere debuiſſet Ariſtoteles, Agnitio eſt ex ignoratione in cognitionem,vel
ad amicitiam aut inimicitiam eorum qui ad fœlicitatem vel infœlicitatem deſtinantur,
mutatio. Sed ſac etiam mutatio rurſus intelligeretur vel etiam reponeretur ad extremùm;
iam inepta eſſet Ariſtotelis doctrina apud quem Agnitio priùs ſignificaret quancunque
mutationem ab ignorantia ad cognitionem,& pateret quam latiſſimè: mox verò agnitio
in definitione altera ſic in anguſtum concluderetur, vt talem mutationem ſignificaret in
ijs tantùm qui ad inimicitiam vel amicitiam adducerentur, ſimúlque ad fœlicitatem vel
infœlicitatem deſtinati eſſent. Igitur (vt res planiùs adhuc explicetur) poſterior pars non
definitionem continet alteram,ſed eò ſpectat,vt declaret agnitionem Tragicam ſeu fabulæ
quam explicat, eſſe illam in qua mutatio ex ignoratione ad cognitionem, habet eas con-
ditiones vt ſit perſonarum quæ ad fœlicitatem vel infœlicitatem deſtinantur,& amicitiam
vel inimicitiam afferat. Itaque definitio ſic eſt concipienda. Agnitio eſt ex ignoratione
in cognitionem mutatio, ita vt vel amicitiam vel inimicitiam adducat earum perſona-
rum quæ fœlicitati aut infœlicitati deſtinantur. Quare poſt *μεταβολὴ* (vt res eſſet clarior) *II. Dubitatio.*
nulla planè adhibenda eſſet interpunctio. Alter ſcrupulus ille eſt quia Oedipi exemplum
non videtur ad rem. Siquidem fit quidem agnitio, ſed amicitia aut inimicitia ex agnitione
ſequitur nulla. Denique in Odyſſea(id quod alibi obſeruat Ariſtoteles)fit quidem huiuſ-
modi mutatio cum amicitia & inimicitia eorum qui ad fœlicitatem & infœlicitatem de-
ſtinati ſunt: at in Oedipo talis amicitia aut inimicitia requirenda eſt. Sed forſitan exem- *Reſpondetur.*
plum eò ſpectat vt conſtet quo pacto cum agnitione coniungatur peripetia,ſimúlque ſu-
bita fortunæ commutatio agnitionem conſequatur: non autem vt inde conſtet ad amici-
tiam aut inimicitiam adduci eos qui ad fœlicitatem vel infœlicitatem deſtinarentur: id
309 enim ſatis erat vt de pulcherrima,quam explicabat,cõſtaret agnitione. Quod ſi vrgeas de- *Inſtatur.*
bere tamen cum tali agnitione coniungi amicitiam vel inimicitiam ſi fabula pulcherrima
ſit vt Oedipus paſſim cenſetur ab Ariſtotele,iam cum talis ac tantus & Iocaſtam & Oedi- *Reſpondetur.*
pum ob inceſtas nuptias inuaſerit dolor vt odium etiam in eas eruperit, ſéque mutuò de-
teſtarentur,quædam velut inimicitia ex agnitione illa ſit conſecuta. Denique Ariſtoteles
Oedipi exemplo vtitur paſſim quòd ad perfectũ magis accedat hæc fabula quàm cæteræ:
perfectiſſimam atque adeò Ideam ipſam eſſe Tragicæ fabulæ ſtatuit nuſquam; quin in hac
quoque fabula videtur interdum aliquid minùs beatum agnoſcere. Ita vt nil prohibeat

 exemplum

*III. Dubitatio.* exemplum ad peripetiam non ad amicitiam vel inimicitiam pertinere. Tertius ſiue poſtremus ille eſt, cognitio illa ſeu mutatio ex ignoratione cognitionem in quem aut quos cadat. Num in perſonas fœlicitati aut infœlicitati deſtinatis: an in cæteris fabulæ perſonis: an denique in ſpectatores (ſeu quod in Epopœia contingeret) in lectorem ipſum. *Reſpondetur.* Ego verò crediderim Ariſtotelem talem ex ignoratione mutationem in perſonis requirere quæ fœlicitati aut infœlicitati deſtinantur: ſic enim in Odyſſea & in Oedipo ac Tragœdijs paſſim. Nil tamen prohibet interim ad cæteras etiam perſonas peruadere ac lectori, vel ſpectatori cognitionem parere, dum tamen propriè ac neceſſariò in perſonis illis quæ fœlicitati aut infœlicitati deſtinatæ ſunt (id quod ſubindicare videntur ea verba *μετάβασις ὡρισμένων, mutatio definitarum* videlicet *perſonarum*) ſit requirenda & obſeruanda. Hic poſtremus ſcrupulus. *Alia rurſus eaque grauiſſima ſubijcitur dubitatio.* Et tamen grauiſſima rurſus ſeſe obtrudit dubitatio; an ſcilicet Ariſtoteles eo conſilio affirmet pulcherrimam eſſe agnitionem quæ ſimul habet adnexam peripetiã, quaſi verò reperiri quoque poſſit agnitio ſine peripetia; id eſt fabula quæ agnitionem habeat & careat peripetia; an verò quia requiratur quidem in omni fabula peripetia, ſed tamen non ſemper cum agnitione ſit coniuncta, ſed ſeorſim peragatur, quemadmodum in multis Tragœdijs conſtat ſatis. Certè verba illa; *pulcherrima verò agnitio eſt cum ſimul peripetia ſiunt*, vtramque ſententiam gignere ſeu excipere poſſunt. Ipſe igitur magnopere ſuſpicor Peripetiam ſi pro fortunæ mutatione vſurpetur, non poſſe non in fabula reperiri: contra verò ſi non pro qualibet mutatione, ſed repẽtina, cuiuſmodi in Oedipo cernitur, poſſe fabulam eſſe ſine peripetia. *Reſpondetur.* Ita quidem quoniam exiſtimo peripetiam interim Ariſtoteli nõ quamlibet fortunæ commutationem ſignificare, ſed ſubitam & repentinam, crediderim hoc in loco ſtatuere pulcherrimam agnitionem eã eſſe quæ fit ſimul cum peripetia; quaſi verò ſubita illa mutatio poſſit etiam fieri ſeorſim ab agnitione. alioquin nihil erat cur in Particula LVIII. ſtatueret eam eſſe implexam fabulam quæ cum agnitione fit vel peripetia. indicabat enim, vel potiùs tanquam certum arripiebat, poſſe fabulam carere peripetia, quod eſt, vt ego quidem exiſtimo, ſubita & repentina fortunæ commutatione. Nam alioquin peripetiam fieri etiam ſeorſim ab agnitione ex Euripidis Electra, Helena, aliiſque tum huius tum aliorum Tragicorum fabulis multis compertum eſt.

---

# PARTICVLA LXI.

Εἰσὶν μὲν οὖν, καὶ ἄλλαι ἀναγνωρίσεις. καὶ γὰρ πρὸς ἄψυχα, καὶ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὅτε 310
ὥσπερ εἴρηται, συμβαίνει. καὶ εἰ πέπραγέ τις ἢ μὴ πέπραγεν, ἐστὶν ἀναγνωρίσαι. ἀλλ' ἡ μάλιστα τοῦ μύθου, καὶ ἡ μάλιστα τῆς πράξεως ἡ εἰρημένη ἐστίν. ἡ γὰρ τοιαύτη ἀναγνώρισις, καὶ περιπέτεια, ἢ ἔλεον ἕξει, ἢ φόβον. οἵων πράξεων ἡ τραγῳδία μίμησις ὑπόκειται. ἔτι δὲ καὶ τὸ εὐτυχεῖν, καὶ τὸ δυστυχεῖν ἐπὶ τῶν τοιούτων συμβήσεται.

SVnt profectò & aliæ agnationes; nam tum inanimatorum, tum quorumcunque, vt accidit fiunt: ſi quando (vt dictum eſt) euenit, vt ſi quid patrarit, quis, vel non patrarit, agnoſcamus: illa tamen quæ potiſſimùm a fabula quæve ab actione pendet eſt quam diximus. Etenim huiuſmodi agnitio atque peripetia, vel miſericordiam vel metum parabit. receptum autem eſt talium actionum imitationem eſſe Tragœdiam: fortunatúmque inſuper ſeu miſerum fieri ex his contingeret. *Paccius.*

*AC ſunt quidem etiam aliæ agnitiones. etenim ad inanimata pertinet agnitio; & ad quæcunque, vt dictum eſt, a fortuna aliquando eſſe contingit. & ſi fecit aliquis, aut non fecit, licet agnoſcere. Sed quæ maximè pertinet ad fabulam & quæ maximè ad actionem, eſt ea quæ dicta eſt. Talis enim agnitio & peripetia aut miſericordiam habebit, aut metum. qualium actionum Tragœdia imitatio ſupponitur. Præterea verò & aduerſa fortuna vti & proſpera in talibus continget.* *Riccobonus.*

Potuiſſet

COM. LXI.

Potuiſſet aliquis alias multas eáſque varias proferre agnitiones, quæ in Epicis Tragicíſque poëmatis occurrant, nec tamē tam ad perſonarum cognitionem pertineant quàm aliarum rerum, mónet igitur Ariſtoteles agnitionem quæ maximè pertinet ad fabulam & actionem, eſſe illam quæ & perſonarum eſt, & miſericordiam habet aut metum, quemadmodum habet quoque peripetia. Et ſanè licèt agnitiones interdum occurrant vt annuli, veſtis, equi, domus, epiſtolæ & ſexcentarum huiuſmodi rerum, quæ rationis aut ſenſus & animæ ſunt expertes, quin actionum etiam multarum quæ ab hominibus proficiſcuntur illæ quidem, ſed tamen ipſius perſonæ non ſunt; veruntamen nos in præſentia requirimus eam agnitionem quæ miſericordiam aut metum conciliet, ac perſonæ ſit vnde huiuſmodi metus & miſericordia excitatur. Denique illud Tragœdiæ propoſitum eſt, vt purgatio fiat animorum, atque hæc per miſericordiam & metum, quæ duo ex ijs planè contingunt, quæ præter opinionem ac non ſine admiratione efficiuntur. Ad quam rem repentina perſonarum agnitio mirificè valet, vnde vel beneuolentia vel odium concilietur. id quod tunc maximè accidit, cum peripetia (quemadmodum diximus) cum agnitione coniuncta ſit: in his enim licèt repentinam fortunæ commutationem, ſiue proſperam velis, ſiue aduerſam, efficere ac non ſine admiratione ſpectare. Ea verò de cauſa videtur hoc in loco nequaquam dicere agnitionem habere miſericordiam & metum, ſed miſericordiam vel metum, quia reuera non facilè contingat vt útraque affectio ab vna eadémque agnitione gignatur. Tametſi vt metus & miſericordia poſſunt ab vna eadémque fortunæ commutatione oriri, nil mirum ſi Tragicam imitationem timori & miſericordiæ ſimul concitandæ adhibeat ac referat.

*Alias etiā agnitionis formas reperiri: ſed propoſitam ptinere vel maximè ad fabulam: quod dupli ci cōfirmat ratione.*

*I. Ratio.*

*II. Ratio.*

---

# PARTICVLA LXII.

311 Ἐπειδὴ ἡ ἀναγνώρισις τινῶν ἐστὶν ἀναγνώρισις. ἔτι δὲ ἀναγνώρισις, αἱ μὲν εἰσὶ θατέρου πρὸς τὸν ἕτερον μόνον, ὅταν ᾖ δῆλος ἅτερος, τίς ἐστιν. ὅτε δὲ ἀμφοτέρους δεῖ ἀναγνωρίσαι. οἷον ἡ μὲν Ἰφιγένεια τῷ Ὀρέστῃ ἀνεγνωρίσθη ἐκ τῆς πέμψεως τῆς ἐπιστολῆς, ἐκείνῳ δὲ πρὸς τὴν Ἰφιγένειαν ἄλλης ἔδει ἀναγνωρίσεως. δύο μὲν οὖν τοῦ μύθου μέρη περὶ ταῦτ᾽ ἐστί, περιπέτεια, καὶ ἀναγνώρισις.

Qvoniam verò Agnitio quorundam agnitio eſt, alia quidem alterius ad alium tantùm fit, cum quis hic ſit, illi notus eſt: alia rurſus mutua indiget notitia, vt Iphigenia ex epiſtolæ illius miſſione ab Oreſte quidem agnita; vt tamen ipſum agnoſceret, alia quoque agnitione opus fuit. Partes igitur hîc fabulæ habentur duæ, Agnitio & peripetia. *Paccius.*

*Iam quoniam agnitio quorundam eſt agnitio, aliæ quidem ſunt alterius ad alterum ſolùm; cum fuerit manifeſtus alter qui ſit, aliquando verò ambos oportet agnoſcere, vt Iphigenia ab Oreſte agnita eſt ea miſſione epiſtolæ: illi autem erga Iphigeniam alia opus fuit agnitione. Ac duæ quidē fabulæ partes circa hæc ſunt peripetia & agnitio.* *Riccobonus.*

COM. LXII.

Cvm docuerit agnitionem non eſſe vnius generis ſed variam & patere latiùs, cúmque effecerit ex agnitionibus eam pertinere ad fabulam quæ eſt perſonarum, vnde beneuolentia aut odium conciliatur inter eos qui fortunam mutant; nunc quoniam reuera hæc quoque agnitio non eſt vnigena, monet eiuſmodi agnitionem, quoniam alicuius rei agnitio eſt, interdum eſſe vnius perſonæ, interdum mutuam. Vnius videri poſſet in Odyſſea Vlyſſis agnitio, nutricē dum agnoſcit primùm a qua non agnoſcitur, quāquam, vt ante agnitionē in ignorationem aliquā incidiſſet Vlyſſes, fuiſſet neceſſarium. talis etiā videri poſſet Iocaſtæ agnitio ſi percepiſſet Oedipum ſuum eſſe filiū: nec tamen Oedipus agnouiſſet Iocaſtā ſibi matrē eſſe. mutuam verò, quemadmodum in Iphigenia in Tauris, vbi tum Iphigenia Oreſtem, tum Oreſtes Iphigeniam agnoſcit. Quanquam non eſt inficiandum huiuſmodi

*Varias eſſe Agnitionis formas: & quæ maximè pertineat ad propoſitam fabulam.*

agnitionem

agnitionem adhuc variari poſſe ita vt vel vtrinque vno eodémque tempore eiuſdémque rei vſu fiat agnitio,aut vario tempore vel etiam diuerſæ rei vſu. Sanè Oreſtes & Iphigenia non eodem tempore nec eiuſdem rei vſu(hanc enim Oreſtes ex epiſtola; illum Iphigenia ex veſte)ſe ſe agnouerunt,cum tamen nihil prohibeat poſſe;nec fortaſſe ſine principe lau de agnitionem ex eâdem re & eodem tempore gigni. Siquidem admirationi ciendæ ac proinde voluptati quæ ex admiratione oritur,conciliandæ,peripetiaéque gignendæ magis idonea eſt & accommodata. Ac talis fuiſſet mutua Oedipi & Iocaſtæ agnitio, ſi ſe mutuò (quod tamen ſecus accidit)vno eodémque tempore agnouiſſent.licet enim nomine neuter alterum ignoraret,hic tamen ignorabat ſe eſſe Iocaſtæ filium,illa ſe eſſe Oedipi matrē; ita vt agnitione indigerent quæ ex varijs rebus nec eodem planè tempore eſt conſecuta. Ita demum concludit noſter Author Ariſtoteles has eſſe fabulæ partes. Intelligit verò non fabulam in vniuerſum,nam ſimplex caret agnitione & peripetia (peripetiam appello repentinam quæque præter opinionem fit fortunæ commutatio) ſed fabulam implexam tantùm:ita vt videatur iam fabulæ nomen quod tum iandiu,nimirum in particula XLII. tum nuper in LXI. vſurpare cœperat pro implexa,ſuo quaſi iure pro implexa terere:idque eo fortaſſe nomine quòd perfectiſſima fabula(talem enim eſſe implexam & ſignificare cœpit & in particula LXV. declarabit clariùs)generis nomen antonomaſticè mereatur.

# PARTICVLA LXIII. 312

Τρίτον δὲ πάθος. τούτων δὲ περιπέτεια μὲν, καὶ ἀναγνώρισις εἴρηται. πάθος δ᾽ ἐστὶ πρᾶξις φθαρτικὴ, ἢ ὀδυνηρὰ, οἷον, οἵτε ἐν τῷ φανερῷ θάνατοι, καὶ αἱ περιωδυνίαι, καὶ τρώσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Tertia ſupereſt Perturbatio, nam de peripetia & agnitione ſatis diximus. Perturbatio verò actio eſt lætifera, ſeu dolore plena: veluti cum neces, cruciatus, vulnera, cæteráque generis huius palam fiunt.

*Tertia verò eſt paſſio. Atque ex his peripetia et agnitio expoſitæ ſunt. Paſſio verò eſt actio habens vim interimendi aut graues dolores afferendi, vt quæ in aperto ſunt mortes et eiulationes et vulnerationes et quæcunque talia.*

*COMM. LXIII. Tertiam fabulæ conditionem, perpeſſionem ſcilicet, affert ac declarat.*

TERTIAM profert fabulæ conditionem, quæ eſt perpeſſio: atque hæc(inquit)eſt actio habens vim interimendi aut graues dolores afferendi: vt quæ in aperto ſunt mortes & eiulationes & vulnerationes & quæcunque talia. Vbi licet inde nomen inuenerit,quòd is in quem ea cadit,patiatur; tamen nomine tantùm eſt perpeſſio vel ſi placet paſſio, re tamen vim habet agendi imò agit & ideo dicitur actio. Quæ ſanè vbi vim habeat interimendi aut graues dolores afferendi, efficitur tertia ac poſtrema fabulæ conditio. Verùm quid ſi quis quærat num implexæ ſit tantùm conditio quemadmodum agnitio & peripetia an fabulæ in vniuerſum?& ſanè ſi ſit ſimplicis quoque fabulæ,cur dicitur tertia? duæ enim priores, peripetia ſcilicet & agnitio,ſunt implexæ non ſimplicis partes:ſi verò implexæ tantùm,cur vniuersè loquitur,atque ait eſſe tertiam fabulæ partem? Crediderim ego perpeſſionem conuenire ſimplici quoque fabulæ, & in vniuerſùm fabulæ cuicunque, præſertim in qua fiat fortunæ commutatio ad calamitatem. Et ſi enim vbi ab aduerſis in proſperam fiat commutatio, perpeſſio antegreditur aliqua, maius tamen perpeſſionis ſpecimen exhibetur dum in aduerſam fit commutatio,quia perpeſſione fabula clauditur & terminatur. Quod ſi videtur interim peripetiam implexæ tantùm affingere,id contigit opinor, quia cum de implexa fabula retinenda vel vna vel maximè cogitaret,reliquum erat,vt quoniam perpeſſio etiam inter implexæ partes erat numeranda,tertia cenſeretur. Quod tamen nihil prohibet quominus ſit ſimplicis quoque pars,vel potiùs conditio quædam & proprietas. tametſi vbi tertio loco numeratur,ſolius implexæ pars cenſenda erit:quandoquidem in ſimplici, quæ peripetia caret & agnitione,non tertia ſed prima vel potiùs vnigena cenſeri poteſt. At

*Dubitatur. I. Reſpondetur.*

enim

enim ſita eſt, iam Ariſtoteles non præciperet vniuerſim de fabula; ſed de implexa tantùm: 312 ac propterea verendum ne quæ ab aduerſa ad proſperam tranſit fortunam, actionem fabulámque contemnat: cum enim eam perpeſſionem afferat in medium hoc tempore, quæ tertium locum obtinet a peripetia, ea ſanè tum implexæ eſt tantùm, tum eius quæ a proſpera migret fortuna in aduerſam: id enim ſignificare videtur actio quæ mortes afferat & cruciatus; quod eſt actionem (vt res clamare videtur) iis perpeſſionibus terminari. Denique antegrediatur quidem oportet perpeſſio aliqua in actione quæ ab aduerſa in proſperam migrat fortunam: ſed vt mors aut cruciatus (hos enim eodem quo mortem recenſet nomine) quæ duo perpeſſionis nomine intelligit, antegredi nullo modo poteſt. Quid plura? ſi ad fœlicitatem migret oportet in proſperi euentus fabula, qui priùs aliquid perpeſſus ſit: non qui mortem ſit perpeſſus & aduerſam fortunam cum morte commutarit. Ego verò vtrum Ariſtoteles hoc in loco eam contemnat fabulam aut deſerat, quæ fœlicitate terminatur, non diſputo: quandoquidem opportuniore id loco in controuerſiam vocamus & diſceptamus: præſertim verò quia duplicis quoque conſtitutionis fabula eſt agnoſcenda, 313 in qua & perpeſſio propoſita & verò bona ex parte fortunatus finis agnoſcatur. Fateor autem hîc Ariſtot. de implexa tantùm præcipere: quemadmodum in particula XXXXII. & LXI. & LII. extrema fabulam pro implexa cœperat vſurpare ac terere. Denique eo in primis nomine & conſilio fabulam in ſimplicem & implexam partiri cœperat in particula LVII. vt vtriuſque vi & natura explorata, implexam tandem vel vnam vel maximè (nam in ſecundis aut in tertijs conſiſtere ſimplicem patietur, etſi interim totus eſt in implexa, quoniam principem eſſe volt, retinenda) probaret ac ſectaretur. & ideo iam iam quantitatis partibus expeditis, ad implexam redibit quam excolet atque omnibus numeris abſoluet. Illud maiorem habet dubitationem, quod reuera eſt huius loci proprium, nec poteſt ſine crimine diſſimulari ac prætermitti: de quo lubet etiam de more inſtituere Controuerſiam, ac fuſiùs diſputare, NVM vulnerationes & mortes ſpectatorum oculis ſint committendæ; cum has in aperto fieri mortes dicat & vulnerationes quibus perpeſſio continetur.

*CONTROVERSIA. LVI.*

*NVM cædes & mortes ſint ſpectatorum oculis committendæ.*

*In quanta varietate res ſit poſita.*

Nulla eſt quæ hac de re proferri potuerit opinio, quam non aliquis excogitarit ac ſtatuere conatus ſit; quandoquidem affirmant alij: alij omnino negant: quidam mediam quan- 314 dam rationem ſectantur; vt interdum cædes aliquas publicè fieri velint, aliquas priuatim & auditoribus narrari tantùm. id quod ſatis declarat quàm ſcopuloſo verſemur loco & perdifficili. Quanquam enitendum eſt, vt certi aliquid, ſi quo modo fieri poſſit, conſtituamus: præſertim verò quod attinet ad Ariſtotelem, quem ſequimur & interpretamur. Ergo vt de Ariſtotele dicam, nullus planè locus eſt in Ariſtotele, ex quo (aut ego magnopere fallor) demonſtrare, ſed ne coniectura quidem, niſi fortaſſe leuiſſima, aſſequi liceat ſpectatorum oculis non eſſe cædes ac res atroces committendas. Contra verò vnus atque alter occurrit locus, ex quo liceat non obſcurè animaduertere, poſſe tutò committi, quin etiã omnino eſſe committendas. Sed ab iis exordiamur, quibus niti ſolent ij, qui ex Ariſtotele

*Primum verò refelluntur qui id negant ex Ariſtotele.*

*I. Explicatur locus in quo nituntur maximè qui cædes in aperto committendas negant ex Ariſtotele: & contrariam ſententiã veriùs hinc colligi poſſe oſtenditur.*

Sen. Diſc. 5. Part. 73. id prohibent. Obſeruant igitur Ariſtotelem ſcriptum reliquiſſe, licere terribile & miſerabile tum ex apparatu excitare, tum ex ipſa fabulæ conſtitutione: ac poſteriorem hanc rationem meliorem eſſe meliorisq. Poëtæ. ex quo loco colligunt Ariſtotelem ſignificare cædes & vulnera, vnde terribile excitatur & miſerabile, non apparatu, hoc eſt in ſcena ipſa, quæ omnino ad apparatum pertinet, patranda eſſe: nec tam ex rerum atrocium ſpectatione quàm auditione gignendum eſſe terrorem & miſerationem. Sed profectò ſubdurum videtur, vt Ariſtoteles cum dicere poſſet terribile & miſerabile, tum ex rerum atrocium ſpectatione, tum ex narratione poſſe excitari, ac meliorem eſſe poſteriorem rationem quã priorem (quib. verbis perſpicuè rem declaraſſet totam) dixerit terribile & miſerabile tum ex apparatu gigni poſſe, tum ex fabulæ conſtitutione. Quid enim erat quod cum rem obuijs ac planis declarare poſſet vocibus, ad apparatum confingeret, vt rem non tam explicaret & declararet, quàm inuolueret & obſcuraret? Imò verò ſi quis locum vniuerſum percurrat diligenter, intelliget magiſtrum optimum hîc nihil minùs cogitaſſe quàm de publicis tollendis cædibus atque huiuſmodi atrocibus rebus ab ſpectatorum oculis arcendis & ablegandis. loquebatur enim de voluptate Tragœdiæ, & reprehendebat eos, qui voluptatẽ apparatu conciliare niterentur, quod eſt niterentur magnifico apparatu ac ſplendido, ac ſummatim operoſo & admirabili, oculos capere, & voluptatem gignere. & ideo monebat id per apparatum efficere, eſſe magis expers artificij, & verò ſumptus requirere. Quod ſi ſpectationem interim prohibuiſſet vulnerum & ſanguinis, quæ apparatu hoc eſt in ſcena

&

& ſub ſpectatorum oculis fieret, quid erat obſecro cur diceret, ſumptus in hoc requiri? niſi ſumptus faciendi ſunt, vt Oedipus verbi gratia in ſcena eruat ſibi oculos, Oreſtes interficiat 314
matrem, aut Medea enecet paruulos natos? quis igitur, niſi ſtupidus ſit, non intelligat, Ariſtotelem hoc in loco eos ſiue reprehendere ſiue minùs probare, qui ſumptuoſo apparatu oculos capere nitetentur, quíque non tam fabulæ artificio & ingenio animos delectare, quam ſumptuoſa ſimúlque lugubri & terrifica ſcenæ ac theatri compoſitione ciere admirationem, ſiue percellere animos, ac terrorem miſericordiámve concitare, molirentur? Quid multa? Ariſtoteles in particula L X X I I. theatri imbecillitate contigiſſe dixerat, vt Tragici duplicem fabulæ conſtitutionem (in qua ſcilicet alij ex proſpera in aduerſam, alij ex aduerſa in proſperam, fortunam migrarent) adamarent; vt ſcilicet ſpectatoribus gratificarentur, dum res quoque lætas repreſentarent, & quæ mœſtitiam gignerent atrocia, ſecundis ac lætis temperarent. Hac igitur de cauſa monebat aliunde ſpectatoribus afferendam voluptatem in Tragœdia: quandoquidem voluptas quæ ex lætis euentibus gignitur, magis propria eſſet Comœdiæ quàm Tragœdiæ. Per hanc igitur occaſionem docere cœpit quo pacto terror & miſericordia ſic gigni poſſet in Tragœdia, vt voluptatem quoque ſuã haberet, nec illam ex lætis euentibus, qui cum aduerſis miſcerentur, emendicare Tragici cogerentur. Qua in re docuit huiuſmodi voluptatem non tam ex apparatu captandam, in quo operoſa & terrifica ſcenæ ac theatri compoſitio potiùs quàm fabulæ ipſius inſtitutio & artificium, admirationem excitaret, voluptatémque gigneret, ac ſummatim non tam oculos quàm animos caperet ac recrearet: cum tamen præſtaret fabulæ conſtitutione metum & miſericordiam, indeque admirationem & voluptatem, concitare. Id enim (inquit) melioris eſt poëtæ; ſiquidem oportet fabulam ſic eſſe conſtitutam, vt qui audit ſine viſu, hoc eſt non ſpectationis ope & vi, ſed earum rerum, quæ fabulæ ipſius artificio repreſentãtur, (id quod contrariæ ſententiæ, apertis inquam cædibus, fauet) percellatur, miſereatur, commoueatur. Et ob id etiam concludebat oportere poëtam ex miſericordia & metu, qui ex conſtitutione fabulæ oritur, voluptatem gignere. Enitendum eſt enim vt terror & miſericordia ſic gignatur, vt admiratio & voluptas (id quod maximè fit peripetia & agnitione) excitetur. Hæc eſt germana propoſiti loci ſententia, in qua tantopere exultant aduerſarij, cum tamen nihil minùs quàm quod moliuntur, efficiat. Iam vero multò minùs fauet *part. 46.*
iſtis quæ habet Ariſtoteles in altero, quem eidem rei confirmandæ afferunt loco. Dum enim in particula XXXXVI, loquitur de apparatu, quem dicit allicere animos & eſſe artis expertem, aliud nihil ſibi voluit quàm apparatum, ſi cum fabula, moribus, ſententia, dictione comparetur, non tam ad poëtam, quàm ad fabri aliorúmque artificum induſtriam pertinere. Id quod vſque adeò apertè declarat continenter, vt mirum ſit iſtos ſuæ ſententiæ confirmandæ hunc adhibuiſſe locum. Quod ſi quis ex iis locis illud ſaltem colligi poſſe arbitretur, miſericordiam & metum laudabilius ex ea fabulæ conſtitutione excitari, quæ repreſentatione non indigeat & hiſtrionibus, quæque demum ex auditione aut lectione gignatur, non ſpectatione indigeat, iam concesserim quidem eiuſmodi metum & miſericordiam illi anteponendam, quæ ex vna ſpectatione gignitur, nec ex fabulæ conſtitutione & artificio concitetur: ſed miſericordiam & metum, quæ ſimul & ex ſpectatione & ex fabulæ artificio conſtitutionéque oriantur (neque enim ferendum eſt, vt ab conſtitutione ipſa non gignantur) ſpernendam eſſe, id verò ex iis locis nullo modo colligitur. Denique fateor inter legendum debere miſericordiam & metum excitari poſſe, ſed laudabiliùs id fieri, quàm ſi ex ſpectatione quoque concitetur, hoc aliunde probandum eſt quàm ex his locis. Hæc ad ea loca quæ ex Ariſtotele proferuntur.

*II. Locus explicatur ex quo propoſita item ſententia refellitur.*

*Confirmatur eorum ſententia qui cædes ante ſpectatorum oculos committi poſſe affirmant ex Ariſtotele. I. Locus,*

Contra tamen Ariſtoteles in particula LXIII. ita perſpicuè videtur non modò concedere, verùm etiam iubere, vt ſub ſpectatorum oculis fiant cædes & res atroces, vt potiùs laborandum ſit ne videatur atrocium narrationi locum planè adimere. Etenim cum do- 315
ceret perpeſſionem eſſe partem fabulæ, quemadmodum peripetia & agnitio, ſtatim ne quis hæreret in perpeſſionis notione ac nomine *perpeſſionis nomine*, inquit, *actionem illam intelligo, quæ habet vim interimendi aut graues dolores afferendi, vt quæ ἐν τῷ φανερῷ in aperto*, inquam *& palàm fiunt mortes & id genus alia doloris plena.* Quo in loco temerè omninò vſurpaſſet Ariſtoteles vocem illam *ἐν τῷ φανερῷ in aperto* ſeu *palàm* vbi laudabiliùs, aut æquè laudabiliter aut etiam tolerabiliter, potuiſſent hæc clam fieri, vt domi: ita vt a nuntio potiùs & auditione quàm ſpectatione ipſa perciperentur. Itaque mirum eſt quantopere ſeſe in varias torqueant partes aduerſariæ opinionis authores, & quàm varia commententur, vt ab hoc ſe-

ſe

ſe explicent nodo. Et ſanè ſi perpeſſio æquè & clam & palam fieri poteſt, propoſita perpeſ-
ſionis definitio eſſet abſurda: vt enim abſurdus ſit, qui animalis definitioni aliquid inſerat,
quod ſit ab eo vel alienum vel cum alijs rebus (genus ſemper excipio) commune, ita abſur-
dus eſſet Ariſtoteles, qui cum perpeſſionem definijſſet, actionem quę vim interimendi aut
graues dolores afferendi vim habeat, addidiſſet *in aperto*. Quod ſi etiam dixeris Ariſtotelem
dum diceret, *vt quæ in aperto exiſtunt mortes & eiulationes & vulnerationes & huiuſmodi alia*,
exemplum attuliſſe illius perpeſſionis, quæ fiat palam, non tamen negaſſe clam etiam fieri
poſſe: iam præterquàm quod concedes apertas neces probari Ariſtoteli, temerè illum fe-
ceris diſputantem; qui cum vtriuſque perpeſſionis, apertæ inquam & occultæ rationem
habere potuerit in huiuſmodi exemplis, (rationem verò habuiſſet ea particula ἐν τῷ φανερῷ
prætermiſſa) apertæ tantùm attuliſſet exempla. quanquam cum tam minutè illa enume-
rauerit quibus perpeſſio gignitur, atque omnem illius partem ac formam comprehende-
re viſus ſit, vix credas non omnem perpeſſionis partem demonſtrare voluiſſe. Neque verò
ad eandem ſententiam confirmandam non magnum habeat momentum, quæ ſcripſit in II.
particula CLIV. & CLV. Etenim eo nomine Tragœdiam anteponebat Epopœiæ, quòd Locus.
tum per lectionem affectus mouere & ea præſtare poſſet, quæ præſtaret Epopœia, tum ea-
dem actione, qua tamen careret Epopœia, perficeret. Etſi enim actio immoderata, eſt, in-
quit, arcenda, moderata tamen & proba retinenda eſt in Tragœdia: ita fit vt quas Epicus
narrando repreſentat cædes, eas Tragicus & narrare, & actione repreſentare poſſit; cum eo
Part. 46 præſtet Epopœiæ, quòd quæ hæc narrando, illa & narrando & agendo, poſſit exprimere.
Ad hæc docet inde quoque Epopœiam a Tragœdia ſuperari, quòd voluptatem muſica III.
quoque & apparatu (hoc autem hiſtriones etiam, ſiue hiſtrionium actionem & certamen, Locus.
concluſiſſe certum eſt) gigneret: ac ſummatim perſpicuitatem & euidentiam non in le-
ctione ſolùm, verùm etiam in actione contineret. Quod ſi bonum illud habet, vnde volu-
ptates (vt ipſe ait) gignuntur euidentiſſimæ, quis neget eam voluptatem, quæ ex fabulæ
conſtitutione capitur (hanc enim maximè quærendam docet) repreſentatione quoque ef-
ficere poſſe? Itaque cum ſtatuat & euidentiam perſpicuitatémque & voluptates maximas
non lectione ſolùm aut auditione, verùm etiam actione gignere, non video cur non conce
dat poſſe cædes & vulnera, vnde terror oritur & miſericordia ſimúlque admiratio (niſi ta-
Part. 75 men hæc rerum conſtitutio ingenio careat & artificio) & voluptas gignitur, actione ipſa
imitari? Ac profectò mirandum eſſet Ariſtotelem reprehendiſſe Euripidem quòd Medeã IV.
fecerit ſcientem & cognoſcentem occidere filios; nec tamen eum reprehendiſſe quòd pa- Locus.
lam hanc (id quod dictitant aliqui) exercuerit cædem. Nam ſi dicas illud ibi egiſſe vt doce-
ret ſcelera per imprudentiam & errorem potiùs quàm voluntate eſſe patranda; ſaltẽ quod
agebat ac docebat altiùs cõfirmaſſet, ſi dixiſſet eò magis ab hoc temperãdum ſcelere quòd
palam & ſub ſpectatorum oculis multò fiat turpiùs. Id enim ſi in aperto cædes patrandæ
non ſunt, iure ac meritò protuliſſet. Quin etiam cum Aeſchylus paſſim cædes committat V.
316 oculis, Euripides rurſus demortuum Polydorum exponat ſpectatoribus (a quibus deinde Locus.
nec abſtinuit Seneca) Sophocles etiam repentè effoſſis Oedipum inducat oculis, mirum
eſſet Ariſtotelẽ non aliquando hoc notaſſe & reprehendiſſe, ſi diſpliceret. Denique ſi quid VI.
obſtat quominus apertas cædes concedere debuerit Ariſtoteles, ea eſt quia horrorem affe Locus: in
runt ac propterea ſatiùs eſt illas narrare quàm oculis repreſentare. Et ideo Horatius quo- quo contra
que cecinit: ria, eaque

*—— non tamen intus* præcipua
*Digna geri, promes in Scenam: múltaque tolles* explicatur
*Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.* ratio.
*Nec pueros coram populo Medea trucidet:*
*Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus:*
*Aut in auem Progne vertatur, Cadmus in anguem.*

Sed hoc in Ariſtotele nihil obſtat: nam ea de cauſa prohibuit ne probi homines & mode-
rati a proſpera in aduerſam fortunam & calamitatem deturbentur, quòd hoc ſceleratum
eſſet, horrorémque potiùs quàm miſericordiam & metum excitaret. ex quo fit, vt cum eo-
rum cædes & vulnera repreſententur, qui non probi ſint aut etiam improbi, ſed teneant
mediocritatem, immoderatus ille horror ceſſet ac proinde miſericordia poſſit, inde & me
tus excitari non incommodè. Ita ſane ijs qui viros probitate illuſtres in calamitatem addu-
cunt, cauendum fortaſſe erit ne palam horum cædes repreſentent, ſed vel narrent, vel certè
probitate

probitate illuſtres viros Tragicæ fabulæ non adhibeant,ſed ijs qui medioctis vſurpant probitatis homines,non neceſſe erit ſed ne conueniens quidem clam cædes efficere. Et ſanè nihil erat quòd magnopere prohiberet bonorum cædes,ſi narrando tantùm eas liceret auditoribus declarare: vel certè non ea de cauſa illas debuit prohibere. Itaque ſuſpicandum eſt,ne id præceperit ea inprimis de cauſa,quòd cum in aperto ſæpè fierent cædes, ſceleratū eſſet atque horroris plenum id in eo ſpectare, qui præſtaret probitate, cum interim miſericordia & timor horrore tanquam reprimeretur,ac purgatio impediretur.nam ſi per errorem ſcelus accidat,ſine dubio horror maxima minuetur ex parte, atque adeò timori & miſericordiæ locus erit ampliſſimus. nam metus & miſericordia tunc maximè gignitur. cum aliquid atrox in eum cadat,qui pleriſque, hoc eſt inter probos atque improbos poſitis,ſit ſimilis. Id quod ex eo confirmari poteſt altiùs,quia cum magnopere optarit atque adeò præceperit, vt quoad eius fieri poſſit cædes illæ per ignorantiam patrentur, horror magnopere extenuatur:contra verò miſericordia & metus,quæ duo vnà cum admiratione & voluptate concitari iubet,mirificè gignuntur & excitantur. Neque verò Horatius niſi cædes & id genus alia ſcelere & horrore pleniſſima prohibuit: nam hac de cauſa tum Medeæ exemplum retulit,quæ proprios filios atque eos innocentiſſimos trucidauit, tum Atrei & huiuſmodi aliorum facta ſceleſtiſſima item horróreque pleniſſima commemorauit. Itaque clauſula hæc ſit: Ariſtotelem minimè vetaſſe,ne cædes aliquæ in aperto fierent. ita vt qui id ex Ariſtotele negant,toto aberrent cœlo, ac potiùs habuerint vnde in contrariam ſententiam diſcederent. Quod ſi id extra Peripateticam ſcholam & vniuerſim diſceptari velis,ac non tam authoritate quàm ratione definiri, equidem ſic ſtatuerim:eas Tragœdias, quæ res terribiles & miſerabiles narrant potiùs quàm ſpectatorum committant oculis,minùs fœlices eſſe,ac minorem induſtriam humiliuſque ingenium referre, quàm quæ in aperto eaſdem ponunt. ſiquidem prouidendum eſt quidem vt tale argumentum ſeligas,quale præcipit Ariſtoteles, ita vt & per errorem patretur ſcelus, ac præter opinionē cari affineſque necentur (nam id quoque Ariſtoteli probatur maximè) aut in ſummum *Part.75 76.& al.* diſcrimen adducantur,nec ſceleſtiſſimi aut optimi ſed medij ad calamitatem impellātur: ſed vbi optimum hoc argumentum ſelegeris,a quo ingens ſcelus horrorémque a tali ſcelere proficiſcentem ablegaueris,ac propterea tum timori & miſericordiæ,tum admiratio- *117.* ni & voluptati,aditum aperueris,in aperto res eſt peragenda. Id quod tum per ſe conſtare hactenus ſatis poteſt,tum ex ijs quæ ſubijciam. Etenim Tragica imitatio miſericordiæ & metui excitando eſt comparata: metus autem & miſericordia multò magis excitabitur ſpectatione quàm auditione:quin auditione leuiter omnino,ſpectatione grauiter,ſiquidē veriſſimè illud cecinit Horatius

*VII.* *Locus in quo explicatur. Horatij ſententia.*

*Concluditur hanc ex Ariſtotele probabiliorem eſſe ſententiā. Idem extra Peripateticam quoque ſcholā eſſe ſentiendum.*

> *Segniùs irritant animos demiſſa per aurem*
> *Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus:& quæ*
> *Ipſe ſibi tradit ſpectator.*

Cum igitur ſuſtuleris omnem voluntarij ſceleris ac proinde turpis horroris locum, nihil erit cur retarderis a publica cæde: præſertim verò ſi cædes non tanquam carnificina exerceatur, ſed moderata nece exprimatur, qualem non rarò mortales ſpectant & publicè & priuatim,vltro etiam & concurſu facto ad eas viſendas congredientes. Et ſanè Natura comparatum eſt,vt quæ ſpectare oculis poſſumus ac ſpectatione perdiſcere,ægrè illa auditione tantùm excipiamus. Atque hinc (ne longiùs petantur exempla) Comicis & Tragicis fabulis, quas ægrè interdum legimus; ſi agantur, vltrò & ſumma cum voluptate interſumus. mirum eſt enim quantopere capiantur animi & oblectentur ex ſpectatione:quod maximè oritur ex certiore rerum ſenſu,& quæ inde comparatur cognitione. Quapropter facilè crediderim Homerum ac Virgilium huc ſpectare potuiſſe:cum corneam portam eburneæ tantopere anteponerent, vt hinc reb. falſis,inde veris viam ſternerent. ſignificabant enim, opinor,ea quæ oratione declarantur, cuius orationis porta propter dentes ebore deſignatur,cum ijs conferri non poſſe,quæ oculis,qui ſanè propter cornei humoris ſpeciem corneam referunt portam,cernuntur ac percipiuntur. Itaque eleganter Plautus *Pluris eſt oculatus teſtis vnus quàm auriti decem.* & idcirco ægrè ſuſtinent mortalium animi ſe de ijs narrando doceri, quæ ipſi cernere poſſint oculis. Vt propterea quæ moderatione palam exerceantur cædes, (moderatione verò exercentur ſi eiuſmodi ſint quæ paſsim non dicam delicati & effœminati ſed conſtantis atque cordati viri oculos non deterreant) dignæ ſint Tragœdia,cum præſertim turpe ſit Tragicum poëma,quod dramaticum eſt & in actione poſi

*Res confirmatur altius.*

tum

tum, (id quod reputandum eſt vel maximè) in eo planè in quo maximè debet excellere, Epica potiùs & aliena quàm dramatica & propria imitatione vti: nec poſſe actione, in qua eius vis nititur & natura, ſuum explere opus. Denique aut non attingenda Tragœdia, aut id vnde oritur miſericordia & metus, quæ duo excitanda ſunt neceſſariò, oculis committendum eſt ſi perfectam atque omnibus numeris abſolutam imitationem requiramus. Nam ſi quis accommodatum argumentum, quódque tum miſerationi & metui, tum admirationi & voluptati excitandæ ſit idoneum, minimè inuenerit; ſed illud potiùs arripuerit, quod & ſcelus maximum & horrorem atrocitatémque habeat, quæ de induſtria ac per ſummam improbitatem patrentur, quid mirum ſi hæc ab ſpectatorum oculis ablegandа videantur? Neque tamen interim inficias ierim, reuera videri Sophoclem & Euripidem ab publicis cædibus de induſtria abſtinuiſſe, ac propterea paſſim nuncios cædibus domi patratis adhibere narrandis: imò verò illud quoque aliquorum pace conceſſerim, Medeam apud Euripidem filiorum necem non in aperto, ſed intra domum (ita tamen vt puerorum eiulatus audiretur) exercuiſſe. Sed tamen tum Aeſchylus apud Græcos, tum Seneca apud Latinos non raró aliter factitarunt. ita vt quæ prohibet publicas cædes opinio, habeat illa quidem authores non vulgares Sophoclem & Euripidem, ſeu clarorum authorum exemplis nitatur, (quanquam Euripidi ab Ariſtotele inuidia conflatur aliqua) contraria tamen & exemplis quibuſdam non contemnendis, & Ariſtotelis authoritate inprimis optimiſq. rationibus vtatur. Vt propterea dum aduerſaria opinio authoritate veteris nititur quàm ratione; mihi quidem rationi obtemperandum maximè videatur. vbi enim fabula pro dignitate fuerit conſtituta, plurimum intereſt ad purgationem vt atrocia ſpectentur potiùs quàm audiantur. Quapropter vtinam noſtrates Tragici, qui publicas cæ-

*Non poſtremum aut certè præcipuum huius ſententiæ fundamentum quale ſit.*

318 des probarunt, ita fabulam conſtituiſſent, vt nec in perſonis ſeligendis, nec in commiſeratione & terrore excitando, ab Ariſtotelis præceptis diſceſſiſſent; ſed per errorem ac præter opinionem nec ſine magnæ admirationis incitamentis cædes in aperto exercuiſſent, atque eas cædes a quibus cordati viri non deterreantur oculi. ſiquidem hac ratione laus illis deberetur non exigua. Nam qui, id non probant, ijs cauendum ne fabulam ad extremũ frigidam reddant & inſulſam dum per nuncios declarantur omnia, cernitur nihil. Ita demum ſiue Ariſtotelis quæ declarauimus verba, ſiue eiuſdem initia & fundamenta, ac rationem inprimis, quæ tum ex perfecta Tragœdia, tum ex eius natura, ducitur, diligenter æſtimes; nihil erat cur Vtinẽſis in hunc locum ſic ſcriberet, *Non quidem ita intelligendum eſt ἐν φανερῷ vt in ſcena ſpectanda præbeantur atrocia quædam, hoc enim repugnat omni veterum artificio naturæque ipſi: tametſi quædam ſpectari poſſunt, vt vulnera, vlcera & tabes. Sed ita debet accipi, vt mala illa non ſint occulta & incognita, ſed propiùs cum ſint & querelæ eorum, qui ea malè patiuntur, exaudiuntur, ita manifeſta ſint vt mouere poſſint*, Nihil, quod Madius hic tam facilè illud moneret, *Ex his tamen Ariſtotelis dictis colligi non debet, quòd in ſcena neceſſariò fieri debeant fictæ neces: nam de hoc infra ſermonem habebit*; vbi enim obſecro id definit aut declarat, niſi eius initia proferas pro apertis cruciatibus ac cædibus? Nihil quod Mutinẽſis in tam varias ſeſe torqueret partes, ac tandem ἐν τῷ φανερῷ θάνατοι pro famoſis mortibus aut proximis & imminentibus ſumeret. Nihil quod Piccolomineus hinc publicas cædes nec probari nec improbari affirmaret: faciliùs enim dici potuit quàm doceri. Nihil cur Riccobonus item longa ſerie aliorum explanationibus repetitis, ad extremùm mortes quomodolibet manifeſtas, dummodo in ſcena manifeſtæ non fierent, iuberet intelligi: quaſi verò Tragicæ cædes in aperto factæ aliæ ſint quàm quæ ſpectatorum oculis ſubijciuntur. Nec cur Summus iteratis rurſus tergiuerſationibus varijs, eò confugeret tandem vt diceret id alieno loco & ad vulgarem exiſtimationem protuliſſe Ariſtotelem; quaſi verò non hic de Tragicis perpeſſionibus ageret, aut alter in Poëtica occurrat locus in quo magis data opera id attingat noſter author. Nihil denique cur Victorius rem ambiguis verbis illis. *Vt & neces coram ſpectatoribus allatæ quibuſdam*, rem magis ac magis implicaret, atque in tanta contentione inuidiam tacitus declinaret. Fatendum eſt enim interpreti id quod eſt; nec ferendum vt perſpicuum decretum huc illuc diſtrahatur, quod alioqui minùs receptum videretur. aut enim Tragœdia Tragicè tractanda, aut non attingenda. Sed ne quis illud conqueratur & expoſtulet, me toties interpretum tergiuerſationes varias hac in re improbaſſe, cum tamen vix aliquas in apertum protulerim, agedum eas a Riccobono ex Mutinenſi aliíſque collectas accipe, dum ſic ſcribit, *Definit perpeſſionem, vt ſit actio habens vim interimendi aut graues dolores afferendi, vt in manifeſto mortes & eiulationes, & vulnerationes & quæcunque talia.*

*Colligitur germana ſententiæ ſumma: ex qua rurſus multorum quæ deſcribuntur tergiuerſationes refelluntur.*

*Robortelli. Madij. Mutinẽſis. Riccoboni.*

*Summi.*

*In diſp. quarta paulò ante vbi reſpondet ad tertium.*

*Victorij*

*Afferũtur aduerſariæ rationes ſeu tergiuerſationes quæ improbantur.*

*talia. Quæritur autem quas Ariſtoteles intelligat, in manifeſto mortes. Cuius rei multæ ſunt explicationes. Quidam putant ſignificari neces, quæ coram populo in ſcena fiant, vt ſint terribiliores & miſerabiliores, quàm ſi narrentur, iuxta illud Horatij,*

*Segniùs irritant animos demiſſa per aurem,*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ*
*Ipſe ſibi tradit ſpectator.*

*Laudant ergo ex hoc loco, vt neces in ſcena fiant, vt apud Senecam Medea filios, quos ex Iaſone progenuerat, ſpectantibus omnibus trucidat. Quod tamen minimè probatur; primùm quia id rarò a poëtis factum eſt. Deinde quia id reprehenſum eſt ab Horatio in hunc modum.*

*—— ——non tamen intus* 319
*Digna geri, promes in Scenam: múltaque tolles*
*Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens,*
*Nec pueros coram populo Medea trucidet,*
*Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,*
*Aut in auem Progne vertatur, Cadmus in anguem,*
*Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.*

*Præterea quia ne id quidem laudatum eſt ab Ariſtotele, qui infra ait; At licet quidem terribile & miſerabile ex apparatu fieri; licet verò etiam ex ipſa conſtitutione, id quod prius eſt & poëtæ melioris. Poſtremò quia id aut nullo ſatis probabili modo, aut vix magnóque cum ſumptu & incommodo poſſe fieri videtur. Madius ſcribit, mentem Ariſtotelis non fuiſſe, vt faciendas eſſe neces in ſcena traderet, ſed tantùm vt declararet, quid per pathos poſſit intelligi; etiam ſi illæ mortes in ſcena habitæ non admodum ipſi probari videantur. Hoc nos vix credere poſſumus, vt in fabula Tragica declaranda Ariſtoteles exemplum afferat, quod ipſi fabulæ minimè ſeruiat. Alij interpretantur mortes in manifeſto illas eſſe, quæ manifeſtæ fiunt corporibus mortuis in publicum latis, vt in Supplicibus Euripides, aut etiam morientibus, vt corpore Hippolyti apud eundem Euripidem in Hippolyto. Quidam explicant illas ſignificari, quæ notæ fiunt vocibus illorum, qui domi moriuntur, ita vt ipſorum lamentationes publicè audiantur, quemadmodum Sophocles Clytæmneſtram in Electra clamantem inducit, cum eam Oreſtes vulneribus conficit, ita vt longiſſimè exaudiatur. vbi interpres ſic rem perpendit; In more poſitum eſt, vt intus geſta nuncij foras nuncient. quod hic non fecit Sophocles, quia clariùs res explicatur, quàm ſi a nuncio referatur. Nonnulli exiſtimant denotari mortes, quæ illuſtri alicuius narratione ſpectatorum oculis ſubijciuntur. quod plerunque fit in Tragœdijs. Caſteluetrius ait, ſe explicaturum fuiſſe mortes illuſtres & hiſtoria, aut fama notas, vt Clytæmneſtræ, Aiacis, Herculis & ſimilium, niſi Ariſtoteles in Tragœdias etiam euentus nouos, nec ex fama aut ex hiſtoria apparentes reciperet. Itaque alio modo explicat, vt ſignificentur mortes, quæ longinquæ non ſint, ſed propinquæ ita vt appareant. Nos in tanta explicationum multitudine intelligimus per mortes in manifeſto, mortes quomodolibet manifeſtas, dummodo in ſcena manifeſtæ non fiant. Quod minùs probatum eſſe, ſuperiùs obſeruauimus.* Hæc Riccobonus. ex quibus facilè ſentiàs in tam varias opiniones diſceſſiſſe iſtos, quòd non haberent vnde commodè Ariſtotelem explicarent, niſi id quod eſt, faterentur ingenuè. Et ſanè operæ pretium erat non tam locum hunc in alienam ſententiam detorquere, quàm acutè & ſubtiliter excogitare cur Ariſtoteles ſub ſpectatorum oculos cædes & cruciatus exercenda iudicaret, dum reuera Tragici fermè abſtinerent. animaduertiſſent enim perfectam Tragœdiam deſcripſiſſe Ariſtotelem, in qua per errorem maximè admitterentur cædes: atque hinc fieri vt omnis actorum ſæuitiæ ac ſpectatorum indignationi præcidatur locus: præſertim verò ſi recepto more vt gladij, veneni, vno verbo non horrendo cædis aut cruciatus aſpectu, percellantur ſpectatorum oculi.

CAPVT

# CAPVT DECIMVM.

## PARTICVLA LXIV.

ΜΈρη μὲν οὖν τραγῳδίας, οἷς μὲν ὡς εἴδεσι δεῖ χρῆσθαι, πρότερον εἴπομεν, κατὰ δὲ τὸ ποσὸν, καὶ εἰς ἃ διαιρεῖται κεχωρισμένα, τάδ' ἐστί, πρόλογος, ἐπεισόδιον, ἔξοδος, χορικὸν, καὶ τούτου τὸ μὲν πάροδος, τὸ δὲ στάσιμον. κοινὰ μὲν οὖν ἁπάντων ταῦτα. ἴδια δὲ τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς, καὶ κόμμοι. ἔστι δὲ πρόλογος μὲν, μέρος ὅλον τραγῳδίας, τὸ πρὸ χοροῦ παρόδου. ἐπεισόδιον δὲ, μέρος ὅλον τραγῳδίας, τὸ μεταξὺ ὅλων χορικῶν μελῶν. ἔξοδος δὲ, μέρος ὅλον τραγῳδίας, μεθ' ὃ οὐκ ἔστι χοροῦ μέλος. χορικοῦ δὲ, πάροδος μὲν, ἡ πρώτη λέξις ὅλου χοροῦ, στάσιμον δὲ μέλος χοροῦ, τὸ ἄνευ ἀναπαίστου, καὶ τροχαίου. κόμμος δὲ, θρῆνος κοινὸς χοροῦ, καὶ ἀπὸ σκηνῆς.

320 CAeterum Tragœdiæ partes, quibus tanquam formis vti nos oportet, ſuperiùs expoſuimus: ſecundùm verò quantitatem diſcretam, atque in quas ſecetur, ſingillatim hæ ſunt: Prologus, Epiſodium, Exodus, Choricum. Chorici verò alterum mobile, alterum ſtabile. ſanè cunctis hæc omnibus communia: propria verò ea, quæ ad ſcenam pertinent & commi. Prologus eſt pars Tragœdiæ iuſta, ante chori ingreſſum: Epiſodium pars item iuſta Tragœdiæ inter choricos perpetuos cantus. Exodus iuſta pars Tragœdiæ, poſt quam nullus deinceps eſt chori cantus. Chorici verò ingreſſus, chori integri prima locutio: ſtabile ſine Trochæo & Anapæſto cantus: Commus ſiue planctus eſt luctus chori communis cum ijs qui in ſcena ſunt. *Paccius.*

*IAM partes Tragœdiæ, quibus vt formis oportet vti, priùs diximus. At ſecundùm quantitatem; & in quas ipſa diuiditur ſeparatas, hæ ſunt, Prologus, Epiſodium, Exodus, Choricum: & huius quidem vna pars parodus: altera verò ſtaſimum; atque hæ quidem communes omnium: propria verò illa a ſcena & commi. Ac prologus eſt pars integra Tragœdiæ ante chori parodum. Epiſodium pars integra Tragœdiæ poſt quam non eſt Chori cantus. Chorici autem parodus prima dictio integri chori, ſtaſimum verò cantus chori ſine anapæſto & trochæo. at commus, lamentatio communis chori & a ſcena.* *Riccobonus.*

*COM. LXIV.* TRAGOEDIAM Ariſtoteles iandiu (id quod nos in particula XXXIX. admonuimus) in ποιὸν diſtribuerat & ποσὸν: in quale inquam & quantum, ſiue in qualitatem & quantitatem. qualitatem rurſus in fabulam, mores, ſententiam, dictionem, melodiam & apparatum: quas propterea partes qualitatis paſſim appellauimus. Cum igitur Ariſtoteles has partes (quantum quidem hic profitetur) explanauerit, nunc ad partes quantitatis aggreditur, quas etiam enumerat, ſtatuens eſſe prologum, epiſodium, exodum, choricum. *De Partib. Quantitatis.* *Quæ ſint.*

Hæ verò partes ideo quantitatis appellantur, quia conficiunt molem & magnitudinem ipſius Tragœdiæ; ita vt eius magnitudo & longitudo quanta eſt, tota ex ijs quatuor exiſtat partibus. quare quemadmodum homo quantus eſt, totus ex capite, brachijs & reliquis huiuſmodi partibus conſtat; ita vt iſthæc in homine quantitatis ſeu molis ac magnitudinis partes iure appellari poſſint, ita in Tragœdia Prologus, Epiſodium, Exodus, Choricũ quantitatis partes in Tragœdia meritò appellentur. Denique ſicut in Oratione (vt commodiore adhuc ſimili, vtar) exordium, narratio, confirmatio, confutatio, epilogus conſtituunt totam orationis molem, ita vt germanæ ſint molis & quantitatis partes; ita in Tragœdia Prologus, Epiſodium, Exodus, Choricum molem Tragœdiæ conſtant, & propterea quantitatis partes iurè ac meritò appellantur. *Cur ſic appellentur.*

Prima igitur pars quantitatis ſeu magnitudinis eſt Prologus. Qui ſanè quoniam aditum *De prima, quæ eſt Prologus.*

*Prologus reſpondet Exordio, Proludio, & Proœmio.*

munit Tragœdiæ reliquæ, inprimíſque efficit vt Tragœdia reliqua intelligenter audiatur, reſpondet tum orationis exordio, tum muſici concentus proaulio, tum vniuerſim doctrinarum ac præceptionum procemio. Vt enim exordium præparat auditoris animum ad reliquam dictionem, præſertim vt intelligenter audiat, útque proaulium ſeu præcentio ad tibicinis citharedive concentum animos parat, & in vniuersùm procemium auditores lectoréſque efficit dociles, ita prologus in Tragœdia & Comœdia animos auditorum comparat, vt reliquum drama faciliùs percipiant.

*Prologus alter ſeparatus, alter coniunctus, & eorum diſcrimina*

Quanquam illud eſt diligenter obſeruandum, Prologum non vnius eſſe generis, ſed gemini. alter enim Prologus eſt cum actione & fabula ipſa coniunctus: alter ſeparatus. ſeparatus eſt qui antequam germani Tragœdiæ ſeu Comœdiæ actores actionem aggrediātur; actionem totam & fabulam anteuertit, futuræ actionis & fabulæ argumentùm fermè aperiens: cuius Prologi exempla tum in Plauto & Terentio, tum in noſtratibus Comicis vſque adcò perſpicua extant exempla, vt non neceſſe ſit pluribus docere cur ſeparatus appelletur. 321 Coniunctus ille dicitur, qui non antegreditur actores & actionis initium, ſed ab actoribus ipſis fermè ſub actionis initium inter prima colloquia exprimitur. Itaque dum primi actores aliquid rei gerunt, & colloquia inter ſe miſcent, efficit induſtrius poëta, vt ex iis colloquiis fabulæ argumentum appareat. Atque hoc prologi genere perpetuò vſi ſunt Græci Poëtæ, ſiue Comicos velis, ſiue Tragicos, ſeparato prologo nunquam. Sed rem, exemplo illuſtremus. In Oedipo tyranno Oedipus rex apud Sophoclem vnà cum ſacerdote primus loquitur, & ita loquitur, vt Thebanam calamitatem deploret, ſéque indicet mirificè cruciari, quòd peſtilentia tota vrbe graſſetur. Cui rei declarandæ ſacerdos etiam interponit multa. ſic ſanè dum multos vltrò citróque Oedipus & ſacerdos miſcent ſermones, auditores de toto vrbis ſtatu docentur, vbi, quoniam Creon ſtatim ab Oraculo rediens, quò de peſtilentiæ auertendæ ratione ſciſcitatum miſſus a Rege fuerat, Regi denunciat Thebis degere interfectorem Laij, nec poſſe vrbem expiari niſi huius interfectoris nece aut exilio; & hinc regem de tota Laij cæde inſtruit, ac de interfectore conquirendo conſilium capitur, argumentum fit planiſſimum. Id quod tunc maximè à Poëta perficitur cùm in eodē primo colloquio Creon ſic loquitur:

Cre: *Fuit nobis, o Rex, Laius olim dux*
*Terræ huius, priuſquam tu hanc gubernares vrbem.*
Oedip: *Noui audiens; non enim vidi, vnquam.*
Cre: *Huius mortui, nunc præcipit manifeſtè*
*Infectores manu vlciſci quoſdam.*
Oedip: *Hi autem ſunt vbi terræ? vbi hoc inuenietur*
*Veſtigium antiquæ difficile coniectu culpæ.*
Cre: *In hac dixit terra.*

Hoc coniuncti prologi exemplum: nam de coniuncto loquitur, cum ſeparati exemplum adhuc extaret nullum. Et ideo prologum appellat, nullo addito: cum enim ſeparatus prologus nondum extaret, nihil erat cur prologum, de quo loquebatur, coniunctum appellaret. Quanquam illud etiam diſcriminis inter hos duos intercedit prologos, quòd in ſeiuncto poëtæ integrum eſt argumentum proponere totum ab initio ad finem vſque, ita vt exitus quoque rerum ac ſummatim œconomia tota fiat perſpicua & plana. in coniuncto verò prologo ea tantùm indicantur, quæ ſunt veluti fundamenta & initia rerum gerendarum; ita vt non tam exitus & œconomia gerendarum rerum inter prima illa colloquia deſignetur, quàm initia, vt dixi, aperiantur, vnde qui non inexercitas planè aures ferant in Theatrum, poſſint ea commodè intelligere, quæ continenter gerenda ſunt. Itaque in prologo ſeparato breuiter totum fabulæ argumentum commonſtratur, in coniuncto initia tantùm & rerum origo. Vt propterea quemadmodum exordium a Quintiliano appellatur Orationis ſeminarium, ita Prologus a nobis Tragœdiæ ſeminarium dici poſſit.

*De Epiſodio & reliquis partibus: & quā difficilem habeant explicatum*

Nunc ad Epiſodium & partes reliquas. Vbi ſanè multa ſunt quibus ſpinoſa redditur & perdifficilis tractatio hæc vniuerſa. ac primùm quia Græci Tragici nec in ſcenas, nec in actus diſtinguerent Tragœdiæ partes; ſed continuata quadam ſerie ab initio ad finem vſque progrederentur. & quamuis reuera diſtinctiones aliquæ in Græcorum Tragœdia deliteſcant, vnde quoquomodo & actus & ſcenæ deſignari poſſint; id tamen efficere ſiue agnoſcere niſi induſtrij & exercitati non eſt. Deinde quia Ariſtoteles his partibus deſignandis nomina quædam auribus noſtris ferè inaudita vſurpat, quæ item hærere cogunt, tyro-

néſque

neſque in primis deterreant. nam cum tibi conceſſero Prologi nomen iam Latinis atque Italicis auribus eſſe protritum, Epiſodium certè, Exodus, Choricum, Parodus, Staſimum, Commus inaudita ſunt & ignota. Ad extremùm quia eædem partes, quas profert Ariſtoteles, mirum eſt in quanta poſitæ ſint varietate: ſiquidem epiſodium, de quo nunc eſt dicendum, eſt tripartitum ac tripliciter diſtinctum & variatum: choricum verò quadripartitò diſtinctum eſt, nec eiuſdem vbique rationis. Sed vt ex Tragœdia aliqua dignoſcere nitamur, quæ de reliquis huiuſmodi partibus præcipit Ariſtoteles, Oedipum tyrannum de
322 more in medium latinè afferam.

Ergo Prologus, vt diximus, continet primam Tragœdiæ partem integram; quæ (ne quis hærere poſſit) Chori parodum antegreditur, inquit Ariſtoteles. ſed quæ eſt Chori parodus in Oedipo? ea in qua poſt vltima ſacerdotis verba chori nomine ſic canitur.

*O Iouis ſuauiloqua fama, quænam*
*Aurata Pythonis*
*Illuſtres veniſtis Thebas?*

Hæc verò parodus protenditur vſque ad primum Epiſodium; quod incipit ab illis Oedipi verbis,

*Petis, quæ autem petis, mea ſi velis verba*
*Audiens accipere, morboque adminiſtrare:*

& quæ ſequuntur. ita ſanè primi actus finis, & ſi nulla vel actus vel ſcenæ adſit nota, cum parodo abſoluitur. Parodus autem eſt prima Chorici pars: nam tres reliquæ illius partes collocantur ſingulæ poſt epiſodia ſingula, quemadmodum, quoniam Ariſtoteles Choricum nominat ad extremùm, ad extremùm declarabitur. Ita ſanè prologus & Chorici parodus; vt commodiùs intelligatur quem locum occupet & quanta ſit eius magnitudo, reſpondet primo noſtrarum Tragœdiarum actui; ita tamen vt prologus ſcenis primi actus, parodus primi actus choro (nam noſtrates etiam claudunt actus choro) reſpondeat.

Sequuntur in Oedipo tria epiſodia, quæ ſingula choricis ſingulis clauduntur, quæ ſtaſimi appellantur nomine. ac primum quidem epiſodium (huic verò apud nos reſpondet Actus ſecundus) ducit initium ab Oedipi verbis paulò ante recitatis,

*Petis: quæ autem petis, mea ſi velis verba:*

& clauditur vbi ſtatim chorus ſic loquitur,

*Quis quem vaticinatrix*
*Delphica dixit petra,*

cuius chori cantu ſeu ſermone, ſeu ſtaſimo abſoluto, ſequitur ſecundum epiſodium; (reſpondet huic Actus tertius) idque ab illis Creontis verbis

*Viri ciues grauia verba audiens.*
*Accuſare me Tyrannum Oedipum,*

& quæ ſequuntur. quod ſecundum epiſodium clauditur item chorico ſtaſimo, ſecundo cui eſt initium

*Vtinam mecum cohabitet ferente, Parca*
*Venerabilem caſtitatem ſermonum.*

Quo ſanè ſtaſimo abſoluto conſequitur epiſodium tertium (huic reſpondet Actus quartus) quod ab Iocaſtæ verbis ducit exordium. quæ verba ſunt huiuſmodi,

*Regionis reges, opinio mihi aſtitit.*
*Templa peruenire Deorum,*

& quæ ſequuntur. quod epiſodium clauditur item chorico ſtaſimo, cuius illud eſt initiũ,

*Heu generationes mortalium.*
*Vt vos æqua & nihil*
*Viuentes enumero,*

Ita ſanè tertio epiſodio vnà cum tertio ſtaſimo peracto quartus abſoluitur actus, ſeu quarta pars abſoluitur, quæ quarto reſpondet actui. nam primus actus (vt diximus) prologo & chori parodo reſpondet. tria verò epiſodia cum ſuis ſtaſimis ſecundum, tertium & quartum actum deſignant: ita tamen vt quemadmodum prologus reſpondet ſcenis, ſic epiſodia trium inſequentium actorum ſcenas effingant. & quemadmodum rurſus parodus reſpondet primo noſtrarum Tragœdiarum choro; chorica ſtaſima tribus reliquis reſpondeant noſtræ Tragœdiæ choris.

Iam verò ſequitur in Odipo Exodus, qui ab illis Nuntij verbis

*O terra maximè huius ſemper honorati,*
*Quæ opera audietis,*

incipiens,ad finem vſque protenditur & quinto reſpondet actui. Atque hinc licet animad- 323
uertere,cur dicat Ariſtoteles primo loco. *Prologus eſt pars integra Tragœdiæ ante Chori parodum.* Cur ſubdat ſtatim ſecundo loco, *Epiſodium eſt pars integra Tragœdiæ interiecta inter integros Choricos cantus*. nam reuera primum epiſodium quo deſignauimus ſecundum actum, inter primum & ſecundum chorum eſt interiectum, nimirum inter parodum & inter primum ſtaſimum: quemadmodum ſecundum epiſodium inter duos item choricos cantus iacet,nimirum inter primum & ſecundum ſtaſimum.tertium verò epiſodium inter duos item cantus choricos,hoc eſt inter ſecundum & tertium ſtaſimum. Hinc etiam conſtat, cur dicat Ariſtoteles,exodum eſſe partem integram Tragœdiæ, poſtquam non eſt chori cantus.nam reſpondet poſtremo actui,& claudit actionem vniuerſam. Denique apparet etiam cur dicat,Parodum eſſe primam dictionem integri Chori. nihil enim eſt aliud quã cantus ille ſeu ſermo,qui a choro habetur inter prologum & primum exodum. Idcirco autem addit eiuſdem chori ſtaſimum eſſe ſine anapæſto & trochæo, quia parodo tantùm adhibentur pedes iſti;vt enim ſunt ſaltationi accommodati, & carmen rotatile efficiunt ac verſatile,ita chori parodo ſeu ingreſſioni,quæ ſaltatione fit, adiungitur; non verò ſtaſimo,cum ſtaſimum ſaltatione careat, & a conſiſtentibus chori perſonis vna dictione aut cantu peragatur.

Dixerat autem has partes omnes eſſe communes omnibus Tragœdijs,quia reuera nulla eſt Tragœdia,quæ non illis conſletur. addiderat verò commo ſeu lamentatione claudi Tragœdias aliquas,quia aliquæ exiſtunt Tragœdiæ,quæ clauduntur lamentatione. eiuſmodi eſt Euripidis Andromache & Sophoclis Aiax. & hæc lamentatio edebatur a Choro & hiſtrionibus,ita vt hac lamentatione non omnes ſed aliquæ claudantur Tragœdiæ. Atque hæc ſanè Oedipi œconomia & partium omnium diſtributio & explicatio diligenter eſt obſernanda & agnoſcenda. Vt quoniam veteres illi Tragici non tam commodè viſi ſunt dramata diſtribuere quemadmodum noſter Seneca qui Actus & Scenas expreſſit clarius,ex propoſita Oedipi œconomia & exemplo,cætera Græcorum Tragicorum Dramata,quæ alioquin Lectorem hærentem habere poſſunt,rectè diſtribuere valeas atque intelligenter peruolutare. Sed tam multa ſunt quæ dubitentur:vt non ab re ſit rem ad Controuerſiam reuocare atque illud quærere. NVM quæ pertinent ad quantitatis partes,rectè inuenta,explicata,definita fuerint. Ac primò illud magnam habet dubitationem, quia Ariſtoteles diſtribuit Tragœdiam in quale & quantum,ſiue in qualitatem & quantitatem: & rurſus qualitatem in fabulam,mores,ſententiam,dictionem,melodiam,apparatum; continentéq. diſputat de fabula:cur igitur antequam aggrediatur quantitatis partes, non de ſingulis partibus qualitatis verba facit? ſanè poſtulabat ratio,vt non antea partes attingeret quantitatis,quàm nos de ſingulis partibus qualitatis docuiſſet. An igitur dicendum eſt verè diſputaſſe de ſingulis? quid enim dicat hoc in loco, *Iam partes Tragœdiæ, quibus vt formis oportet vti* (deſcribit enim partes qualitatis,quia ſint tanquam formæ Tragœdiæ) *priùs diximus*? & ſanè non ſolùm fabulam,verùm etiam reliquas partes illas enumerauit, deſcripſit,contulit mutuò,ſingularum dignitatem attingens & neceſſitatem,ac diſpoſuit ex ordine. Ego verò ægrè huc confugerim. video enim Ariſtotelem in particula XLVII. ſic aggredi ad fabulam,vt videatur ſibi de ſingulis diſputandum proponere;atque a fabula incipere, quòd iam declaraſſet principem locum obtinere inter partes qualitatis, non quòd hanc vnam fuſiùs proſequi decreuiſſet. Huc accedit quod in particula LXXVII. redit ad mores,qui tamen pertinent ad qualitatem: & in particula LXXXXVII. agit de ſententia. in LXXXXIIX. etiam diſputat de dictione ſeu locutione, hac claudens Tragœdiæ tractationem. & ideo videtur omnino præpoſtero ordine ac perturbato diſputare.quia quantitatis partes poſt fabulam attingit,reliquas partes qualitatis reſumit multò poſt. nam quod 324
melodiã prętermiſerit & apparatũ,inde factũ eſt quòd ab initio monuiſſet (quaſi quaſi tandem id conſilio protulerit) vix ac ne vix quidẽ ad artẽ pertinere.ita vt qualitatis partes alieno loco declarentur;& diſputatio mirificè confundatur. ſed rem hanc totam ſatius erit ad particulam LXXVII. reijcere, vbi ad prætermiſſas qualitatis partes redit & de moribus paulò poſt etiam de ſententia & dictione verba facit. Nunc ſat ſit monuiſſe Ariſtotelem non ſemper eodem tenore atque ordine res explicare, quo propoſitæ ſunt; ſed interdum ordinem aliqua ex parte commutare. ſic in 1. Rhetoricorum ponit diſſerendum de proba-

*CONTROVERSIA LVII.*
*AN quæ pertinent ad Quantitatis partes rectè præcepta fuerint et definita. Vbi quæritur.*

*I. Cur explicet Author partes quãtitatis antequam ſatiſfecerit partibus qualitatis. Reſpondetur.*

probationibus artificioſis.tum de ijs quæ carent arte;& tamen in medio artificioſæ proba
tionis curſu interponit explicatum earum quæ carent arte , tum ad artificioſas redit,ita
hoc in loco.quare eò res eſt reuocanda,vt videamus temerè ne an cõſultò id fecerit.quod
vt dicebam in particula LXXVII.licebit commodiùs examinare. Iam verò dubitatur etiam *Dubitatur II. Contra Prologi deſcriptionẽ. Reſpondetur.*
quia non ſempet in primis colloquijs & ante parodum declaratur argumentum : quan-
doquidem non raro apud Tragicos occurrit vt Tragici eiuſmodi initia & ſemina in ſecun
do quoque aut etiam in tertio iaciant ac fundant.ſed reſpondeo tamen;optare hoc ſaltem
videtur Ariſtoteles ac tanquam fabulæ aptiſſimum proponere vt prologus & quod eo
continetur fabulæ argumentum in primo expediatur actu,ſiue ante parodum: vt ſcilicet
ipſa fabula intelligenter peragatur. nam idcircò ſine vlla dubitatione definit prologum
eam Tragœdiæ partem,quæ eſt ante parodum ſeu primum chorum: quaſi verò huic par
ti prologus debeatur ac proinde argumẽtum, nam hac de cauſa in Rhetoricis prologum
cum prooemio & exordio confert, quibus argumenti maximè attribuit proferendi mu-
nus. Id quod Euripides maximè omnium coluerat (quanquam quàm eleganter & ad ve-
riſimile tuẽdum,artificiũmque occultandum aptè,alterius ſit loci)& obſeruanerat:& ve-
rò ratio ipſa quoad eius fieri poſſit obſeruandum dictat; ne auditoris animus ſuſpendatur
diu atque incertus hæreat.imo verò , quoniam primus actus ſeu quæ ſtaſimum antegre-
diuntur colloquia, latè manant, præſtat etiam (id quod ab aliquibus paſſim factum vide-
mus) rem primo quoque tempore expedire vt ante ſtaſimum fabulam etiam vtcunque
introducere liceat. Certè non apud Euripidem ſolùm,apud quem frequentiſſimum ac fer
mè perpetuum eſt,verùm etiam apud alios inuenias,a prima ſtatim perſona,aut vna & al-
tera,argumentum ferè explicari;ita vt fabula necti ac ſummatim peragi incipiat ante ſta-
ſimum: vt quemadmodum interdum aliquantò poſt ſtaſimum , ita non rarò paulò ante,
argumentum appateat, Quapropter dum Ariſtoteles ſtatuere videtur , illam Tragœdiæ
partem,quæ prægreditur ſtaſimum,totam quanta eſt eſſe prologum, id fortaſſe ſtatuerit
tum vt prohiberet ne argumentum poſt ſtaſimum differretur,tum vt ei certa ſedes atque
illa non anguſta ſed percommoda tribueretur . Adde quod dum ait prologum eſſe par-
tem illam totam quæ primum anteuertit chorum, id eo affirmare conſilio potuit quòd
cenſeret argumenrum non tam exarandum ſeu referendum per partes totum quemad-
modum & Euripides paſſim facit,& in ſeparato prologo a Latinis,multò verò magis a no
ſtratibus factitatur:hoc enim ſine dubio prima perſona efficere poſſit) ſed inter colloquia
illa,dum actores aliud videntur agere atque adeò fabulam ipſam inchoant, introducunt,
nectunt,diſſeminandum,& in aures atque animum Auditorum veluti inſinuatione qua-
dam inſtillandum. Cui rei faciendæ actus primus videri poteſt idoneus atque adeò neceſ-
ſarius totus. Et ſanè ad veriſimile tuendum , præſtat cauere ne argumentum ſtatim inte-
grum ac ſolidum totum ſic proferatur vt inde fabulæ appareat Idea ac ſumma ; ſic enim
veriſimile perturbatur , cum quæ actio tanquam agenda eſt præmonſtratur : hinc enim
rem non tam ſiue in præſentia veluti naſci , quàm huc importari , ſiue non tam geri aut
modò accidere,quàm antea poëtæ induſtria factam & coagmẽtatam fuiſſe dicas. Vt pro-
pterea vehementer peccent qui ſolidum dramatici poëmatis argumentum præmonſtrãt
antea . & in hoc fortaſſe requirenda eſt Euripidis induſtria ; noſtratium certè deſideratur
paſſim. Quantum enim intelligentiæ conſulunt auditorum aperto illo argumento, tantũ
325 veriſimili officiunt:cum enitendum ſit vt dramatica actio non tam imitatione exprimi,
quam tunc plane re ipſa geri videatur . quo tempore vt quis ex actoribus rem gerendam
prænceuerit ac præmonſtret,minùs veriſimile eſt. Denique reputandum eſt diligenter,dra
matici poëmatis prologum ſeu argumentum , eo differre ab argumento ſiue Epici poë-
matis ſiue Orationis,quòd Epicus quippe,qui narrat res geſtas,proponit canendas,poteſt
& verò debet explicatè,breuiter ac dilucidè, argumentum proponere , quemadmodum
vſu venire cernimus(atque idem de Oratore dixerim,qui quæ ſibi dicenda ſunt aperit) ac
dramaticus poëta qui actores inducit & rem ſpectatoribus perinde atque ageretur obij-
cit, non poteſt ſine crimine Epici aut Oratoris more argumentum referre aut obijcere.
Et ideo non tam argumentum integrum ac ſolidum eſt proponendum , ſed ne toto pri-
mo actu diſſeminandum quàm ſic fabula inſtituenda,vt initia quædam & ſemina iacian-
tur,& diſſeminentur quæ efficiant vt non rudis ſpectator dum ferè aliud videtur agi,res ge *Dubitatur III. De epiſodio.*
rendas percipere valeat . Sed nec illud dubitatione caret quod pertinet ad Epiſodium . Si-
quidem non videtur veriſimile tres medios actus Epiſodij obtinere locum : ſeu quæ tri-

bus

buſ medijs actibus reſpondent colloquia, tota, quanta ſunt, ad epiſodium pertinere: alio-
quin cum primus actus argumento ab Ariſtotele deſtinetur, Exodus ſolutioni ſeruiat, E-
piſodium fabulæ occuparet locum vniuerſum. ita demum Tragœdia epiſodica (licet alio Part. 56
*Reſpondetur, et multis rationibus reſponſio confirmatur.* titulo quàm alicubi ab Ariſtotele) iurè ac meritò appellaretur. Crediderim igitur inde
tres illos actus epiſodij nomine deſignari ab Ariſtotele; quia in eos tantùm epiſodia inſe-
rantur, ac propterea ab epiſodio nomen inuenerit pars illa vniuerſa. Cum enim primus a-
ctus fabulæ introducendæ ſeruiat, vltimus ſoluendæ deſtinetur, ſanè ad fabulam amplifi-
candam ornandámque (id quod eſt epiſodij proprium) in tribus illis actibus tantummo-
I. do relinquitur locus. Imò verò cum nexus ad fabulam veriùs pertineat quàm ad Epiſo-
II. dium, fabula verò nectatur fermè tribus medijs actibus; quis audeat epiſodio tres illos
medios actus occupare totos? Itaque ſine vlla dubitatione in tres illos actus inferenda ſũt
epiſodia, & ideo tres illi actus non tam ſunt cenſendi epiſodium toti, quàm toti epiſodijs
III. inferendis deſtinantur. Id quod tum res per ſe clamat, cum in Tragœdijs epiſodia tribus il-
lis actibus inſerta videamus; tum Ariſtoteles in particula xc. docet non obſcurè vbi ſcribit
IV. epiſodia in Tragœdia debere eſſe conciſa; quod certè falſum eſſet quàm quod falſiſſimũ
V. ſi tres illi actus vnico epiſodio ab initio ad finem vſque occuparentur toti. Et ſanè cum
Tragœdia vnius diei ſeu duodecim circiter horarum contineat actionem, quæ etiam re-
uera quaternis eſt peragenda, nullo modo fieri poteſt vt fabula ipſa & actio tribus medijs
VI. actibus excludatur. Quid? nónne ab Ariſtotele fabula in nexum & ſolutionem diſtribui- Part. 91
tur? & nexus ruſus nónne ad Exodum vſque, hoc eſt ad poſtremum actum, deducitur?
ſic ſanè. quî igitur fieri poteſt vt epiſodium tres illos occupet actus? quamuis enim nõ ne-
garim poſſe etiam, imò debere epiſodium ſeruire nexui, aliquas tamen actionis partes ei-
dem nexui ſeruire, nihil eſt quod dubitemus. Ex quo fit vt medij illi actus, fabulæ quoque
VII. debeantur. Quid plura? cum epiſodium ſit πράγμα πράγματι συναπτόμενον, hoc eſt res rei Vide
addita & coaptata, ac ſummatim extrinſecus aſſumpta (nam ideo etiam epiſodium dici- Part. 91
tur ἔξω ὑποθέσεως ὤν & rurſus ἐξαγώνιον πράγμα) quæque interiori, hoc eſt fabulæ aptetur,
profecto tres illos integros actus obſidere totos, & fabulæ, a qua choricis cantibus diſſo-
cientur, adnecti nullo modo poſſent. Vt propterea mea quidem ſententia Ariſtoteles in
epiſodij definitione, perinde ac in definitione prologi commodè ſiue exponendus, ſiue in-
telligendus ſit, nec aliter exiſtimandum, epiſodium eſſe totam Tragœdiæ partem quæ in-
ter extremas Chori cantilenas eſt interiecta quàm quod tota illa pars ab epiſodio nomen
acceperit cum in eam inferantur vnam. Hæc de illa quantitatis parte quam epiſodium ap- 226
pellat Ariſtoteles in præſentia. nam de epiſodijs vniuerſim cum aliqua diximus ſupra, co- In part.
pioſiùs etiam diſputauimus in Comparatione, tum alia quædam ſubijcienda erunt in par- 56.
*Hic ſubijciuntur quædam de Exodo & Choro.* ticula xc. Nunc ſupereſſet fortaſſe vt aliquid tum de Exodo dubitarem, tum maximè de Diſp. 5.
Choro & Choricis cantibus. Sed de Exodo illud ſit ſatis hanc pertinere ad fabulam, &, id
quod nomen ipſum indicat, eius exitum continere, ita vt cum fabulæ nexus ſoluitur, eius
exitus ſuccedat. Tametſi tota ea pars quæ vltimum Choricum cantum ad finem vſque
conſequitur Exodi obtinet locum. & ideo Exodus ab Ariſtotele definitur pars integra
Tragœdiæ poſtquam non eſt Chori cantus. Quamuis enim non ſemper Chorus ante
Exodum diſcedit quin ſæpè ad finem vſque perſiſtit; ſic tamen perſiſtit, vt a cantu abſti-
neat, vixque aliquis è Choro interdum Chori nomine ſermonem miſcet cum hiſtrioni-
bus: ita vt Chori cantus expleatur ante Exodum: niſi fortè qui adhuc reſidet Chorus in
commo ſeu lamentatione extrema qua clauditur Exodus & Tragœdia tota, caneret flebi
le carmen cum hiſtrionibus. quemadmodum verbi gratia in Euripidis Andromache con
tigit. Quod tamen perrarò accidit: quemadmodum rarò commus adhibetur claudendæ
Tragœdiæ; ita vt Exodus ferè ſemper fabulam expleat: differtque ab Aphodo, quòd hæc
ſit diſcedentis Chori, Exodus enodatæ ſeu ad finem contendentis fabulæ. Itaque tum a
cataſtrophe differt, tum a ſolutione: a cataſtrophe quia hæc primos rerum flexus ſignifi-
cat; cum ſcilicet fortunæ commutatio aut nodi ſolutio veluti diluceſcit primùm: quod
fit ante exodum: ac propterea licet exodo terminetur hæc inclinatio, eius tamen initium
exodum longè anteuertit. & ideo in quarti actus fine apparere fermè incipit cataſtrophe,
& ante poſtremum Choricum cantum: cum tamen exodus hunc conſequatur. Denique
vbicunque inclinare incipiat res (neque enim non interdum poſt vltimum Choricum
cantum & ad exodi ſeu poſtremi actus initium cataſtrophe apparet) ibi cataſtrophe notã-
da eſt, quæ forma ſaltem differat ab exodo; cum rem hæc plane perducat ad exitum. A ſo-
lutione

lutione verò differt exodus, quia hæc latiùs patet quàm ſolutio. ſolutio enim ad nodi explicatum pertinet tantùm, exodus & nodi continet explicatum, & cætera quæ ad finem vſque poſt Choricum cantum peraguntur. Hæc de exodo. At quid de Choro & Choricis cantibus? ſanè innumera propemodum de his dici poſſent. *De choro.* Chori enim ortus, propagatio, varietas, moderatio, ingreſſus ratio varia, varia etiam ſtatus forma, egreſſus, locus, eſſent requirenda: tum cantus, ratio ac forma atque vſus denique vniuerſus; præſertim verò quia modò caneret, modò hiſtrionum more miſceret ſermones. Denique, quoniam interdum diſcedebat redibátque hiſtrionum more (& ideo præter parodum & ſtaſimſi epiparodon, metaſtaſim & aphodon, hoc eſt iteratum ingreſſum, medium digreſſum, & vltimum egreſſum choro attributa legimus) modò gradiebatur, modò ſaltabat: modò cum ſaltatione, quæ non vnius generis erat, cantus eóſque varios miſcebat, tota harum ſimiliúmque rerum aperienda eſſet ratio. Quanquam illud inprimis eſſet docendum qualis eſſet eius œconomia, vt veriſimile decorúmque ſeruetur. Vix enim concipi poteſt, vt vel hiſtriones inſidias ſtruerent ac cædem intentarent machinarentúrve, aut etiam res arcanas inter ſe communicarent & id genus alia efficerent, cum tamen chorus immobilis ſtaret interim audirétque, nec aut occurreret periculis, aut quidpiam ex iis gereret, quæ de more efficerent mortales, dum in ea inciderent. Quid quod nihil minùs ſit veriſimile, quàm vt omnes quotquot conſtarent chorum, obiter atque adeò repentè eandem funderent cantilenam, ita vt eandem ex iis quæ gererentur, ſententiam conciperent animo, quam iiſdem verbis exprimerent. Nam vt priùs a dextra in læuam moueretur, vnde dextram, quæque ab Oriente in Occidentem fit cœli conuerſionem imitaretur, tum a læua in dextram rediret, atque errantium ſyderum quæ ab occidente in orientem fit, motionem exprimeret (Antiſtrophen vocant hanc, illam Strophen) demúmque in medio
517 conſiſteret, vt terram in tanta cœli conuerſione mediam, immobilémque acfixam indicaret, eleganter excogitatum videri poteſt; ad veriſimile ac decorum tuendum haud poteſt: quandoquidem præter morem eſt atque adeò inſolentiſſimum, vt actores & mortales in rebus gerendis ac negotiis peragendis ſic incedant. Quare præuidendum erat priùs, vt quæ ad elegantiam, admirationem, voluptatem introducebantur, è re Tragica eſſent, & veriſimili ac decoro tuendo ſeruirent; ita vt verè actio de more geri videretur. præſertim verò cum chorus Tragicus non quemadmodum olim ſatyricus hilaritatis cauſa introduceretur, quíque nihil ad fabulam pertineret, ſed vt fabulæ peragendæ quoquomodo inſeruiret. Sed vel quia noſter author hîc de choro non data opera verba facit ſed tantùm vt Tragicas quantitatis partes aſſignet, vel quia opportuniùs id alibi attingi poſſit, vel
*In part. 96.* quia longior ſanè iis rebus diſputatio requiratur, quæque interdum figuris ad deſignationem loci atque ordinum indigeret; vel quia tanta eſt Tragicorum varietas, tanta etiam Ariſtotelis breuiloquentia, vt non facilè componi omnia poſſint & explicari: vel quia dum multa Tragici curioſitati tribuerent & voluptati, vix ac ne vix quidem poteſt conſtans omnium afferri ratio, quæque cum Tragicæ fabulæ munere, fine, decoro, veriſimili naturáque vniuerſa conſentiat; rem totam lubet præterire. malim enim id præterire, quod non ſatis ac pro dignitate explicari poſſit, quàm lectorem minùs vtiliter detinere. Tantùm dicam præter Ariſtotelis interpretes, qui hoc in loco de choro ſcribunt non pauca, ac præter Suidam, Athenæum & Pollucem, conſuli poſſe quæ ſcripſerunt Scaliger non vno in loco, Patritius IX. hiſtorialis Decadis libro, Delrius in Prolegomenis ad Senecam capite ſeptimo, Mazzonius in Dantis defenſione libro ſecundo capite XXII. & libro ſeptimo (ſi tamen hic prodiit vnquam) & vt cæteras taceam, Horatium & interpretes in carminibus illis,

*Actoris partes chorus, officiúmque virile*
*Defendat, neu quid medios intercinat actus,*
*Quod non propoſito conducat & hæreat aptè;*
*Ille bonis faueátque & concilietur amicis,*
*Et regat iratos, & amet peccare timentes.*
*Ille dapes laudet menſæ breuis, ille ſalubrem*
*Iuſtitiam legéſque & apertis otia portis*
*Ille tegat commiſſa, Deóſque precetur & oret,*
*Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.*

quæ Horatii præcepta (vt ne hoc prætermittam) tum demùm opportuna videri poterunt,

cum

cum ratio fuerit excogitata; vnde non ſine veriſimili ac ſummatim è re Tragica Chorus ingrediatur, conſiſtat, loquatur, canat, egrediatur. Debet enim quicquid agit cum actione & veriſimili ratione cohærere.

# CAPVT VNDECIMVM.

## PARTICVLA LXV

*Μέρη μὲν οὖν τραγῳδίας, οἷς μὲν δεῖ χρῆσθαι, πρότερον εἴρηται. κατὰ δὲ τὸ πόσον, καὶ εἰς ἃ διαιρεῖται κεχωρισμένα, ταῦτ' ἐστίν. ὧν δὲ δεῖ στοχάζεσθαι, καὶ ἃ δεῖ εὐλαβεῖσθαι συνιστάντας τοὺς μύθους, καὶ πόθεν ἔσται τὸ τῆς τραγῳδίας ἔργον, ἐφεξῆς ἂν εἴη λεκτέον τοῖς νῦν εἰρημένοις.*

PArtes igitur Tragœdiæ, quæ quaſi formæ habendæ ſunt, ſuperiùs explicauimus: rurſus ſecundùm quantitatem diſcretam, & in quas ſecetur, ſigillatim quoque diximus. Deinceps verò, quæ fabulas texentes ſectari, contra quæ vitari oporteat, tum verò a quibus locis Tragœdiæ ipſius opus ducatur, ſupradictis addendum. *Paccius.*

*AT commus lamentatio communis chori & a ſcena. At partes quidem Tragœdiæ, quibus oportet vti, priùs dicta. At ſecundùm quantitatem, & in quas ipſa diuiditur ſeparatas, hæ ſunt. Quæ verò oporteat ſpectare & quæ oporteat cauere conſtituentes fabulas, & vnde erit Tragœdia opus, ſequitur vt dicamus poſt illa, quæ adhuc dicta ſunt.* *Riccobonus.* 328

*COMM. LXV.*

DOCVIT quæ ſint Tragœdiæ partes: idque ſiue qualitatis partes requiras, quæ (ſi illum audias) ſunt tanquam forma, ſiue quantitatis & magnitudinis, quæ obtinent locum materiæ. Nunc par eſſet, vt quoniam Tragœdiæ materiam & formam parauit, ijs ad Tragœdiam ipſam conflandam vteretur, ac propterea ad Tragœdiæ conſtitutionem deſcenderet ac progrederetur. Neque enim alio conſilio ſiue Natura, ſiue Ars alicuius rei partes præparat, niſi vt continenter opus ex illis conflet perficiátque totum. Huc igitur mentem coniecit Ariſtoteles, vt quamprimum Tragœdiæ conſtitueret opus; hoc eſt doceret quale ex propoſitis partibus exiſtere opus deberet. & idcirco, *Ac partes* (inquit) *Tragœdiæ, quibus oportet vti, priùs dictæ. At ſecundum quantitatem, & in quas ipſa diuiditur ſeparatas, hæ ſunt:* quibus verbis ſignificauit ſe ambas Tragœdiæ partes paraſſe ac tum materiam tum formam veluti in medium attuliſſe: ſtatímque pergebat, *Quæ verò oportet ſpectare, & quæ oportet cauere conſtituentes fabulas, & vnde erit Tragœdiæ opus ſequitur vt dicamus poſt illa, quæ adhuc dicta ſunt.* Quibus ſignificauit Tragœdiæ opus, hoc eſt præceptionem quæ ad opus Tragicum vniuerſum pertineret, inſtituendam, cum de partibus dictum eſſet.

At enim cur ait iam eſſe dicenda quæ forent tum ſpectanda tum cauenda fabulas conſtituenti? etſi enim ſubdit fore vt hinc exiſtat Tragœdiæ opus, adhuc tamen ſibi de fabula hoc eſt de parte ponit agendum. Rectè. neque enim ita ſibi ad opus totum properandum cenſet, quin adhuc aliqua præcipiat de fabula, ac non nihil operis & ſtudij ad ea conferat, quæ in ea ſiue cauenda, ſiue ſequenda eſſent. & ſanè abundè docuit perfectã, & totã iuſtæ magnitudinis & vnius actionis, eſſe cõflandã: copioſè oſtendit oportere eſſe veriſimilem, & non epiſodicam, ſed epiſodijs optimè inter ſe nexis conflari: denique appoſitè nos admonuit admirabilem eſſe debere, & nõ tam ſimplicem quàm implexam; ita vt peripetia vel agnitione aut vtráque conſtet, ac ſimul referat perpeſſionem. Sed tamen alia quædam tum de perſonis quæ Tragicis fabulis idoneæ ſunt, tum de rebus quæ terrori ciendo & miſericordiæ valent, præcipere oportet, vt inde fabula exiſtat perfectior; quin de voluptate

etiam

etiam agendum eſt quæ in Tragica fabula requiritur : vt enim Tragœdia quoque ſuam habet voluptatem(hæc enim totius poëmatis ſiue omnium poëſis formarum eſt condimentum) ita fabulæ conſtitutione concilianda eſt vel maximè. quapropter hæc & id genus alia ſi quæ ſunt, explicanda erunt antea ne præpropera feſtinatione ad opus vniuerſum deſcendatur. Hac igitur de cauſa de fabula item precepturus ſie pergit.

## PARTICVLA LXVI.

319 Ἐπειδὴ οὖν δεῖ τὴν σύνθεσιν εἶναι τῆς καλλίςης τραγῳδίας μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ πλεγμένην, καὶ ταύτην φοβερῶν, καὶ ἐλεεινῶν εἶναι μιμητικήν : τοῦτο γὰρ ἴδιον τῆς τοιαύτης μιμήσεώς ἐςι. πρῶτον μὲν δῆλον, ὅτι, οὔτε τοὺς ἐπιεικεῖς ἄνδρας δεῖ μεταβάλλοντας φαίνεσθαι ἐξ εὐτυχίας εἰς δυςυχίαν. οὐ γὰρ φοβερὸν, οὐδὲ ἐλεεινὸν τοῦτο, ἀλλὰ μιαρόν ἐςιν.

## PARTICVLA LVII.

Ὄυτε τοὺς μοχθηροὺς ἐξ ἀτυχίας εἰς εὐτυχίαν. ἀτραγῳδότατον γὰρ τοῦτο ἐςὶ πάντων. οὐδὲν γὰρ ἔχει, ὧν δεῖ. οὔτε γὰρ φιλάνθρωπον, οὔτε ἐλεεινόν, οὔτε φοβερόν ἐςιν. οὐδ᾽ αὖ τὸν σφόδρα πονηρὸν, ἐξ εὐτυχίας εἰς δυςυχίαν μεταπίπτειν. τὸ μὲν γὰρ φιλάνθρωπον ἔχοι ἂν ἡ τοιαύτη σύςασις, ἀλλ᾽ οὔτε ἔλεον, οὔτε φόβον. ὁ μὲν γὰρ περὶ τὸν ἀνάξιόν ἐςι δυςυχοῦντα, ὁ δὲ περὶ τὸν ὅμοιον. ἔλεος μὲν περὶ τὸν ἀνάξιον, φόβος δὲ περὶ τὸν ὅμοιον: ὥςε οὔτε ἐλεεινὸν, οὔτε φοβερὸν φαίνεται τὸ συμβαῖνον.

Quoniam igitur Trágædiæ pulcherrimæ compoſitio, non quidem ſimplex eſſe debet, ſed implexa, eadémque terribilium miſerabiliúmve imitatrix, id quod profectò imitationis huiuſce proprium eſt. Primùm quidem ſatis apparet minimè decere, bonos & æquos viros ex fœlicibus infœlices factos, in ſcenam afferre: vt quod terrifici miſerandive nihil habeat, ſed ſceleſti. Paccius.

Aríque ratione ab aduerſa fortuna ad ſecundam prouectos, prauos effingere, hoc enim omnium a Tragœdia maximè alienum, vt quod rerum, quæ requiruntur, expers omninò ſit, humanitatis dico, nedum terrifici atque miſerabilis. Sed nec omnino improbos ex ſecunda fortuna in aduerſam lapſos: quandoquidem talis compoſitio, quæ alioquin humanitatem præ ſe ferre poteſt, miſerandi aut terrifici planè nihil habet. Vt enim immerentis miſericordiam excitat, ita terror a ſimili incutitur. Quocirca cum nec miſerandi nec terrifici quicquam ab his proueniat.

*Quoniam igitur conſtitutionem pulcherrimæ Tragœdiæ oportet eſſe non ſimplicem, ſed nexam, eamque terribilium & miſerabilium imitationem (hoc enim proprium huiuſmodi eſt imitationis) primùm quidem manifeſtum eſt neque æquos viros mutatos apparere opportere ex proſpera fortuna in aduerſam; id enim non eſt terribile nec miſerabile ſed ſceleratum.* Riccobonus.

*Neque improbos ex infortunio in proſperam fortunam. id enim maximè omnium a Tragœdia alienum eſt, quia nihil habet eorum, quæ oportet, neque enim gratum hominibus neque miſerabile neque terribile eſt; neque rurſus valde malum ex proſpera*

*fortuna*

*fortuna in aduerſam cadere. quod enim gratum eſt hominibus, id quidem habet talis conſtitutio, ſed neque miſericordiam habet neque timorem; illa enim eſt circa eum, qui indignè aduerſa fortuna vtatur, hic verò circa ſimilem, quare neque miſerabile, neque terribile apparet quod contingit.*

*COM. LXI. & LVII.*

*Vt perſonas Tragœdia aptas proferat, prius reſumit duo.*

VT perſonas paret Tragœdiæ commodatas, duo reſumit de quibus ex dictis conſtare ſatis poterat. Primum eſt oportere pulcherrimæ Tragœdiæ conſtitutionem eſſe non ſimplicem ſed implexam, ac propterea vel peripetia vel agnitione vel vtrâque inſtruendam eſſe. Alterum eſt oportere quoque vt ſit terribilium ac miſerabilium imitatio: ſiquidem Tragicæ imitationis id eſt proprium, terrorem & miſericordiam incutere. Quibus poſitis, perſpicuum eſt (inquit) neque homines *ἐπιεικεῖς, probos & moderatos*, qui ex proſpera in aduerſam migrent fortunam; neque improbos, qui ex aduerſa migrent in proſperam, eſſe idoneos & accommodatos Tragicæ fabulæ. non quidem primos, ſiquidem commutatio il- 330
la fortunæ ex proſpera in aduerſam nec terribile gigneret, nec miſerabile, & vero ſcelerata eſſet: non ſecundos, quia fœlix fortunæ commutatio maximè omnium a Tragœdia eſſet aliena; idque tum quia nullam planè voluptatem afferret auditoribus: tum quia nequaquam gigneret miſerabile aut terribile. Quod ſi quis etiam improbos ex proſpera deturbari fecerit in aduerſam, neque huiuſmodi homines improbi qui in aduerſam ceciderint fortunam, erunt idonei. ſiquidem hic caſus hominibus & ſpectatoribus afferret ille quidem iucunditatem; etenim natura comparatum videtur, vt ea rerum conſtitutio in qua improbus ab proſperitate in aduerſam cadit fortunam, periucunda accidat mortalibus; ſed tamen nullam planè miſericordiæ & timoris partem habebit: quandoquidem miſericordia oritur ex aduerſa illius fortuna, qui indignè afflictatur: quod in præſens non accidit: timor verò gignitur cum noſtrum ſimiles ſeu pares in calamitatem incidere animaduertimus. Vt propterea improbi nullo modo ſint idoneæ perſonæ in fabulæ Tragicæ conſtitutione. Hæc Ariſtoteles in particula LXVI. & in ſequenti.

*I. II. Colligit quales perſonæ attribuendæ nō ſint Tragœdiæ.*

*CONTROVERSIA. LVIII. De conſtitutione & perſonis optima fabula Tragicæ ac præſertim de probis quas timori & miſericordiæ cienda negat accommodatas. Dubitatur. I. II. III.*

Iam verò offerunt ſeſe nec pauca nec leuia de quibus dubitemus, imò verò Controuerſiam quoque excitemus. cum viros moderatos & probos metui & commiſerationi ciendæ idoneos eſſe neget quod παράδοξον videri poteſt & incredibile. Tametſi alia quædam in ea priùs agitanda ſunt. Itaque diſceptandum erit an ſimplicem fabulam planè reijciat; & inprimis de perſonis Tragicis quà probas negat imitationi Tragicæ eſſe idoneas. Ac primùm cur ſumit
tanquam certum conſtitutionem pulcherrimæ Tragœdiæ non ſimplicem ſed nexam Par.58
exiſtere oportere? Sanè vbi de fabula tum ſimplici tum nexa diſputauit, docuit quidem & 59.
quæ eſſet fabula ſimplex, quæve implexa, implexam verò vnam pertinere ad pulcherrimam fabulam, non demonſtrauit. ac propterea in Epopœia etiam, cuius fabulam Tragicæ inſtar fingi iubet, formam aut ſimplicem aut implexam, aut moratam aut affectam,
ſtatuit eſſe debere. Quid plura? in particula XCII. quatuor profert Tragœdiæ formas, inter Par.155
quas niſi ſimplicem quoque numeremus & retineamus, haud oſtendere liceat cur in CXXVII. dixerit formarum Tragicarum inſtar conformandas. Deinde cum tres implexæ fabulæ attribuerit conditiones, nimirum peripetiam, agnitionem, perpeſſionem; quid erat cur pulcherrimæ Tragœdiæ quam nexam ferè ſtatuebat, perſonas requirens, de illis perſonis dubitaret & quæreret, quæ ab aduerſa fortuna ad proſperam commigrarint? ſanè in iis perpeſſio eſt nulla: non igitur nexæ fabulæ erant idoneæ. Ad hæc falſum planè videtur viros probos & moderatos ſi a proſpera fortuna ceciderint in aduerſam, nec terribile gignere nec miſerabile. nam cur non ego qui mediocris probitatis aut improbitatis ſim (tales enim plerique ſunt ſpectatorum) non ſtatim timore afficiar, cum videam illum fieri calamitoſum quocum ipſe nullo modo probitate ſim comparandus? Profectò ſi improbus in aduerſam ceciderit fortunam, fieri quidem poterit vt ipſe non timeam, aut minùs timeam; ſed vt ex melioris hominis caſu non percellar, id verò fieri nullo modò poteſt. De miſericordia verò nihil attinet dicere. Quis enim non eius miſereatur, qui indignè & nullam ob culpam in calamitatem incurrat? qui enim probus ſit & moderatus, hunc præter culpam fieri calamitoſum neceſſe eſt. ſanè Virgilius non malus æſtimator rerum. Sinonem induxit, qui cum ſibi oratione integerrimos aſſinxiſſet mores, ſed tamen ſe calamitoſum oſtendiſſet, Priamum orabat vt ſui miſereretur.

*Miſerere*

*Miſerere (inquit) animi non digna ferentis.*

Lib. 2. An. ſentiebat enim eum planè dignum eſſe miſericordia, qui indignè affligeretur. & ideo, miſericordiam excitauit ſtatim, ita vt qui rem cõmemorabat Aeneas, ſic ſtatim, pergeret,

331 *His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus vltrò.*

Vid. c. 11. in Maer. Gre. Quid plura? Ariſtoteles ipſe in ſecundo libro Rethoricorum cum data opera & de timore & de miſericordia diſputaret, ſtatuebat timorem ex ijs gigni quæ ſunt horribilia & vim perdendi habent: quæ ſanè maximè omnium in Tragicas calamitates cadunt. Neque verò mihi reſpondeat quiſpiam, timere homines impendens ſibi malum, non quod accidit alijs: nam idem Ariſtoteles fatetur ea etiam quæ alijs contingunt mala, & digna ſunt miſericordia a cæteris quippe horribilia pertimeſci: Sic Aeneas cum Polydori calamitatem agnouiſſet, horrore ac timore perculſus eſt; Itaque de ſe illud fatebatur. Aen. lib. 3.

*Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus.*
*Obſtupui, ſteteruntque comæ & vox faucibus hæſit.*

& rurſus Poëta cum Eurialus occidiſſet & a matre deploraretur, ſic pergebat.

*Hoc fletu concuſſi animi, metúsque per omnes*
*It gemitus; torpent infractæ ad prælia vires.*

De miſericordia verò idem conſtat planiùs apud eundem Ariſtotelem, quàm vt longiùs Cap. 20. oporteat facere: quandoquidem Miſericordia (inquit ipſe) eſt ægritudo ſuſcepta ex opinione mali, quod ſiue interitum ſiue dolorem afferat ei qui fortuna illa ſit indignus. quid clarius, vt conſtet ex probi viri calamitate miſericordiam, Ariſtotele ipſo fatente, excitari vel maximè? Vt propterea mirum ſit Ariſtotelem hoc in loco negare non dubitaſſe ex probi viri calamitate nec terribile nec miſerabile excitari. Neque verò nõ videtur interim IV. Ariſtoteles perperam illos prætermiſiſſe homines, qui probi item ac moderati ſint, ſed ex aduerſa ad proſperam fortunam eleuentur. quid eſt enim cur requirat num improbi ſint idonei ſiue ab proſpera in aduerſam, ſiue ab aduerſa in proſperam migrent, de probis verò id tantummodo ſciſcitetur, cum incidant in aduerſam? præſertim verò quia ſi item è calamitate ad felicitatem euehantur, neque timori ac miſericordiæ ſit locus, neque purgationi quæ ijs motibus eſt propoſita. Denique quia calamitate ad fœlicitatem perueniunt viri probi, ij veriùs epico poëmati ſuppeditant argumentum quàm Tragico. Quare mi- V. rum eſt non hoc quoque hominum genus excludi a Tragico argumento. Denique non videtur in Tragœdiis inuſitatum, quin paſſim receptum vſitatúmque eſt, vt improbi homines a fœlicitate ad infœlicitatem deturbentur; huiuſmodi enim argumentis Tragœdiæ ſunt pleniſſimæ: ita vt quò magis ſæui & crudeles occurrunt homines ac propterea improbi, eò libentiùs excipiantur a Tragicis. Hinc Atrei, Medeæ, Meleagri & id genus alij: ita vt noſtrates huius generis argumenta ferè amplectantur. Hæc aduerſus Ariſtotelem. Reſpondetur. Sed reſpondeo. Declarauit quidem Ariſtoteles in particula LVIII. naturam tum ſimplicis fabulæ, tum implexæ, ſed tamen cum ſubinde ageret de peripetia & agnitione, quas adAd primum. dixerat implexæ, tandem in fine particulæ LX. ſignificauit pulcherrimam agnitionem eſſe ſimul cum peripeteia. Quapropter cum docuerit implexam fabulam non eſſe ſine agnitione aut peripetia aut vtrâque; ſequitur vt perfecta Tragœdia & pulcherrima eſſe non poſſit ſine agnitione & peripetia: iurè igitur ſumit hoc in loco pulcherrimam Tragœdiam eſſe debere implexam: vbi tamen non reiicit ſimplicem, ſed implexam anteponit: & hoc nomine alibi retinetur ſimplex, quod in ſecundis poſſit conſiſtere. Neque verò tam Ad ſecundum. dubitat Ariſtoteles aut requirit, num in optima Tragœdia fieri poſſit fortunæ cõmutatio ex aduerſa in proſperam, quàm id quod in ſuperioribus veluti incluſum erat, in apertum deducit: nimirum non conuenire cum optima Tragœdia, vt fiat talis commutatio. quod ſanè, quoniam loquimur de perfecta Tragœdia quæ requirit perpeſſionem, colligit optimè. Quanquam quid ſi quis quærat vtrum in ſimplici talis fieri poſſit commutatio, NVM in Fabula ſimplici fieri poſſit fortunæ commutatio ſine perpeſſione. quæ careat perpeſſione? ſanè hinc tum Tragœdiæ definitio obſtare videtur, quæ requirit 332 timorem & miſericordiam (hæc enim vbi in proſperam fiat commutatio non poſſunt non abeſſe) tum quia hîc ſcribit maximè omnium eſſe alienum a Tragœdia vt improbi ex infortunio migrent in proſperam fortunam: illinc reclamat, id quod paſſim dictitat Ariſtoteles, in Tragœdia, cui tamen metum & miſericordiã, quippe neceſſaria, in definitione attribuerat, mutationem fieri ſiue ex proſpera in aduerſam, ſiue ex aduerſa in proſperam. Sed hæc dubitatio ad eam pertinet, Controuerſiam in qua quæritur vtrum pro-

 ſperi

*fortuna in aduerſam cadere. quod enim gratum eſt hominibus, id quidem habet talis conſtitutio, ſed neque miſericordiam habet neque timorem; illa enim eſt circa eum, qui indignè aduerſa fortuna vtatur, hic verò circa ſimilem, quare neque miſerabile, neque terribile apparet quod contingit.*

*COM. LXI. & LVII. t perſonas Tragœdia aptas proferat, prius reſumit duo.*

*I. II. Colligit quales perſonæ attribuendæ nõ ſint Tragœdia.*

VT perſonas paret Tragœdiæ commodatas, duo reſumit de quibus ex dictis conſtare ſatis poterat. Primum eſt oportere pulcherrimæ Tragœdiæ conſtitutionem eſſe non ſimplicem ſed implexam, ac propterea vel peripetia vel agnitione vel vtrâque inſtruendam eſſe. Alterum eſt oportere quoque vt ſit terribilium ac miſerabilium imitatio: ſiquidem Tragicæ imitationis id eſt proprium, terrorem & miſericordiam incutere. Quibus poſitis, perſpicuum eſt (inquit) neque homines ἐπιεικεῖς, *probos & moderatos*, qui ex proſpera in aduerſam migrent fortunam; neque improbos, qui ex aduerſa migrent in proſperam, eſſe idoneos & accommodatos Tragicæ fabulæ. non quidem primos, ſiquidem commutatio il- 330
la fortunæ ex proſpera in aduerſam nec terribile gigneret, nec miſerabile, & vero ſcelerata eſſet: non ſecundos, quia fœlix fortunæ commutatio maximè omnium a Tragœdia eſſet aliena: idque tum quia nullam planè voluptatem afferret auditoribus: tum quia nequaquam gigneret miſerabile aut terribile. Quod ſi quis etiam improbos ex proſpera deturbari fecerit in aduerſam, neque huiuſmodi homines improbi qui in aduerſam ceciderint fortunam, erunt idonei. ſiquidem hic caſus hominibus & ſpectatoribus afferret ille quidem iucunditatem; etenim natura comparatum videtur, vt ea rerum conſtitutio in qua improbus ab proſperitate in aduerſam cadit fortunam, periucunda accidat mortalibus; ſed tamen nullam planè miſericordiæ & timoris partem habebit: quandoquidem miſericordia oritur ex aduerſa illius fortuna, qui indignè affligatur: quod in præſens non accidit: timor verò gignitur cum noſtrum ſimiles ſeu pares in calamitatem incidere animaduertimus. Vt propterea improbi nullo modo ſint idoneæ perſonæ in fabulæ Tragicæ conſtitutione. Hæc Ariſtoteles in particula LXVI. & in ſequenti. Iam verò offerunt ſeſe nec pauca nec leuia de quibus dubitemus, imò verò Controuerſiam quoque excitemus. cum viros moderatos & probos metui & commiſerationi ciendæ idoneos eſſe neget quod παράδοξον videri poteſt & incredibile. Tametſi alia quædam in ea priùs agitanda ſunt. Itaque diſceptandum erit an ſimplicem fabulam planè reijciat; & inprimis de perſonis Tragicis quà probas negat imitationi Tragicæ eſſe idoneas. Ac primùm cur ſumit tanquam certum conſtitutionem pulcherrimæ Tragœdiæ non ſimplicem ſed nexam Part.58
exiſtere oportere? Sanè vbi de fabula tum ſimplici tum nexa diſputauit, docuit quidem & 59.
quæ eſſet fabula ſimplex, quæve implexa, implexam verò vnam pertinere ad pulcherrimam fabulam, non demonſtrauit. ac propterea in Epopœia etiam, cuius fabulam Tragicæ inſtar fingi iubet, formam aut ſimplicem aut implexam, aut moratam aut affectam, ſtatuit eſſe debere. Quid plura? in particula XCII. quatuor profert Tragœdiæ formas, inter Par.155
quas niſi ſimplicem quoque numeremus & retineamus, haud oſtendere liceat cur in CXXVII. dixerit formarum Tragicarum inſtar conformandas. Deinde cum tres implexæ fabulæ attribuerit conditiones, nimirum peripetiam, agnitionem, perpeſſionem; quid erat cur pulcherrimæ Tragœdiæ quam nexam ferè ſtatuebat, perſonas requirens, de illis perſonis dubitaret & quæreret, quæ ab aduerſa fortuna ad proſperam commigrarint? ſanè in iis perpeſſio eſt nulla: non igitur nexæ fabulæ erant idoneæ. Ad hæc falſum planè videtur viros probos & moderatos ſi a proſpera fortuna ceciderint in aduerſam, nec terribile gignere nec miſerabile. nam cur non ego qui mediocris probitatis aut improbitatis ſim (tales enim plerique ſunt ſpectatorum) non ſtatim timore afficiar, cum videam illum fieri calamitoſum quocum ipſe nullo modo probitate ſim comparandus? Profectò ſi improbus in aduerſam ceciderit fortunam, fieri quidem poterit vt ipſe non timeam, aut minùs timeam; ſed vt ex melioris hominis caſu non percellar, id verò fieri nullo modò poteſt. De miſericordia verò nihil attinet dicere. Quis enim non eius miſereatur, qui indignè & nullam ob culpam in calamitatem incurrat? qui cum probus ſit & moderatus, hunc præter culpam fieri calamitoſum neceſſe eſt. ſanè Virgilius non malus æſtimator rerum. Sinonem induxit, qui cum ſibi oratione integerrimos affinxiſſet mores, ſed tamen ſe calamitoſum oſtendiſſet, Priamum orabat vt ſui miſereretur.

*CONTROVERSIA. LVIII. De conſtitutione & perſonis optima fabulæ Tragicæ ac præſertim de probis quas timori & miſericordiæ ciendæ negat accommodatas. Dubitatur. I. II. III.*

*Miſerere (inquit) animi non digna ferentis.*

Lib. 2. An. ſentiebat enim eum planè dignum eſſe miſericordia, qui indignè afflictaretur. & ideo, miſericordiam excitauit ſtatim, ita vt qui rem cõmemorabat Aeneas, ſic ſtatim, pergeret,

331 *His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus vltrò.*

Vid. c. 11. in Maor. Græ. Quid plura? Ariſtoteles ipſe in ſecundo libro Rethoricorum cum data opera & de timore & de miſericordia diſputaret, ſtatuebat timorem ex ijs gigni quæ ſunt horribilia & vim perdendi habent: quæ ſanè maximè omnium in Tragicas calamitates cadunt. Neque verò mihi reſpondeat quiſpiam, timere homines impendens ſibi malum, non quod accidit Aen. lib. 3. alijs: nam idem Ariſtoteles fatetur ea etiam quæ alijs contingunt mala, & digna ſunt miſericordia a cæteris quippe horribilia pertimeſci. Sic Aeneas cum Polydori calamitatem agnouiſſet, horrore ac timore perculſus eſt; Itaque de ſe illud fatebatur.

*Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus.*
*Obſtupui, ſteterúntque comæ & vox faucibus hæſit.*

& rurſus Poëta cum Eurialus occidiſſet & a matre deploraretur, ſic pergebat.

*Hoc fletu concuſſi animi, metúsque per omnes*
*It gemitus; torpent infracta ad prælia vires.*

De miſericordia verò idem conſtat planiùs apud eundem Ariſtotelem, quàm vt longiùs Cap. 20. oporteat facere: quandoquidem Miſericordia (inquit ipſe) eſt ægritudo ſuſcepta ex opinione mali, quod ſiue interitum ſiue dolorem afferat ei qui fortuna illa ſit indignus. quid clarius, vt conſtet ex probi viri calamitate miſericordiam, Ariſtotele ipſo fatente, excitari vel maximè? Vt propterea mirum ſit Ariſtotelem hoc in loco negare non dubitaſſe ex probi viri calamitate nec terribile nec miſerabile excitari. Neque verò nõ videtur interim IV. Ariſtoteles perperam illos prætermiſiſſe homines, qui probi item ac moderati ſint, ſed ex aduerſa ad proſperam fortunam eleuentur. quid eſt enim cur requirat num improbi ſint idonei ſiue ab proſpera in aduerſam, ſiue ab aduerſa in proſperam migrent, de probis verò id tantummodo ſciſcitetur, cum incidant in aduerſam? præſertim verò quia ſi item è calamitate ad felicitatem euehantur, neque timori ac miſericordiæ ſit locus, neque purgationi quæ ijs motibus eſt propoſita. Denique quia calamitate ad fœlicitatem perueniunt viri probi, ij veriùs epico poëmati ſuppeditant argumentum quàm Tragico. Quare mi- V. rum eſt non hoc quoque hominum genus excludi a Tragico argumento. Denique non videtur in Tragœdiis inuſitatum, quin paſſim receptum vſitatúmque eſt, vt improbi homines a fœlicitate ad infœlicitatem deturbentur; huiuſmodi enim argumentis Tragœdiæ ſunt pleniſſimæ: ita vt quò magis ſæui & crudeles occurrunt homines ac propterea improbi, eò libentiùs excipiantur a Tragicis. Hinc Atrei, Medeæ, Meleagri & id genus alij: Reſpondetur. ita vt noſtrates huius generis argumenta ferè amplectantur. Hæc aduerſus Ariſtotelem. Ad primum. Sed reſpondeo. Declarauit quidem Ariſtoteles in particula LVIII. naturam tum ſimplicis fabulæ, tum implexæ, ſed tamen cum ſubinde ageret de peripetia & agnitione, quas addixerat implexæ, tandem in fine particulæ LX. ſignificauit pulcherrimam agnitionem eſſe ſimul cum peripeteia. Quapropter cum docuerit implexam fabulam non eſſe ſine agnitione aut peripetia aut vtrâque, ſequitur vt perfecta Tragœdia & pulcherrima eſſe non poſſit ſine agnitione & peripetia. iurè igitur ſumit hoc in loco pulcherrimam Tragœdiam eſſe debere implexam: vbi tamen non reijcit ſimplicem, ſed implexam anteponit: & hoc nomine alibi retinetur ſimplex, quod in ſecundis poſſit conſiſtere. Neque verò tam Ad ſecundum. dubitat Ariſtoteles aut requirit, num in optima Tragœdia fieri poſſit fortunæ cõmutatio ex aduerſa in proſperam, quàm id quod in ſuperioribus veluti incluſum erat, in apertum deducit: nimirum non conuenire cum optima Tragœdia, vt fiat talis commutatio. quod ſanè, quoniam loquimur de perfecta Tragœdia quæ requirit perpeſſionem, colligit optimè. Quanquam quid ſi quis quærat vtrum in ſimplici talis fieri poſſit commutatio, NVM in Fabula ſimplici fieri poſſit fortunæ commutatio ſine perpeſſione. quæ careat perpeſſione? ſanè hinc tum Tragœdiæ definitio obſtare videtur, quæ requirit 331 timorem & miſericordiam (hæc enim vbi in proſperam fiat commutatio non poſſunt non abeſſe) tum quia hîc ſcribit maximè omnium eſſe alienum a Tragœdia vt improbi ex infortunio migrent in proſperam fortunam: illinc reclamat, id quod paſſim dictitat Ariſtoteles, in Tragœdia, cui tamen metum & miſericordiã, quippe neceſſaria, in definitione attribuerat, mutationem fieri ſiue ex proſpera in aduerſam, ſiue ex aduerſa in proſperam. Sed hæc dubitatio ad eam pertinet. Controuerſiam in qua quæritur vtrum pro-

*Miſerere (inquit) animi non digna ferentis.*

Lib. 2. ſentiebat enim eum planè dignum eſſe miſericordia, qui indignè afflictaretur. & ideo,
Æn. miſericordiam excitauit ſtatim, ita vt qui rem cõmemorabat Aeneas, ſic ſtatim, pergeret,
331 *His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus vltrò.*

Vid. c. 11. in Mauor. Gra. Quid plura? Ariſtoteles ipſe in ſecundo libro Rethoricorum cum data opera & de timore & de miſericordia diſputaret, ſtatuebat timorem ex ijs gigni quæ ſunt horribilia & vim perdendi habent: quæ ſanè maximè omnium in Tragicas calamitates cadunt. Neque verò mihi reſpondeat quiſpiam, timere homines impendens ſibi malum, non quod accidit Aen. lib. 3. alijs: nam idem Ariſtoteles fatetur ea etiam quæ alijs contingunt mala, & digna ſunt miſericordia a cæteris quippe horribilia pertimeſci: Sic Aeneas cum Polydori calamitatem agnouiſſet, horrore ac timore perculſus eſt; Itaque de ſe illud fatebatur.

*Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus.*
*Obſtupui, ſteterúntque comæ & vox faucibus hæſit.*

& rurſus Poëta cum Eurialus occidiſſet & a matre deploraretur, ſic pergebat.

*Hoc fletu concuſſi animi, metúsque per omnes*
*It gemitus; torpent infracta ad prælia vires.*

De miſericordia verò idem conſtat planiùs apud eundem Ariſtotelem, quàm vt longiùs Cap. 20. opotteat facere: quandoquidem Miſericordia (inquit ipſe) eſt ægritudo ſuſcepta ex opinione mali, quod ſiue interitum ſiue dolorem afferat ei qui fortuna illa ſit indignus. quid clarius, vt conſtet ex probi viri calamitate miſericordiam, Ariſtotele ipſo fatente, excitari vel maximè? Vt propterea mirum ſit Ariſtotelem hoc in loco negare non dubitaſſe ex probi viri calamitate nec terribile nec miſerabile excitari. Neque verò nõ videtur interim IV. Ariſtoteles perperam illos prætermiſiſſe homines, qui probi item ac moderati ſint, ſed ex aduerſa ad proſperam fortunam eleuentur. quid eſt enim cur requirat num improbi ſint idonei ſiue ab proſpera in aduerſam, ſiue ab aduerſa in proſperam migrent, de probis verò id tantummodo ſciſcitetur, cum incidant in aduerſam? præſertim verò quia ſi item è calamitate ad felicitatem euehantur, neque timori ac miſericordiæ ſit locus, neque purgationi quæ ijs motibus eſt propoſita. Denique quia calamitate ad fœlicitatem perueniunt viri probi, ij veriùs epico poëmati ſuppeditant argumentum quàm Tragico. Quare mirum V. eſt non hoc quoque hominum genus excludi a Tragico argumento. Denique non videtur in Tragœdiis inuſitatum, quin paſſim receptum vſitatúmque eſt, vt improbi homines a fœlicitate ad infœlicitatem deturbentur; huiuſmodi enim argumentis Tragœdiæ ſunt pleniſſimæ: ita vt quò magis ſæui & crudeles occurrunt homines ac propterea improbi, eò libentiùs excipiantur a Tragicis. Hinc Atrei, Medeæ, Meleagri & id genus alij; ita vt noſtrates huius generis argumenta ferè amplectantur. Hæc aduerſus Ariſtotelem. Reſpondetur. Sed reſpondeo. Declarauit quidem Ariſtoteles in particula LVIII. naturam tum ſimplicis fabulæ, tum implexæ, ſed tamen cum ſubinde ageret de peripetia & agnitione, quas ad- Ad primum. dixerat implexæ, tandem in fine particulæ LX. ſignificauit pulcherrimam agnitionem eſſe ſimul cum periperia. Quapropter cum docuerit implexam fabulam non eſſe ſine agnitione aut peripetia aut vtrâque, ſequitur vt perfecta Tragœdia & pulcherrima eſſe non poſſit ſine agnitione & peripetia: iurè igitur ſumit hoc in loco pulcherrimam Tragœdiam eſſe debere implexam: vbi tamen non reijcit ſimplicem, ſed implexam anteponit: & hoc nomine alibi retinetur ſimplex, quod in ſecundis poſſit conſiſtere. Neque verò tam Ad ſecundum. dubitat Ariſtoteles aut requirit, num in optima Tragœdia fieri poſſit fortunæ cõmutatio ex aduerſa in proſperam, quàm id quod in ſuperioribus veluti incluſum erat, in apertum deducit: nimirum non conuenire cum optima Tragœdia, vt fiat talis commutatio. quod ſanè, quoniam loquimur de perfecta Tragœdia quæ requirit perpeſſionem, colligit optimè. Quanquam quid ſi quis quærat vtrum in ſimplici talis fieri poſſit commutatio, NVM in Fabula ſimplici fieri poſſit fortunæ commutatio ſine perpeſſione. quæ careat perpeſſione? ſanè hinc tum Tragœdiæ definitio obſtare videtur, quæ requirit
332 timorem & miſericordiam (hæc enim vbi in proſperam fiat commutatio non poſſunt non abeſſe) tum quia hîc ſcribit maximè omnium eſſe alienum a Tragœdia vt improbi ex infortunio migrent in proſperam fortunam: illinc reclamat, id quod paſſim dictitat Ariſtoteles, in Tragœdia, cui tamen metum & miſericordiã, quippe neceſſaria, in definitione attribuerat, mutationem fieri ſiue ex proſpera in aduerſam, ſiue ex aduerſa in proſperam. Sed hæc dubitatio ad eam pertinet. Controuerſiam in qua quæritur vtrum pro-

rit hoc tempore, argumentum ſuppeditare nequeunt. Quare ij optimæ Tragœdiæ erunt idonei qui inter probos atque improbos medij ſunt, ſeu non optimi ſunt aut peſſimi: quique in primis per errorem ſcelus aliquod admittunt & per ignorantiã. Hæc in propoſita Controuerſia. Nam quod rurſus eſſet diſceptandum, quid propriè ſignificet Ariſtoteli φιλάνθρωπον, quæue ſit propriè φιλανθρωπία, & ſi opportunè quidem hic quæreretur, attamen in particula nonageſimaquinta diſceptabitur opportuniùs. Nunc ſat ſit eam ſententiam quam interim arripuimus, eam eſſe quam commodè in hunc locum conuenire arbitramur. *De Philantropia, in alium locũ reijcitur dubitatio.*

# PARTICVLA LXVIII.

*Ὁ μεταξὺ ἄρα τούτων λοιπὸς. ἔστι δὲ τοιοῦτος, ὁ μήτε ἀρετῇ διαφέρων, καὶ δικαιοσύνῃ, μήτε διὰ κακίαν, καὶ μοχθηρίαν μεταβάλλων εἰς τὴν δυστυχίαν, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίαν τινὰ τῶν ἐν μεγάλῃ δόξῃ ὄντων, καὶ εὐτυχίᾳ, οἷον, Οἰδίπους, καὶ Θυέστης, καὶ οἱ ἐκ τῶν τοιούτων γένων ἐπιφανεῖς ἄνδρες.*

Reliqua eſt, vt ad hæc maximè idoneus quis habeatur, qui medius inter tales ſit. Is autem erit, qui nec virtute hoc iuſtiria antecellat, miniméque per vitiũ prauitatémque in ipſam infęlicitatem lapſus fuerit, verùm humano quodam errore ex magna quidem exiſtimatione atque fęlicitate; quemadmodũ Oedipus, Thyeſtes cæterique ex huiuſmodi generibus illuſtres viri. *Paccius.*

*Reliquus igitur eſt inter hos interiectus. Eſt autem talis, qui neque virtute præſtat & iuſtitia. Neque propter vitium & prauitatem mutatur in aduerſam fortunam, ſed propter errorem aliquem eorum, qui ſunt in magna exiſtimatione & fortunæ proſperitate, cuiuſmodi. Oedipus & Thyeſtes, & qui ex talibus familijs illuſtres viri ſunt.* *Riccobonus.*

COM. lxviij. 334 Xcluſis ijs perſonis, quæ minùs idoneæ ſint Tragicæ imitationi, præſertim vbi optima requiritur Tragœdia, eas in medium affert, quæ ſint idoneæ & accommodæ: atque illas planè eſſe ait, quæ inter excluſas ſint mediæ. Et rectè. cum enim etrema deflexerint ad vitium; quæ media ſunt, virtutis obtinere ſolent locum ac ſedem. Ne autem de iis ſuboriri dubitatio poſset vlla, declarat planiùs (ſi tamen rem non obſcuritate inuoluit dum eam videtur explanare) quæ tandem ſit ea quæ in medio relicta ſit perſona: atque ait eſſe eam, quæ neque virtute præſtet ac iuſtitia; neque propter vitium & prauitatem mutetur, & in aduerſam fortunam incidat. Vbi ſignificare videtur, nec excellenter iuſtum ac virtute præditum hominem eſſe idoneum & accommodatum Tragicæ imitationi; neque rurſus (quod tamen ſcrupulum iniicit non exiguum (qui prauitate non mediocri laboret; alioqin non ſatis aptè excluderet eum qui excellat probitate, ac medium induceret hominem. quanquam dum ait neque propter vitium & prauitatem mutatur & in aduerſam cadit fortunam, videtur non omnino excludere perſpectos improbos, dum tamen non propter vitium & improbitatem, ſed propter errorem aliquem incidat in calamitatem. quaſi verò hinc tacitæ dubitationi occurreret ſuborienti. qui enim improbos & nauiter improbos a Tragica excludis imitatione (nam de nauiter probis ac iuſtis non diſſẽtimus hoc tempore) cũ plerique improbi ſint ac ſceleſti, qui apud vulgatos Tragicos in aduerſam incidunt fortunam? videtur igitur Ariſtoteles hanc tollere dubitationem, *Colligit iã que perſonæ attribuẽda ſint Tragœdiæ præſertim optimæ.*

quia ſaltem non propter vitium & prauitatem, ſed propter errorem aliquem incidant in calamitatem. Quamquam licet non excellant iuſtitia & virtute, excellant tamen oportet, inquit, exiſtimatione, fortuna & authoritate, cuiuſmodi fuit Oedipus, Thyeſtes atque alij ex huiuſmodi familijs illuſtres & clari. Hæc Ariſtoteles: qui propterea grauem nobis obijcit Controuerſiam quam diſceptemus: nimirum NVM qui Tragicæ imitationi ſuppeditant argumentum, hos oporteat inter iuſtos & iniuſtos ſeu probos & improbos medium obtinere locum. multa enim ſunt, quæ nos reclamare cogant. Etenim iamdiu antea decreuit oportere Poëtam eos imitari, qui boni ſint aut mali, quique moribus hoc eſt (vt ipſemet interpretatur) vitioſitate & virtute differant, quique nobis aut meliores ſint aut peiores. qui igitur non ſecum ipſe mirificè pugnet, qui in præſentia iubeat vt ne virtute & improbitate laborent, ſed mediocritatem obtineant? Quin etiam tantùm abeſt vt qui mediocritatem obtineat, imitandus videatur, vt ægrè concedendum ſit hominem in mediocritate illa poſſe cōſiſtere; ita vt nec prauus nec improbus dici poſſit. Qua in re ad Ariſtotelem ipſum prouoco, qui in libris de moribus ſtatuit hominem poſt confirmatam ætatem vel propter habitum vel ſaltem propter actus, & ſi nondū ex habitu manent, bonum eſſe aut malum; ita vt populariter bonus aut malus habendus ſit. Et rectè. nam cum homo ea quæ propria hominis ſunt, electione gerat & conſilio, hæc proba aut improba euadant neceſſe eſt. Quid multa? in particula xv. docet eſſe neceſſarium vt agentes ſint aut probi, aut improbi: ac propterea probos aut improbos eſſe quorū actiones imitatur Poëta. Denique vbi ſint improbi (iat enim ſcio huc confugere aliquos ob non perſpicua Ariſtotelis verba) & tamen non propter vitium & improbitatem incidant in calamitatem, nō idcirco erunt idonei. nam etſi per errorem labantur, philantropon tamen & homini gratum eſt vt improbus in calamitatem incidat etiam ſi tunc non propter voluntarium ſcelus ſed per errorem incidat. Nam ſi quis dicat, iubere quidem Ariſtotelem, vt incidat quidem per errorem, non tamen concedere vt alioquin ſit improbus, iam id quod de viro probo dictum eſt, de hoc fermè enunciare licebit: nimirum hanc calamitatem, quoniam vir iſte non propter culpam in eam incidit, non debere philantropon nec miſericordiam aut metum, ſed potius ſceleſtum quid ſpirare. Idem dixerim ſi pugnes iſtos quos Tragicæ imitationi delegit Ariſtoteles, oportere ſpecie tantùm non re eſſe improbos (ſic enim fieri poteſt dum ſcelus aliquod admittunt) iam vbi ſpecie ſaltem credulitas illa appareat & improbitas, ij minùs erunt idonei. nam ad terrorem & miſericordiam impediendam perinde eſt videri probum atque improbum eſſe. Hæc ſunt quibus effici videatur homines Tragicæ calamitati deſtinatos perperam inter probos improboſque conſtitui. 335 Contra tamen tales eſſe debere, ſi perfecta Tragœdia fingenda ſit, videtur omnino Ariſtoteli concedendum. Nam vt qui excellat probitate in calamitatem incidat, non tam terribile ac miſerabile quàm ſceleratum (quantum tamen hic dictitat Ariſtoteles) ac nefarium videatur; & ad indignationem verius quàm metum & miſericordiam excitandam accommodatum. Contra verò ſi perſpectæ ſit improbitatis, voluptatem potius quàm miſericordiam huius gignat calamitas. Vt propterea mediæ virtutis ſeu conditionis requiratur perſona quæ in calamitatem incidat. At enim iſthæc iam antea dicta ſunt & confirmata; verùm ad oberſ[illegible] negotium faceſſunt argumenta. Fateor. Sed tamen illis occurrendum eſt. Ac primùm dum ſtatueret Ariſtoteles Poëtæ bonos aut malos, quique moribus, hoc eſt vitioſitate & virtute, differant, imitandos vniuerſim, non de Tragico ſigillatim loquebatur: atque eò ſpectabat vt hinc Poëſis formas diſtingueret. Itaque dum Comœdia deteriores, hoc eſt viles, Epopœia verò & Tragœdia meliores; hoc eſt præſtantiores, imitatur, id aſſequitur Poëta: tametſi interim populariter vitioſitas & virtus eſt vſurpanda; quia ſcilicet plebeij homines deteriora ſequuntur, præſtantes nobiliora: quo nomine aliquando Sophoclem Homero ſimilem iudicauit, quòd imitetur meliores; qui enim famam aſſequerentur, ij virtutem ſectari dicebantur, etſi alioquin vitijs aliquibus (id quod de Achille, Vlyſſe, Aiace, Oreſte, ſatis conſtat) eſſent obnoxij. Et hoc nomine Poëmatum formas diſtinguebat. Atque hoc etiam nomine rurſus agentes quos imitatur Poëta, probos eſſe iubebat, vel improbos: cum tamen in præſentia alio fermè virtutis genere, morali ſcilicet, ac iuſtitia inprimis & probitate, haud clarum eſſe velit eū in quem cadat calamitas: nec rurſus perſpectæ iniuſtitiæ & improbitatis, ſed mediocrem veluti ſtatū obtinere. Et hoc nomine in præſēs Ariſtoteles eos non perſpectæ eſſe

*CONTROVERSIA. LIX. AN qui inter probos atq. improbos ſtatuerētur, ij Tragicæ imitationi iurè ſuppeditent argumētum. Dubitatur. I. II. III. IV.*

*Ariſtotelis tamen ſententia retinetur comprobaturq.*

*Reſpondetur ad argumenta. Ad primū*

*Ad ſecundum.*

*Ad tertium.*

probi-

probitatis nec improbitatis ſint, inter probos & improbos medios collocat. tametſi alioquin homo vel habitu vel actibus probus ſit aut improbus, ſeu bonus aut malus. Atque hinc fit vt non propter vitium & improbitatem, præſertim inſignem, in calamitatem deturbari velit (id enim eſſet philántropon & ſpectatoribus gratum, ac propterea timorem ægrè, miſericordiam nullo modo, gigneret) ſed per errorem & imprudentiam, vnde non immeritò timor excitetur & miſericordia. Quo tempore, quoniam is egregiæ probitatis non appareat, aberit indignatio: ac rurſus, quoniam nõ appareret improbitas, nil eſſet cur talis caſus haberet philantropiam & gratus accideret ſpectatoribus. *Ad Quartum.*

# PARTICVLA LXIX.

*Ἀνάγκη ἄρα τὸν καλῶς ἔχοντα μῦθον, ἁπλοῦν εἶναι μᾶλλον ἢ διπλοῦν, ὥσπερ τινές φασι· καὶ μεταβάλλειν οὐκ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυσυχίας, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐξ εὐτυχίας εἰς δυσυχίαν· μὴ διὰ μοχθηρίαν, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίαν μεγάλην· ἢ οἵου εἴρηται, ἢ βελτίονος μᾶλλον, ἢ χείρονος.*

NEceſſe eſt igitur pulchram fabulam conſtare magis ex vno hoc genere, quàm ex duplici, vt nonnulli putant: cuius quidem ex miſeria ad fœlicitatem mutatio non fit: Sed contrà ex fœlicitate ad miſeriam, errore ſanè non leui, minimè verò
336 per dedecus, ex illo quidem virorum, de quo dictum eſt, genere: quódue potiùs ad meliores, quàm ad deteriores ſpectet. *Paccius.*

*NEceſſe enim eſt egregiè ſe habentem fabulam eſſe magis ſimplicem quàm duplicem vt quidam dicunt, & mutari non in proſperam fortunam ex aduerſa, ſed contrà ex proſpera in aduerſam, non propter improbitatem, ſed propter errorem magnum, aut talis perſona qualis dictum eſt, aut melioris magis, quàm peioris.* *Riccobonus.*

TRes ex dictis colligit ac nobis veluti ante oculos ponit Tragicæ fabulæ, ſed *τῶ καλῶς ἔχοντος, rectè ſe habentis* ac perfectæ, neceſſarias conditiones. Prima eſt vt ſit ſimplex potiùs quàm duplex: idque quantumuis aliqui præciperent aliter. Altera eſt vt fortunæ commutatio non ex infelici in fœlicem fiat ſtatum: ſed contrà ex fœlicitate in infœlicitatem. Tertia & poſtrema vt hæc commutatio fiat non propter eius qui in calamitatem incidit, improbitatem; ſed ob graue peccatum: ita nimirum vt non ab animi vitio & malitia ſed ab ignoratione & imprudentiæ errore proficiſcatur: ac ſummatim ei contingat perſonæ quæ nuper deſcripta eſt: vel quæ ſaltem inter meliores potiùs quàm inter deteriores videri poſſit reponenda. Hæc eſt loci huius ſumma. Nunc examinemus ſingula. *COMM. LXIX. Tria colligit ex dictis. I. II. III.*

Et ſanè quod pertinet ad primum, res habet tripartitam difficultatem. Prima eſt quia dum ait eſſe neceſſarium vt fabula ſit ſimplex potiùs quàm duplex, tacitè ſaltem admittit non ſimplicem atque adeò duplicem fabulam: licet enim hæc in ſecundis aut in tertijs eſſet collocanda, cum vnam ſimplicem faciat optimam, admitteretur tamen. nam ſi non ſit admittenda, nihil erat cur iuberet vt eſſet ſimplex potiùs quàm duplex: ſed planè iubendum vt omnino eſſet ſimplex. Ex quo fit vt non *ἀνάγκη ἄρα, neceſſe eſt igitur*, fuerit dicendum, ſed potiùs conuenit & expedit vt ſit ſimplex. Nam ſi dicas neceſſe ait eſſe vt ſit ſimplex non duplex, vt rectè ſe habeat & ſit perfecta, non autem ſimpliciter & vniuerſim, rurſus contendam dicendum fuiſſe omnino neceſſe eſt vt perfecta fabula ſit ſimplex, non ſimplex potiùs quàm duplex. Deinde videtur Ariſtoteles ſecum ipſe pugnare quandoquidem in particula LVIII. & quatuor ſequentibus viſus eſt perſpicuè ſtatuere implexam fabulam ſimplici anteponendam eſſe. Et idcirco etiam in particula LX. concludebat pulcherrimam agnitionem nequaquam eſſe ſine peripetia. hinc enim fit vt ſi peripetia im- *De primo, quod eſt de fabula ſimplici. Dubitatur I. II.*

plexæ tantum conueniat fabulæ, hæc vna ſit perfecta. Quid plura? in particula LVI. ita per-
III. ſpicuis verbis docuit: Tragœdiæ compoſitionem, ſi tamē pulcherrima futura ſit, ſimplicē
eſſe debere, vt nihil clarius. Atque hinc eſt vt dum indicat id quod de ſimplici ſtatuit fabu-
la, ex dictis ſe colligi & deriuari (idcirco ideo ait ἀνάγκη ἄρα *neceſſe eſt igitur*) non ſibi conſtet,
cum ex dictis contraria ſententia eliciatur quidem, nimirum implexam non ſimplicem
Reſpondetur. eſſe perfectam præſens hæc, nullo modo. Verum dubitatio prima tolli fortaſſe poterit ſi
Ad primū dicamus Ariſtotelem eo loquendi modo vti, quia cum aliqui, vt ipſe hoc eodem in loco
indicat, duplicem fabulam anteponerent ſimplici, (haud enim inficias iverim duplicem
interim quoquo modo admitti ſeu in medium afferri) ſibi quidem ſimplex potiùs dupli-
ci anteponenda videretur. ita vt dixerit μᾶλλον vt ſignificaret contrariam potiùs quàm vul-
gatam ſequendam eſſe ſententiam: quaſi diceret; neceſſe eſt potiùs vt quæ benè ſe habet fa-
bula, ſit ſimplex, quàm neceſſe ſit vt (quod alij ſentiunt) ſit duplex. Vt omittam non ſum-
mo quodam rigore æſtimandas interdum voces, & tanquam ad libram aut perpendiculū
reuocandas: ſed more maiorum, præſertim in Rhetorum puluere, vſurpādas; ita vt omni-
no ſtatuēdum ſit perſpectæ (perfectæ inquam) Tragœdiæ fabulam oportere eſſe non du-
plicem ſed ſimplicem. Niſi fortè ita locutus eſt Ariſtoteles vt indicaret aliquando contin-
gere poſſe vt duplex fabula alioquin talis ac tanto conſtet artificio atque omnibus explea-
tur numeris, vt rectè habere & perfecta cenſeri poſſit: quaſi verò communiter ac gene-
tim propemodum neceſſe ſit vt perfecta ſit ſimplex: cum tamen interdum contingere
poſſit vt fortè duplex aliqua accidat iucundiſſima & præclariſſima iudicetur. Simplex au-
Ad ſecundum. tem hoc in loco non ea vocatur ab Ariſtotele quæ tādem nodo, præſertim arctiſſimo, ca-
ret ac ſimplicem in modum veluti fluit, hoc eſt ſine peripetia & agnitione: nec habet dubi- 337
tam fortunæ commutationem (hanc enim fateor implexæ & oppoſuiſſe & poſthabuiſ-
ſe) ſed in qua non multæ actiones peraguntur, ſeu non plures fiunt fortunæ commutatio-
nes, ſed vnica peragitur actio, vna fit fortunæ commutatio. Itaque hic duplicem cui oppo-
nit ſimplicem, appellat eam in qua fabula ſiue actio non habet vnicam fortunæ commu-
tationem aut non eſt vnigena (ſiue implexa ſit ac perdifficili adſtricta nodo, ſiue aliter ha-
beat) ſed multiplex eſt ac varia, quemadmodum exemplis (habet enim varietatem aliquā
& obſcuritatem) declarabitur non multò poſt. Ita ſanè cum ſimplicem hic non implexæ
opponat fabulæ ſed multigenæ, non ſecum ipſe pugnat. Nam ſupra improbauit vel poſt-
habuit ſimplicem quæ opponitur nexæ, nunc probat & anteponit ſimplicem quæ oppo-
nitur duplici. Et hinc licet tertiam quoque diluere dubitationem. Cum enim in particu-
Ad tertium. la L. docuerit præclaram fabulam vnigenam eſſe debere, quid ni hinc efficiat multigenam
eſſe ſimplici hoc eſt vnigenæ poſthabendam? Igitur ex dictis id quoque colligitur, ita vt iu-
re eo loquendi genere vtatur, *neceſſe eſt igitur*. Quanquam illud obijcias: fabulam ſimplicē
Dubitatur rurſus. I. quæ videlicet vnicam planè habeat fortunæ commutationem, nullo modo aut ſaltem æ-
grè concedi poſſe aut in Poëtis reperiri. Siquidem apud Tragicos ſic a fœlicitate ad calami-
tatem deturbari ſolet quiſpiam (quamquam raro admodum contingit vt vnus tantum
deturbetur; vt multi ac varij, ſæpiſſimè) & progredi, vt alter inde ad proſperitatem eueha-
tur. Sic Turni calamitatem, Aeneæ, Ilij excidium, Græcorum, Procorum mortem, Vlyſ-
ſis, conſequitur fœlicitas. Sic fermè in Comœdia, vbi æmulus æmulum ſic eludit, vt nu-
ptijs vnus & optato bono fruatur, alter fruſtretur paſſim. Denique in Tragicis fabulis Ty-
rannorum cædes aut calamitas interficientium odientiúmve parit lætitiam. Vt propterea
II. quæ fortunæ commutatio hunc efficit miſerum, illud reddat fortunatū. Sed fac ſimplex
hoc eſt vnigena quæque vnius tantùm fortunæ commutationem habeat, reperiri poſſit
fabula: at hæc quò ſimplicior eò languidior & ob rerum ſimilitudinem ad ſatietatem gi-
gnendam procliuior: ita vt vel fingi haud poſſit ſimplex fabula iſta & vnigena: vel ſi finga-
tur, poſthabenda ſit duplici, quæ varietate occurrit ſatietati ac delectationem affert ma-
Reſpōdetur vtraq. dubitatione ad Controuerſiam reiecta. gnam. Sed de vtràque hac dubitatione, quoniam vtraque eſt grauiſſima, prout opus fuerit
in Controuerſijs. Nunc ne Ariſtoteleæ orationis filum minus opportunè interpellare vi-
dear vel abrumpere, reliquas conditiones & ſi quid præterea opus fuerit explanemus,
tum ad Controuerſias.

De ſecundo hoc eſt de fortunæ cōmutatione. Ergo ad ſecundam conditionem deuenio, in qua ſtatuitur in Tragœdia fortunæ com-
mutationē eā eſſe debere vt non ex calamitate in proſperitatem, ſed contra ex proſperita-
te in calamitatem, ſeu ex fœlicitate in infœlicitatem ſit facienda. Et ſanè cum Comœdiæ
proprium videatur vt quis ex aduerſo in proſperum demigret ſtatum. Tragœdiæ illud

etur

erit largiendum vt contrarios imitetur euentus. Adde quod Tragœdia per miſericordiam & metum purgat animos, ita vt ad metum & miſericordiam excitandam calamitoſi euentus afferendi ſint. Sed de hac quoque re, quoniam ſuas habet ſalebras, copioſiùs paulò poſt. Quod ſi huc ea recurrat dubitatio, non poſſe quempiam calamitoſum fieri quin contra proſperitas aliqua ſuccedat alteri (Oedipus enim ſic fit calamitoſus vt Vrbs ſoluatur peſtilentia: idem de Thyeſte atque Atreo, de Medea & Iaſone ac ſexcentis alijs) de re hac tota item paulò poſt. Venio ad tertiam in qua ſanè dum ſtatuit Ariſtoteles oportere non per improbitatem ſed per ignorationem peccari ab eo qui incidat in calamitatem, ac ſummatim graui errore aliquo huc impelli ac labi, id ſanè videtur ab œconomia veterum Tragicorum magna ex parte abhorrere. Etſi enim Oedipum, ac paucos huiuſmodi alios offendas qui per errorem delapſi ſint ad calamitatem; veruntamen Atrei, Iaſones, Polymeſtores & ſexcenti alij per ſummam improbitatem in calamitatem inciderunt. Sed de hac quoque re aliquid infrà. Nunc ſat ſit monuiſſe hac planè de cauſa videri Ariſtotelem addere ſaltem curandum vt ſi non per ignorationem & grauem huiuſmodi errorem fiat miſer, ac ſummatim non is ſit qui medius planè inter probitatem & improbitatem occupet locum; at certè potiùs ad probitatem deflectat quàm per ſummam improbitatem calamitoſus euadat. Ac rectè. cum enim vbi improbus fingitur, metus non magnopere excitetur, multò minùs miſericordia; peruidendum eſt vt ſaltem ad probitatem magis quàm ad improbitatem deflectat vt miſericordia excitetur ac metus. Hæc ad extremum Ariſtoteles. qui ſanè vt id confirmet quod præceperat, ſic pergit.

338

*De tertio, hoc eſt de perſona optima Tragœdiæ.*

---

# PARTICVLA LXX

Σημεῖον δὲ καὶ τὸ γιγνόμενον. πρῶτον μὲν γὰρ οἱ ποιηταὶ τοὺς τυχόντας μύθους ἀπηρίθμουν· νῦν δὲ, περὶ ὀλίγας οἰκίας αἱ κάλλισται τραγῳδίαι συντίθενται. οἷον περὶ Ἀλκμαίωνα, καὶ Οἰδίπουν, καὶ Ὀρέστην, καὶ Μελέαγρον, καὶ Θυέστην, καὶ Τήλεφον, καὶ ὅσοις ἄλλοις συμβέβηκεν ἢ παθεῖν δεινὰ, ἢ ποιῆσαι.

HVius autem rei indicium ſit vſus. etenim iam inde ab initio Poëtæ quaſcunque nacti eſſent fabulas, admittebant: nunc autem pulcherrimæ circa paucas omnino familias componuntur: vt ſunt Alcmæonis, Oedipodis, Oreſtis, Meleagri Thyeſti, Telephi, cæterorumque generis huiuſmodi quibus vel facinora quidem grauia perpetraſſe, vel ipſos tuliſſe contigit. *Paccius.*

*Signum autem eſt etiam id, quod obſeruatur. Nam antea quidem poëtæ quaslibet fabulas enumerabant: nunc verò circa paucas domos pulcherrima componuntur Tragœdia, vt circa Alcmæonem, & Oedipum, & Oreſtem, & Meleagrum & Thyeſtem, & Telephum & quibuſcunque alijs contingit aut atrocia pati, aut facere.* *Riccobonus.*

COM. LXX.

QVas in ſuperiore particula retulit noſter Author optimæ Tragœdiæ leges ſeu conditiones, hæ perſpicuè videri poſſunt. Etſi enim adhuc ſit diſceptandum num excipiendæ ſint ac probandæ, veruntamen quid in ea docuerit compertum eſt. niſi tamen illud vnum hærentes nos adhuc habeat quod pertinet ad ſimplicem fabulam ac duplicem. nam conſtat quidem hîc ſimplicem non implexæ opponi ſed duplici, ac proptereà de ſimplici & duplici fabulæ conſtitutione loqui Ariſtotelem, ſed tamen quæ planè ſit ſimplex fabulæ conſtitutio, quæ duplex, habet non exiguam dubitationem cum dubitari poſſit num duplicẽ appellet in qua hinc vnus in calamitatem, illinc alter ad fœlicitatẽ, demigrat: an verò in qua non vnus ſed multi, iique diſtinctis ac varijs caſibus, calamitoſi efficiuntur: an denique vtrunque iſtud genus fabulæ duplicis ſit conſtitutionis; ſimplex quod vni aut alteri opponitur. De qua tamen re infrà copioſè vt ne quid obſcurum relinquatur. Quod *Superioris loci Sũma.*

vtinam

vtinam præſtare liceret in preſenti particula. Siquidem conſtat quidem probationem
*Præſentis obſcuritas: in qua conſuluntur prius interpretes.* hic duci a ſigno quodam (ideo enim pergit *ſignum autem eſt quod ſit*) verùm an tres illas 339
omnes quas commemorabam præclaræ Tragœdiæ leges ſeu conditiones, an vnam &
alteram, vel vnam tantùm, confirmet, & quomodo confirmet, obſcurum: idque eò
magis quòd exempla quibus vtitur Ariſtoteles, ex Tragœdijs ducuntur quas pleraſque
amiſimus, ita ut ægrè tenebras depellere liceat. Et ſanè
*Vtinenſis.* Vtinenſis exiſtimauit hic probari ea omnia quæ ante dicta ſunt; ſic enim ſcribit *Probatio eſt eorum omnium, quæ ante dicta*
*ſunt, pulcherrimas ſcilicet eſſe Fabulas Tragicas, quæ eas recipiunt actiones, ac perſonas, quæ propriùs* par. 135
*Madius.* *accedunt ad meliores quàm ad deteriores.* Vbi ſine dubio per actiones & perſonas tres illas
conditiones intelligit. Sed tamen pergens, nullo modo indicat qui tandem conditiones iſtæ comprobentur ex hoc loco. Madius contrà vltimam conditionem
hic confirmari exiſtimat: nam a bonorum poëtarum vſu ait ſignum afferri, oportere
perſonas medias, vel propriùs ad meliores quàm ad deteriores, ad fabulam referri. tametſi ſtatim mutat ſententiam, indicátque pertinere ad actiones quoque: ídque exemplis etiam doceri. quanquam qui vel de perſonis vel de actionibus id doceamur non
*Victorius.* explicat. Victorius autem, etſi ita primùm inſinuat ſeſe hoc in loco in authoris conſilium, vt omnino videatur deſcendere in priorem Madianam ſententiam, tamen paulò Pag. 125
poſt, quaſi velum conuertens, in Vtinenſis opinionem videtur delabi, nam ſic ſcribit. *Nota igitur, inquit, huius rei, & quòd ea quæ tradidi vera ſunt: neque enim puto Ariſtotelem tantùm confirmare voluiſſe quod extremum præceperat, ſed cuncta, quæ ad idoneam perſonam captandam faciunt.* Qui tamen, cum aliorum taciturnitati occurrendum eſſet, ac docendum
quæ aut quomodo ſuperioris particulæ conditiones confirmentur, aliò dilabitur ſtatim.
*Alexander Riccobonus.* Denique cum hic ſuam conferre induſtriam debuiſſet Alexander (quaſi enim Triarius pa. 65. p.
rebus magis arduis occurrere ſolet doctus hic Author) præter morem ſilet altiùs. Nam
de Riccobono nihil attinet dicere. etſi enim ſcribit hic planè, *Ac requiri talem mutationem ex poëtarum probatur conſuetudine, cum, qui eam ad Tragœdiarum conſtitutiones maximè accommodatam in paucis familijs obſeruauerint, de illis tantùm pulcherrimas Tragœdias compoſuerunt;*
ita vt ad ſecundam conditionem comprobandam referre videatur hanc particulam, tamen vbi res eſſet explicanda, pumice eſt aridior; quin ſtatim aliò paraphraſim conuertit ſuam. Itaque (vt dicere cœperam) res in magna obſcuritate verſatur. Quæ indè etiam
magnopere augetur, quia dum illud ſaltem videri poſſet minùs obſcurum relinqui, vi-
*Propoſitæ obſcuritatē augeri adhuc.* delicet ſecundam conditionem hinc vel vnam vel maximè confirmari (quæ enim hic referuntur exempla, calamitoſum euentum habent omnia, & qualem ſecunda præſcribit
lex) ecce tibi Ariſtoteles, qui ait hos omnes quorum protulit exemplum, aliquid atrox &
graue vel perpeſſos eſſe, vel patraſſe. Et tamen qui patrarunt & alijs atrox aliquid intulerint malum, non ſunt ad rem. Siquidem in ſecunda conditione requiritur vt quis patiatur & calamitoſus fiat; eius qui calamitatem infert, ratio habita eſt nulla. Vt omittam hunc ad gignendam miſericordiam ac ſummatim Tragœdiæ fini non ſeruire. Neque verò ſatis huic medentur malo qui ad eos confugiunt, qui in ſeipſos patrant mala,
cuiuſmodi fuit Oedipus aut Iocaſta; nam ij perpeſſi ſunt etiam ac propterea in calamitatem perinde ac cæteri demigrant, ita vt facientes perpetientibus non neceſſe eſſet opponere. Multò verò minùs audiendi ſunt qui pati ac facere pro patientibus tantùm accipi
iubent. Fortaſſe igitur Ariſtoteles dixit, *aut feciſſe*. quia licet præceptum pertineret ad
eos qui paſſi eſſent, attamen quia Tragœdiæ aliquæ inſcribuntur interdum ab eo qui intulit detrimentum, placuit prouocare non ſolùm ad eas Tragœdias quæ a perpetientibus verùm etiam ab inferentibus accepiſſent nomen. Et ſanè quemadmodum verbi
gratia Electra Tragœdia apud Sophoclem inſcribitur ab Electra, quæ tamen non Electræ ſed Aegiſti & Clytemneſtræ continet calamitatem, Medea verò apud Euripidem
Medea nuncupatur quæ non ipſius Medeæ ſed Iaſonis, Glaucæ & filiorum clauditur nece; ſic ſi quæ Tragœdiæ extabant quæ calamitoſum finem referrent, atque optimæ conſtitutionis eſſent, & tamen non ab eo qui in calamitatem inciderent, appellarentur, ſed
ab inferente, harum ſanè rationem haberi iubet; nam alioquin præceptum, in eum cadat oportet ex quo metus gignitur ac miſericordia. Et quamuis nihil prohibet interim
quominus is qui per imprudentiam atque adeò inuitus vxorem aut liberos verbi gratia
enecet, aut aliud atrox facinus patret; ac propterea indoleat & crucietur; metum ſpectatoribus afferat ac miſericordiam, niſi tamen aliquid ipſimet contingat calamitoſum vn-

de

ac per ſe ipſe, non alienam ob calamitatem, afflictetur, non is erit vnde metus excitandus eſt aut cienda miſericordia. Sed tum poſtremæ huius dubitationis, tum cæterarum quæ paulò ante ſeſe in hac eâdem particula offerebant, tenebris diſpellendis, lux, vt ſpero, aliqua ſuborietur in particulis proximè inſequentibus ad LXXVII. vſque.

# PARTICVLA LXXI.

*Η μὲν οὖν κατὰ τὴν τέχνην καλλίστη τραγῳδία ἐκ ταύτης τῆς συστάσεώς ἐστι. διὸ καὶ οἱ Εὐριπίδῃ ἐγκαλοῦντες τὸ αὐτὸ, ἁμαρτάνουσιν. ὅτι τοῦτο δρᾷ ἐν ταῖς τραγῳδίαις καὶ πολλαὶ αὐτοῦ εἰς δυστυχίαν τελευτῶσι. τοῦτο γάρ ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται, ὀρθόν. σημεῖον δὲ μέγιστον, ἐπὶ γὰρ τῶν σκηνῶν, καὶ τῶν ἀγώνων τραγικώταται αἱ τοιαῦται φαίνονται, ἂν κατορθῶσι. καὶ ὁ Εὐριπίδης, εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται.*

ERit igitur pulcherrima illa Tragœdia, quæ ex huiuſmodi compoſitione conſtiterit. Quamobrem illi quidem decipiuntur ob id ipſum, quo euripidem damnant, vt qui in Tragœdijs ſuis illud obſeruet, earúmque plures in infœlicitatem terminentur, id quod omnino, vt diximus ex arte eſt. Argumento verò illud ſit maximo, quòd in ſcœnis, atque adeò in certaminibus, hæ, ſi rectè recitentur, maximè quidem Tragicæ apparent: Euripidéſque ipſe tametſi aliqua parùm rectè diſpenſet, omnium tamen Poëtarum maximè Tragicus videri poteſt. *Paccius.*

*AC ſecundùm artem quidem pulcherrima eſt Tragœdia ex hac conſtitutione. Quare & errant, qui accuſant Euripidem in eadem re, quòd hoc faciat in Tragœdijs, & multa ipſius in aduerſam fortunam terminent. Id enim rectum eſt, vt diximus. Ac ſignum maximum eſt, quòd in ſcenis & certaminibus tales maximè apparent Tragicæ, ſi rectè dirigantur; & Euripides quamuis alia non benè diſponat, hac tamen in parte inter Poëtas maximè apparet Tragicus.* *Riccobonus.*

COM. LXXI. COncludit pulcherrimam Tragœdiam, quæ ſcilicet ex Artis præceptis conflata ſit, eſſe illam cuius conſtitutio talis ſit qualis deſcripta eſt: quæ nimirum ſimplicem habeat conſtitutionem, & a fœlicitate in fœlicitatem progrediatur, & ita progrediatur vt non per improbitatem ſed per imprudentiam & errorem is peccauerit qui in calamitatem incidat: cum alioquin nec improbus nec omnino probus eſſet, ſed potiùs inter probos atque improbos mediocritatem retineret. Cum autem reprehenderetur Euripides quòd pleræque illius Tragœdiæ calamitate terminarentur, ac propterea Ariſtoteles qui pulcherrimas Tragœdias non quidem fœlicitate ſed calamitate terminari iuſſerat, eodem poſſet nomine inſimulari; ecce tibi Euripidem ac proinde ſe quoque ipſum defendit noſter Author: nec defendit ſolùm, verùm etiam in aduerſario crimen conuertit. Ait igitur decipi illos qui Euripidem eo nomine inſimularent, quòd pleræque illius Tragœdiæ calamitate concluderentur, ac propterea Tragœdiam fœlicitate iuberent terminari. Neque enim ſpan (inquit Ariſtoteles) hoc eſt rectum videri debet ſeu cum ratione conſentit, vt actio Tragica niſi calamitate & infœlicitate finiatur. Quam ſententiam etſi teſtata videri poſſet, quòd ars ipſa, quemadmodum ſignificauerat, & ratio Tragica id poſtularet, calamitoſúmque finem requireret (nam ad metum & miſericordiam cien-

341

*Concludit ac docet quæ ſit aptiſſima Tragœdia.*

*Euripidem ſeq. item ipſum defendit dum calamitoſum Tragœdiæ tribuunt finem.*

ciendam talis requiritur fortunæ commutatio) inde tamen confirmat, quia in ſcenis ac
publicis ſpectaculis vbi Tragicis certatim ſpectaculum darent, hæ actiones, Euripideo
ſcilicet more finientes, τραγικώταται hoc eſt Tragicæ arti maximè omnium conſentaneæ
(quanquam de huius notione vocis paulò poſt explicatiùs) cenſerentur ſeu viderentur;
ſi tamen (ſubdit) *κατορθῶσι recte peragerentur, ſeu dirigerentur*, quod videtur addere, quia va-
riari adhuc poſſent aliunde: vt non bona recitatione aut etiam præpoſtera loci compo-
ſitione incompoſitoque apparatu: ita vt minùs iucundæ auribus oculiſve acciderent. At-
que hinc factum eſt (ſubdit Ariſtoteles) vt Euripides quantumuis cætera non commo-
dè ſanè texeret atque diſponeret, τραγικώτατος, Tragicorum (inquam) optimus vel po-
tiùs, ſæuis rebus & calamitoſis imitandis ac timori miſericordiæque (id enim Tragicum
*CONTROVERSIA. LX.* decet) ciendæ idoneus ac veluti fictus (quam ſanè ei laudem triſtium actionum exitus
conciliabant) videretur. Hæc ni fallor eſt germana huius loci ſententia & vis. Tametſi
*Num quæ* multa ſunt quæ me eam hîc Controuerſiam excitare cogunt; Num rectè Euripidem
*ab Ariſto-* ſéque ipſe defendat interim Ariſtoteles; ſeu Num quæ aut Ariſtoteles pro ſua Euripi-
*tele pro ſua* deáque ſententia dixit, aut nos ad eam explicandam diſſeruimus, probanda ſint. Ac pro-
*Euripid. ſq.* fectò qui fieri poterat vt τραγικώτατος appareret Euripides; cum tamen (id quod apertè
*ſententia di-* ſatis teſtatus eſt) reprehenderetur & in ipſa Tragœdiæ conſtitutione, quæ caput eſt ac
*cta ſunt re-* vertex, reprehenderetur? Imò verò cum id in quo ex Ariſtotelis ſententia dignus
*ctè explica-* erat laude, vulgo inſimularetur; in cæteris autem vel omnibus vel pleriſque mi-
*ta, vel etiã* nùs probanda eſſet eius induſtria (nam id quoque perſpicuis verbis teſtari viſus eſt dùm
*probanda ſint.* diceret τὰ δ᾽ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομῇ) qui tandem τραγικώτατον ſe ſe oſtendit? Quanquam (vt pedem
*Dubitatur.* tantiſper referam, & quæ priùs hac in re ab Ariſtotele ſtatuuntur, expendam) illud etiam
I. dubitatur. quid planè ὀρθὸν ſeu rectum appellet, dum id rectum eſſe ait quod in Tragœ-
II. dijs facit Euripides. Nam ſi dicas nihil eſſe quod dubitemus ſignificare (id quod ſubij-
cit etiam) calamitoſum exitum & infœlicem; quia nimirum rectum ſit & ratio ipſa po-
ſtulet vt calamitoſo exitu Tragica concludatur actio, iam (ne id temerè ſtatui videatur)
huius rei ratio ſeu cauſa proferenda eſſet nam ſi quis rationem ex fine ducat, quia ſcilicet
metus & miſericordia ſint excitanda: calamitoſus verò finis id præſtet; adhuc licebit ſci-
ſcitari, cur metus & miſericordia potiùs quàm aliæ affectiones excitandæ ſint in Tragœ-
III. dia. Certè alias affectiones multas vtiliter in homine excitari, multas etiam vtiliùs com-
peſci, non eſt quod dubitemus. Sed & illud explicandum erat hoc in loco, quid ſit re-
ctè dirigi Tragicam fabulam? in ſcenis enim ac certaminibus τραγικώταται apparent Eu-
IV. ripidis fabulæ, τὰ δ᾽ ἂν κατορθῶσι ſi rectè dirigantur, inquit Ariſtoteles, quod tamen varias 342
ſententias peperit. Denique quid eſt id quo ab Ariſtotele ipſo reprehenditur Euripides
cum ſcribit τὰ δ᾽ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομῇ cætera, inquam, non benè diſponere & adminiſtrare?
Sanè hinc videretur colligendum Euripidem, calamitoſo excepto exitu vnde τραγικώ-
V. τατος apparet, in Tragœdia peccare omnia: quod tamen de tam illuſtri Tragico vix cre-
di poſſit. Quibus omnibus illud etiam addiderim, mirandum læti finis Tragœdias exta-
re ex Euripide, qui Archelao vt de ſe Tragœdiam ſcriberet poſtulanti, apage, reſpondit,
vt de te exiſtat Tragœdia. Si enim infœlicem planè Tragœdiæ exitum reputabat (id
VI. enim eius indicat reſponſum) læti euentus Tragœdias cur dederit aut etiam dare potue-
rit, non video. Hæc ſunt quibus totus hic locus perturbari videtur. Vt omittam id quod
pertinet ad Tragicæ fabulæ exitum; de quo alibi eſt diſputandum. Nam calamitoſo fine
concludendam eſſe Tragœdiam (atque hinc etiam laudat Euripidem) Affirmat quidem
Ariſtoteles, probat etiam ſigno obſcuro ſatis & controuerſo, ratione, quæ ſanè in re tam
graui afferenda erat, confirmat nullo modo. Sed iam agedum excitatas haſce turbas
*Reſpondetur.* compeſcamus. An igitur dicendum eſt τραγικώτατον vulgò habitum, quòd vulgus, vno
excepto calamitoſo exitu, nihil non probaret in Euripide? ſanè hoc pacto in ſpectaculis
*Ad I.* par eſt vulgo eius induſtriam probatam, ita vt τραγικώτατος diceretur. Neque enim id
vetat quòd Ariſtoteles contra opinetur. & in calamitoſo fine illum laudet, cætera vnde
τραγικώτατος dictus eſſet, reprehendit, ſi tamen omnia reprehendit: nihil enim prohibet
vulgi opinionem ab opinione ſapientum differre. Adde quòd cum læti quoque exitus
Tragœdias dediſſet Euripides, ac propterea nil ſupereſſet quod vulgo in hoc Tragico
interdum non probaretur, nil mirum ſi τραγικώτατος haberetur. Quanquam quoniam
ab Ariſtotele reuera ex propria ſententia τραγικώταται dicuntur Euripidis Tragœdiæ, ſed
ob

ob exitum calamitoſum, & hoc vno nomine *τραγικώτατον* apparere ait(cætera enim fatetur ab eo non probè diſponi ) libenter ſtatuerim *τραγικώτατον* hoc in loco valere non Tragicorum Principem eſſe aut haberi, vel quaſi Tragicum optimum laudari, ſed maximè idoneum ac veluti fictum ad metum & miſericordiam excitandam, quod ſæuum aliquid ac mœſtum requirit & perpeſſione cumulatum. id enim Tragicum dici ſolet, ac ſæuum quid Tragico more ſpirare. & ideo infra quod ſit *ἀπαθὲς* & perpeſſione careat, id Tragicum eſſe negat: Tragicum contra quòd perpeſſionibus & malis refertum ſit. Denique ſicut in ſequenti particula id reputat Comicum quod lætitiam afferat & fœlicem
exitum, ita Tragicum in præſens vocat quod calamitoſum ſit & incutiat metum. Cur *Ad ſecundum.*
autem in Tragœdia metus & miſericordia ſint excitanda potiùs quàm cæteræ affectiones, tametſi aliæ affectiones multæ vtiliter in homine excitentur compeſcantúrve, non eſt quod in præſentia diſputemus. Sed potiùs ea ſunt conſulenda quibus grauem illam Controuerſiam explanauimus in qua quæſitum agitatúmque eſt cur tandem & qui per miſe-
ricordiam & metum animos purget Tragœdia, ibi enim quæ huc reccurrit dubitatio, *Ad tertiũ*
Part.76 explanatur vniuerſa. Rectè autem cætera dirigi cenſet Ariſtoteles, vel quia(vt paulò ante dicebam)vitiari aliunde poſſit recta fabula, vt non bona recitatione aut incompoſito apparatu vel quia fabula, quæ alioquin exitum calamitoſum haberet & infœlicem fortunæ commutationem, dictione, ſententia, moribus, longitudine quoque & breuitate peccare adhuc poſſet. Quanquam illud, *ſi rectè dirigantur*, ſigillatim videtur pertinere tum ad hiſtrionum diligentiam, tum ad eius maximè qui recitationi & actioni præeſt, induſtriam & curam. Plurimùm enim conducit vt actio ab induſtrio viro regatur, & hiſtriones accuratè inſtituantur vt muneri quiſque ſatisfaciat ſuo. præſertim verò quia multa ſunt in dramate quæ agenda ſunt potiùs quàm dicenda: ita vt hac etiam de cauſa magnam induſtriam & in hiſtrionibus & in eo qui illos inſtituat, requirant. quare non
143 placet Victorij Interpretatio, qui *ἂν κατορθῶσι* vertit, *ſi euentum bonum habuerint* potiùs enim *Ad quartum.*
vertendum erat *ſi rectè dirigantur ſeu adminiſtrentur*. Ideo autem Euripides dicitur ab Ariſtotele *τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ*, quòd non rectè partes necteret digereretve. Vt enim qui domum adminiſtrat, ſi res non probè diſponat male *οἰκονομεῖν* dicatur ſic Tragicus qui non recto ordine fabulæ nectat diſponátque partes. Denique licet non pauca inuenias vitio verti huic Tragico(Pollux enim in choro interdum, &, vt cæteros taceam, in decoro & veriſimili, illum reprehendit: Ariſtoteles ipſe ridicula cenſet ea quibus Alcmæonem ad
marrem adducit perimendam) interim tamen partium collocationem & œconomiam *Ad quintũ.*
ſigillatim improbare videtur Ariſtoteles. Propterea verò Euripides illud Archelao reſponſum dedit, quia propriè Tragœdia calamitoſum requireret exitum. quod ſi Tragœdias aliquas vt Oreſtem, Herculem atque alias non paucas læto concluſit exitu, facilè adductus eſt vt populo gratificaretur. Nam hoc ipſum hac planè de cauſa a multis Tragicis factitatum indicabit Ariſtoteles in particula inſequenti. Quanquam illud etiam diligenter eſt reputandum ſic fermè Euripidis Tragœdias quæ lætum præ ſe ferunt exitum eſſe conflatas, vt talem exitum calamitates etiam anteuertant. Sic Hecuba lætatur illa quidem ad extremùm, cum excæcaſſet Polymneſtorem, eius quoque liberos enecaſſet, ſed tamen Polidori filij defleuit necem, & calamitoſam ſe vndique oſtendit, vt omittam infœlix quoque vaticinium de ſe & Caſſandra excepiſſe a Polymneſtore. Quin Oreſtes etiam antequam Apollinis purgetur ope, vnde lætos etiam exitus conſequitur, furijs agitatur miſer & calamitate varia; eâdémque de cauſa Iphigenia in Tauris non eſt calamitatis expers cum Oreſtes & furore detineatur & neci ſit proximus. At tum hac de cauſa(quia ſcilicet nulla ferè Tragœdia non vtcunque calamitoſa videretur; & hac fortaſſe de cauſa ne hoc quidem Tragœdiæ genus Archelao fuit optandum) tum fortaſſe quia minùs quàm cæteri Tragici a calamitoſo abhorreret fine; tum denique quia quæ deſi-
derantur Tragœdiæ pleræque(læti enim euentus fabulæ adamantur facilius) calamito- *Ad ſextũ.*
ſum haberent exitum apud vulgus offendiſſe crediderim Euripidem. Denique, num iure Tragœdiam calamitoſo fine concludi iubeat, diſputabitur opportuniùs infra.

PAR-

# PARTICVLA LXII.

ΔΕυτέρα δ᾽, ἡ πρώτη λεγομένη ὑπό τινῶν, ἐςὶ σύςασις ἡ διπλῆν τε τὴν σύςασιν ἔχουσα: καθάπερ ἡ Ὀδύσσεια, καὶ τελευτῶσα ἐξ ἐναντίας τοῖς βελτίοσι καὶ χείροσι. δοκεῖ δ᾽ εἶναι πρώτη διὰ τὴν τῶν θεάτρων ἀσθένειαν, ἀκολουθοῦσι γὰρ οἱ ποιηταὶ κατ᾽ εὐχὴν ποιοῦντες τοῖς θεαταῖς: ἐςὶ δὲ οὐχ αὕτη ἀπὸ τραγῳδίας ἡδονὴ, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς κωμῳδίας οἰκεία: ἐκεῖ γὰρ ἂν καὶ ἔχθιςοι ὦσιν ἐν τῷ μύθῳ. οἷον Ὀρέςης καὶ Αἴγισθος, φίλοι γενόμενοι ἐπὶ τελευτῆς ἐξέρχονται; καὶ ἀποθνήσκει οὐδεὶς ὑπ᾽ οὐδενός.

ERit igitur pulcherrima illa Tragœdia quæ ex huiuſmodi compoſitione conſtiterit. Quamobrem illi quidem decipiuntur ob id ipſum, quo Euripidem damnant, vt qui in Tragœdijs ſuis illud obſeruet, earúmque plures in infœlicitatem terminentur. id quod omnino, vt diximus, ex arte eſt. Argumento verò illud ſit maximò, quòd in ſcenis, atque adeò in certaminibus, hæ, ſi rectè recitentur, maximè, quidem Tragicæ apparent: Euripidésque ipſe tametſi aliqua parum rectè diſpenſet, omnium tamen Poëtarum maximè Tragicus videri poteſt. *Paccius.* 344

*IAm verò ſecunda conſtitutio eſt, quæ a quibuſdam prima dicta eſt, eius fabulæ quæ duplicem habet conſtitutionem, vt Odyſſea; & deſinit ex contrarietate, melioribus & peioribus. Videtur autem eſſe prima propter Theatrorum imbecillitatem. Nam Poëta eam conſequuntur morem gerentes ſpectatoribus. Atque hæc ea non eſt quæ a Tragœdia proficiſcitur, voluptas, ſed magis Comœdiæ propria, in ea enim fabula ſi inimiciſſimi ſint, vt Oreſtes & Aegiſtus, amici tandem facti exeunt, & nullus per alterum moritur.* *Riccobonus.*

**COMM. LXXII.** *De fabula quam ſecundam appellat conſtitutionis.*

EGit de fabula ſimplicis conſtitutionis, quam ipſe primam exiſtimat, quia non duplicis conſtitutionis fabulæ primum concedit locum quemadmodum cæteri faciebant, ſed ſimplici. Nunc de altera verba facit quam ſecundam appellat, quámque ait a nonnullis primam (dignitate ſcilicet) fuiſſe habitam. Vt autem intelligamus quam appellet duplicem, rem Odyſſeæ illuſtrat exemplo in qua Vlyſſes ac Telemachus optimum, aduerſarij cōtra peſſimum, ſortiuntur finem. Ita quidem ſignificare videtur Odyſſeam futuram fuiſſe ſimplicem ſi in ea Vlyſſes ſic patriam, fortunas, vno verbo fœlicitatem eſſet adeptus, vt è contrario Proci in calamitatem incidiſſent nullam: ac propterea duplicem eſſe, quia hinc Vlyſſes, illinc Proci fortunam mutant, atque ille proſperam vitam, hi calamitoſam mortem conſequuntur. Atque hinc etiam fit vt fabula ſimplex, quæque Ariſtoteli vehementer probatur, illa eſſe videatur in qua illuſtris perſona vt Rex aliquis ſic è fœlicitate deijcitur in calamitatem, vt è contrario ad fœlicitatem euehatur nullus. Duplicem verò Odyſſeæ conſtitutionem melioribus deſcribit & peioribus; quia reuera Vlyſſes vnà cum parente, vxore, filio qui omnes cum eo ad fœlicitatem deueniunt; meliorum, Proci qui cum ancillis ad calamitatem dilabūtur, peiorum obtinent locū. Et quia potuiſſet aliquis requirere cur factū eſſet vt priſci illi duplicis conſtitutionis fabulę primas conceſſerint, id explicat Ariſtoteles, atq; ait videri propter Theatri imbecillitatē primas obtinuiſſe; quod eſt Poëtas (id quod ipſe ſubijcit Ariſt.) ſpectatorū voluntati ſatisfacere ac morē illis gerere voluiſſe quib. verbis ſignificat ſpectatores iucundas optaſſe actiones & lætas: ac propterea Poëtas, vt eis obſecūdarent, duplicis conſtitutionis fabulas dediſſe, quib. ſic aliquis ad calamitatē detruderetur, vt viciſſim alter ad fœlicitatē eueheretur. Quanquam illud etiam, ni fallor, ſignificat Ariſtoteles dū ait eis gratificati Poëtas voluiſſe, nimirū Poëtas in duplicis

con-

Digitized by Google

conſtitutionis fabula ſic meliores ad fœlicitatē, peiores ad calamitatē traduxiſſe, vt duplicē
hinc voluptatem caperent ſpectatores. Natura enim comparatum eſt vt quemadmodum
nō ſine indignatione bonos deprimi, malos extolli cernimus, ita non ſine iucunditate me-
liores extolli, peiores deprimi videamus. Et hinc eſt vt Ariſtoteles cum dixiſſet gratificari
Poëtas ſpectatoribus voluiſſe, ſtatim monuerit voluptatem quam hinc parerent ſpectato-
ribus, non eſſe Tragœdiæ propriam, ſeu quæ ex Tragœdia haurienda eſt voluptas; ſed po-
tiùs eſſe propriam Comœdiæ: in Comœdia enim (inquit) vſu venire ſolet vt etiam inimi-
ciſſimi, cuiuſmodi Oreſtes & Aegiſtus fuerunt, tandem reconcilientur. Denique Comœ-
diæ proprium eſt vt quantumuis turbæ excitentur grauiſſimæ, ac pericula etiam ſeſe offe-
rant necis; intereat nullus; Sed pericula & turbas voluptas & tranquillitas conſequatur.
Hæc Ariſtoteles, vt conſtet quæ & qualis ſit ſecundæ conſtitutionis fabula: quî tandem
145 fuerit introducta in Tragœdia: cur denique minùs probanda ſit. Multa ſunt tamen ac va-
ria quibus tota huius loci ſententia veluti iactari atque proſterni videatur. Itaque illā hîc
Controuerſiā examinare ſtatui, NVM de ſecunda hac fabulæ conſtitutione rectè præce- *CONTROVERSIA. LXI.*
petit Ariſtoteles. Ergo, vt dicere cœperam, multa ſunt quæ dubitentur. Ac primò quia
quemadmodum in Particula LXIX. ita hîc arripit tanquam certum ſimplicem fabu- *NVM de ſecunda conſtitutionis fabula rectè præcepert Ariſtoteles.*
lam eſſe optimam, quod tamen probandum eſſet potiùs quàm ſumendum: præſertim
verò cum cæteri optimam exiſtimarent duplicem. nam ſi dicas id in Particula LXIX. ex
dictis collegiſſe; iam id quoque obſcurum eſt; ita vt vnde id colligeret, ſeu qua ratione
ex dictis conſtaret, incompertum ſit. Deinde operæpretium fuiſſet, vt Ariſtoteles indi-
caſſet quid hoc in loco Odyſſeæ intelligat nomine: ſeu, quam Odyſſeam appellet: ſi enim
Homericam, hæc ſanè vt Epica eſt, minùs commodè Tragicæ fabulæ declarandæ idonea *Dubitatur,*
videri poſſit: quandoquidem nec idem omnino perſonæ genus, nec eadem fortunæ com- *I.*
mutatio eſt vtriuſque. Quod ſi Tragœdiam aliquā intelligat quæ ex Odyſſea atque adeò *II.*
ex Vlyſſis factis ſeu perpeſſionibus deſumpta eſſet, debuiſſet vtique hoc indicare ne nos
hærentes haberet ac fatigaret. Ad hæc ægrè cum ſuperioribus præceptis conſentit vt du- *III.*
plicis conſtitutionis fabula ex melioribus conſtet ac peioribus quemadmodum Odyſſeæ: *IV.*
aut contrarios euentus ſic habeat, vt meliores fœlicitati, peiores calamitati deſtinentur.
Nam melioribus ijs ac peioribus conſtitutis, Tragicæ perſonæ, quæ inquam fortunæ com-
mutationi deſtinantur, non obtinebunt medium inter probos & improbos locum quē-
admodum decretum eſt: ſed improbæ hinc, illinc probæ obijcientur. Ex quo etiam fiet vt
ad metum & miſericordiam ciendam idoneæ nullo modo ſint. Quare conceſſerim quidē
in Homericam Odyſſeam tales perſonas optimè conuenire, cum ibi Heros fingatur virtu-
te excellens, quique ex deterioribus victoriam reportet: quod tamen Tragœdiæ nullo
modo conueniat. Sed & illud habet dubitationem, quia videntur priſci illi Tragici duplicis
conſtitutionis fabulam adamaſſe non tam vt populo gratificarentur, quàm quòd ſimpli-
cis conſtitutionis fabula aridior eſſet ac ſui ſemper ſimilis, ita vt nauſeam plerunque affer-
ret: contra verò duplex minùs areſceret: quin varietate ſatietati occurreret ac voluptatem
páreret. Et ſanè cum Poëtæ in ſimplicis conſtitutionis fabula confugiant ad Epiſodia vt
eam varient eximántque ſarietate, cur non æquè aut potiore iure liceat id duplici conſti-
tutione perficere? Quamquam ne illud quidem conſtat; quî Comœdiæ ſit propria ea vo- *V.*
luptas quam in Tragœdia ij ex duplici conſtitutione illa pararent. Siquidem neque Co-
mica fabula duplicis conſtitutionis fingenda eſt vbi talis conſtitutio in Tragicam non cō-
ueniat. Itaque neutrius fabulæ propria erit hæc voluptas. Quid quod obſcuram adhuc vi- *VI.*
deri poteſt quæ ſit ſimplex, quæque duplici opponatur fabula? neque enim videtur fingi
poſſe vt quis fiat calamitoſus quin alter contra aliquo pacto euadat lætus. Itaque quem-
admodum in Odyſſea & Epicis Poëmatis omnibus, ſic paſſim in Tragicis aliquos vel *VII.*
odium exaturare vel etiam fortitudinem aduerſus Tyrannum oſtendere, non ſine proſpe
ritate aliqua cernimus & gloria. Adde quod Oreſtes & Aegiſtus, hoc eſt, viri nobiliſſimi
quique ex regio ſanguine eſſent orti, ſunt Tragicæ fabulæ idonei illi quidem, non Comi-
cæ, ita vt mirum ſit Ariſtotelem ex ijs Comicæ voluptatis vſum declaraſſe. Adde etiam vi-
deri minùs conſentaneum rationi, vt in Comœdia quis mortis periculum, etſi inde exi- *VIII.*
matur, ſubeat ac ſubtrahatur letho.

Nam ſi id Comœdiæ tribuatur, proſperi finis Tragœdia in Comœdiam conuertetur.
Certè progreſſio atque exitus, ſiue nexus atque ſolutio quibus tota fabulæ vis ac natura
continetur, vna eadémque appareat neceſſe eſt. Vt omittam Tragicomœdiam (nam hoc

IX. quoque fabulæ genus apud Plautum inuenias, quin niſi de nomine diſputemus, apud Euripidem) videri duplicis conſtitutionis fabulam requirere; ita ut non Tragœdia ſed Tragicomœdia cenſenda ſit huius conſtitutionis fabula. Ita demum dubitationibus ſcateret hic locus, ne dicam vlcus eſſet totus. Sed iam vt de fabula ſecundæ conſtitutionis planiùs 346
*Explicatur.* conſtet, atque Ariſtotelis doctrina retineatur, enitendum eſt vt hiſce dubitationibus ſatisfaciamus. Ac primò Num fabula ſimplex ſit optima, diſceptabitur in propria quam
*CONTROVERSIA Ad primũ* hac de re non multò poſt excitabimus, Controuerſia. Iamdiu enim hæc nos torquet dubitatio: quam tamen in opportuniorem reiecimus locum: vbi etiam fuſiùs explicabimus num ex dictis & an recte colligeret Ariſtoteles ſimplicem fabulam eſſe optimam. Quod
*Ad ſecundum.* verò pertinet ad Odyſſeam, profectò non tam Ariſtotelis erat monere qualem Odyſſeam diceret, quàm eorum qui Tragicam Odyſſeam deſignari affirmant, demonſtrare Tragicam Odyſſeam extitiſſe Ariſtotelis tempore. Cum igitur nil plane habeant vnde id niſi leui coniectura confirment (Triphiodori enim Odyſſea, aut Timolai, aut Idæi, Homericam imitabatur) omnino exiſtimandum eſt Odyſſeam niſi Epicam non fuiſſe. Nam Epicharmi Vlyſſes (huc enim confugit Madius) ſiue profugum velis, ſiue naufragum, Comica erat fabula: denique Epicharmus niſi Comœdias non ſcripſit. Itaque Ariſtoteles more maiorum ac ſuo veluti iure ex Odyſſea deriuat exemplum, atque Odyſſeam Homeri intelligit quæ omnibus erat in promptu. Neque verò obijciendum eſt exemplum illud ad rem non eſſe: nam affertur non vt efficiatur fabulam Tragicam perſonis & fortunæ commutatione ad Odyſſeam eſſe conformandam, ſed tantùm vt hoc exemplo nos doceat qualis eſſet duplex fabula ſeu duplex illa & contraria fortunæ commutatio, quæ
*Ad tertiũ* in Tragœdijs maximè cæteris probaretur. Difficilius eſt quod de melioribus & peioribus & de contraria illa conſtitutione obijciebatur; in qua Madius mirificè æſtuauit, ita vt locum quaſi corruptum emendare (ſi emendare dicendum eſt) non dubitauerit. Sed clara ſola hæc ſit; meliores & peiores atque adeò contrariam hanc conſtitutionem optimè conuenire in Epicam fabulam in qua hinc fortiſſimus Heros aut egregius Princeps, illinc proteruus hoſtis ſtatuitur. In Tragica tamen, ſi Ariſtotelem audias, non conuenit cum fortunæ commutatio in eum cadere debeat qui non virtute præſtet aut improbus ſit, ſed inter probos locum obtineat medium. Qua in re veriſſimè affirmari poteſt Priſcos illos Tragicos, quoniam hanc mediocritatem vel non agnoſcerent vel non probarent, vel certè vt ars Tragica nondum conſcripta erat ac certis præceptis concluſa, indulgebant genio, & probos improbóſque libentiùs arripiebant quos contrarijs illis fortunæ mutationibus in Theatrum afferrent, ex melioribus fermè & peioribus ac duplicis conſtitutionis Tragicam fabulam conſtituiſſe, quemadmodum in Odyſſea quoque cernitur. Ariſtoteles igitur dum hanc, duplicis, inquam, conſtitutionis deſcriberet fabulam, melioribus etiam & peioribus eam deſcripſit, prout a Priſcis illis exprimebatur. Et hinc eſt vt hinc planè occaſionem arripiat eos refellendi. quare voluptatem ex tali conſtitutione præpoſterè illos captaſſe decet, ac non tam arti ſtylum aptaſſe, quàm vulgò qui popularem voluptatem quæreret, morem geſſiſſe. Fateor igitur meliorum ac peiorum diſtributionem atque vſum non conſentire cum Ariſtotelicis præceptis: ſed tamen conſentit cum Tra-
*Ad quartum.* gicorum illorum vſu & gemina illa fabulæ conſtitutione, quam improbandam ſuſcepit. Iam verò veriſſimè dicitur ſimplicem fabulam ſatietatem párere ac nauſeam, niſi tamen induſtrij Poëtæ ſuccurrat ars. Itaque apud Terentium vix fortaſſe, Aegira excepta, fabulam vllam inuenias ſimplicis conſtitutionis (credo quòd animaduerteret ſimplicem nimis ac ſui ſimilem apparere, nec tam delectare, quàm ſatietatem gignere) apud Euripidẽ 347
etiam pleræque fabulæ duplices ſunt: apud Epicos omnes. Quanquam veriſſimè etiam dicitur, duplicis conſtitutionis fabulam minùs accedere ad vnitatem: quin in Terentio non tam duplicis conſtitutionis, quàm duplicis actionis videri poſſe. Itaque in Tragœdia ſi non modò vnica actio retinenda; verùm etiam miſericordia & metus excitanda eſt, gemina conſtitutio (quanquam hac de re copioſiùs ſuo loco) fugienda eſt. Nihil enim prohibet Poëtas induſtria & ſatietatem declinare poſſe, & vnigenam ac ſimplicem fabulam conſtituere, vbi, quod in Oedipo cernitur, induſtria & artificium adhibeatur & Epiſodijs aptè in fabulam cadentibus fabula varietur & admirabilis efficiatur. Satius enim ac præſtabilius eſt Epiſodijs quæ vnitatem haud perimunt & ſimplicitatem varietatem ſectari ac ſplendorem addere fabulæ, quàm vel multas fabulas & actiones implicare aut alieno loco, hoc eſt in Tragœdia & Comœdia (pares enim in fabulæ conſtitutione

cenſen-

cenſendæ ſunt) introducere. Et ideò non inficior duplicem conſtitutionem minùs rectè admitti in Comœdia vbi explodenda ſit à Tragœdia: Sed tamen Ariſtoteles non ea de cauſa eam voluptatem ex Comœdia captandam ait, quod hanc duplicis conſtitutionis fabulam coagmentari velit; ſed tantum vt conſtet popularem illam voluptatem ex fœlici fortunæ commutatione captandam eſſe & requirendam ex Comœdia, non ex Tragœdia. vt propterea non Comœdiam duplicem conſtitui velit, ſed Tragœdiam voluptatis prætextu duplicem non eſſe conſtituendam. Quæ verò ſit omnino ſimplex conſtitutio & an dari poſſit, quoniam id quoque nos torquebat, antea & in commodiorem locum eſt reiectum, commodiore loco nec multò poſt, conſiderabitur: Non facilem verò habet explicatum id quod de Oreſte atque Aegiſto obijciebat. Itaque non deſunt qui hæc perperam ab aliquo intruſos ſcribant: quin ab Codicibus quibuſdam abeſſe. Nos tamen iuuat veterem ac vulgatam lectionem retinere. Dubitationi verò ſic reſpondemus; Ariſtotelem vt doceret popularem illam voluptatem eſſe propriam Comœdiæ, ſignificaſſe, ne ſi quidem Oreſtes & Aegiſtus, hoc eſt infenſiſſimi hoſtes (vbi hoſtilitas, non nobilitas interim ac ſplendor perſonarum, eſt ſpectanda) in Comœdiam introducantur, ad extremum non reconciliandos: vſque adeò proprium eſt Comœdiæ turbas omnes in res ſecundas conuertere ac voluptatem illam vulgarem gignere. Non igitur ſumit aut iudicat Comœdiam extitiſſe in qua Oreſtes & Aegiſtus reconciliati ſint; non enim Comicæ perſonæ & Comicæ fabulæ idoneæ ſunt Aegiſtus & Oreſtes, ſed vt altiùs confirmaret Comœdiæ proprium eſſe lætitiam illam ex quibuſuis turbis, parere, infenſiſſimos hoſtes Oreſtem & Aegiſtum protulit; imò verò (vt minor ſubeſſet dubitationi locus) nomen vſurpans, ſe exempli gratia hos nominare, non quòd vnquam eos fabula vlla reconciliauerit, & in medium afferre placuit. Et huc pertinet quod ait in Comœdia nullus ab vllo interficitur vnquam: vt ſcilicet intelligamus in Comœdia pericula quantumuis grauiſſima tandem in ſecuritatem tranquillitatémque conuerti. vſque adeò hilaris finis ac lætus Comœdiæ proprius eſt. Quæ omnia eò ſpectant vt ne Tragici illi voluptatis prætextu duplicem illam conſtitutionem ac proinde fœlicem etiam fortunæ commutationem retinere nitterentur: Et quamuis non ægrè crediderim in Comœdia minùs ex arte eſſe in extremum vitæ periculum imminentémque mortem adducere aliquem, ita vt letho, præſertim ſub ſpectatorum oculis, obijciatur ſubtrahatúrque; veruntamen non hac de cauſa fabula in læti finis Tragœdiam conuerteretur; ſed potiùs cum illuſtri perſonæ id contingeret quæ tamen a Comica fabula abeſſe debet. Denique de Tragœdia (quicquid ſit de Plautino Amphitrione) niſi duplex conſtitutio quam Ariſtoteles improbat vel certè in ſecundis ſtatuit, admittatur, Tragicomœdia non erit admittenda, niſi fortè non modò duplicem conſtitutionem referret, verùm etiam illuſtrem hinc ſed ſæuam & infelicem, illinc humilem ac vilem, ſed lætam, poſt turbas afferret fortunæ commutationem: quo tempore in ſecundis
348 etiam vel potiùs in tertijs ſtatuenda eſſet hæc fabula. Ex quo fieret vt Euripideæ fabulæ illæ quæ duplicis ſunt conſtitutionis, tum demum re ſaltem ad Tragicomœdiam verterent, cùm aduerſa fortunæ commutatio illuſtres homines, proſpera humiles obtingeret. Alioqui cum illuſtres vtrinque ſint perſonæ, duplicis conſtitutionis Tragœdiam gignerent quæ in ſecundis (quanquam de hac re fuſiùs erit diſputandum) conſiſteret. Ita demum locus hic neutiquam vlcus erit totus.

*Ad quintum.*

*Ad ſextũ.*

*Ad ſeptimum.*

*Ad Octauum.*

*Ad nonũ.*

## PARTICVLA LXXIII.

Ἔστι μὲν οὖν τὸ φοβερὸν καὶ ἐλεεινὸν ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι: ἐστὶ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συστάσεως τῶν πραγμάτων ὅπερ ἐστὶ πρότερον καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος. δεῖ γὰρ καὶ ἄνευ τοῦ ὁρᾶν, οὕτω συνεστάναι τὸν μῦθον, ὥστε τὸν ἀκούοντα τὰ πράγματα γινόμενα καὶ φρίττειν καὶ ἐλεεῖν ἐκ τῶν συμβαινόντων, ἅπερ ἂν πάθοι τις ἀκούων τὸν τοῦ Οἰδίποδος μῦθον: τὸ δὲ διὰ τῆς ὄψεως τοῦτο παρασκευάζειν ἀτεχνότερον, καὶ χορηγίας δεόμενόν ἐστι. Οἱ δὲ μὴ τὸ φοβερὸν διὰ τῆς ὄψεως, ἀλλὰ τὸ τερατῶδες μόνον παρασκευάζοντες οὐδὲν τραγῳδίᾳ κοινωνοῦσιν: οὐ γὰρ πᾶσαν δεῖ ζητεῖν ἡδονὴν ἀπὸ τραγῳδίας, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν.

Errificum verò illud, atque miſerandum cùm ab apparatu ſcæna proficiſcitur *Paccius*
tum a rerum compoſitione: id quod multò præſtantius, meliorisque vatis eſt.
Sic enim fabulam contexuiſſe oportet, vt etiam ſublato ſpectaculo quis, quæ geri
contigerunt, percipiens planè exhorreat, miſereaturve quibus apprimè duobus, qui
fabulam Oedipodis cognouerit, afficietur. Quod autem, quod ad ſpectaculum perti-
net, minus ſanè operoſum eſt, & impendio indiget proſuſe, qui non terrificum illud,
ſed portentoſum duntaxat ſpectaculo exhibent, alieni proſſus à Tragœdia haben-
di ſunt, quippe delectatio non omnifariam à Tragœdia, ſed quæ tantùm propria ei
fuerit, quærenda eſt.

*Riccobonus.*

AC licet quidem terribile, & miſerabile ex apparatu fieri; licet verò etiam ex
*ipſa conſtitutione id quod prius eſt, & Poetæ melioris. oportet enim etiam ſine*
*viſu fabulam ſic conſtitutam eſſe, vt audiens res, quæ fiunt, & horreat, & miſereatur*
*ex iis quæ contingunt in quas perturbationes cadet ille, qui Oedipodis fabulam audiat.*
*Efficere autem hoc per apparatum eſt magis artificij expers & ſumptum requirit. Atque*
*qui non ſolum terribile propter apparatum ſed monſtruoſum efficiunt, nihil commune*
*habent cum Tragœdia. Non enim omnem à Tragœdia oportet voluptatem quærere, ſed*
*propriam.*

COMM. LXXIII. *Metum et miſericordiam duabus rationibus excitari poſſe in Tragœdia: & quæ ſint.*

EX dictis conſtare ſatis poterat Tragœdiæ veluti proram ac puppim eſſe me-
tum & miſericordiam, ita vt ad metum & miſericordiam excitandam 349
omnia ſint referenda. Id enim tum ex Tragœdiæ ipſius definitione obſer-
uare licebat, tum verò ex optima Tragœdiæ deſcriptione, ſed ex Euripidis
defenſione vel maximè; ſiquidem ea de cauſa τραγικώτατος appellatur,
quod eius fabulæ, quantumuis præpoſtere diſpoſitæ & conſtitutæ, ad mi-
ſericordiam & metum excitandum valerent plurimum. Nunc igitur requirere potuiſ-
ſet aliquis vnde nam & quibus artibus miſericordia & metus excitari poſſint. Itaque do-
cet Ariſtoteles miſericordiam & metum tum in viſu & ſpectatione gigni poſſe, hoc eſt ex apparatu
& ſpectatione ipſa, tum ex conſtitutione rerum; atque hanc poſteriorem timori, & miſe-
ricordiæ ciendæ viam eſſe potiorem ac dignam Poeta meliore. Cuius rei è veſtigio affert
rationem: quam libenter in medium afferam & explanabo, ſi priùs quas ad eas perturba-

*De priore ratione ac via.*

tiones excitandas propoſuit rationes ac vias declarauero. Ergo dùm ex apparatu ait eas
perturbationes gigni poſſe, non eſt exiſtimandum neces intelligere, vulnera, tormenta & 2??
id genus alia quemadmodum exiſtimat Madius; quaſi verò prior ratio rerum terribilium
ſpectatione nitatur, poſterior, de qua multò poſt, auditione: illa denique vulnerum, cæ-
dium, tormentorum, quæ ſub Auditorum oculis inferantur & exerceantur, ſpectatione,
hæc eorundem quæ ab nuntiis fiat narratione contineatur. Etſi enim reuera Ariſtoteles
neces in Scena & ſub ſpectatorum oculis fieri haud vetat, quin præcipit, vt demonſtraui-
mus, tamen in præſentia apparatus ope metum & miſericordiam excitari poſſe ait; Sce-
næ ac Theatri compoſitionem intelligens, quæque choro & hiſtrionibus inſtituendis or-
nandiſque ſeruiunt: veſtes enim & cætera Tragœdorum ornamenta, apparatus denique
ipſe ſic conſtitui poſſunt vt mœſtitiam afferant & lugubre quid ac luctuoſum veluti ſpi-
rent, vnde horror priùs ac timor tum miſericordia excitetur. Vt mirum ſit Madium per
apparatum, cuius notio alioquin aperta eſt, neces, vulnera, tormenta, cruciatus intelle-
xiſſe. Præſertim verò quia hoc eodem in loco, ſubdit Ariſtoteles priorem hanc metus
& miſericordiæ commouendæ rationem quæ apparatu continetur, magnos ſumptus
requirere: quod de vulneratione & cæde ineptè ac falsò, de apparatu vnde Theatri,

*De poſteriore.*

chori, hiſtrionum habitus, & compoſitio horrorem ſpirent ac mœrorem, aptè ac
veriſſimè affirmatur. Altera verò ratio ad miſericordiam & timorem incutiendum,
quam ſanè rationem Ariſtoteles ab ipſa rerum conſtitutione oriri ait, non planè ſi-
gnificat verba & auditionem; quaſi verò ex hac hauriatur miſericordia aut conci-
piatur

piatur metus quemadmodum exiſtimat Madius qui ſcribit; *ex ipſa rerum ſerie & conſtitutione gignitur metus & miſericordia, hoc eſt, ex verbis ſolis ac ſolius auditus interuentu*; quaſi verò apparatui ſeu ſpectationi (vt paulo ante ſignificare cœperam) auditionem opponat Ariſtoteles, atque ibi cædes oculis, hîc auribus obijci poſſe affirmet; ſed intelligit eas perturbationes excitari poſſe ex rerum ipſarum compoſitione, quòd fabulæ dictio, ſententia, mores, inprimiſque rerum ipſarum ſeries, ad metum & miſericordiam ciendam aptè ſint conſtituta. Itaque non verbis ſolis, ſed toto fabulæ artificio gigni poſſe ſignificat miſericordiam & metum. Ita quidem prior ratio extrinſecus petitur, & ex chori hiſtrionúmque ac Theatri ipſius apparatu, quòd hæc lugubre quid ſpirent ac mœſtum; quæ omnia ipſius actionis & fabulæ ſeu rerum gerendarum conſtitutioni opponit, atque ὄψεως nomine comprehendit. Poſterior ex interiore fabulæ vi & natura ducitur, quod fabula ſic conflari poſſit, vt ſecluſo etiam apparatu audienti aut etiam legenti metum afferre valeat ac miſericordiam. Ex quibus omnibus ſatis conſtat præpoſterè hunc explicari locum ab ijs qui, quoniam Ariſtoteles priorem modum minùs probat, colligunt Ariſtoteli nō probari cædes ac ſæuas actiones ſub ſpectatorum oculis geri. nam Ariſtoteles negat quidem miſeri-

*Propoſitæ rationes inter ſe cōparantur.*

350 cordiam & metum quæ excitantur apparatu, ad Tragicum artificium pertinere; de cædibus ne verbum quidem: tantùm abeſt vt quæ in aperto fiunt cædes & vulnerationes hic improbet, quas perſpicuis verbis paulò ante laudauit ac præcepit in Tragica fabula. Sed iam quid de gemina iſta via & ratione ſtatuat, attentiùs obſeruemus. Ait igitur (id quod obſeruare cœperam) poſteriorem rationem eſſe potiorem ac meliori Poëta dignā; quod eſt in fabulæ conſtitutione induſtrio Poëtæ nitendum vt eas excutiat affectiones ac gignat. Sed cur obſecro Ariſtoteles? quia, inquit, oportet vt Auditor etiam citra ſpectationem ac ſola auditione exhorreſcat & condoleat, ita vt ex ijs quæ contingunt ac geruntur ad metum & miſericordiam ſit impellendus. Vbi duo obſeruanda ſunt. Vnum eſt non prohibere Ariſtotelem quin apparatus ad eas perturbationes adhibeatur, præſertim verò quia apparatus, vt decorum conſeruetur, debet cum actione conſentire; ſed quia talis eſſe debet fabula vt per ſe timorem & miſericordiam gignere poſſit; ita vt legenti etiam, quo tempore apparatus adeſt nullus, miſericordiam incutere poſſit ac metum, præſertim verò quia (quod mox exponet) Scenæ Theatríque compoſitio, apparatúſque ipſe non tam Poëtæ quàm aliorum artificum requirat induſtriam. Alterum eſt Ariſtotelem, dum oportere ait ex ipſa etiam auditione citra ſpectationem horrorem & miſericordiam incutere poſſe, non excludere ſpectationem rerum quæ geruntur, vbi fabula non tam legatur quàm ex recitatione & hiſtrionibus auditione excipiatur. Neque enim fieri poteſt vt Auditor, niſi oculis captus ſit, non geſtus actionémque ſpectet dum haurit verba. Imò verò vt drama ex actione & oratione conflatum eſt, ita vt multa gerantur tantùm, plurima tantùm dicantur, multa ſunt quæ ſolis percipiuntur oculis, quæ tamen ad fabulæ pertinent conſtitutionem, nec extrinſecus attingunt fabulam quemadmodum apparatus. Denique Tragœdia quippe dramatica & actuoſa, non ſolis verbis conſtat vt Epicum Poëma; ſed & verbis & actione, ita vt illis, auribus, huic, oculis, mente vtriſque, ſit ſeruiendum. Quin etiā dum legitur fabula, animo concipienda & tanquam ſpectanda eſt actio ipſa (atque hoc ſanè Epico cum Dramatico commune eſt) vt altiùs imbibatur fabulæ veluti liquor ac ſuccus. Itaque auditionem interim opponit ſpectationi rerum tantummodo quæ fabulam extrinſecus attingunt, cuiuſmodi eſt apparatus, non rerum gerendarum & actionis. Quo tempore quæ ſpectantur ad actionem ipſam pertinent ac fabulæ conſtitutionem: quod de apparatu non accidit qui ſpectatur quidem ſed non conſtituit fabulam. Quod ſi interim auditione videtur Ariſtoteles ſecundam hanc rationem concludere, nec meminit ſpectationis quæ cum auditione coniuncta eſt, id accidere potuit vel quia ſpectatio minorem obtineat partem, vel quia, vt eſt cum auditione copulata, per ſe ſatis ex auditione percipi poſſit. Tametſi qui huiuſmodi quoque ſpectationem verbis illis ἐκ τῶν συμβαινόντων *ex ijs quæ contingunt* deſignatam affirmet, me minimè repugnante affirmet. Iam verò exemplo rem illuſtrat noſter Author atque ait tales in eo affectus gigni qui Oedipi Tyranni audiat fabulam. Et rectè: ita enim eſt conſtituta, vt facilè ad metum prouocet ac miſericordiam. Denique ſola lectione eas excitat: auditione & actionis ſpectatione multò magis; apparatu adhibito, ſi à bonis hiſtrionibus fabula peragatur, intimis ſenſibus contremiſcat, facilè etiam lacrymas profundat, auditor. Quare præſtat Sophoclis Tyrannum Oedipū diligenter euoluere, quin in Theatro ſi liceat audire ac ſpectare, vt intelligatur quanta ad metum

*Colligitur poſteriorē rationem eſſe propriam Poetæ.*

*Duo tamē eſſe obſeruanda.*

*I.*

*II.*

*Qui metus incutiatur ac miſericordia, ex Didone apud Vergilium oſtenditur.*

& miſericordiam excitandam vis in bonæ Tragœdiæ conſtitutione poſita ſit. Quanquam non inutiliter Didonianam calamitatem audiat quiſpiam; ſic enim ex fœlici ſtatu ad calamitatem mortémque ipſam deijcitur, vt legenti horror ac miſericordia vehementer incutiatur, Miſericordia cum ſic loquitur,

*Non ego cum Danais Troianam excindere gentem* Pagin. 203.m
*Aulide iuraui, claſſimve ad Pergama miſi:* 351
*Nec Patris Anchiſæ cineres manes ve reuelli,*
*Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?*
*Quò ruit? extremum hoc miſeræ det munus amanti:*
*Expectet facilémque fugam, ventóſque ferentes.*
*Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:*
*Nec pulchro vt Latio careat Regnúmque relinquat.*

horror cum canitur,

*At Regina, pyra penetrali in ſede ſub auras* Pagin. 205.f
*Erecta ingenti, tædis atque ilice ſecta,*
*Intenditque locum ſertis, & fronde coronat*
*Funerea: ſuper exuuias, enſemque relictum,*
*Effigiémque toro locat, haud ignara futuri.*
*Tercentum tonat ore Deos, Erebúmque Chaóſque,*
*Tergeminámque Hecatem, tria Virginis ora Dianæ.*
*Sparſerat & latices ſimulatas fontis Auerni.*

miſericordia rurſus & metus ſimul, dum canitur

*Térque quatérque manu pectus percuſſa decorum,*
*Flauentéſque abſciſſa comas, proh Iupiter, ibit,*
*Hic, ait, & noſtris illuſerit aduena regnis?*
*Non arma expedient? totáque ex Vrbe ſequentur?*
*Diripiéntque rates alij naualibus? ite,*
*Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.*
*Quid loquor? aut vbi ſum? quæ mentem inſania mutat?*

horror rurſus cum ſic loquitur

*Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras* Pagin.
*Túque harum interpres curarum conſcia Iuno,* 208.m
*Nocturniſque Hecate Triuijs vlulata per Vrbes,*
*Et diræ vltrices, & Dij morientis Eliſæ:*
*Accipite hæc, meritúmque malis aduertite numen,*
*Et noſtras audite preces. ſi tangere portus*
*Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt.*

ſed Tragicum inprimis ſpirat Dido cum ait

*At bello audacis populi vexatus & armis,* Pagin.
*Finibus extorris, complexu auulſus Iuli,* 209
*Auxilium imploret, videátque indigna ſuorum*
*Funera: vel cum ſe ſub leges pacis iniquæ*
*Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur:*
*Sed cadat ante diem, mediáque inhumatus arena.*
*Hæc precor: hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.*
*Tum vos o Tyrij ſtirpem & genus omne futurum*
*Exercete odijs: cinerique hæc mittite noſtro.*
*Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.*
*Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor,*
*Qui face Dardanios ferróque ſequere colonos.*
*Nunc, olim, quocunque dabunt ſe tempore vires,*
*Littora littoribus contraria fluctibus vndas*
*Imprecor, arma armis: pugnent ipſique nepotes.*

Tragicum item Poeta, ita vt horrorem afferat & miſericordiam, cum ſic canit,

*At trepida & cœptis immanibus effera Dido* Pagin.
*Sanguineam voluens aciem, maculiſque trementes* 210.m

*Inter-*

*Interfuſa genas & pallida morte futura,*
*Interiora domus irrumpit limina, & altos*
*Conſcendit furibunda rogos: enſémque recludit*
*Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus.*
352 *Hic poſtquam Iliacas veſtes, notúmque cubile*
*Conſpexit, paulum lacrymis & mente morata,*
*Incubuitque toro dixitque nouiſſima verba;*
*Dulces exuuiæ, dum fata Deúsque ſinebat*
*Accipite hanc animam, méque his exſoluite curis.*

quæ poſtrema verba Auguſtum mirificè commouiſſe, multos etiam ad fletus concitaſſe legimus. His affectibus horroris ac miſericordiæ Didonianam expreſſit necem latinus Vates. Vt minimè mirum Didonis necem optimæ Tragœdiæ ſuppeditaſſe argumentum. Sed redeo ad Ariſtotelem, qui cum rem Oedipi dilucidaſſet & confirmaſſet exemplo, proindeque docuiſſet ſine apparatu & fabulæ conſtitutione oportere metum & miſericordiam excutere poſſe, inſerebat, efficere autem hoc, per apparatum eſt magis artificij expers & ſumptus requirit. Vbi docet eos qui apparatus ope tales concitant motus, non Tragico artificio quod in fabulæ conſtitutione poſitum eſt, id efficere, ſed alieno, nimirum architecti, & eius qui inſtruit Scenam ac Theatrum, aut aliorum qui veſtes & ornamenta parent, artificum. Addit etiam ſumptus requirere qui ſine dubio nihil commune habent cũ fabulæ conſtitutione: ſumptus enim totus pertinet ad veſtes ac Tragicam ſupellectilem & apparatum, Ita vt ſatis conſtet ὄψιν & apparatum non valere necem & vulnera; ac propterea nil minus quàm de cædibus cogitauerit Ariſtoteles hoc in loco. Denique hac de cauſa illos reprehendit qui ad horrorem concitandum monſtruoſa quædam Tragœdiæ adhibent, puta vmbras, Erinnas, Cerberos & id genus alia monſtra quæ ex Inferis excitant aut aliunde. Certè Plato in Axiocho ſeu de morte contemnenda eos reprehendit qui Cerberum, Cocytum, & huiuſmodi alia monſtra & portenta vererentur quæ a Poëtis inuecta eſſent.

# PARTICVLA LXXIV.

Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπὸ ἐλέους, καὶ φόβου διὰ μιμήσεως δεῖ ἡδονὴν παρασκευάζειν τὸν ποιητὴν, φανερὸν, ὡς τοῦτο ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμποιητέον. ποῖα οὖν δεινὰ, ἢ ποῖα οἰκτρὰ φαίνεται τῶν συμπιπτόντων, λάμβωμεν. ἀνάγκη δὴ ἢ φίλων εἶναι πρὸς ἀλλήλους τὰς τοιαύτας πράξεις, ἢ ἐχθρῶν, ἢ μηδετέρων. ἂν μὲν οὖν ἐχθρὸς ἐχθρὸν ἀποκτείνῃ, οὐδὲν ἐλεεινὸν, οὔτε ποιῶν οὔτε μέλλων δείκνυσι πλὴν κατ᾽ αὐτὸ τὸ πάθος, οὐδ᾽ ἂν μηδ᾽ ἑτέρως ἔχοντες. ὅταν δ᾽ ἐν ταῖς φιλίαις ἐγγένηται τὰ πάθη, οἷον, ἢ ἀδελφὸς ἀδελφὸν ἢ υἱὸς πατέρα, ἢ μήτηρ υἱὸν μητέρα ἀποκτείνῃ ἢ μέλλῃ, ἤ τι τοιοῦτόν τι ἄλλο δρᾷ, ταῦτα ζητητέον.

QVoniam autem a timore, miſericordiáve talem delectationem per imitationem Poëta parare debet, ſatis quidem apparet in ipſis rebus id eſſe inſerendum. De rebus itaque contingentibus, quæ terrifici, quaéve miſerabilis ſpeciem allaturæ ſint, deinceps dicere aggrediamur. Neceſſe autem eſt huiuſmodi actiones ad amicorum inuicem, hoſtium, ſiue etiam neutrorum eſſe. Itaque ſi hoſtis hoſtem obtruncet, obtruncaturúsve ſit, nequaquam miſerabile illud, præterquam necis ipſo affectu, aſ
353 ſequetur: idque ſequetur, ſi inter neutros id accidat. Perturbationes verò ipſæ quando euenerint inter neceſſarios, veluti ſi frater fratrem, filius patrem, mater filium, filius matrem, vel necet vel necaturus ſit, aut etiam tale quid facinus patret, patratúruſue ſit, captandæ ſunt.

*Quoniam verò ex miſericordia & metu per imitationem Poëtam efficere oportet voluptatem, id in rebus efficiendum eſſe, manifeſtum eſt. qualia igitur atrocia, aut qualia miſerabilia appareant ex ijs aſſumamus, quæ contingunt. Neceſſe autem eſt, aut amicorum eſſe inter ſe tales actiones, aut inimicorum aut neutrorum. Quod ſi inimicus inimicum occiderit, nihil miſerabile, neque dum facit, neque dum facturus eſt, monſtrat, præterquàm in illa ipſa perpeſſione. Neque qui ſe neutro modo habent. Quando autem in amicitijs ſunt perpeſsiones vt ſi frater fratrem, aut filius Patrem, aut mater filium, aut filius matrem occiderit, aut occiſurus fuerit, aut tale aliquid aliud faciat, hæc quærere oportet.* Riccobonus.

COMM. LXXIV. *De voluptate gignenda ex fabulæ constitutione.*
CONTROVERSIA LXII. *Quæ & quomodo ex calamitoſi finis Tragœdia percipi poſſit voluptas.*
*Temerè voluptatem quæri ex Tragica fabula. Probatur.*

DOCET ſeu verius ex dictis colligit, oportere voluptatem quæ in Tragica gignitur imitatione, rebus ipſis inſeri à Poëta. quod commemorat vt intelligant Poëtæ ſibi non ad apparatum eſſe confugiendum vt voluptatem afferant, ac multò minus ad monſtra & portenta, ſed enitendum vt ex conſtitutione rerum eam progignant. At enim qui tandem id conſequetur eſſicietque Poëta? Docet id continenter Ariſtoteles, re tamen paulò altius ducta ac repetita, quemadmodum iamiam declarabo, ſi prius dubitationem eamque grauiſſimam diſiecero vnde Controuerſiam interponere cogor, ac ſciſcitari, Quam tandem voluptatem afferre poſſit calamitoſi finis Tragœdia. etenim in propoſitis verbis noſter Author vnum arripiebat ac ſumebat; alterum ſibi explicandum proponebat. ſumebat voluptatem Tragico gignendam; quomodo & vnde gigni deberet ac poſſet, proponebat demonſtrandum. At quid ſi quis pugnet Ariſtotelem temere illud ſumpſiſſe, cum Tragica fabula ſit mœſtitiæ pleniſſima, atque adeò ad fletum excitandum comparata, vnde voluptas pellitur vndique: Quin etiam cum lachrymas excitet paſſim ac luctus, & quo id magis efficit, eò magis Tragica cenſeatur fabula, quis obſecro lætitiæ erit locus? Huc accedit quòd cum Ariſtoteles paulò ante monuiſſet voluptatem ex Comœdia requirendam non ex Tragœdia, non facilè intelligi poteſt qui non ſecum ipſe pugnet dum hic voluptatem ex Tragica fabula iubet conciliari. Certè cum eo effecerit argumento lætam fortunæ commutationem non eſſe Tragœdiæ concedendam quod voluptas ex Comœdia non ex Tragœdia petenda ſit, non videtur poſſe hoc in loco repugnantia eximi Ariſtoteles. Atque huc pertinet
I. quòd riſus, dicacitates, vno verbo quæ cæteri Comœdia voluptatis incitamenta, ea non
II. ſine crimine ad Tragicam fabulam referantur, ac propterea nulla ſupereſſe videatur ratio
III. in Tragœdia vnde excitetur voluptas: præſertim verò quia muſica ipſa quæ iucunditatem
IV. habere ſolet, ad mœſtitiam fingenda eſt in Tragœdia; ita vt cantus ipſe ad fletum ſit diri-
V. gendus. Atque eodem Apparatus ſpectare omnino debet: qui propterea lugubris efficitur
VI. vt mœrorem afferat ac veluti foueat. Nam ſi aſſitmes ex conſtitutione ſaltem fabulæ voluptatem aliquam peti poſſe, iam quæ hæc ſit, ægrè docere valeas, cum iuſſerit Ariſtoteles vt ij in quos cadit fortunæ commutatio, non improbi ſint; (voluptas enim caperetur aliqua dum improbus plecteretur & de ſtatu vnde cæteris præſtat, deijceretur) ſed mediocris probitatis; ita vt hinc etiam (quoniam noſtrum ſimiles erunt) præcludatur lætitiæ locus. Denique ſi quis eò confugiat vt dicat ſaltem imitationem (imitatione enim calamita-
VII. tes exprimuntur in Tragœdia) habere voluptatem, iam bonus Poëta ſic ſpectatorum animos à re ficta ad veram auertit, vt actio re ipſa geri non imitatione quadam exprimi videatur. Quare dum leonem benè fictum ac ſæuientem offendimus lætamur facilè ob imitationem, quia fictum eſſe ſcimus, nec eſſe cur formidemus: ſed in Tragœdia & Comœdia in qua ſenſim ita capitur animus, vt quaſi res vera agatur commoueamur, interdum etiã
lacrymas ipſas profundamus, imitatio voluptatem afferet nullam. Nam ſi ſenſum adhuc 354
VIII. aliquem ac memoriam rei fictæ ſpectatoribus in Dramate relictam dicas vnde imitationẽ eſſe meminerint, proptereáque aliquam ex imitatione capiant voluptatem, iam hinc è contrario timori & miſericordiæ locum præcidas aut exiguum relinquas: vera enim res timorem incutit ac miſericordiam, non quam lubricam eſſe recordamur ac fictam. Hæc contra Ariſtotelem in propoſita ſententia. Qua in re facilè docere poſſim in Peripatetica ſchola voluptatem requiri, at quæ tandem & quomodo concilianda, non facilè. Sed enitar tamen vt rem explicem.

Ac

Ac primùm Poëtis vniuerſim voluptatem vſque adeò gignere dicitur, vt aliqui Poëſis ac propterea Tragœdiæ quoniam germana Poëtis eſt forma & ſpecies, finem ſtatuere nõ dubitarint voluptatem. Et quamuis nos vtilitatem Poëſi in finis loco tribuendam docuimus, voluptatem tamen eſſe præcipuum Poëſis inſtrumentum quo vtilitatem pariat, non conceſſimus modò, ſed probauimus. Huc accedit quod in definitione ſuaui ſermone dicitur vti, ac rhythmo, harmonia & metro inſtrui: nimirum vt comodiùs ſuauitatem afferat ac voluptatem. Sed & imitatio qua conſtat tota, id confirmat: imitationem enim præſertim poëticam, miras habere voluptates compertum eſt. Adde, quòd admirationem requirit Ariſtoteles in Tragœdia, præſertim in peripetia & fortunæ commutatione. Admirationem autem ſine dubio magnam afferre iucunditatem cum alibi docuimus, tum maximè in Particula LVII. de qua re rurſus etiam conſtabit in capite de Epopœia. Denique præter apparatum, melodiam, chorum, hiſtrionúmque varietatem ac ſplendorem (quæ ſanè omnia ſuam habent delectationem) fabulæ imprimis nexus, Epiſodia quibus difficultates augentur, repentináque nexus ſolutio, ſi debitam vt par eſt, induſtriam referant, artificio delectent neceſſe eſt: ita vt Tragica fabula non careat voluptate. At enim ſint iſta. Verùm quid ad rationes aduerſarias. Fateor eas magnum habere pondus, ſed nitendum eſt tamen vt illis ſatisfaciamus. Ac primò fateor ex Tragica fabula timorem incuti: nec inficior timorem cum voluptate pugnare. Sed tamen illud etiam affirmo, timorem in Tragœdia nec talem ac tantum gigni vt nullam voluptatis admittat partem: nec niſi leuiter aut mediocriter gigni ante peripetiam quæ aduerſum rei caſum atque adeò calamitatem affert; itaut ante peripetiam locus non exiguus ſit voluptati quæ ex iis oriatur de quibus paulò ante. In peripetia quoque ipſa admiratio vel maximè excitatur quæ iucunditatem afferat ac mæſtitiam temperet non mediocriter. Ita fit vt quamuis interdum oboriantur lachrymæ, cũ dolore, quoniam non eſt ſummus, voluptas quædam copuletur. nihil enim prohibet vt ſpectator hinc vicem doleat morientis ac ſibi quoque timendum putet: illinc admiratio & cætera quæ narrabam afferant iucunditatem. Itaque Ariſtoteles in libro 1. Rhetoricorũ docet in luctu etiam voluptatem quandam progigni poſſe. Nam moleſtia verbigratia gignitur & fletus dum orbamur amico; cum tamen eiuſdem quem diligebamus memoria ſit iucunda & mutuorum officiorum recordatio afferat voluptatem. Paulò difficilius eſt quod memorabat Ariſtoteles de Comœdia, nimirum ex hac quærendam voluptatem, nõ ex Tragœdia. Quanquam cum idem Ariſtoteles paulò poſt ex Tragœdia quoque petendam & ſtatuat & doceat, videndum eſt vt intimum Authoris ſenſum exploremus. Igitur clauſula hæc ſit, duo eſſe in fabula, quod rei noſtræ intereſt, Conſtitutionem & Exitum fortunæ: hic lætitiam habet in Comœdia cum turbæ & pericula in riſus, nuptias, ſecuritatem, vno verbo in res lætas ſoluantur: qua lætitia caret Tragœdia ſi conſtitutionis ſimplicis ſit (de hac enim loquimur) & calamitoſi finis. At conſtitutio, quoniam æquè in Tragœdia ac Comœdia induſtriam illam requirit, quam voluptatem parere diximus in vtroque drammate, voluptatem affert, & apud induſtrios Auditores maiorem facilè quàm Comœdia, idque propter artificium & admirationem. Atque hanc requirit adhuc Ariſtoteles in Tragœdia: itaut voluptatem & ex vna Comœdia requirere potuerit (popularem ſcilicet quæque ex ridiculis & læto exitu oritur. itaut hac de cauſa lætum exitum ablegeta Tragœdia) & ex Tragœdia rurſus illam repetere; quæ ſcilicet ex conſtitutione proficiſcitur. Adde quod imitatio communis eſt Tragœdiæ cum Comœdia, itaut in Tragœdia ne exitus quidem careat delectatione aliqua quemadmodum declarauimus. Atque hinc fit vt Tragœdia ſi non ea planè incitamenta voluptatis habeat omnia quæ in Comœdia occurrunt; habeat tamen multa; quibuſdam etiam inſtructa ſit quibus careat Comœdia. Ita fit vt apparatus etiam, vt diximus, melodia, quæque extrinſecus attingunt fabulam, non planè arceant delectationem, præſertim verò cum ſplendoris, quo capiuntur oculi, plena ſit Tragica fabula, tametſi extrinſeca delectatio non tam Poëtæ quàm aliorum artificum committitur induſtriæ. Quod ſi minuitur voluptas vel præciditur aliqua ex parte voluptati locus, dum nõ improbus ad calamitatem deturbatur vnde ſolatium aliquod oriri ſolet, iam confugiendum ad conſtitutionis voluptatem quæ adhuc retinetur. Denique vt Tragœdiæ vtilitas quæ eſt purgatio (de hac diſſeruimus multò antea) capiatur, haud cunctandum eſt calamitati eum deſtinare ex cuius triſti exitu doleas. nam ſi non ingentem voluptatem at certè magnam vtilitatem hinc capias. Tametſi dum fortunati homines & illuſtres de felici deiiciuntur ſtatu, ſi non propter improbitatem ſummam (hac enim carere iubet

Ariſtoteles)

*Voluptas contra quærendam in Tragœdia docetur multis.* I. II. III. IV. V.

*Reſpondetur ad contrarias rationes.* *Ad Primũ.*

*Ad ſecundum.*

*Ad tertiũ.*

*Ad quartũ*

*Ad quintũ*

*Ad ſextũ.*

Ariſtoteles) at certè propter rei nouitatem, repentinúmque caſum, vno verbo propter artificioſiſſimum nexum, egregiámque ſolutionem, quæ omnia ingenium redolent & artificium, delectant animos & capiunt. Iam verò non inficior Poetæ artificio nos tantiſper abduci a re ficta, ita vt commoueamur quaſi res propemodum vera gereretur; ſed tamen animus imitationis ſpeciem tacito quodam ſenſu retinet, itaut etiam dum illachrymamur, rem minus veram eſſe non obliuiſcamur: commouemur enim magis, quàm decipiamur. Quod ſi rei fictæ ſenſus ac recordatio timorem prohibet ac miſericordiam; prohibet quidem ne ſumma ſit; mediocrem nullo modo. cum enim ex re ficta etiam afficiamur, ne timorem concipiamus (homines enim ſumus) inde quoque vtilitatem capimus. & ſanè imitatione illa veri cruciatus ac mortis, ac repentina illa fortunæ commutatione commiſerari mortales ac timorem & miſericordiam concipere experientia compertum eſt. itaut vel legentes interdum ad lacrymas prouocemur: præſertim verò quia bonus Tragicus res geſtas exprimit, quæque nobis etiam aliquando contingere poſſint. ita vt hinc reges qui que beati inter mortales videri ſolent (his enim in officio continendis Tragœdia deſtinatur vel maximè) grauiter commoueantur, cum ſui ſimiles de ſublimi ſtatu illo deijci animaduertant. Non igitur tolletur vtilitas, licet imitatio vnde voluptas gignitur, tacito quodam ſenſu Auditorem adhuc alliciat.

*Ad Septimum.*

Iure igitur Ariſtoteles voluptatem quæri iubet, quin quærendam ſumit, & vnde aut quomodo quærenda ſit docet, ſtatuens ex rerum conſtitutione capiendam. Ac rectè: licet enim apparatum non ſpernit, eam tamen voluptatem cenſet propriam huius loci, & ſi Poeticæ facultatis quæ gignitur Poetæ ipſius induſtria: & ideo fortaſſe ait Poetam ipſum illã παρασκευάζειν hoc eſt præparare ac fabricare, quaſi verò diceret præparet Choragus & ædilis, fabricent opifices, apparatum: Poetæ certè eſt per imitationem fabricare voluptatẽ, atque ita fabricare, vt rebus ipſis infixa ſit. Atqui ſint iſthæc, Ariſtoteles: verùm vnde planè ſiue ex quibus hominum actionibus & euentis talem voluptatem fabricabimus? Declarat hoc igitur Ariſtoteles: idque re paulò altius (id quod ab initio monere cœperam) ducta & repetita. Ait igitur ſumamus qualianam in rebus quæ contingunt, atrocia appareant ac miſerabilia: quod eſt quæ ſint ea quæ metum ac miſericordiam (cur enim hæc duo atrocia & miſerabilia vocet interim, dicam paulò poſt) ciere ſolent. Quod tamen non vniuerſim eſt intelligendum; quaſi verò quæcunque accidunt atrocia & miſerabilia, ſibi proponat agnoſcenda (non enim exuſtiones, peſtilentiæ, eluuiones & huiuſmodi alia huc pertinent, quæ tamen atrocia & calamitatis ſunt pleniſſima) ſed in ijs quæ in humanis actionibus contingunt, ſiue inter homines geruntur quod eſt humanarum actionum imitatio: ex quibus calamitoſas arripit ac ſibi imitandas proponit Tragicus. Atrocia igitur & miſerabilia ſumit quæ contingunt inter homines. vt quæ maximè accommodata ſint miſericordiæ, timorique concitando atque animis perpurgandis agnoſcat. Tria igitur hominum proponit genera; amicos, inimicos, neutros. Neque enim quartum genus videtur concipi poſſe. Si igitur (inquit) inimici ſint, tam timor & miſericordia quæ ex ijs oriri poſſint, in vno poſita erunt malo quod patiantur: non enim inde augeantur quod amici vel affines ſint aut conſanguinei, vnde maior in atroci euentu horror gignitur & miſericordia. Idem dixerim ſi ſint neutri ita vt nulla inter eos amicitia intercedat vel inimicitia: nam enim item malum non perſonarum coniunctio & neceſſitudo timorem concitarit ac miſericordiam. Denique quam humanitas paſſim gignit in nobis miſericordiam aliorum afflictatio, hanc vnam parient inimicorum & neutrorum calamitates. Contra verò ſi ijs accidant inter quos intercedit neceſſitudo, præſertim arcta qualis eſt inter fratres; aut inter parentes ac liberos; aut virum & vxorem, hæ verò horrorem ac miſericordiam conciliarint magnam. Et ideo huiuſmodi caſus & calamitates quærendæ & eligendæ in Tragica fabula. Ita quidem docuit quæ ſint atrocia & miſerabilia vnde maximè Tragica fabula conſtituenda ſit vt debitum metum habeat & miſericordiam. Hæc Ariſtoteles. Quæ tamen varijs implicita ſunt dubitationibus. Ac primùm atrocia & miſerabilia δεινὰ, vt ipſe loquitur, & οἰκτρὰ longè differunt ab ijs quæ metum tantùm gignunt & miſericordiam, quæque φοβερὰ καὶ ἐλεεινὰ ab eodem Ariſtotele appellantur. Itaque in libro ſecundo Rhetoricorum capite VIII. docet atrocia non tam miſericordiam quàm horrorem afferre. Quod ſanè Amaſis (Herodotus tamen in Thalia Amaſis filio Pſammeniti id tribuit) confirmat exemplo quem ait tam graui horrore correptum fuiſſe cum filium ad necem adduci cerneret, vt ne lacrymam quidem (horror enim miſericordiam pellit inquit Ariſtoteles) effuderit: cum tamen multas

*Reditur ad Ariſtotelem qui docet vnde quærenda ſit voluptas ex Tragica fabula* 356

*Dubitatur. 1.*

multas effuderit lacrymas & miſericordiæ ſpecimen ingens dederit, dum in amicum inci
8.3 diſſet qui cùm antea prædiues eſſet, bonis ſpoliatus omnibus ſtipem emendicaret. Cur igi
tur τὰ φοβερὰ nunc δεινὰ vocat, quæ horrorem potiùs & ſtuporem quàm miſericordiam af
ferre ſolent; ſimúlque ἐλεεινὰ ſeu quæ miſericordiam excitant, πάθη nuncupat cum tanto
perè differant? Ego verò ſic ſentio. Vel populariter loquitur promiſcuè vſurpans atque Reſpondetur.
adeò confundens huiuſmodi voces: vel eò ſpectat quòd quæ per ſe ſint ijs atrocia quibus
contingunt, ſpectatoribus ſint miſerabilia quos illa non attingat calamitas. Et ideo vide-
mus in Tragœdia eos quos attingit calamitas, interdum vt veriſimili ſeruiant, horrorem
ac ſtuporem referre, ita vt vox, ſenſus, vita denique ipſa deficere illos videatur, ſpectatores
357 timorem tantùm concipere ac miſericordiam. Id quod Ariſtoteles ipſe eo in loco indicauit
quem afferebam ex II. Rhetoricorum. Nam aiebat nos moueri miſericordia cum atrocia
videmus noſtris amicis eſſe propinqua. Cum tamen ſi hæc nobis aut ijs qui nos magna at-
tingunt caritate & neceſſitudine, contingant, neget miſericordiam ciere potiùs quam ex-
cludere. At enim ſint iſta, ſed tamen non videtur omnino neceſſarium vt atrocia & miſe- Dubitatur II.
rabilia inter amicos vel inimicos vel neutros accidant quemadmodum affirmat Ariſtote-
les: nam vt concedam φιλίαν interim neceſſitudinem aliquam φίλους affines quoſdam & con
ſanguineos ſignificare poſſe vt cognatos aliquos: at inter dominum & ſeruum, inter Re-
gem & Ciues, inter parentes ac liberos, non videtur amicitia collocari poſſe; ſiquidem ami
citia æqualitatem requirit. Quapropter cum ij nec neutri ſint (id enim eſt eorum qui nihil
commune habent quod gerant, ſeu inter quos conſuetudinis officia & ſtudia intercedant
nulla) nec inimici eſſe ſoleant (intercedunt enim paſſim inter eos aliqua) quartum conſti-
tuent hominum genus. Quanquam dum Ariſtoteles populariter loquitur, inter φίλους ſunt Reſpondetur.
numerandi omnes. quandoquidem φιλίας ſeu amicitiæ nomine quemadmodum conſan-
guineos intelligit etiam inter quos aliquod neceſſitudinis aut obſequij ſeu honoris inter-
cedit genus, ita dominum & ſeruum, Reges ac Ciues, complectatur, inter quos obſequiũ,
veneratio & coniunctio officiorum intercedit. Nam de fratribus inter quos reperiri poteſt
æqualitas, nihil eſt quod dubitemus amicitiam quoque reperiri poſſe. Vt enim interdum
mirificè inter ſe diſſentiunt exercéntque odia, ita ſanguinis coniunctio mutuis beneuolen
tiæ ſtudijs (cernitur hæc maximè in geminis: in quibus perrarò illud ſpectatur quod vulgò
fertur, rara fratrum gratia) aliquando cumulatur. Quod ſi Ariſtoteles ſolidam virtutem
requirit adhuc in amicitia qua virtute ſpoliaſſe illos videtur quos Tragicæ calamitati ido-
neos iudicat; iam eò rurſus eſt confugiẽdum vt dicamus populariter vſurpari amicitiam.
populariter enim inter mediocris probitatis homines atque adeò infimæ, imò inter impro
bos etiam dum mutuis ſe officijs colunt, obſeruatur. Vt non neceſſe ſit hoc in loco quar- Dubitatur. III.
tum admittere hominum genus. Iam verò illud etiam dubitatur qui atrocia hæc perpe-
trare amici dicantur, niſi enim odium, quod tamen cum amicitia non conſentit, eos im- Reſpondetur.
pellat, atrocia non admittent. Sed reſpondeo, ſatis eſt vt ante facinus amici eſſent, aut ſaltẽ
haberentur, quemadmodum hoc in loco ij appellantur inimici qui antea eſſent vel habe-
rentur. Adde quod ſi quis per imprudentiam aut ignorationem atrocia committat cum
amico aut affine, is non immeritò amicus dicatur. animo enim verè amicus eſt. Denique
cum Ariſtoteles amicitiæ nomine affines etiam intelligat & conſanguineos, certum eſt
neceſſitudinem iſtam inimicitia non tolli: erunt enim adhuc affines aut conſanguinei
quantumuis mutuò ſeſe iniurijs afficiant acerbiſſimis. Verùm illud adhuc habet dubita- Dubitatur IV.
tionem. nam ſi atrocia contingant inter affines, maiorem quidem horrorem, adde etiam
admirationem, excitabunt. miſericordiam etiam dum qui patiatur, is non tam culpa quã
per imprudentiam errauerit. At timor (niſi timorem cum horrore confundas) cur hinc
maior oriatur quàm ex hoſtili atrocitate, ægrè intelligatur. Verumtamen atrocia quæ in- Reſpondetur.
ter affines contingant præter maiorem horrorem, maiorem quoque timorem incutient
(timorem enim ſpectatoribus incutere ſatis docuimus) quòd intelligant etiam inter affi-
nes inſidias deliteſcere, & ab ijs quos charos habemus non modò ab hoſtibus pericula no-
bis imminere paſſim & calamitates. Denique quid ſi quis dubitet cur dicat in hoſtilibus Dubitatur V.
caſibus non magnum metum aut miſericordiam ex alicuius calamitate gigni; gigni verò
ex calamitate quæ inter affines contingat? Certè vbi neuter propter improbitatem affligẽ- Reſpondetur.
tur, ſed errore quodam, miſericordiam excitabit vterque: ſi vitioſitate peccet & improbi-
tate, miſericordiam ſibi conciliabit neuter.

PAR-

# PARTICVLA LVII. 358

Τοὺς μὲν οὖν παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι. λέγω δὲ, οἷον, τὴν Κλυταιμνήστραν ἀποθανοῦσαν ἀπὸ τοῦ Ὀρέστου, καὶ τὴν Ἐριφύλην ἀπὸ τοῦ Ἀλκμαίωνος. αὐτὸν δὲ εὑρίσκειν δεῖ, καὶ τοῖς παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς. τὸ δὲ καλῶς τί λέγομεν, εἴπωμεν σαφέστερον. ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίνεσθαι τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας, καὶ γινώσκοντας, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐποίησεν ἀποκτείνουσαν τοὺς παῖδας τὴν Μήδειαν. ἔστι δὲ πρᾶξαι μὲν, ἀγνοοῦντας δὲ πρᾶξαι τὸ δεινὸν, εἶθ' ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὴν φιλίαν, ὥσπερ ὁ Σοφοκλέους Οἰδίπους. τοῦτο μὲν οὖν ἔξω τοῦ δράματος. ἐν δ' αὐτῇ τῇ τραγῳδίᾳ, οἷον, ὁ Ἀλκμαίωνος Ἀστυδάμας, ἢ ὁ Τηλέγονος ὁ ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ. ἔστι δὲ τρίτον περὶ ταῦτα τὸν μέλλοντα ποιεῖν τι τῶν ἀνηκέστων, δι' ἄγνοιαν ἀναγνωρίσαι, πρὶν ποιῆσαι. καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἄλλως, ἢ γὰρ πρᾶξαι ἀνάγκη, ἢ μὴ, καὶ εἰδότας, ἢ μὴ εἰδότας.

PRoinde receptas fabulas mutare non licet: verbi gratia, Clytæmneſtram ab Oreſte extinctam, Eriphylen ab Alcmæone: quas ſanè inuenire, atque ſuſceptis iam rectè vti oportet. Id autem, quod diximus rectè, exactiùs declarandum. Fit enim interdum ſic ipſa actio, quod antiqui obſeruabant, perinde ac ab ſcientibus, & agnoſcentibus, vt Euripides fecit; qui filios necantem Medeam induxit. Fit etiam ab ignorantibus quidem vim facinoris, agnituris verò mox neceſſitudinem: qualis Sophocleus eſt Oedipus: id quod omninò eſt extra Tragediam, in Tragedia verò ipſa, vt Alcmæonem Aſtydamas, Telegonusve in Vlyſſe vulnerato. Tertius præterea modus eſt, per ignorantiam: videlicet debere aliquem hæc facinora patrare, inter patrandum verò agnoſcere. præter hos nullus eſt alius. ſiquidem quid agi vel non agi, idque a ſcientibus, vel neſcientibus neceſſe eſt. Paccius.

*AC receptas quidem fabulas ſoluere non licet, dico autem, vt Clitæmneſtram occiſam ab Oreſte, & Eryphylen ab Alcmæone. Ipſum verò inuenire, ac traditis rectè vti oportet. Idque quod dicimus ſe rectè habere, apertiùs exponamus. licet enim ſic actionem fieri, vt antiqui faciebant, vt eam præſtarent ſcientes, & cognoſcentes, quemadmodum occidentem filium Medeam Euripides fecit. Ac licet agere ita, vt ignorantes rem agant atrocem, poſtea verò amicitiam agnoſcant, vt Sophoclis Oedipus. Atque hoc quidem extra actionem. In ipſa verò Tragœdia vt Alcmæon Aſtydamantis, vel Telegonus in vulnerato Vlyſſe. Præterea tertium eſt, cum quis aliquid ſæui propter ignorantiam facturus erat & priuſquam faceret agnouit. Et præter hæc aliter non licet.* 359 *Aut enim facere neceſſe eſt, aut non, & ſcientes, aut non ſcientes.* Riccobonus.

*COMM. LXXV. Receptas fabulas nõ ſoluendas.*

EX dictis colligit Ariſtoteles non licere fabulas iam receptas & a maioribus traditas ac decantatas ſoluere. quod, ne hærentes nos habeat, declarat exemplo. Nam Clitæmneſtram ab Oreſte & Eriphylem ab Alchmæone interfectam, id verò quoniam receptum eſt apud omnes, non eſt mutandum. At enim ſi ita eſt Ariſtoteles, verendum erit ne ſatietatem afferant Tragici dum in iiſdem tantopere fuerit inſiſtendum? Minimè verò, inquit Ariſtoteles. Nam dum haud committendum affirmo vt receptæ ſoluantur fabulæ atque adeò mutentur, non prohibeo quominus Poëta alias Tragicas fabulas adinueniat & proferat; ſed tantùm vt traditis & receptis rectè conuenienterque vtatur. Et quoniam adhuc requirere potuiſſet quiſpiam, quid ſit traditis ſeu receptis fabulis rectè vti, ipſe antecurrens, quid ſit rectè vti exponamus (inquit) apertiùs: quaſi diceret cum dixerim fabulas non eſſe ſoluendas ac rem vno atque altero illuſtrauerim exemplo, non obſcurum videri poſſit quid

*Iiſdem reſ. eſſe vtenañ: & quid ſit rectè vti.*

ſit

ſit rectè illis vti. Sed tamen, ſi quis adhuc hæreret, non grauabor rem efficere planiorem.
Igitur res aliqua ſic geri poteſt aliquando vt qui eam gerit omnino ſentiat (id quod apud *Varios refert modos quibus aliquis in fabula patret neces.*
antiquos Tragicos fuit in more poſitum) & cognoſcat quid rei gerat ſiue quid agat ac mo
liatur. Quemadmodum animaduertere eſt apud Euripidem dum Medea ſciens ac volens
enecat filios. Interdum etiam contingat aliquid agere atque adeò facinus atrox etiam in
ſuos patrare, ſed per ignorantiam: cum tamen deinde is amicitiam agnoſcat neceſſitudi-
nem, ſicuti Oedipo contigit apud Sophoclem qui poſtea agnouit quod per ignorantiam
egiſſet dum & Laium parentem interfeciſſet ſeu cum Iocaſta matre concubuiſſet. Quan-
quam vt quis agnoſcat facinus contingere poteſt tum extra fabulam quemadmodum ac-
cidit Oedipo de quo dicebam: tum in fabula ipſa ceu Alcmæoni contigit apud Aſtydamā
tem, aut Telegono in Vlyſſe vulnerato. ille enim Eriphylem matrem, hic Vlyſſem paren-
tem, agnouit in fabula. Quanquam tertius adhuc ſeſe offert modus, ita ſcilicet vt qui ſe ad
facinus patrandum comparauerat, ſed perſonam qualis verè eſſet ignorans, tunc planè cū
iamiam patraturus eſſet facinus, agnouerit & abſtinuerit. Tribus igitur hiſce rationibus
contingere poteſt vt quis aliquid gerat quod Tragica exprimatur fabula. Quartus modus
proferri nequit vllus. Quandoquidem aut facere oportet aut abſtinere; idque vel intelligē
do quid geratur vel ignorando. Hæc ſunt de quibus nos admonet Ariſtoteles vt deinde
oſtendere poſſit (id quod faciet in ſequenti particula) quæ ex propoſitis rationibus ſit me-
lior quæve deterior: ac ſummatim vt efficiat melius eſſe facinus patrare, ſed per imprudē
tiam, ac deinde illud agnoſcere. Sed iam pauca quædam ſunt quæ dubitemus. Ac primò *Dubitatur I.*
dum prohibet ne ſoluantur fabulæ ſeu mutentur, ſi mauis, videtur ſolutio ſeu mutatio fa-
bulæ patere latiùs quàm vt de illa ex propoſitis exemplis conſtare poſſit. magnam enim
rerum ac perſonarum varietatē habet Tragœdia: itaque mutari poteſt varijs modis. Quid
enim prohibeat quominùs Oreſtis Aegiſtam & Clytæmneſtram occidentis fabulam ſic pe
ragat aliquis vt ab Oreſte id fiat Oraculo iubente, aut veneno potiùs quàm gladio, nec ſta-
tim in inſaniam incidat ſed ad extremùm ac ſummatim multa aliter fingat nouus hic Poë
ta quàm primus Oreſtis Author in Tragœdia feciſſet ſua? Hic ſanè fecerit Clytæmneſtram
ab Oreſte interfectam quemadmodum iubet Ariſtoteles vt ne ſoluatur fabula: & tamen
ſoluerit ac mutarit multa. Non igitur omnino conſeruatam fabulam exiſtimandum aut
non ſolutam hoc vno quòd Oreſtes enecet Clytæmneſtram, quemadmodum ſtatuere vi-
ſus eſt Ariſtoteles. Idem dixerim de Alcmæone & cæteris. Sed reſpondeo Ariſtoteles de *Reſpondetur.*
360 more vtitur breuiloquentia: ſed indicare videtur id in quo fabulæ cardo vertitur non eſſe
mutandum, vt in Oreſte necem ab Oreſte in matrem commiſſam; quæ verò fabulæ ſub-
ſtantiam, vt ita dixerim, haud continent, hæc variari poſſe. Tametſi quædam ſic proximè
accedunt ad ſubſtantiam vt minùs commodè varientur; quemadmodum ſi veneno nunc
matrem de medio tolleret Oreſtes quæ apud veterem Tragicum ferro necata eſſet. quædā
liberiora videri poſſunt, vt ſi vel contentio inter eos oriatur, vel conſilium cum amico cō-
municet Oreſtes, & ſi quid huiuſmodi. Scio non deeſſe qui iubente Ariſtotele ne ſoluatur
fabula, nodi ſolutionem & explicatum intelligant: quaſi verò nolit Ariſtoteles ſolui expli-
cationem & exitum fabulæ; cui rei Clytæmneſtræ aut Eriphylis fauet exemplum, quarū
neces mutari prohibet Ariſtoteles. hoc enim factum ad ſolutionem pertinet atque exitū.
Veruntamen ægrè id ipſe conceſſerim. Nam licet fabulæ exitus maximè omnium partium
ad fabulæ ſubſtantiam pertineat, veruntamen ſoluere fabulam eſt conſtitutionem veluti
diſſipare ac nouare; ita ut nexum in primis & exitum intelligamus oporteat, quibus maxi-
mè conſtituitur fabula: alioquin retenta ſolutione & exitu, mutatis cæteris omnibus, dice-
retur conſeruari fabula, quod videri poſſet falſiſſimum. igitur nexus in primis & ſolutio
exitúſque ipſe conſeruanda ſunt: cætera pro opportunitate varianda. ita tamē vt quoniam
multa aptè omnino cum fabula ab induſtrio Poëta copulantur, hæc non facilè variemus.
Itaque hac in re nauus & induſtrius requiritur Tragicus qui quæ mutare ac nouare, quæ-
ve omnino retinere opus ſit, pro ſuo iudicio diligenter animaduertat. Talem induſtriam
Aſtydamantem in Alcmæone præ ſe tuliſſe intelligitur, dum Alcmæonem ipſum rem in
fabula geſtam, non vt Sophocles rem geſtam extra fabulam, agnouiſſe percipimus. Ex quo
intelligitur tum demum licere aliquid, quod ad fabulæ ſubſtantiam proximè accedat, no-
uare, cum ad potiorem formam redigitur actio, alioquin ea etiam quæ extrinſecùs aſſumū
tur & cum actione coniunguntur, temerè nouarentur vbi nil perfectionis accederet ad fa
bulam, nec augeretur induſtria. Atque idem prouidendum eſt Epico dum ex Hiſtoria

Actionem deriuat ſuam: aut (quod aliquibus in Argonautica & Iliade contigit) ex alio Epico deſumitur Actio. Nam de Comico nihil attinet dicere: hic enim, quoniam populares ac propterea non magnopere vulgatos & cognitos imitatur euentus, poteſt pro arbitratu non modò aliorum imitari fabulas ac nouare, verùm etiam (quod Tragico & Epico minùs fortaſſe licet: quanquam de hoc poſtea) pro ſuo ingenio excogitare ac fingere. At

*Dubitatur. II.* enim ſi ita eſt (dicat quiſpiam) cur concedit Ariſtoteles vt Tragicus nouas quoque inuenire poſſit fabulas? præcipit enim vt vel inuentis ſeu traditis vtatur rectè, vel ipſe adinueniat.

*Respondetur.* Sed forſitan ſic adinueniat oportet vt in hiſtorijs ſeu rebus geſtis eas conquirat. Nihil enim prohibet quominùs is inuenire dicatur, qui in antiquitatum monumentis obſeruet ac perueſtiget quænam Tragicæ fabulæ ſint accommodatæ actiones: atque has, contra quàm ijs accidat qui receptis vtantur, coagmentet ac Tragica exprimat imitatione. Tametſi quoniam ex hoc loco res conuinci haud poteſt, cum Ariſtoteles non hoc diſputet, Num planè fingere Actionem poſſit Tragicus ac ſuo illam ingenio penitùs inuenire, an ex rerum geſtarum memoria quam obſeruet, deriuare, tantùmque τὸ εὑρεῖν opponit τῷ χρῆσθαι, opportunior nobis locus (occurret hîc in ſequenti particula) expectandus eſt in quo res explicetur commodiùs. Nunc ſat ſit monuiſſe, non eſſe omnino inficiandum ficti quoque argumenti Tragœdias concedi ab Ariſtotele: ſed tamen quæ ex rebus geſtis deriuentur in primis eſſe collocandas: quæ planè fictæ ſint, has niſi aliunde magnopere nobilitentur, in ſecundis, aliquando etiam in tertijs eſſe ſtatuendas. Iam verò illud quoque dubi-

*Dubitatur. III.* tetur. Num ratio qua efficit Ariſtoteles tripartitò tantùm variari poſſe Actionem (quia ſcilicet vel facere oportet vel non facere & ſcientes aut non ſcientes) probanda ſit. Nam 361

illud, *oportet enim facere aut non facere*, videtur bipartitò variare Actionem, non tripartitò.

*Respondetur.* Quod ſi addit *& ſcientes & non ſcientes*, ſanè hinc ſubdiuideretur quidem vnum aut alterũ membrum, tertium certè non conſtitueretur. Sed reuera Ariſtoteles tripartitò variari docuit quia vel ſciens & volens quis patrat facinus; & hinc primus exiſtit modus: vel ignorãs patrat (etſi tam in fabula quàm extra fabulam geri potuit quod ignorabatur) & hinc ſecundus gignitur modus: vel quia cum patraturus eſſet, agnouit & abſtinuit, atque hinc tertius gignitur modus. Itaque dum ſubdit Ariſtoteles, *aut enim facere oportet, aut non: & ſcientes aut non ſcientes*; perinde eſt ac ſi diceret, ſi facit, vel ſciens facit, & hinc primus exiſtit modus: vel ignorans facit & hinc ſecundus. Quod ſi rurſus non faciat ſed abſtineat cum facturus eſſet, gignitur tertius. Ita ſanè quod ait *vel ſcientes vel non ſcientes*, eò fortaſſe pertinet vt intelligatur primum membrum ex ſciente, ſecundum & tertium ex non ſciente conſtitui. Quanquam de hac re planiùs & explicatiùs in ſequenti particula, vbi fortaſſe loci vis & Ariſtotelis ſententia apparebit clarior. Siquidem verendum eſt ne quemadmodum is qui ignorat poteſt & facere & non facere, ita de eo qui intelligit idem neceſſe ſit concedere: ita vt

*Dubitatur. IV.* quadripartitò ſit variandus necis modus ac fabulæ peragendæ quadruplex ſit ratio. Denique dubitatur quia cum fateatur Ariſtoteles priſcos ſic conſtituiſſe fabulas vt qui facinus patrarent, ſcientes patrarent, iam Tragicæ fabulæ omnes quæ ex priſcis deriuarentur, earũ inſtar fingendæ eſſent, ſi traditæ fabulæ ſoluendæ non ſunt quemadmodum præcipit Ariſtoteles, & tamen hæ ab eodem Ariſtotele non laudantur, ſed inter malas, quoniam ſcien-

*Respondetur.* tes ibi patrant neces, enumerantur. Sic ſanè quibus rectè vtamur eſſent nullæ. Sed reſpondeo, hinc potiùs eſſet colligendum traditis priſcorum fabulis vtendum ſi receptæ & probatæ ſint: non enim credendum eſt omnes antiquorum fabulas poſteritati probatas fuiſſe: quæ igitur receptæ & probatæ, hæ non mutentur; quæ ſecus, mutentur. Et ſanè vt varia eſt hominum induſtria nec omnibus rectè fabulas fingere datum eſt, ex antiquorum fabulis alias in primis fuiſſe numeratas, in ſecundis aliquas aut in tertijs, non eſt quod dubitemus. Iurè igitur ſoluantur aliquæ ac prout opus fuerit mutentur: cæteræ cuſtodiantur vt illis vtamur rectè. Adde præter antiquos fuiſſe quoque & medios & extremos: igitur receptis vt liceat medijs quoque aut poſtremis vbi minùs rectè ſint conſtitutæ. Nam quæ planè receptæ ſint & probatæ, perperam ſoluerentur. Adde etiam non eſſe ſoluendas receptas quod pertinet ad eſſentiam vt diximus ſiue ſubſtantiam: in cæteris pro opportunitate plùs minùs variari poſſe. Vt propterea, quoniam ille priſcorum vſus (vt ſcilicet ſcientes committerent facinus) non omnino pertinet ad eſſentiam, variari poſſit, quantumuis fabula recepta eſſet.

PAR-

# PARTICVLA LXXVI.

TOύτων δὲ τὸ μὲν γινώσκοντα μελλῆσαι, καὶ μὴ πρᾶξαι, χείριστον· τό, τε γὰρ μιαρὸν
ἔχει, καὶ οὐ τραγικόν· ἀπαθὲς γάρ. διόπερ οὐδεὶς ποιεῖ ὁμοίως, εἰ μὴ ὀλιγάκις.
οἷον ἐν Ἀντιγόνῃ τὸν Κρέοντα ὁ Αἵμων. τὸ γὰρ πρᾶξαι, δεύτερον. βέλτιον δὲ τό, ἀγνοοῦν-
τα μέν, πρᾶξαι· πράξαντα δέ, ἀναγνωρίσαι· τό τε γὰρ μιαρὸν οὐ πρόσεστι, καὶ ἡ ἀναγνώρι-
σις ἐκπληκτικόν. Κράτιστον δὲ τὸ τελευταῖον. λέγω δέ, οἷον ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἡ Μερόπη
μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν· ἀποκτείνει δὲ οὔ, ἀλλ' ἀνεγνώρισε. καὶ ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἡ ἀδελ-
φὴ τὸν ἀδελφόν. καὶ ἐν τῇ Ἕλλῃ ὁ υἱὸς τὴν μητέρα ἐκδιδόναι μέλλων, ἀνεγνώρισεν. Διὰ
362 γὰρ τοῦτο, ὅπερ πάλαι εἴρηται, οὐ περὶ πολλὰ γένη αἱ τραγῳδίαι εἰσί, ζητοῦντες γάρ, οὐκ
ἀπὸ τέχνης, ἀλλ' ἀπὸ τύχης, εὗρον τὸ τοιοῦτον παρασκευάζειν ἐν τοῖς μύθοις. ἀναγκά-
ζονται οὖν ἐπὶ ταύτας τὰς οἰκίας ἀπαντᾷν, ὅσαις τὰ τοιαῦτα συμβέβηκε πάθη. περὶ μὲν
οὖν τῆς τῶν πραγμάτων συστάσεως, καὶ ποίους τινὰς εἶναι δεῖ τοὺς μύθους, εἴρηται ἱκανῶς.

Paccius.

EQuibus facinus prudentem aggredi, minimè verò perficere eſt abſurdum; cum non tragicum quidem, velut perturbationis expers, ſed omnino ſceleroſum præ ſe ferat. Quo fit, vt huiuſmodi actionem ſequatur nemo, vel certè rariſſima ſit inuentu, vt in Antigone Creontem Aemon fecit. Proximum huic erit, ſcelus patrare: quo ſanè potiùs eſt imprudentem quidem patrare, patrantem verò agnoſcere. etenim & a facinore ſcelus abeſt; & ipſa planè agnitio ſtuporis eſt plena. Nouiſſimum verè præſtantiſſimum eſt: exempli gratia in Creſphonte Merope filium interficere debet, non autem interficit: ita etiam & in Iphigenia ſoror fratrem, in Helle filius matrem abalienaturus agnoſcit. Quapropter (ſicuti iampridem diximus) multarum familiarum Tragœdiæ non ſunt. ſiquidem quærentes non ab arte quidem, ſed a fortuna mutuati ſunt: ita fabulas contexere. Itaque fit vt inuiti cogamur ad eaſdem ſæpius familias recidere, quibus videlicet huiuſmodi perturbationes contigere. Igitur tum quales eſſe fabulas oporteat, ſatis iam dictum eſt.

Riccobonus.

*HOrum autem peſſimum eſt, cum quis facturus fuit, & non fecit. ſceleratum enim habet, & non tragicum, nam ſine perpeſſione eſt. Quare nemo facit ſimiliter, niſi rarò, vt in Antigona Creontem Aemon. Nam feciſſe ſecundum eſt. ac melius eſt ignorantem quidem feciſſe cum autem fecerit agnouiſſe: ſceleratum enim non adeſt, & agnitio ſtuporem gignit. optimum verò eſt poſtremum. Dico autem, vt in Creſphonte Merope interfectura quidem filium erat, ſed cum agnouiſſet, non interfecit. Et in Iphigenia ſoror fratrem & in Helle filius matrem dediturus agnouit. Quapropter, quod pridem dictum eſt, non circa multas ſunt Tragœdia familias. Quærentes enim non ab arte, ſed à fortuna, huiuſmodi fabulæ confectionem inuenerunt. Itaque ad has domos coguntur occurrere, quibuſcunque tales contigerunt perturbationes. Ac de rerum conſtitutione & quales fabulas eſſe oporteat, ſatis dictum eſt.*

COM. lxxvi. De primo quem facit peſſimum.

DOCET quis modus ex dictis ſit optimus & perfectam conſtituat fabulam: quis peſſimus, ita ut peſſima inde exiſtat Tragœdia: qui denique modi mediam veluti ſedem obtineant & in ſecundis aut in tertijs conſiſtant. Principiò igitur vt peſſimum tollat & ablegat longiùs antequam conſtituat optimum, de peſſimo nos admonet atque ait eum eſſe cum quis ſciens atque intelligens quale aggredi moliatur facinus, hoc non committit. quo in loco obſeruari velim Ariſtotelem non dicere non committit quia mutet ſententiam vel quia impediatur ſed vniuerſim loqui: quaſi verò ille peſſimus ſit modus in quo qui ſciens aggrediebatur facinus, hoc non patrarit: qualis qualis huius rei fuerit cauſa. de qua tamen re poſt paulò vberiùs. Nunc illud potiùs lubet requirere quo nomine hunc introducat mo-



Digitized by Google

dum,cum nihil minùs,quàm eum attulerit antea . Nam in ſuperiore particula tres illos
modos attulit ille quidem vt deinde doceret(id quod facit hoc in loco) quis eſſet melior.
verùm de illo qui non patraret,cum tamen ſciens aggredi moliretur,ne verbum quidem,
*Reſpondetur.* cum enim de ſciente & cognoſcente loqueretur,hunc patrantem fecit. Sed tamen dum
ibi diceret primum modum eſſe cum quis intelligens committit facinus , iam facile eſt 365
animaduertere fieri poſſe vt qui ſciens molitur aggredi facinus, aliqua de cauſa,quia ſcilicet vel ſententiam mutet vel impediatur,abſtineat. Quod ſi obijcias hinc fieri vt quatuor
ſint modi,cum tamē apertè dixerit eſſe tres, iam tres apertè ille quidem protulit,itaut ferè ad extremum dixerit , *Adhuc autem tertium præter hæc*; Sed tamen extremis verbis cum
diceret, *Aut enim facere oportet, aut non: & ſcientes, aut non ſcientes*, ſatis indicat quadripartitò
variari poſſe facinus: ſeu quadripartitò quod pertinet ad facinus poſſe peragi actionem ipſam:nam ſi ſciat,poteſt & exequi & non exequi:ſi neſciat,poteſt item committere aut non
committere , Itaque tacitè ſeu poteſtate quadripartitò variauit mòdum, licet primum
membrum non diſtinxerit ( credo quod cum primum modum declaraſſet fuſè atque inde poſſet oppoſitus agnoſci facilè,breuiloquentiæ de more ſeruiendum putaret , ſed eum
*Redditur ad Ariſtotelis literam.* tacitus prætermiſerit.Sed ſint iſta,verùm cur ait hunc modum(cum quis ſcilicet ſciens aggredi molitur,& tamen abſtinet ſeu impeditur,vno verbo,non facit, eſſe peſſimum? quia
(inquit)immane quidem eſt ac ſceleratum noſſe & aggredi velle, Tragicum certè non eſt,
cum ſit *ἀπαθές*,& affectibus vacuum: quod eſt non ſit aptum vt metum excitet ac miſericordiam: itaut cum hic modus è veſtigio pugnet cum Tragœdiæ inſtituto ac fine, qui eſt
metus ac miſericordia, ſine dubio peſſimus habendus ſit , Neque verò id affirmauerim
quod qui animaduertunt aliquem ſic furere vt ſciens ac volens *πρὸς τὸ μιαρὸν* ad rem ſceleratam ſe comparet non perturbatione aliqua percellantur,ſed quia non eas habet perturbationes quæ Tragicæ fabulæ propoſitæ ſunt. præſertim verò quia quam ſcelus illud,refert immanitatem,non iam metum & miſericordiam,quàm indignationem erga ſceleſtū
illum affert , itaut indignationis magnitudo metum obruat omnem ac miſericordiam ſi
quæ fortè exoriri cœpit. vel certè dum ait eſſe *ἀπαθές*, id ait, quia verè non habet *τὸ πάθος*
hoc eſt perpeſſionem: hanc enim *πάθος* quoque vſurpans docuit ex cædem aut ſaltem ex part.63
vulneribus gigni oportere.ex quo fit vt neque metum habeat ac miſericordiam,vel ſi quo
modo habet illis ſit vacuum quæ in Tragica requiruntur . graues enim requiruntur &
quales ex vulneribus ac repentinis cædibus (quæ propterea palam fieri iubet ) oriuntur.
Cui ſententiæ illud etiam fauet quòd negat factum eſſe Tragicum , quod eſt cædibus &
calamitatibus implicatum:quemadmodum in particula LXXI. ſignificauit dum Euripidem eo nomine aliorum *τραγικώτατον* appellauit quòd cædibus & calamitoſis euentibus
fabulas inter cæteros terminaret maximè.Hæc eſt Ariſtotelis ſententia de primo iſto facinoris patrandi modo : quem addit a nemine fuiſſe retentum ex Tragicis vel vſurpatum
niſi rarò,quemadmodum ſemel fecit Sophocles in Antigona.Ex quo ſanè loco facilè intelligitur(extat enim hæc fabula) Ariſtotelem dum ait peſſimum eſſe modum in quo cognoſcit is qui facturus eſt,& non facit, eum planè intelligere qui non facit quòd occaſio & facultas præteruolet vel eripiatur , Nam Aemon de quo loquitur non volens ab Creonte patre interficiendo abſtinuit ( ſi tamen abſtinuiſſe dicendus eſt) ſed quia cum Aemon
ſtrinxiſſet gladiū & patrem appetiſſet, is ictum declinauerit, ſéque inde fuga præripuerit
neci . Quanquam dum generaliter loquitur Ariſtoteles , generaliter intelligant aliqui : præſertim verò quia ſiue tandem ob ademptam facultatem ſiue ob mutatam ſententiam non fecerit , factum non ſit Tragicum: ac cæde & vulneribus careat. Quod
ſi quis interim dubitet contra Ariſtotelem , vel quia primus hic modus immeritò
cenſeatur peſſimus quòd non habeat tragicum , hoc eſt cædes ac vulnera , cum optimus , quem paulò poſt proferet Ariſtoteles , ijs item careat ; vel quia Antigone
haud caret cædibus ( Aemon enim eodem quo parentem appetierat ferro , ſeſe mox
*De ſecundo modo; qui item improbatur,etſi minus vitioſus quā priſmus cenſeatur.* transuerberauit ; vt omittam Antigonem quoque obrutam & præfocatam a parentis adminiſtris, Eurydicémque matrem ſe ipſam iugulaſſe)vel quia ad extremum Creontis lamentatio (vxoris enim mortem & filij quem ſeruari voluerat lamentatur) habeat
commiſerationem,metúmque gignat,de hac re aliquid paulò poſt, vbi quatuor, quos affert Ariſtoteles, facinoris modi fuerint declarati. Nunc igitur venio ad ſecundum. Is 364
verò eſt cum quis facit & ita facit,vt quod facit intelligat.Eſt autem hic quàm primus melior,ſeu minùs vitioſus,quia habet Tragicum , quo caret ille: ſed tamen eſt vitioſus quia
habet

habet etiam μιαρὸν & ſcelus, cum ſciens ac volens is committat facinus. nam ſcientem huncpatrare, ſeu de eo qui ſciens patrat, loqui hîc Ariſtotelem (etſi non hoc exprimit dum ait τὸ πρᾶξαι δεύτερον egiſſe ſecundum) inde conſtat quia ſequitur è veſtigio βέλτιον δὲ τὸ ἀγνοοῦντα μὲν, πρᾶξαι. *melius eſt ignorantem feciſſe.* vbi tertium proferens modum, hunc ideo meliorem facit quàm ſecundum, quia cum in ſecundo ſciens ille fecerit, tertius contrà ignorans, hic ſit melior. Quanquam hîc etiam dubitari poteſt quia licet hic modus habeat tragicum, tamen multò magis habet τὸ μιαρὸν ac ſcelus, quàm primus, cum re ipſa & per ſummum ſcelus admittatur facinus. Sed de hac quoque re poſtea. Iam verò de tertio conſtat ſatis: is enim eſt in quo quis patrat facinus ſed per imprudentiam & errorem: cenſetur verò melior duobus prioribus quia cum imprudens faciat, non habet μιαρὸν ac ſcelus etſi in hoc illud requirit Ariſtoteles vt ille deinde agnoſcat (agnitionem enim in bona Tragœdia requiri dixerat antea) ac propterea ex agnitione ſtupor ſequatur & admiratio: quæ ſanè voluptatem affert ac fabulam nobilitat plurimum. Et ideo laborandum erit vt doceamus quî modus hic non ſit omnium optimus: ſed ei quartus anteponatur, qui tamen Tragico carere videatur & admirabili, de qua re item diſſerendum erit poſtea. Supereſt igitur quartus ſeu poſtremus, quem Ariſtoteles facit optimum: eſt autem cum quis ignorans, facinus molitur aggredi, ſed dum patraturus eſt, agnoſcit & abſtinet. quam rem tribus exemplis illuſtrat noſter Author. ac primus quidem ſumptus eſt ex Euripidis Creſphonte (deſideratur hæc fabula) vbi Merops, cum eſſet, interfectura filium, ecce tibi eum agnouit, abſtinuitque. Secundus ex Iphigenia (extat hæc, eſtque Iphigenia in Tauris, ne quis Iphigeniam in Aulide intelligat) vbi Oreſtes ab Iphigenia ſorore agnoſcitur, cum eum Dianæ iam iam eſſet ſacrificaturus, abſtinuitque fratrem ſubtrahens neci. Poſtremus ex Helle (Tragica hæc fabula vnà cum Authoris interijt nomine, ſed fortaſſe Euripidis eſt quemadmodum reliquæ duæ) in qua Phryxus Nephelem matrem quam ignorabat, a Baccho pro Inone ſuppoſitam, agnouit & abſtinuit. His quartum illuſtrat modum quem cæteris antepoſuit atque optimum iudicauit. De quibus omnibus erit adhuc quod diſceptemus, quod etiam faciam ſi priùs pauca quædam ſubiecero, vt quæ in hac particula ſubijcit noſter Author, expediam. Ergo cum in particula L X X. dixiſſet Ariſtoteles pulcherrimas Tragœdias verſari circa paucas familias, id cur accideret, quoniam ſeſe obijcit occaſio; explicat ac docet ex dictis. Igitur ea, inquit, eſt cauſa cur non circa multas familias (quemadmodum iampridem obſeruabam) verſetur Tragœdia, quia cum non proprio artificio & induſtria res ſeu actiones, quas Tragicæ fabulæ commendarent, effingerent, ſed ex caſu, quod eſt ex rebus geſtis & humanis euentis qui ſeſe offerrent, traducerent, coacti ſunt (ob eorum ſcilicet euentuum paucitatem: qui enim apti planè eſſent occurrebant perpauci). circa eaſdem eáſque paucas familias verſari: atroces enim huiuſmodi caſus in propoſitis fermè Alcmæonis, Oedipi, Oreſtis, Meleagri, Thyeſtis, Thelephi, (hi enim recenſebantur antea) domibus occurrebant. Atque hæc, inquit Ariſtoteles, dicta ſint vt conſtet de conſtitutione rerum quibus coagmentatur Tragica fabula & qualem eſſe oporteat. ac rectè. cum enim in ea conflanda & ad optimum ſtatum traducenda, ea quæ tum fugienda tum ſectanda ſunt, fuerint demonſtrata, ſupereſt vt de eius & conſtitutione & perfectione dictum ſit ſatis.
165 Quod tamen videtur potiùs intelligendum de fabula quà opponitur moribus, ſententiæ & dictioni; aut certè quà continet nexum & opponitur ſolutioni, quàm vniuerſim & ſine exceptione vlla. alioquin temerè paulò poſt præciperet de ſolutione fabularum, de ratione producendi fabulas, de Epiſodiorum vſu, déque alijs non paucis quæ ſeſe in progreſſu in conſpectum dabunt. Sed de his explicatiùs ſuo loco. Ita ſanè Ariſtoteles ijs de fabula conſtitutis quæ inter partes qualitatis primum obtinent locum, ad mores deſcendit quibus attribuerat ſecundum. Er tamen nos ſubſiſtere adhuc cogimur & cunctari diu vt grauiſſimas de fabula dubitationes quæ tum in præſenti particula, tum in ſuperioribus (has nos reiecimus ad finem XI. huius capitis ſeu particulæ LXXVI.) ſeſe obiecere, diluamus pro virili parte noſtra.

*De tertio qui duobus prioribus anteponitur.*

*De quarto ſeu poſtremo qui ab Ariſtotele cenſetur optimus.*

*Poſtrema explicatur pars, in qua docet cur non circa multas familias verſetur Tragœdia. & Inſtitutam de fabula conſtitutione perorat præceptionem.*

*Iam controuerſiarum quæ huc reiectæ fuerant capita proponuntur, & declarantur.*

Er quidem iandiu dubitamus quid ſimplis fabulæ nomine intelligeret Ariſtoteles. Quã rem, etſi multis agitauimus in particula L X X. vbi eam in medium attulit Ariſtoteles, tamen opportuniori loco penitus explicandam reiecimus. Et quoniam iam vtcunque conſtare videbatur per ſimplicem fabulam videri ſimplicis & vnigenæ conſtitutionis Actionem intelligendam, in qua non vtrinque fieret fortunæ commutatio, idcirco id etiam in I.
Controuerſiam vocauimus, Num talis fabula reperiri poſſit. Itaque cum Ariſt. ſententia II.

in particula LXIX. & LXX. multis fuiſſet a nobis labefactata; ad extremum rem in oppor
tuniorem item locum reiecimus. nunc igitur quoniam ſimplex ſabula tantopere proba-
tur Ariſtoteli, vt hanc vnam perfectæ Tragœdiæ aptam exiſtimet, par eſt vt quæ ſit. & qui
III. omnino ſit admittenda, doceamus. Ad hæc vbi conſtiterit reperiri, iam qualis qualis ſit
ſimplex hæc fabula, illud erit diſceptandum, Num duplici anteponenda ſit, quemadmo-
dum ſtatuebat Ariſtoteles, an verò, quod cæteri exiſtimabant, duplici poſthabenda. Ne-
que enim perfecta fabula & Tragœdia rectè cõſtari poſſit, niſi conſtituerit priùs ſimplex,
IV. an duplex magis probanda ſit. Iam verò quoniam Ariſtoteles in particula LXX. confir-
mat ea quæ præceperat in LXIX. ſed ita confirmat, vt cum in hac tres perfectæ fabulæ
promulgarit leges; nimirum ſimplicem eſſe oportere non duplicem: ex fœlicitate in infœ-
licitatem mutandam eſſe fortunam: nec propter prauitatem ſed propter peccatum erro-
rémve & imprudentiam; ægrè intelligi poſſit num propoſitas leges confirmet omnes, an
vnam tantùm aut vnam & alteram. & quid ſummatim confirmetur; id etiam expedien-
V. dum erit & explicandum. Neque interim nobilis illa prætereunda erit Controuerſia;
Num calamitoſo exitu planè concludenda ſit Tragœdia, & qui non ſecum ipſe pugnet
noſter Author qui læti exitus Tragœdiam interdum probare quin calamitoſæ antepone-
re viſus eſt. Nam id quoque cum alibi tum in particula LXIX. & LXXVI. nobis creauit
VI. dubitationem. Quibus omnibus tres adhuc ſuccedunt dubitationes quæ in hac eadem
LXXVI. ſe nobis obijciunt. Etenim ſic quatuor nobis fabulæ Tragicæ gradus, quod per-
tinet ad Tragicum facinus peragendum, propoſuit, vt eum iudicauerit peſſimum in quo
quis cognoſcens non patrat facinus; quod videtur cum ratione pugnare; cum is qui faci-
nus ſciens admittit vnde ſecundum conſtituit gradum, μιαρὸν exprimat & atrox ſcelus
quod ab Ariſtotele reprehendi ſolet: nam primus gradus vel ſcelus non habet vel multò
VII. leuius, Huc accedit quod optimum reputat gradum in quo quis cognoſcens abſtinet.
qui tamen gradus videtur tertio poſthabendus longiùs; in quo quis ignorans patrat faci-
nus ac deinde agnoſcit; in hoc enim & Tragicum apparet quod expoſcitur (cædes enim
& vulnera propter perpeſſionem & calamitoſum finem requiruntur) cum tamen abſit
μιαρὸν & atrox ſcelus, cum per ignorantiam admittatur, Et tamen in quarto nec Tragi-
cum abeſt ſeu perpeſſio & atrox exitus, nec miſericordia & metus perinde atque in ter-
tio, excitatur. Quid plura? quarti huius gradus exitus deflectit ad Comicum, cum lætum 366
inueniat finem & proſperam fortunæ habeat commutationem. Vt mirum ſit Ariſtote-
lem paulò ante clamaſſe in perfecta Tragœdia calamitoſum exitum exigi, Euripidem in
hoc maximè laudandum, quod præ cæteris infœlici fortunæ commutatione clauſerit ple
raſque Tragœdias, proſperum denique euentum ex Comœdia exigendum; & tamen hoc
VIII. in loco principem locum fabulæ illi tribuere in Tragœdia, quæ cædibus caret ac vulneri-
bus & exitum proſperum inuenit. Ad extremum cum ſcribat Ariſtoteles Tragicos non
arte confeciſſe, ſed ex caſu & euentu arripuiſſe Tragicas actiones, omnino indicare vide-
tur ex rerum geſtarum monumentis hauſiſſe Tragicæ fabulæ argumentum, non hoc in-
genio planè excogitaſſe aut ſuo veluti marte fabricaſſe. Quod ſi ita eſt, ficta Tragica ſabu-
la, quæ inquam non ex rebus geſtis deriuetur, malè audiat atque adeò ſpernenda erit.
quod tamen alibi minùs probaſſe viſus eſt cum Agathonis Florem laudarit. Itaque hæc
quoque expedienda erit Controuerſia; num ficti argumenti Tragœdia probanda ſit.

*CONTROVERSIA. LXIII. De ſimplici quã Tragœdiæ attribuit; ſeu ſimplicis conſtitutionis fabula. Simplicem fabulam ab Ariſtotele reiectam. Eandem rurſus exceptam. Conciliatur res tota*

Sed iam in arenam deſcendamus, & propoſitas Controuerſias pro virili parte noſtra
explicemus. Primò igitur quæritur quam planè appellet ſabulam ſimplicem dum ſimpli
cem ſabulam requirit in optima Tragœdia: & num ſit concedenda aut retinenda, vel etiã
duplicis, cui ſimplicem opponit, conſtitutionis ſabulæ (qualis qualis hæc ſit: quod item eſ
ſet declarandum) anteponenda. Quæ omnia expendere ac declarare lubet hinc ducto ini-
tio. Simplicem ſabulam fuiſſe ab Ariſtotele omnino repudiatam, vel certè a pulcherrima
Tragœdia reiectam, ita vt ex Ariſtotele in ſecundis aut tertijs conſiſtere fortaſſe poſſit, in
primis nullo modo, non eſt quod dubitemus. quandoquidem hoc in particula LVIII.
ſcriptum reliquit: continentérque confirmauit perſpicuè, Rurſus ſimplicem ſabulam
Ariſtoteli probari, atque hanc vel vnam vel maximè pulcherrimæ Tragœdiæ deſtinari,
clarius eſt ex particula LXIX. quàm vt in Controuerſiam vocari poſſit. Sed tamen illud
quoque veriſſimum eſt, quam minùs probat ſimplicem ſabulam, eam eſſe quam implexæ
opponit: quæ ſcilicet non peripetiam habet vel agnitionem vnde repentè nodus ſol-
uatur, ac ſummatim admiratio & voluptas concilietur, ſed paulatim ac ſine agnitione &
peripe-

peripatia peragitur. Contra verò quam maximè probat ſimplicem fabulam, ea eſt quæ opponitur non implexæ ſed duplici: quæq; non hinc calamitoſum alicuius, inde fœlicem alterius, referat exitum; ita vt hinc aduerſam illinc proſperam fortunæ oſtentet commutationem; ſed vnicam eámque fermè calamitoſam. Ex quo fit vt non ſecum ipſe pugnet Ariſtoteles qui improbat ſimplicem quæ opponitur implexæ: probat ſimplicem quæ opponitur duplici. Sed tamen adhuc dubitare licet qui tandem ſimplex quam profert fabulam, quámque ſimplicis conſtitutionis (quòd nimirum opponitur duplici) appellat, non importunè in Tragœdiam inuehat: idque vel quia ſimplex huiuſmodi fabulæ cōſtitutio ægrè videatur concedi poſſe, vel quia duplici videatur poſtponi iuſtiùs quàm anteponi. Et quidem ægrè concedi poſſe, inde conſtat quia dum quis in calamitatem detruditur, vix effici poſſit vt non alter inde ſubleuetur: quod duplicis conſtitutionis reddit fabulam. Etenim Ariſtoteles cum ſimplicis fabulæ vim declararet, atque hanc ex duplicis vi atque natura dilucidaret, exemplum duxit ex Odyſſea, in qua Vlyſſes cum ſuis a calamitate ad fœlicitatem; Proci contrà ex proſperitate in calamitatem, demigrant. Et ideo Odyſſea tum duplicis dicitur conſtitutionis, tum bonorum ac malorum; quia ſcilicet mali in calamitatem incidant, boni ad fœlicitatem euehantur. Ex quibus efficit ſimplicem eam eſſe fabulam in qua vnica fit fortunæ commutatio non duplex. Ex quo (vt ad ſimplicem oppugnandam redeam totus) fit ſanè, vt cum Epica Poëmata duplicis ſint conſtitutionis (probi enim fœlicem, improbi calamitoſum, ſortiuntur ſtatum & finem) in Tragœdijs quo-

*Iam de ſimplici quam excipit, dubitatur: ſimulque duplex qualis ſit oſtenditur.*

367 que paſſim duplex ſeſe offerat fortunæ commutatio & varietas, ſimplex fabula importunè atque adeò temerè ab Ariſtotele inducatur in optimæ conſtitutionem Tragœdiæ. Certè in Oedipo, vnde Ariſtoteles perfectiſſimæ ducit Tragœdiæ exemplum, ſic ad calamitatem depellitur Oedipus, vt Thebana ciuitas immani peſtilentia liberetur. nam huc tota actio conferebatur: idque Regis cura & ſolicitudo, Creontis labor, Oraculi reſponſa (id quod in fabula compertiſſimum eſt) requirebāt, elaborabant, promittebant. Quid plura? Vnus Sophoclis Aiax videri omnino poſſit ſimplicem iſtam referre conſtitutionem, cum in ſuum ille gladium ſponte incumbat, nec hoſtis eum enecet, vnde aliquis tantillum releuari aut lætari videatur. Et tamen (vt omittam non ex vnica hac Tragœdia regulam & exemplum tragicæ conſtitutionis ducendum, ſed ex multis ac laudatiſſimis (alioquin innumeræ ex laudatis inter vitioſas eſſent numerandæ) ſi quis æſtimet rem adhuc attentiùs, Dij quibus iniurius fuerat Aiax, iniuriam vlciſcuntur, ac ſuo modo ab offenſione vnde in Aiacem exarſerant, releuantur, conceptam exaturantes iram. Ita vt ſimplex fabula vel commentitia videri poſſit vel importuna. Sed fac etiam apud Tragicos obuiam eſſet ſimplex iſta conſtitutio (quod tamen ſecus accidit) haud tamen duplicis conſtitutionis fabulæ, quam Epicis ac Tragicis optimis tantopere probatam animaduertimus, anteponenda eſſet. Quanquam, ne tam multa vno eodémque tempore diſceptemus, num ſimplicis fabula conſtitutionis ſit duplici anteponenda, poſt paulò vberiùs. Hæc contra ſimplicem, quam tantopere commendat Ariſtoteles, fabulam. De qua tamen re, vt me expediam, effatis quibuſdam exponam breuiter quid ſentiam. Primum igitur illud ſit. Non eſt dubitandum poſſe ſimplicem iſtam fabulam conſtitui, ita vt ſit concedenda. immo verò re ipſa occurrit apud Tragicos; nam in Sophoclis Antigone verbi gratia nihil non funeſtum: Siquidem & Antigone priùs, tum Aemon, mox Eurydice perit, & ad extremùm Creon filij vxoriſque mortem lamentatur. Ita quidem in calamitatem incidunt omnes, ad proſperitatem euehitur nullus. Atque huius generis fabulas offendas adhuc aliquas. Quin fortaſſe talis cenſendus eſt Oedipus, cum non tam Vrbis perpurgatio conſequatur (quæ tamen in fabula appareat peruulgetúrue) quàm vt Laij interfector iuſta de cauſa ac veriſimili (talis fuit quæ ex Oraculi reſponſo captata eſt) requiratur, & Oedipus tandem parentis interfector deprehendatur. Imò verò Sophoclis Aiax eiuſdem ordinis cenſendus eſſet; cum reuera præter Aiacem, fortunam mutet nemo. Verè enim è contrario ad proſperitatem vel mutatio fit nulla, vel alterius generis, (non enim hominis, cum tamen ex humanarum imitatione actionum in quibus commutetur fortuna, conſtituatur Tragœdia) eáque leuiſſima; ita vt vltoris Numinis fortunam commutari, quod eſt ex aduerſitate in proſperitatem conuerti, nullo modo dicendum ſit. Nam ſi quis fœlicis exitus Tragœdias conſulere velit, huic Oreſtes atque aliæ (præſertim apud Euripidem) occurrant fabulæ in quibus ſimplex ſit actionis conſtitutio. Tametſi in his, quoniam excutiendæ ſunt alibi, nunc non immoror. Alterum verò effatum illud ſit. Non eſt tamen inficiandum nō mul-

*Iam explicatur res tota effatis quibuſdam. I. In quo fabula ſimplex retinetur & declaratur.*

tas

*II. Duplicem eſſe magis obuiā quā ſimplicem, & cur.*

tas ſimplicis conſtitutionis fabulas (de Tragicis loquor ac ſuneſtis, quales Tragœdiæ at-
tribuit Ariſtoteles) reperiti: contra verò duplicis conſtitutionis multas: idque tum quia
varietas, qualem referr gemina conſtitutio, delectationem habet, præſertim quà fœlicem
præſefert exitum: cum tamen hac varietate ac proinde ea quæ ex varietate oritur, delecta-
tione ſimplicis conſtitutionis careat fabula; ex quo fit vt duplex authorem habeat faci-
liùs: tum quia fortunæ commutationes quas & humanæ habent actiones & Tragici imi-
tantur, ſic fermè contingunt. vt dum aliquis in calamitatem impellitur, alter ad proſperi-
tatem euehi videatur. diſſidia enim & fraudes quin vulnera & cædes, quibus complentur
Tragœdiæ, fortunas ſus déque miſcent. Itaque Euripidis Medea proſperum inuenit exi- 368
tum, dum Iaſoni funeſta ſunt omnia: idem, ac multò magis in Electra: idem fermè in Ore-
ſte (a cæde enim ducit initium ac Tyndareus ſaltem fruſtratur, voro lugétque filiam, dum
Oreſti contra exitus ſuccedit fœlix) denique, ne morer, idem in Hecuba, in vtráque Iphi-
genia, in Alceſte, in Hippolyto, in Andromache atque alijs multis, ita vt perpaucæ occur-
rant in quibus viciſſitudo aliqua & mutua fortunæ commutatio non aliquo modo cer-
natur. Sed mitto iſthæc. Siquidem Ariſtoteles ipſe fateatur eos qui Tragœdias compone-
rent, eò ſpectaſſe vt populo gratificarentur; ac propterea dum illinc luctuoſum; prout Tra
gœdia poſtulare videtur, ſpectaculum darent; hinc contra lætum quoque exitum induxiſ-
ſe, ac fauſta cum ærumnoſis miſcuiſſe: ita factum eſſe vt duplicis conſtitutionis. Tragœ-
diæ non ſimplicis in vſu eſſent ac probarentur. Imò verò ea de cauſa contingere potuit vt
cum Euripides tam ingentem Tragœdiarum ſcripſerit numerum, eæ maximè fuerint ſu-
perſtites quæ læta miſcerent cum luctuoſis ac fabulam duplicis efficerent conſtitutionis:
quod argumento eſt duplices fuiſſe laudatas ac ferè vnas dominatas eſſe. Quin credi-
derim eas etiam quas amiſimus, etſi minùs haberent lætitiæ & ad calamitatem eſſent in-
ſtructiores (nam hoc nomine Tragicotaton appellat Euripidem Ariſtoteles) tamen ali-
quid habuiſſe vnde inter hoſtiles turbas aliquis ſubleuari atque adeò ijs qui ad calamita-
tem pellerentur, proſperitate aduerſari videretur, ita vt duplex veriùs quàm ſimplex eſſet
earum conſtitutio. Certè Medeæ & Thyeſtis fabulæ quæ calamitoſis vndique atque ſæ-
uitiæ pleniſſimæ habebantur, ita vt ſol ipſe radios ab eo ſpectaculo cohibuiſſe diceretur,
proſperitatem quandam referebant in ijs qui exercebant crudelitatem; itaque dum Thye-
ſtes luget, exultat Atreus; dum mœret Iaſon, fœliciter euolat ac penè triumphat Medea.
Quæ cum ita ſint, iam quoniam ſimplicem fabulam retinuimus, & de eius conſtitutione

*CONTROVERSIA LXIV. Vtra fabula ſit magis probanda, ſimplex ne an duplex. Priùs tamē quæritur num fabula duplex requirat adhuc diſtinctas actiones: & an illa in qua multi, nec eodem modo, a proſperitate in calamitatē dilabuntur, duplex cenſenda ſit. Explicatur propoſitæ huius dubi*

multa diximus. lubet nunc diſputare vtra fabula magis probanda ſit. Etſi enim ſimplicem
exiſtere poſſe ac re ipſa exiſtere conceſſimus Ariſtoteli; haud tamen illud eſt ei largiēdum,
vt, niſi ratione in conſilium adhibita, ſimplicem fabulam duplici anteponamus. Quan- *In part. 70.*
quam antequam hoc facio, cogor vnam atque alteram dubitationem explanare quæ cū
propoſita de ſimplicis ac duplicis fabulæ notione ac vi eſt coniunctiſſima: & verò iandiu
ſeſe obtulit, cum tamen huc reiecta fuerit. Etenim conſtat quidem ſimplicem quam hîc
vſurpat Ariſtoteles fabulam, opponi non implexæ ſed duplici, ac propterea de ſimplicis du
plicíſque fabulæ conſtitutione agere hoc in loco: conſtat etiam duplicem cenſeri illam ab
Ariſtotele in qua hinc vnus ad calamitatē, illinc alter viciſſim ad fœlicitatem, progredi-
tur; ſed tamen adhuc dubitari poteſt num fabula duplex poſtulet vt vna eâdémque actio-
ne fiat contraria illa fortunæ commutatio, vt contingeret ſi duo exercitus pugnarēt mu-
tuò, atque vnus cladem, alter victoriam referret; an verò ex diuerſis actionibus debeat con
tingere contraria illa fortunæ commutatio: ac rurſus ambigi poteſt & quæri num fabula
in qua non vnus ſed multi fortunam mutant, ac diſtinctis & varijs caſibus ſed in vnam ca
lamitatem, mutant, vt in Antigone verbi gratia in qua Antigone priùs tumulo cónditur
viuens, quòd ſepeliſſet Polynicem, tum Aemon ſe interfecit apud Antigonem quam de-
peribat, & ad extremùm Eurydice ſeipſam iugular ob filij necem, inter duplices an inter
ſimplices ſit numeranda; quandoquidem Ariſtoteles niſi de fabula in qua viciſſim & cō-
traria ſit mutatio, non meminit. Ex quo fit vt non ſatis conſtet num ſimplex fabula quam
opponit duplici, tam illi opponatur in qua multæ ſed ſimiles fiunt fortunæ commutatio-
nes, quemadmodū in Antigone obſeruauimus, & in Sophoclis Oedipo contingit vbi Io-
caſta ſeſe ipſa præfocat laqueo, Oedipus oculis ſe & exilio mulctat; quàm illi opponitur in
qua mutuò ſit varia fortunæ commutatio vt in Odyſſea. Qua de re quod pertinet ad prio-
rem dubitationem, audiendus eſt nobilis interpres Victorius, qui cum in eam incidiſſet,
*Eſt (inquit) accuratè quærendum, quomodo duplex hæc fabula accipi debeat: neque enim arbitror du-* 369
*plicem*

Pagin. *plicem fabulam omnem eſſe , in qua duo contraria inter ſe hominum genera contrarium exitum rerum* tationis
129 p *ſuarum nanciſcuntur,ſi ſocij etiam illi ſint eiuſdem facti,ſed requiri inprimis puto, vt actiones duas in* pars Prior
*ſe contineat : cui etiam adiungatur, vt diuerſæ naturæ morúmque hominibus illæ adminiſtrentur:quod* Victorius
*in exemplo manifeſto fit : dum enim Vlyſſes in mari verſaretur, multiſque aderſis caſibus conflictaretur,proci illi,quibus nulla in re tunc cum eo conueniebat,domi ipſius delicatè viuebant : nec vlli rei* quid de ea ſenſerit.
*parcebant , vt pudiciciam vxoris ipſius expugnarent . Hæc igitur mihi verè duplex fabula videtur vocanda quæ complectitur duplices actiones diſtinctas:ac ſpatio etiam loci ſeparatas, non tantùm diuerſis conſilijs geſtas . nam ſi duplicem fabulam omnem eſſe credimus , in qua longè diſſimiles inter ſe perſonæ , longè alios & oppoſitos inter ſe exitus conſequuntur , omnis penè Tragœdia, cuius exitus triſtis eſt, duplex erit: vix enim fieri poteſt,quin,cum aliqui cadunt in res aduerſas,alij non ſubleuentur,& ex incommodis illorum commodum,aliquod adipiſcantur: nam Oedipo etiam è ſummo loco lapſo, & obruto grauiſſimis malis, Thebanus populus liberatus eſt peſtilentia,& alijs aduerſis rebus quibus premebatur:& tamen fabula illa ſine dubio ſimplex hoc pacto eſt.eadem ratio eſt (niſi fallor) reliquarum Tragœdiarum: cunctæ enim in quibus vna tantùm actio exiſtit,quamuis duæ contrariæ hominum conditiones,quæ contrarios etiam ad extremùm euentus habeant, in ea verſentur , ſimplices fabulæ ſunt habendæ .* Sic Victorius, qui niſi loco, moribus, ſtudijs diſſideant duo iſta hominum genera inprimíſque diuerſis actionibus occupentur , negat duplicis conſtitutionis fabulam gignere. Ipſe tamen magnopere vereor vt poſſim Victorio aſſentiri. Neque enim eſt neceſ- Refellitur.
ſarium, quin, ſi me audias, ne conueniens quidem, aut Ariſtoteli conſentiens, vt duo iſti, non dico ſocij, ſed aduerſarij homines, vel duo iſta hominum genera diuerſis planè actionibus occupentur, dum vni a fœlicitate ad calamitatem , alij a calamitate ad fœlicitatem proficiſcuntur: ſed ſatis eſt; imò omnino conuenit, vt in eâdem actione verſentur: vt dum exercitus duo mutuò pugnant, ac tãdem cladem vnus, vt dicebam, alter victoriam refert: quemadmodum in Iliade, clariùs in Aeneide & in Torquati Gothofredo atque Heroicis poëmatis paſſim vſu venire ſolet . Itaque rectè, mea quidem ſententia, Vtinenſis, quem Alexander ſequitur & Riccobonus (nam Madius & Lombardus multò aliter explicant
Pagin. locum, quem etiam, quaſi mendoſum, nouant, ſeu veriùs peruertunt: ita vt iurè ab Alexã-
124 p ſtro reprehendantur) ſcriptum reliquit. *Simplex genus intelligit fabulæ in qua perſona aliqua ex fœlici fit infœlix; vt in Oedipode Sophoclis: aut è cõtrariò ex infœlici fœlix, vt in Iphigenia Euripides licet perſpicere . Duplex verò fabulæ genus vocatur ab Ariſtotele in qua alia perſona fit ex fœlici infœlix , alia ex infœlici fœlix , ſicut apparet in Electra Sophoclis; in ea enim exprimitur fœlix Aegiſtus & Clytemneſtra , Electra infœlix , rurſus è contrario Aegiſtus & Clytemneſtra infœlices , Electra verò vna cum Oreſte fœlix .* Sic Vtinenſis : qui quemadmodum ex exemplis conſtat ſatis , non requirit vt duo iſta hominum genera duabus illiſque diſtinctis actionibus occupentur ; ſed Aegiſtum hinc & Clytemneſtram illinc Electram & Oreſtem in eâdem occupat actione, ita vt in eodem veluti curriculo verſentur ; tantum abeſt vt non modò actio-
Pagin. ne verùm etiam loco (de ſtudijs enim ac moribus haud repugno) diſſideant , quemad-
145 m modum requirit Victorius . Atque eandem rem eodémque modo idem Vtinenſis Eiuſdem
explicat paulò poſt, in ſententia perſiſtens egregiè. Neque refert quod in Odyſſeæ, quo Victorij ar
Ariſtoteles vtitur, exemplo, videri poſſint Vlyſſes & Proci non vna eâdémque actione oc- gumentis
cupari (id enim trãſuerſum egit Victorium) ſed varia. nam in Odyſſea fortunæ mutatio reſpondetur.
Part. 72 vnde fabula ſortitur formam, fit dũ vtrique & in eodem loco verſantur, & mutuò altercantur ac pugnant; ita vt iam tanquam in eodem verſentur ſtudio. Et ideò Ariſtoteles inde colligit Odyſſeam eſſe ſecundæ conſtitutionis , quia deſinunt illi contrario modo (id quod fit in fortunæ commutatione) & mutatio inter meliores fit ac peiores: ita vt nõ neceſſe ſit ſed ne conueniens quidem aut Ariſtoteleæ doctrinæ conſentiens vt diuerſis illis
370 occupentur actionibus nõ eâdem, Imò verò licet ab initio Vlyſſes in mari periclitaretur, Proci contrà domi proſperè degerent, ille tamen domum contendebat, vt Penelopem, filium, fortunas, quibus inſidiabantur illi recuperaret; ita vt in eodem quaſi curriculo , etſi adhuc inter ſe diſtarent magis quàm cum fortunæ mutatio facta eſt, verſarentur . Neque rurſus obeſt quòd hoc pacto omnis fabula (nam id quoque obijcit Victorius) eſſet duplex, cum vix fieri poſſit vt Tragœdia vlla quæ triſtem habeat exitum, non ſit duplicis conſtitutionis ; cum & ex vnius caſu ſubleuetur alter, & ex vnius incommodis commodum capiat alter. nam, vt omittam non eſſe omnino neceſſarium vt ex vnius caſu releuetur alter , quemadmodum nos exemplis declarauimus; profectò ſi ita quis ſubleuetur ex alterius caſu , vt grauis hæc conſequatur mutatio (hoc eſt enim fortunam commutari quod

eſt

eſt vitæ ſtatum ac vitam ipſam in ſummam vel erumnam vel proſperitatem deuehi) exi-
ſtet vtique duplex inde conſtitutio: non autem cum leuis ſit mutatio: vt cum iram tãtùm
explet quiſpiam vel aliquid lætitiæ capit, vel exiguum declinat incommodum: non enim
ſtatum hic & fortunam mutare dicitur. Vt propterea cum non in cuiuslibet calamitoſo
*Aliud rurſus diluitur argumentum quod pro Victorio afferri poſſet.* exitu quis è contrario verè fortunam mutet, falsò affirmetur triſtem quemcunque exitũ
ad duplicem pertinere conſtitutionem. Magis commonerer quòd dum ex Odyſſea du-
cit duplicis conſtitutionis, hoc eſt eius fabulæ quam non probat, exemplum, aut multò
minùs probat quàm ſimplicem, Odyſſeam ac proinde Homerum tacitè improbaret &
reprehenderet. cum tamen eum tantopere laudare ſoleat. Sed ne id quidem ſatis eſt: quã-
doquidem hoc in loco Ariſtoteles loquitur de Tragica fabula, in qua non probat alteram
conſtitutionis partem, quæ ſcilicet a calamitate ducit ad fœlicitatem: ídque ea de cauſa
quòd Tragœdia timori excitando & miſericordiæ (vt ipſe quidem hic nobis reuocat in
memoriam) inſtituta ſit: ac propterea altera illa conſtitutionis pars non rectè conueniat
in Tragœdiam. Non igitur in Odyſſea & Epopœia lætum carperet exitum, ſed in Tragœ-
dia, in qua duplicem iſtam conſtitutionem improbat vel poſponit ſimplici quòd miſeri-
cordiæ ac timori minùs ſeruiat. Et hinc eſt vt quæ ad duplicem conſtitutionem attinent,
in Epica diſputatione improbet nunquam, cum tamen alia improbet non pauca. Imò ve-
rò crediderim Ariſtotelem ex Odyſſea potiùs quàm ex Tragœdia aliqua protuliſſe dupli-
cis conſtitutionis exemplum, non ſolùm quia in Odyſſea notiſſima eſſet duplex conſtitu-
tio, verùm etiam quia ſatis compertum eſſet in hoc Poëmatis genus omnino conuenire.
Et hac fortaſsè de cauſa in capite de Epopœia dum iubet vt Epopœia eaſdem habeat for-
mas cum Tragœdia, has ait eſſe ſimplicem, aut implexam, moratam aut affectam: de du- *Part. 127.*
*Explicatur iam propoſita Dubitationis pars poſterior.* plici verò, quoniam hanc Epopœiæ propriam eſſe conſtaret, ne verbum quidem. Vt pro-
pterea nihil eſſet cur Victorius propter Odyſſeæ exemplum, talem de duplici conſtitu-
tione ſententiam arriperet. Venio ad alteram dubitationem vt conſtet num quo tempore
non vnus ſed multi iique diſſimili caſu in calamitatem incidunt, duplex hinc fabulæ exi-
ſtat conſtitutio. De qua re Victorius ſic ſtatuit, vt velit omnino duplicem eſſe. Nam quē-
*Quid in ea Victorius.* admodum in Tragœdiis (Victorij vtor verbis) vſu venire ſolet vt nonnullæ ipſarum ſimpli
ces ſint, idem etiam in Comœdijs: & hoc modo quemadmodum Andria, quoniam con-
ſtat è duabus actionibus, ideſt è geminis amoribus duorum adoleſcentium, eſt duplex; ita
*Refellitur.* duplex erit Tragœdia quæ ex duabus conſtet actionibus. Et ideò poſt multa ſic rem per-
orat. *Quæ igitur in Tragœdiarum genere ſimilis Andriæ reliquiſque duplicibus Terentij Comœdijs
erit, Tragœdia duplex erat.* Ego tamen non inficior talem fabulam poſſe duplicem appellari
cum duas habeat actiones: imò verò a Terentio & interpretibus non obſcurè duplicis il-
li titulus tribuitur ac nomen. Cum enim Menander fabulas comicas vnigenas conſtituiſ-
ſet, Terentius verò quas ille vnigenas fecerat, geminaret, vt in Andria & alijs ferè omni-
bus animaduertere licet, in quibus multi amores, multæ nuptiæ, vno verbo multæ actio-
nes, ſanè & Terentius confeſſus eſt aliquando ſe ex ſimplici duplicem feciſſe, & Donatus
atque alij Terentij fabulas duplices fermè eſſe dictitant omnes. Verùm cum id Victorio
ipſe conceſſero, aliter tamen loquendum affirmabo in Ariſtotelis ſchola, qui quoniam
prius vnigenam requirit fabulam, multigenam damnat, quemadmodum conſtat ex par-
ticula L. (quod ſanè repetit etiam in CXXIV.) deinde verò ſimplicis conſtitutionis fabu-
lam duplicis conſtitutionis fabulæ opponit, multigenam actionem a duplici conſtitutio-
ne longè ſeiungit: ita vt Andria ex Ariſtotele multiplex illa quidem non tamen duplicis
conſtitutionis ſit appellanda. Imò verò Epopœia apud Ariſtotelem duplicis eſt conſtitu- 371
tionis cum tamen vnicam illi attribuat actionem: ex quo fit vt ſi quis canat bellũ in quo
hinc mali deprimantur, illinc boni extollantur, vnicam actionem canat ex Ariſtotele, ſed
*Reditur ad Controuerſiã tãdiu propoſitam.* conſtitutionis duplicis.

Sed quoniam ex dictis conſtare ſatis poteſt de fabula quæ vel ſimplicis vel duplicis ſit
conſtitutionis, quæque illis ſit natura & vis ex Ariſtotelis ſententia, ſupereſt vt ad propo-
ſitam Controuerſiam redeamus, ac pro virili parte noſtra diſceptemus, NVM iure ab Ari
ſtotele ſimplex fabula anteponatur duplici, ſiue an præſtet cum Ariſtotele ſimplicis con-
*Pro ſimplici fabula. I.* ſtitutionis fabulam duplici anteponere: an verò expediat priſcos ſequi qui Ariſtotele ipſo
fatente duplicem anteponerent ſimplici. Et quidem pro Ariſtotele ac ſimplici fabula il-
lud facit, quòd ad metum & miſericordiam excitandam apta ſit quidem ſimplex (cala-
mitoſa tamen) quemadmodum præcipit Ariſtoteles: duplex, vix ac ne vix quidem. ſiqui-

dem

dem quà lætum offert exitum, timori ac miſericordiæ concitandæ haud valet, ſed lætitiæ II.
ac ſpei. Deinde cum Comœdia lætitiæ ac fœlicitati ſeruiat, par eſt vt Tragœdia vni calami- III.
tati ac propterea metui miſericordiæque ciendæ aptetur. Denique duplex illa conſtitu
tio, vt contrarias gignit affectiones, & oppoſitos ſpectat fines, videtur ſeſe ipſa viciſſitudi-
ne illa perimere non modò impedire. Nam qui impellendi eſſent ad metum ac miſericor
diam, talis fabulæ auditione rebus lætis ac fortunatis retardentur; contra verò qui ad læti-
tiam excitandi eſſent & ad fœlicitatis ſtudium inflāmandi, miſericordiæ ac timoris vi im-
pediantur neceſſe eſt. Hæc pro Ariſtotele. Cui Tragœdiæ quoque definitionem quoniā IV.
per miſericordiam & metū dicitur efficere purgationem, mirificè patrocinari compertū *Pro dupli-*
eſt. Contra tamen pro Antiquis facit varietas vnde ſatietati occurritur & faciliùs voluptas *ci.*
gignitur ſine qua ſpectaculum accidit iniucundum. Accedit vtilitas. Cū enim in duplici I.
conſtitutione hinc mali deprimantur, illinc boni extollantur, quemadmodū accidit in O- II.
dyſſea, duplex hæc conſtitutio malis perterrendis, bonis ſolandis, eſt aptiſſima: ita vt hoc
nomine Odyſſea cenſeri poſſit formam Tragœdiæ atque ideam extuliſſe. Et ſanè illud III.
propoſitū eſt bonis artibus & facultatibus vt mortales a vitio deterreant, incēdant ad vir-
tutem, atque hoc planè a magiſtratu procurandum eſt & bonarū artium ac doctrinarum
tractatoribus imponendū. qua in re egregiè obtēperaret ac ſuum munus præſtaret Tra-
gicus hac retenta Tragœdia forma, ſimplici non item. Et hinc eſt vt Virtus ipſa hāc planè IV.
duplicis conſtitutionis formā in Tragœdia expoſcere videatur: vt quēadmodū ciuile ſtu-
dium moraléſque virtutes, ita Tragœdia ſit mortalibus omnibus ſalutaris. Denique ho- V.
mo ſtatim ac iudicio vti cœperit ac ratione, eſt tanquā Hercules in biuio: ita vt hinc deter-
rendus a ſegnitie & vitio, illinc ad laborē excitandus & virtutē. Vt minimè mirum olim
Tragicos, quoniam ex Ciuilis prudentiæ præſcripto pendebant, duplicem hāc adamaſſe
conſtitutionē, quam vnam præſcribere illis præſtabat, vt vtilis eſſet Tragœdia ac publico
ſeruiret bono. Nā ex ſimplici & luctuoſa quā definitio illa depoſcere videtur fabula, mor- VI.
tales ad ſæuitiā quoque inſtigari poſſe, & fictis exēplis ad veras ſæuitiæ actiones facilè pro-
uocari, compertum eſt. Hæc pro antiquis ac duplici fabula. Ego verò ſic ſtatuerem. Tra-
gœdia cum adoleuiſſet, & vilitatem illam abieciſſet vnde originem duxerat, trabeā aſciuit *Authoris ſententia.*
ac purpurā ac regias actiones adamauit, regia fermè referens infortunia. Itaque vbi cōce-
damus Tragœdiæ regijs ſpectaculis deſtinatā fuiſſe, ac regibus præcipuè admonēdis & po *Qui ſimplex fabula probāda eſſet.*
tentibus, quēadmodum Comœdia ciuibus ſeruit ac popularibus, nō temerè concedatur
rectè feciſſe illos qui Tragœdiæ præſcriberent vt Tyrannis ac potentibus timorē incute-
rent ac miſericordiā, vnde immoderatos affectus vitámq; componerent. Vbi.n. ex Tragi-
cis ſpectaculis timorem conceperint, fit ſanè vt minùs & proſperitatis efferantur aura, &
potentiæ præfidant, & vitijs ſeruiāt. timor.n. tanquā frenum inijcere ſolet effrenatis cupi-
ditatibus: eodémq; modo miſericordiam vbi induerint animo, pro iracundia & ſæuitia,
372 manſuetudinē & clementiā, pro auaritia liberalitatem ac munificentiā amplectūtur: qui-
bus omnibus efficitur vt cū ſeipſos tum populos atque vrbes moderatè ac paterna veluti
charitate temperent ac regant. Ex quo ſanè fieret vt duplex illa fabulæ conſtitutio, quippe
quæ altera ex parte lætitiæ indulget & proſperos euentus refert, minimè accōmodata eſ-
ſet miſericordiæ excitandæ ac timori. Quantū enim altera fabulæ pars quæ infortunijs cō
tinetur, timori ciendo & miſericordiæ accōmodata eſſet, tantum altera miſericordiæ ac
*Vid p. 208. cap. 209.* timori præcluderet aditum. Iurè igitur ſtatueret Ariſtoteles ſimplicē fabulā, quæ tamen
a proſperitate ad calamitatē progrediatur, duplici eſſe anteponendā, vbi Tragœdia timori
ac miſericordiæ eſſet deſtinata quēadmodū nos ſuo loco declarauimus copioſè. Verùm
ſi Tragœdiæ vſus non iſtis finibus concludendus videretur, ſed potiùs curandū vt morta- *Qui duplex ſit lōgius probanda.*
libus prodeſſet omnibus, iā duplicis conſtitutionis fabula longiùs probāda eſſet, quā ſim-
plex illa & calamitoſa quā laudat & amplectitur Ariſtoteles. Siquidem nihil præſtabilius
quàm humanū genus a vitijs reuocare & ad virtutē incendere; id quod efficeret duplex fa
bula in qua mali ad calamitatē, probi ad fœlicitatē adducuntur. Cū enim ex hominib. alij
ſint Herculis inſtar in biuio (id quod paulò ante memorabatur) ita vt nō ſatis adhuc de vi-
ta deliberauerint, aut ad voluptatē & vitiū vel ad laborem & virtutem animū cogitatio-
némq; retulerint: aliqui alterā ex iſtis delegerint ac terere cœperint viā, profectò calami-
toſus malorū euentus malos a ſuſcepto itinere reuocaret: cōtra verò fortunatus bonorū
exitus alios in virtutis via promoueret. Ita ſanè quæ ex hiſtoria captanda eſt vtilitas (eo.n.
conſilio tractanda hiſtoria, vt exēpla hauriamus ex quibus pericula declinare ac vitā opti-
mè inſtituere perdiſcamus) eā ex Tragœdia, quoniam non pro vt ſors tulerit vt hiſtoria,

Dd 3 fed

ſed pro vt homini magis conducerent, nobis obijceret atq; adeò ante oculos poneret euẽ
tus ac vitæ exẽpla, caperetur longè vberrima. Ita demũ qui hoc conſilio Tragœdiam formandã putaret, vt mortalibus vtriſque prodeſſet, huic duplex ſimplici anteponenda eſſet.

*Nunc tandẽ pro duplici diſputatur: atq; hanc præſtabiliorẽ eſſe oſtenditur.*

Hæc in propoſita Controuerſia. Nã ſi quis vrgeat vt quoniam vtriuſque fabulæ vſum op-
portunitatémq; declaraui, iam apertè ingenuéq; exponam vtram præſter amplecti ac ſe-
qui, equidẽ inuitus dicã quod ſentio: ſed dicam tamen. Non multi reges aut dynaſtæ: mor
tales innumeri; qui tamen Tragicis quoque actionibus iuuari & poſſunt & debent. Siqui-
dem Comœdia in domeſticis fraudibus & caſibus eos inſtruit illa quidẽ; in cæteris vitæ of
ficijs, quæ ſunt ferè innumera, conticeſcit. Igitur duplicis conſtitutionis Tragœdia præſto
ſit quæ paulò grauiores caſus, ſiue lætos velis ſiue ærumnoſos, imitetur, vnde a vitijs deter
reantur incendantúrque ad virtutes. Num Epopœia ſummis Ducibus & Heroibus reſer-
uatur, vt poſtea quã humanis virtutibus compleuerint pectus, egregia atque adeò he-
roica edant facta. Itaque Tragœdiæ medius debetur locus, vt in ijs quæ inter popularẽ He
roicámque vitã officia intercedunt, excolant mortales: quod tamen, niſi duplicis cõſtitu-
tionis fingatur, vt ad vtranq; fortunã illos erudiat, præſtare haud poteſt. Et hæc quidẽ con-
ſtitutio, duplex inquã, humanis actionibus, præſertim paulò grauioribus, accõmodata eſt:
in quibus ſæpè contingit mutua fortunæ cõmutatio. Ita quidem Tragœdiæ ope è varijs
difficultatibus ac veluti ſyrtibus educeremur in quas ſimplicis conſtitutionis fabula eáq;
calamitoſa ſeſe Ariſtoteles aut nos ſaltẽ coniecit. De quibus etiã lubet breuiter aliquid di-

*Iam ſigillatim attinguntur difficultates quas ſimplex habet fabula Ariſtotelea.*

cere; vt quoniã ſemel cœpi, nihil ex ijs prætermittam, quæ ad hanc Controuerſiam peni-
tus explicandã ac dilucidandã valere poſſint. Ac primùm quia explicatu eſt difficillimum
qua tandem ratione in Tragœdia per miſericordiã ac metum fiat purgatio. Itaque dum
Ariſtoteles ipſe hac in re ſilet altiùs, mirũ eſt quàm multas ac varias Peripateticos in par-
tes ac ſententias torſerit. Qua tamen in re non moror quòd in Controuerſia XXXIX. rẽ
ſim proſecutus vberiùs. Et quamuis poſt multa in eã ſententiam deuenerim quæ fortaſſe 373
(quanquã id aliorum ſit iudiciũ) rem explicat adamuſſim, quemadmodum & paulò ante
I. indicaui & in propoſita Controuerſia copioſiùs demonſtraui; tamen aduerſus Ariſtote-
II. lẽ adhuc nouæ ſeſe offerent difficultates. Nam qui per miſericordiam & metum iuſſerat
purgationẽ effici in Tragœdia, is deinde alias actionum formas, ſeu alia fabularũ genera
proferre & cõſtituere debuiſſet vnde per ſpẽ, lætitiam, atque alias affectiones fieret perpur-
gatio, & ad virtutẽ promouerentur mortales. Tametſi.n. Comœdia fortaſſe per lætitiam
aliquid molitur, in cæteris tamen affectionibus cãpus aperitur nullus ad purgationẽ, niſi
fortè ad Epopœiã cõfugias, in qua, mea quidẽ ſententia, purgatus iam requiritur animus
vt excellentẽ illã Epopœiæ ideam in Virtutis cãpo imitetur. Et ideò ſatius fuiſſet duplicis
III. cõſtitutionis amplecti fabulã in qua ad omnes & affectiones purgandas & virtutes cõſe-
ctandas aperitur aditus. Huc accedit quòd ſimplex illa cõſtitutio non facilè habet exẽpla.
IV. cum.n. ex rebus geſtis aut exceptis iã factis deriuanda ſit Tragica fabula, difficile eſt Regẽ
aut Principem virũ inuenire qui ſic pellatur in calamitatẽ vt nõ viciſſim aliquis fortuna-
tum ſortiatur exitũ: hiſtoriæ nanque nõ facilè talia ſuppeditant exẽpla. Sed fac ſuppeditẽt,
certè vt is qui in calamitatẽ incidit non culpa aliqua incidat ſed per ſummũ imprudentiæ
errorem vt Oedipus, ægrè occurrat vnquã, præſertim ſi nec probus nec improbus feren-
V. dus eſt. non.n. id mortalium facilè patitur conditio. Quid. quod illud etiam requirit Ari-
ſtoteles in perfecta Tragœdia, vt quis repentè errorẽ agnoſcat & a ſcelere abſtineat, vt cũ
Meropem legimus apud Tragicos filio quem iam iã interficere aggrediebatur, repẽtè co
gnito, in ipſo interfectionis ſeu aggreſſionis articulo abſtinuiſſe. Hæc.n. ab induſtrio &
exercitatiſſimo Poëta fortaſsè excogitari poſſint ac fingi, ex hiſtorijs certè ac rebus geſtis
deriuari haud ſatis queunt: ita vt perfecta Ariſtotelis Tragica fabula opratis potiùs quàm
vſu cõſiſtere, & Socraticæ Reipub. perſimilis videri poſſit. Quapropter ſatius fuiſſet vt Ari
ſtoteles duplicis conſtitutionis excepta fabula, ijs nos anguſtijs aut etiã ſeipſum liberaſſet.
Nã duplici excepta, occurrunt ex hiſtorijs exẽpla pulcherrima quaéque cuilibet affectio-

*Confirmatur altius duplicem eſſe retinẽdam.*

ni purgandæ & cuique hominum ordini ſeruiant. Vt minimè mirum veterũ Tragicorũ
fabulas ab anguſtiſſimis Ariſtotelis legibus pleraſque omnes diſcedere ac diſſentire. nam
Oedipus ipſe, quem ſibi in perfectæ Tragœdiæ propoſuit exẽplo, ab illis aberrat in multis.
Vt.n. omittam multa præter veriſimile arripere de Laij cœde, & Oedipi ignoratione, ſanè
peſtilentiæ molitur expiationẽ vnde ad duplicem inclinat. Sed nec Oedipus abſtinet, mul-
tò minùs Iocaſta, a ſæuitia & atroci facto: cum tamen (id quod etiam antea ſtatutũ eſt ab
Ariſtotele, & a nobis paulò poſt diſceptabitur) in perfecta Tragœdia requiratur vt a ſcele-

re ſeu

re ſeu facinore patrando, is qui illud iã iam aggrediebatur, abſtineat. quin etiam in Oedipo fabulæ vnitas fortaſſe minùs conſeruatur dum hinc Iocaſta præfocat ſeſe, illinc Oedipus oculos ſibi perfodit & in exilium abit. Denique duplici retenta facilè graues actiones omnes tam luctuoſæ quàm proſperæ celebrentur; atque martyrũ cruciatus, ſantiſſimorúmque virorum perpeſſiones optimè Tragico ſpectaculo cõmendari poſſint magna cũ virtutis acceſſione & mortalium bono. Vt propterea mihi quidem duplex quam priſci illi adamarunt, ſabulæ conſtitutio tum ad luctum temperandum ac nimiam ſeueritatem, tũ maximè adiuuandos mortales ſimúlque officia excolenda quæ inter Comœdiam & Epopœiam ſeſe offerunt, videatur & ſimplici anteponenda & pace Ariſtotelis retinenda. Atq; hinc lubet ad quatuor illas progredi formas quibus Authore Ariſtotele Tragicum factũ peragi poteſt; nam grauiſſimas habent dubitationes. Qua in re is ſit Controuerſiæ ſtatus.

*CONTROVERSIA LXV.*

*NVM in quatuor Tragicæ actionis peragendæ formis quas profert Ariſtoteles, eius ſententia probanda ſit.*

374 NVM in quatuor Tragicæ actionis peragendæ modis quos profert Ariſtoteles, eius ſententia probanda ſit. Ergo inter huiuſmodi formas eam Ariſtoteles cenſet perfectiſſimam in qua qui iam iam facinus eſt patraturus (per ignorationem tamen, quòd perſonã haud cognitam habeat) repentè perſonam agnoſcit abſtinétque. Id quod facit Iphigenia apud Euripidem, quæ cum Oreſtem fratrem per ignorantiam iam iam eſſet mactatura, agnoſcit & abſtinet a ſcelere. quam rem etiam declarat exemplis tum ex Helle tum ex Merope deriuatis. Siquidem in priore eodem modo Phryxus abſtinet a matris proditione aut nece; & in priore mater a nece abſtinet filij. Secundum locum illi tribuit formæ in qua committitur quidem facinus, ſed per ignorantiam: ita tamen vt poſtea fiat agnitio, quemadmodum in Oedipo. In Tertio eam ſtatuit in qua quis agnoſcens patrat facinus vt Atreus dum Thyeſtis trucidat filios, próque dapibus apponit parenti: aut Medea, quæ filios item ſponte obtruncat ac ſciens: atque huic formæ, quam non bonam cenſet, eam quaſi peſſimam quarto ſubijcit loco in qua quis ſciens deliberat de ſcelere, ſed tamen cum iam iam illud eſſet patraturus, haud perficit; quemadmodum Aemon cum Creontem interficere moliretur, re infecta diſceſſit. Hîc igitur commouentur Interpretes, ac iurè, cum Ariſtoteles primam quam commemoraui formam, optimam reputet; cum tamen nihil minùs quàm timori ac miſericordiæ valeat excitandis: finis enim lætus eſt totus, & Comicæ fortunæ commutationi exitus quamſimillimus. Et tamen ſecunda quam recenſui forma quæque ab Ariſtotele minùs quàm ſuperior perfecta cenſetur, miſericordiæ ac metui concitando eſt aptiſſima, cum per ignorationem contingat ſcelus. Eodémque modo tertia videretur peſſima iudicanda, cum is qui patrat ſcelus, non per imprudentiam ſed data opera & cognoſcens peccet: ac non tam metum & miſericordiam quàm indignationem pariat. Certè poſtremus modus in quo ſaltem non admittitur ſcelus, videretur huic anteponendus. Iam igitur quod pertinet ad duas priores formas, etſi obuia ſupérque ſatis eſt dubitatio, Vtinenſis tamen ſilet: Madius & Lombardus ne verbum quidem. Victorius tamen illam & agnoſcit & commouetur ſic diſſerens: *Conſiderandum quomodo velit coagmentationem hanc rerum eſſe optimam, cum deſinat in bonis rebus; videtur enim cum hoc vſu venit, exitus illius duri caſus non malus eſſe; neque enim conatus ille finem nactus eſt; ipſe autem magis probauit Tragœdiam, quæ tranſit è bonis valdè rebus, in valdè malas, quàm contrariam. Nec tamen non idem intelligitur multis modis non alienus fuiße ab Iphigenia in Tauris, vt eodem redeamus; placuiſſetque ipſi mirificè hanc fabulam, in qua manifeſtò hoc vſu venit; componuntúrque ad extremum illa turba ſine vllo magno malo, conſtat. niſi aliquis cõtendat, alijs de cauſis illã ab ipſo imprimis laudari.* Sic ille. Qui tamen tum rationem afferre debuiſſet cur Iphigenia probetur Ariſtoteli quam tamen fatetur læto exitu terminari; tum vniuerſim quam in ſententia repugnantiam agnoſcit ac notat, diſſoluere; nam re vera (id quod docebo deinde perſpicuè) locus, etſi omnino pugnare videatur, repugnantiam habet nullam. Sed & Mutinenſis qui eandẽ ſuſdéque mi ſcet, non modò non vindicat Ariſtotelem ab hac nota, verùm etiam concludit Ariſtotelem aut quæ de Tragico exitu ſtatuerat obliuioni tradidiſſe, aut ſententiam illam depoſuiſſe, quam tamen, cum eſſet optima, deponere debuiſſet nunquam: Itaque in Mutinenſem exarſit Riccobonus, quaſi verò obliuio non Ariſtoteli, ſed ipſimet Mutinenſi exprobranda ſit. At, ii, qua de cauſa, cum dubitationis ac repugnantiæ occaſio in promptu ſit? Nititur rem declarare ac Mutinenſis obliuionem atque adeò temeritatem quam illi obijcit, oſtenderet, ſic pergens. *Longè alia noſtra ſententia eſt; gradum ſcilicet tertium & quartũ non eſſe vt ille affirmat, prorſus pares in ſceleris vacuitate; ſed eſſe quod ille negat in oratione perpeſſionis, quodammodo pares, nec illum huic ſed hunc illi eſſe omnino præferendum. Nam, cum Tragicum ne-*

*De duabus quas Ariſtoteles laudat formis.*

*Conſuluntur interpretes.*

*Victorius.*

*Refellitur.*

*Mutinenſis ...*

*Riccobonus*

*gotium ſceleratum eſſe non debeat ſed gratum hominibus, & terribile, & miſerabile, quãuis tertius ha-
beat plenam, & conſequentem perpeſſionem, quartus non plenam, nec ad effectum perductã, nihilominus
in eo videntur pares, quod in vtroque ante finem Tragici negotij malum imminens eſt æquè terribile ac
miſerabile, poſt finem verò quartus quidem omnẽ terrorem, & miſericordiam in ſolatium & gaudium
verti, ſed continet magis illud, quod eſt gratum hominibus, vt ſcilicet in terribilibus, & miſerabilibus
periculis perſonæ incolumes conſeruentur, & minùs continet illud, quod ſceleratum eſt.* Sic Riccobo- 375
nus. qui cum alia quædam ſubieciſſet vt doceret ſcelus populariter accipiendum eſſe dũ
II. Oedipus re ipſa illud peregiſſe dicitur (alioquin cum præter voluntatem contigiſſet, verũ
ſcelus admiſiſſet nullum) rem tandem petorabat his verbis. *Non igitur fuit immemor Ariſto
teles, aut ſibi parum conſtãs, vt ab immemore & audaci aduerſario obiectum eſt, ſed maximè memor &
cautus, etiamſi quandoque a nonnullis minùs intelligi videatur.* Ipſe tamẽ adhuc ea hæreo de cau-
ſa quod Riccobonus ſcribit in quarto illo actionis genere, omnem terrorem & miſericor
diam in ſolatiũ & gaudium verti. Nam hoc eſt quod obijcitur Ariſtoteli, qui id planè obie
cit illis qui lætum optarent exitũ in Tragœdia, & Euripidem ſeque inde purgauit quòd
calamitoſus non lætus exitus ſit Tragœdiæ tribuendus. Itaque Alexander cum ipſe quo-
que in hanc dubitationem incidiſſet, *Fateor, inquit, ingennè* (latinè illum loquentem faciam)
*Quid opinatur Alexãder* *mihi ſemper dubitationem attuliſſe quod ait Ariſt. optimam formam eſſe illã in qua, quis per ignorantiã
aut imprudentiam atrox aliquod ſic molitur facinus, vt in aggreſſione ipſa agnoſcat & abſtineat. Hũc
enim modum alteri anteponit in quo agnitio factum conſequitur. Et tamen huiuſmodi factum, quoniam
per imprudentiam contingit, haud eſſet priori poſthabendũ: imò verò magis Tragicum exiſtimandum,
cũ calamitoſus ſequatur exitus, quo caret alterũ cuius finis lætus eſt. Nam certè Ariſtoteles paſſim te-
ſtatur calamitoſum exitũ perfectæ Tragœdiæ proprium eſſe, cum timori excitando & miſericordiæ ſit
idoneũ quod tamen in læto exitu affirmare haud licet.* Hæc iſte. & rectè. nã (vt dicebam) hac pla-
nè ratione Euripidẽ ſeque ipſe defendit Ariſtoteles cum triſtis exitus a nonnullis reprehẽ
deretur in Tragœdia; vbi etiã lætum exitum Comœdiæ proprium eſſe monebat. & tamẽ
in præſens læti exitus formã anteponit triſti. Sed redeo ad Alexandrũ: qui poſt multa qui-
bus rei exaggerat difficultatem, ſic eam nititur explanare, vt confugiat ad metum & miſe
ricordiam, quæ iam antequam ille agnoſceret & abſtineret ſpectatorũ animos imbuerat
alterius. Ex quo efficit, vt cum hinc miſericordia & metus iam fuerit excitata, illinc propter
recognitionẽ facinus non admittatur, hæc forma illi præſtet in qua ſic gignitur miſericor
dia & metus vt atrox facinus admittatur; quod (inquit) nõ iucundũ accidit ſpectatoribus.
*Exagitatur Alexandri ſententia.* Sed tamen cum illud rurſus pugnare videtur aduerſus Alexandrũ, quod obiecimus Ric-
cobono, tum alterum; nimirum quia fabulæ forma & modus videtur ex fortunæ com-
mutatione atque exitu æſtimandus ac diiudicandus vel maximè: ac propterea exitus ille,
quippe lætus, pugnare videtur cum perfecta Tragœdiæ forma quæ ex calamitoſo pendet
exitu. Immo verò ex iis quæ antegrediuntur atque animos occupant ſpectatorũ pericula,
potiori iure liceret ſtatuere iſtam fabulæ formam pugnare cum recta Tragœdia. Siqui-
dem Tragœdiam a proſperitate ad calamitatem promoueri iubet Ariſtoteles: vel certè
hinc nondum a Comœdiæ forma diſtingueretur quæ ante nodi ſolutionem turbis ac pe-
riculis implicatur. Sed fac ea quæ ante fortunæ commutationem pericula excitantur, &
miſericordiam ac metum afferre & Tragœdiæ formam nonnihil conſtituere valeant,
quemadmodum prætexit Alexander; at Ariſtoteles hoc ſibi perfugium viſus eſt ade-
miſſe cum in particula L X X I I. id Comœdiæ proprium eſſe diceret vt pericula etiam 376
grauiſſima lætum ſortiantur exitum: nam propterea ſcribit Oreſtem & Aegiſtum,
quantumuis inimicos, ſeque hoſtiliter inſectantes reconciliari in Comœdia, ita vt neu-
ter interficiat alterum. hîc enim ſumit in Comœdia etiam mortis periculo poſſe ante-
uerti lætam fortunæ commutationem. ita vt Ariſtoteli tuendo Alexandri labor hactenus
ocioſus videri poſſit. An igitur dicendum hãc formam in qua quis abſtinet, eſſe altera me-
*Ariſtotelis ſententia, qua oſtenditur ſibi Ariſtotelẽ omnino cõſtare.* liorem, in qua ſcelus, etſi per ignorantiam, admittitur, quia nullum in ea μιαρὸν ac ſcelus
imaginẽ refert; in altera ſceleris ſpecies reſidet aliqua? Crediderim equidem huc etiam ſpe
ctaſſe Ariſtotelẽ. Tametſi haud ſatis cautus videri poſſit adhuc qui in hac forma quã op-
timam appellat, inprimis requirere cogatur triſtem exitũ; cum hunc Tragœdiæ propriũ
ſtatuerit antea. Sed iam fateamur id quod eſt, nimirum locum hunc ſi quis attentiùs æſti
met, nullam planè habere dubitationem aut repugnantiã, tametſi multis viſus ſit repu-
gnantia liberari haud poſſe. Caret inquam repugnantia, quia Ariſt. in particula Lxxiv. ſcri
bit ad Tragicã actionẽ cõſtituendã nihil intereſſe ſiue quis matrẽ verbi gratia amicúmue

ἀποκτεί-

ἀποκτείνῃ ἢ μέλλῃ, ſiue inquam enecet, vel enecaturus fuerit. Ex quibus intelligitur ex eius ſententia æquè Tragicum eſſe patraſſe facinus ac patraturum fuiſſe. Itaque dum ſtatuit debere Tragœdiam eſſe ſimplicis conſtitutionis & mutari ex fœlicitate in infœlicitatem, infœlicem mutationem ſic vſurpat vt tam eam comprehendat in qua patratur facinus, quàm illam in qua patrandum fuit. Ex quo intelligitur Ariſtotelem dum inde tueretur Euripidem quòd calamitate imbuerit fabulam Tragicam, vtrumque genus calamitatis comprehendere: & hoc nomine Iphigeniam quoque, quoniam in ea mactandus fuit Oreſtes, Inter calamitoſas numeraſſe (& hinc meliùs fortaſſe intelligitur cur dixerit Euripidem eſſe Tragicotaton, cum tamen videamus tam multas extare Euripidis Tragœdias in quibus non patratur ſcelus: nam patrandum ſaltem fuit) ac ſummatim eas Tragœdias in quibus perturbationes fuerint maximæ, quæque patrando ſceleri fuerint proximæ, atq; adeò ad ipſum ſceleris patrandi peruenerint articulum, inter calamitoſas verè eſſe numerandas ex Ariſtotele qui illud iecerat fundamentum, nihil intereſſe ſiue ſcelus expleatur ſiue explendum fuiſſe videatur. Quapropter dubitari quidem poſſet & in Controuerſiam vocari, num hac in re ſit Ariſtoteli aſſentiendum (quo tamen tempore mutaretur Controuerſiæ ſtatus) & quî tandem non Comœdiæ exitum admiſerit in Tragœdia, cum tamē in Euripidis defenſione lætum quem aliqui requirebant exitum, ex Comœdia petendum eſſe dixerit, in qua turbæ ac perturbationes in lætitiam vertuntur, ſed priore quam iſti Ariſtoteli objiciūt, repugnantia notari haud debet Ariſtoteles dum Iphigeniam, Meropen, Hellem calamitatem habere ait.

*Defenſo Ariſtotele a repugnātia, oſtenditur cā non admiſiſſe Comœdiæ exitum in perfecta Tragœdia quā ſtatuit forma.*

At enim quid de noua hac quæ rurſus oritur dubitatione? licétne in hac quoque tueri Ariſtotelem? Fortaſſe. etenim aliud eſt ab infœlicitate ad fœlicitatem migrare, aliud infœlicem tantùm exitum declinare. Vt enim Oedipus qui Rex erat ac fœlix habebatur, verè a fœlicitate migrauit ad infœlicitatem dum regnum in exiliū mutauit ac cœcitatem, ſic quiſquis è contrario a calamitate ad fœlicitatē eſt euehendus, debet non ſolùm ſubtrahi neci, ſed ad fœlicem ſtatum aliquem euehi, quemadmodum Vlyſſi accidit: & ideò fœlicē commutationem Ariſtoteles Vlyſſis declarauit exitu, qui cum mirè calamitoſus eſſet, repentè fœlix ac perbeatus affectus eſt. Et ideò in particula LIX. cum de Lynceo quem Danaus interfecturus erat loqueretur, ac rem è contrario cecidiſſe affirmaret, Lynceum ſer-
Cont. 56 uatum quidem dicit, fœlicem effectum non dicit. eodémque modo in Lxxi. Creontē neci ſe ſe ſubtraxiſſe ſiue ſeruatū quidem indicat, fœlicem euaſiſſe nullo modo. Itaque idem Ariſtoteles in 2. de Naturali auditione libro fatetur quidem eos quib. boni aliquid aut mali ſorte accidit ac præter opinionem, bona fortuna vti vel mala; ſed fœlices aut infœlices (ſi quis locum æſtimet diligenter) eos tantummodo reputat quos vehementi vel fauore vel acerbitate Fortuna proſequi videatur, ita vt nō proſperitas & aduerſitas, ſed proſperitatis aduerſitatiſque magnitudo fœlices aut infœlices efficiat ex Ariſtotele. quo nomine & Vlyſſes verè fœlix, & Priamus iurè infœlix cenſeatur, cum ille ex ſexcentis œrumnis ad exoptatam proſperitatem peruenerit, hic contra ab omnium ferè bonorum cumulo vnde perturbatus habebatur, in varias calamitates œrumnáſque inciderit: poſt quas etiā vita miſerandum in modum ſpoliatus ſit. Imò verò is etiam (inquit Ariſtoteles) infortuna-
li.2.c.9. tus & œrumnoſus (id quod noſtram ſententiam mirificè confirmaret) ſeu infœlix dicendus eſt cui parùm abeſt quin maximum obtingat malum: ídque quia mente iam veluti
377 præſentem habet calamitatem atque adeò conſternatur. Quibus verbis (niſi fortè illos audias qui locum aliter interpretantur, ambiguus enim eſt) Oreſtes dum ſubtraheretur
li.1.mor. cap.9. neci, calamitoſum adhuc exiſtimes. Id quod in magnis moralibus paulò adhuc explicauit clariùs vbi fœlicitatem non tam in graui malo declinando, quàm in magno bono adipiſcendo collocat. Et ſanè qui ſæpè terra marique & periclitatur & ſeruatur, is non tam fœlix cenſendus eſt, inquit Ariſtoteles, quàm infœlix quòd tam facilè in ea incidat. Et hac de cauſa alibi ſtatuebat eum qui facilè incidat in pericula, etiamſi liberetur, fœlicem eſſe non poſſe. Quæ cum ita ſint, iam quoniam commodus ſe ſe offert locus lubet eam dubitationem explanare in qua quærebamus quid, ſigno illo comprobaret Ariſtoteles, de quo tam variè ſentiunt Interpretes. Cum enim tres veluti leges tu-
In part. 70. liſſet ac ſtatuiſſet Ariſtoteles, nimirùm fabulam oportere ſimplicem non duplicem eſſe: ex fœlicitate in infœlicitatem mutandam eſſe fortunam: nec prauitate ſed per errorem & imprudentiam mutari, ſtatim ſigno quodam vſus eſt quo ſententiam confirmaret ſuam, cum tamen non facilè intelligatur; Num propoſitas leges omnes an aliquas vel etiam

*Ex dictis dubitatio illa explanatur cuius cauſa dubitatum eſt quid tandē ſigno illo confirmet Ariſtoteles.*

vnam tantùm,& quomodo,confirmet. Etenim ex progreſſu ſatis conſtat confirmare exitum niſi calamitoſum non eſſe excipiendum. Exempla enim quæ ſigno afferuntur tum calamitoſa ſunt tum exitum oſtendunt calamitoſum eſſe debere; ſiquidem Alcmæon peremit matrem: Oedipus in ſe ipſum deſæuijt: Meleager dum ſenſim extingueretur ſtipes, paulatim elanguebat, Thyeſtes proprios comedit filios, Telephus graui vlcere laborauit. Denique ſi concedas ad calamitoſum quoque exitum pertinere actiones illorum, qui, etſi liberentur, graues tamen dolores perpeſſi ſunt, ac ſupremo proximi fuerunt diſcrimini, Oreſtes quoque, addo etiam Telephus (ne quoniam ſanatus eſt eum eximendum ſuſpiceris) inter calamitoſos eſt numerandus. Quanquam ſic iſtos memorat Ariſtoteles fuiſſe calamitoſos, vt in eorum quoque familias ac ſobolem intueatur, inprimis de quibus variæ, eæque calamitoſæ extabant Tragœdiæ. Quo tempore omnino fatendum eſt eos qui eximantur poſt graue ac paulò diuturnum periculum ad calamitoſum pertinere exitum, quandoquidem in iſtorum familijs plures occurrunt qui in Tragœdijs tādem eximuntur calamitate. & ideo continenter etiam, hac lege conſtituta Euripidem ſéque ipſum defendit Ariſtoteles, eos refellens quibus calamitoſus non probaretur euētus. Quanquam hîc prima quoque lex confirmari poteſt. nam vbi duplicem fabulam priſcorum pace ad ſimplicem redigit, idque fœlici fortunæ mutatione abiecta, calamitoſáque retenta, & ſecundum legem tueatur, & primam conſeruet oportet. Quin etiam dum ex iſtis aliqui reuera per imprudentiam peccarunt veriùs quàm improbitate, tertiæ quoque confirmandæ aditus aperitur, imò qui deinde reputet in illis familijs ſic calamitates inſediſſe ac tanquam hæreditarias a maioribus ad poſteros defluxiſſe vt veluti fato quodam contingere conſerentur, liceat vtcunque intelligere iſtos non tam prauitate quàm fatali errore (ſic enim putabant illi) & imprudētia peccaſſe inque calamitates incidiſſe. At enim

*Reditur ad propoſitam Controuerſiam enodanturque argumēta quædam.*

ſint iſthæc, veruntamen adhuc in ea quæ paulò ante agitabatur Controuerſia argumentis eſſet occurrendum quibus demonſtrabatur quartam illam Tragicæ actionis formam exitum referre non calamitoſum ſed proſperum. Rectè, & ideo vtilis occurram, ſic ſtatuo; quartam illam actionis formam quam Ariſtoteles optimam cenſet, habere exitum Comœdiæ ſimillimum (id quod nos obijciebamus Alexādro) ac propterea videri Ariſtotelem quartum hoc Tragicæ actionis genus nomine tantùm a Comica actione diſſociare, cum mortis quoque periculum inter Comicas turbas numeret, atque has in lætitiam conuerti affirmet, quod exprimit quartam illam Tragicam fabulam; Sed tamen multa interim ſunt quæ diſſociant duas actiones iſtas, ita vt Tragica vna, Comica altera, videatur adhuc cenſeri poſſe. Ac primùm in hac Tragica forma quam optimam ſtatuit Ariſtoteles, debent tum perſonæ eſſe illuſtres, quæ ſanè in Comicam fabulam (quod Ariſtoteles
ſæpè monuit) non conueniunt, tum primæ aggreſſiones eſſe lætæ & proſperæ, ita vt a pro- 378
ſperitate non a turbis, quemadmodum in Comœdia, & aduerſitate aliqua ducatur initium. Ad hæc nexus etiam, in quo ſenſim actio traducitur ad pericula, tali claudendus eſt infortunio vt (quod Ariſtotelis exempla ſatis indicant) in ſummum diſcrimen quis adducatur; ita vt in ipſo ſceleris patrandi articulo repentè fiat agnitio & a ſcelere abſtineatur. Sic enim & Auditores, præſertim illuſtres quibus maximè deſtinatur Tragica fabula ab Ariſtotele, & timorem concipiunt, cum ſui ſimiles cernunt tali obnoxios infortunio, & miſericordiam exerunt erga illum quem non per improbitatem ſed errore aliquo in eam calamitatem incidere vident, præſertim cum inde liberandum haud ſuſpicentur. Ita quidem fortaſſe admitti poſſet in hac fabulæ forma calamitoſum exitum quoquo modo apparere: præſertim verò, quia vt dicere cœperā, is cui parcitur, non tam a calamitate ad fœlicitatem euehi dicendus eſſet quàm mortem declinaſſe. Atque hinc liceret ijs ſi-

*Iam ſigillatim Ariſtoteles explicatur dum perfectā actionis Tragicæ formā cum Comica forma viſus eſt cōfundere.*

gillatim ſatisfacere quæ è contrario afferebam. nā cum obijceret Ariſtoteles in Comœdia Oreſtem quoq; & Aegiſtum reconciliari, ſpectare potuit in tritam eius temporis Comœdiæ conſuetudinē in qua ad extremum nullæ, etſi grauiſſimæ, non ſedarentur turbæ (propter hoſtilitatem enim ſummam Aegiſti & Oreſtis mentionem facit, non propter nobilitatem) ac nulla non tollerentur pericula. id quod non prohiberet quominus Ariſtoteles ſentiret tum viles tantùm perſonas aut mediocres aptas eſſe Comœdiæ: tum mortis periculo aut grauiſſimis ærumnis haud eſſe anteuertendam fabulam, ſed popularibus turbis & ad ridiculum pronis, ita quidem in Comœdia diſcrimen quo aliquis liberatur, haud conferri poſſet cum ſummis illis Oreſtis aliorúmque quos in propoſita illa Tragœdiæ forma in exempli loco memorat Ariſtoteles, periculis ac diſcriminibus. Quapropter

ſi ex-

ſi extaret comica Ariſtotelis diſputatio, ſine dubio intelligeretur Ariſtotelem remouiſ-
ſe a Comœdia illuſtres perſonas,graues item caſus & extrema vitæ diſcrimina:ac proinde
cõſtaret illuſtrem perſonam quæ in ipſo ferè necis articulo liberetur, nequaquam gigne-
re(preſertim poſt graues perpeſſiones) Comicum argumentum. Ita fortaſſe propoſita
Tragicæ fabulæ forma optima cenſeri poſſet:cum præſertim vacua eſſet etiam ſcelere:ha
beret calamitatem,haud abeſſet a perpeſſione,& verè ingenio pleniſſima appareret,quæ-
que admirationem,addo etiam nobilem iucunditatem ciere poſſet.ex quibus noua etiam
Controuerſia quæ ex priore maneret,obiter ſaltem ſedata eſſet atque compoſita.

Quod verò pettinet ad alteram Ttagœdiæ formam in qua item inſimulabatur Ariſto- *Iam de reliquis duabus formis agitur quas Ariſtoteles improbat.*
teles,ſic ſtatuo, optimè diſſerere dum magis probat ſeu minùs improbat eam formam
in qua cognoſcitur ſcelus & admittitur, quàm vbi agnoſcitur & non patratur; quia de
illo loquitur qui molitur facinus & conſtanter operam illi dat, cum tamen in irritum ca-
dat.verè enim útraque forma habet μιαρὸν ita vt neutra ſit bona. Sed tamen illa in qua ex-
pletur ſcelus,habet perpeſſionem qua caret altera.ita vt hæc a perfecto abſit longiùs. At-
que hanc fuiſſe Ariſtotelis ſententiam,exemplo conſtat quo rem illuſtrat, Aemonis in-
quam, qui ſanè in Creontem patrem gladium ſtrinxit ille quidem vt eum interficeret,
ſed irritus fuit conatus,quòd Creon declinarit ictum. Quapropter Ariſtoteles non lo-
quitur de illo qui ſpontè abſtineret aut quod moliebatur volens prætermitteret. Quan- *Dubitatur*
quam grauis ſe ſe obijcit dubitatio.Cum enim ea quam tantopere laudat Ariſtoteles for
379 ma,careat perpeſſione,cur obſecro improbatur præſens quòd perpeſſione careat? Sed ta- *Reſpondetur.*
men inde fortaſſe dilui poteſt dubitatio, quia in hac forma occurrit quidem periculum
in laudata illa & periculum & perpeſſio. id quod exempla ſatis indicant. nam Creontis
periculum perpeſſionem refert nullam, vel ſaltem longè exiguam, cum repentè & in-
gruat & declinetur periculum. At periculum Oreſtis ad agnitionem vſque eum excru-
ciauit,cum ſe mactandum ſic iudicaret vt ſe liberandum ne ſuſpicaretur quidem. Deni-
que Creontis periculum vno eodémque tempore & oblatum & ſublatũ: Oreſtis & alio-
rum de quibus in quarta forma,tale fuit vt illos exanimare potuerit ante agnitionem: ſæ-
pè enim cernimus eos qui neci deſtinati ſunt, dolore confici & extingui ante præfixum
neci tempus.Adde quod forma illa quæ improbatur,dicitur carere perpeſſione quia cõ-
paratur cum ſecunda forma in qua perpeſſio eſt tum maxima tum perſpicua: & ideò
Medeæ declaratur exemplo.Quod ſi cum quarta collata eſſet, potiùs dicendum fuiſſet
habere μιαρὸν ac ſceleratum,quod non habet quarta, & verò perpeſſionem multò mino-
rem ita vt Tragicum quoque abſit.Atque hinc licebit iam percommodè Cõtrouerſiam *CONTROVERSIA. LXVI.*
illam dirimere in qua quærebatur num calamitoſo tantùm exitu concludenda ſit Tragœ- *NVM fœlicis exitus Tragœdiã probarit Ariſtoteles*
dia quemadmodum perſpicuis verbis ſtatuebat Ariſtoteles dum in particula LXIX.dice-
ret non in fœlicitatem ex infœlicitate,ſed contra ex fœlicitate in infœlicitatem commu-
tandam eſſe fortunam:& qui non ſecum ipſe pugnet,qui paulò poſt (nimirum in particu-
la LXXIV.)læti exitus Tragœdiam probare quin calamitoſo etiam anteponere viſus eſt
ex quo NVM læti exitus Tragœdiam probet diſceptandum eſſet. Percommodè inquam
tota hæc Controuerſia explicari poteſt, quia tota dubitatio pendet ex ijs quæ diximus de
quarta illa actionis Tragicæ forma.Cum enim duodecim eam quoque formam apud A-
riſtotelem calamitoſam eſſe, idque demõſtrauerim ex illis verbis ἀποκτείνειν μέλλων quibus
tam enecari quàm enecandum fuiſſe,in calamitatis habet loco, ſatis conſtare poteſt non
ſecum pugnare Ariſtotelem,ſed calamitoſum exitum retinere ac præcipere. Nam ſi quis
perperam retineri dicat,vbi quis morti ac mortis periculo ſubtrahatur quemadmodum
quartæ illius formæ docent exempla, iam docui hîc mutari. Controuerſiæ ſtatum: in
qua etiam noua Controuerſia Ariſtotelem defendi. At enim eſto locus iſte repugnantia
fuerit vindicatus, veruntamen loci ſe ſe offerunt alij in quibus fœlicis exitus fabulam ex-
cipit in Tragœdia. Nam in particula XLIX.cum de Tragicæ fabulæ longitudine verba fa- *Quæ ſuadeant Ariſtotelem læti exitus probaſſe Tragœdiã*
ceret,*In quanta*(inquit)*magnitudine contingit in proſperam fortunam ex aduerſa,aut ex proſpera in*
*aduerſam mutari: ſufficiens eſt terminus magnitudinis.* Vbi cum de fabula loqueretur, nihil erat
cur mutationis ex aduerſitate in proſperitatem mentionem faceret, ac priùs faceret,niſi
proſperus quoque exitus in Tragœdiam conueniret. Quin ſola proſperitatis in calamita- *I.*
tem mutatione debuiſſet Tragicæ fabulæ tempus præfinire. Et eodem planè modo in *II.*
particula LIX. vbi diſputat de peripetia quam interim Tragœdia requirebat, eam tam
in proſpera quàm in aduerſa fortunæ commutatione ( illam quidem Lyncei , hanc

III. Oedipi exemplo) exprimens atque declarans. Idem planè animaduertere licet in particu-
IV. la LX. dum de agnitione verba facit: nam hanc tam in proſpera quàm in aduerſa decla- 380
rat fortuna. Et eodem planè modo de agnitione item loquitur in LXI. vbi ait in aduerſa
fortuna & proſpera eam agnitionem cerni. Hæc inquàm indicare videntur vtrunque exi-
tum conceſſiſſe. Adde quod in particula XL. perſpicuis verbis Tragœdiam appellaue-
rat humanarum actionum ac fœlicitatis & infœlicitatis mutationem. Ipſe tamen adhuc
perſto in ſententia. nam hæc omnia pronunciauit Ariſtoteles antequam de perfecta Tra-
gœdia inſtitueret diſputationem & eo planè loco ac tempore cum nondum refutaſſet
priſcorum morem aut ſententiam de læto Tragœdiæ exitu, & duplici fabulæ cōſtitutio-
ne. Conniuere enim ſolet Ariſtoteles & receptis exemplis vti tantiſper dum ſententiam
profert confirmátque ſuam. Et ſanè cum ſiue de fabulæ longitudine, ſiue de peripetia, ſi-
ue de agnitione, loqueretur, fœlici peræquè ac infœlici mutatione declarari poterat, ta-
metſi quoniam hæc præcepta pro Comœdia quoque cudebantur, quemadmodum pro
Epopœia etiam aliqua (duo enim hæc Poëmata ſine dubio fœlicem exitum habent) non
abre fuit vtriuſque commutationis mentionem faceret. Et ideò in diſputatione de Epo-
pœia ſæpè prouocat ad ea quæ dixerat in diſputatione Tragica; vt ſcilicet certa proportio-
ne & pro fabulæ ratione ex Tragica diſputatione hauriremus. Verumtamen cum deinde
ſigillatim diſputet de perfecta Tragœdia (aggreditur hoc in particula LXV. vbi quid fu-
giendum quid ſectandum edocet Tragœdiæ ſtudioſum) atque huic calamitoſum tātùm
concedat exitum, propoſita dubitatio ex iis eſt definienda quæ hic ſtatuit, non ex iis quæ
alio loco & alio nomine & in tritam adhuc aliorum conſuetudinem & obuia Tragico-
rum exempla ſpectans pronunciauit. Itaque magis commoueret quod in particula XCI.
hoc eſt poſteaquam præceperat Tragicam fortunæ commutationem calamitoſam eſſe
debere; aiebat nodum Tragicæ fabulæ protendi ad eam vſque partem in qua incipit com
mutatio in proſperam fortunam vel aduerſam, vel è contrario. verba hæc ſunt. *Dico autem
nexum eſſe eum qui a principio eſt, vſque ad hanc partem, quæ poſtrema eſt, ex qua tranſit in proſpe-
ram fortunam, vel aduerſam.* Qui locus eò eſt difficilior quòd rem Lyncei, hoc eſt fœlicis
euentus, illuſtrat exemplo. Sed ne id quidem ſatis eſt. Nam cum exemplum nexus & ſo-
lutionis ex vulgata peteret Tragœdia, parúmque intereſſet ſiue ex læti ſiue ex calamitoſi
exitus Tragœdia huiuſmodi nexus & ſolutionis vim, aut etiam locum ac tempus declara-
ret, parum intererat vtrum Tragœdiæ genus proferret, lætúmne quod in vſu erat, an ca-
lamitoſum: tantùm enim opportunitatem requirebat Tragici nexus ac ſolutionis. deni-
que præceptum commune futurum erat Tragœdiæ cum Comœdiam, ſiue ex Tragœ-
dia ac Comœdiam aliquando traducendum. Hæc habui quibus haſce Controuerſias ex-
plicarem. Illud tamen addo, fore vt ſi quis prætexat ac probare inſuper poſſit illum qui re
pentè ſubtrahatur letho aut grauiſſimæ calamitati, hunc apud Ariſtotelem cenſendum
ab infœlicitate migrare ad fœlicitatem (id enim vel quia medius ſtatus alioquin inter fœ-
licitatem & infœlicitatem videatur concedendus aut conſimili ratione pugnet quiſpiam)
is in magnas Ariſtotelem aducat anguſtias. Siquidem interim demonſtraretur quartam
illam Tragœdiæ formam non eſſe calamitoſam, ac propterea pugnare ſecum Ariſtote-
lem, qui (vt ſatis cōſtat) iuſſit vt Tragœdia calamitoſo exitu terminetur. efficeretur etiam
læti exitus Tragœdiam non ſolùm excipiendam, verùm etiam calamitoſæ anteponēdam,
ac propterea etiam Iphigeniam, Hellem, Creſphontem atque alias huiuſmodi Tragœdiæ
formas Oedipo, quem alioquin viſus eſt Tragœdijs anteferre omnibus, anteponendas. Ex
quo etiam fieret vt nec Euripidem defendiſſet ſatis, aut certè immeritò conceſſiſſet cala-
mitoſo paſſim exitu Tragœdias concludere. quin cogeretur ea ferè omnia retractare aut
emendare quæ de perfecta Tragœdia præceperat. Quibus ſi illud addas ſimplicem quo- 381
que fabulæ conſtitutionem duplici pro qua nos pugnauimus, poſt habendam, nihil ferè ſa
num haberent quæ de perfecta Tragœdia præcepta dedit.

Iam verò ſupereſset Controuerſia quæ ſe ſe obtulit in particula LXXVI. NVM ſci-
licet ficti argumenti Tragœdia probanda ſit. in qua tamen re nihil eſt quod morer, quan-
doquidem totum hoc argumentum alio loco nec inopportuno, fuit a nobis diſceptatum
& explicatum, quemadmodum animaduertere licet in Controuerſia LIII. Illud tamen
dicam locum hunc, etſi a nobis prætermiſſus ibi fuit quòd cum ſpinoſus & obſcurus vi-
deri poſſet, nequaquam vti liberet niſi priùs dilucidaretur, plurimum valere ad eam ſen-
tentiam quam ibi amplexi ſumus, confirmandam nimirùm præſtare longiùs ex rerum

gesta-

*V. Diluuntur ſuperiorum locorū argumenta.*

*Quid incō modi ſequatur vbi quis fœlicem exitum ex Ariſtotele affingat Tragœdiæ.*

*Obiter hinc oſtenditur ficti argumēti Tragœdiam ægrè probari Ariſtoteli.*

geſtarum monumentis Tragœdiæ argumentum arripere. Etenim ideò ait Ariſtoteles Tragicos nõ ab arte ſed ex caſu talem fabulæ conſtitutionem accepiſſe, quòd animaduerteret non proprio illos ſtudio & artificio res ſeu actiones quibus Tragœdias conflarent, inueniſſe & excogitando affinxiſſe: ſed ex caſu duxiſſe, quod eſt ex rebus geſtis & humanis euentibus cum ſeſe fortè fortuna obtuliſſent. Et hinc eſt vt circa paucas familias (id quod in particula LXX. pronunciauit & in LXXVI. repetit) vt Oedipi, Thyeſtis & ſimilium verſarent Tragici: nimirum quia in ijs planè familijs quæ infortuniis multis & grauibus implicitæ eſſent & agitatæ tales caſus occurrerent, aliunde non facilè ſeſe obijcerent argumenta. Quapropter egregiè, vt ſæpè ſolet, Alexander ex hoc loco colligebat ſatis ſupérque conſtare nec perſonas quæ Tragœdiæ conflent argumentum, fictas eſſe debere, nec facta omni ex parte fingi poſſe quemadmodum accideret ſi Poëtæ inuentione & artificio fingenda eſſent. Cum è contrario ex rerum geſtarum memoria & antiqui-
Pag.216 f. tate arripienda ſint & diiudicanda; ita vt tanquam caſu in ea incidant Poëtæ dum in tanta rerum apparent varietate. Quam ſententiam attigit etiam etſi obſcurè omnino ac preſsè Franciſcus Vtinenſis dum ſic ſcriberet. *Innuit vtique Ariſtoteles, ſi fieri poſſit oportere actiones Tragicas eſſe veras quia ita acciderint ea quæ ipſis continentur. ars enim excogitat, cõfingitque veri-*
pag. 164 p. *ſimilia etiamſi non acciderint:* vbi artem & ficta argumenta opponit veris, ac proinde (quod reticet) caſui. Quæ opinio eò diligentiùs cuſtodienda eſt, quòd Madius ſeu eius aſſecla Lombardus locum hunc peruertit mirificè non caſu ſed arte, Tragicam conſtitutionem inuentam ſtatuentes, quibus mirificè pugnant cum Ariſtotele. Nec fœliciter locum expreſſit Victorius ſi me audias ſed præpoſterè: quod, vt opinor, illi contigit quia cum iam ſemel in particula LIII. ficti argumenti probaſſet fabulam, luberet perſtare in ſententia ac
pag. 96. m. difficilem hunc locum eidem aptare. Sed Victorij, quoniam res eſt grauis, agnoſcantur verba quæ hæc ſunt. *Cur non magnum numerum domorum Tragicæ fabulæ comprehenderent, declarat quia Poëtæ qui huic ſtudio incumberent, cum quærerent toto animo quomodo id præſtarent molirentúrque in Tragœdijs quod proprium ipſarum eſt, indeque expectatur, ideſt quomodo metum miſericordiámque excitarent in animis ſpectatorum, non auxilio artis cuius expertes erant id inuenerunt: neque ipſius præcepta in eo inueſtigando ſecuti ſunt. ſed fortuito caſúque in id inciderunt. culpam verò hoc & imperitiam priorum Tragicorum declarat: illi namque ſi rationem huius rei tenuiſſent, artémque ducem ſequi voluiſſent, non coacti fuiſſent tantò ſtudio perſcrutari res factas, propoſito ſuo accommodatas, ſed ipſi fingere ac comminiſci potuiſſent.* Sic Victorius qui ſanè non tam Ariſtoteli quàm ſibi canit illud vitio Tragicis vertens in quo illos laudat Ariſtoteles. Probat enim Ariſtoteles Tragicorum factum dum vt calamitoſas reddant fabulas circa paucas familias verſantur, eligentes caſus potiùs oblatas etſi perpaucas actiones amplecti & Tragico ſtylo proſequi, quàm audacter fingere & excogitare.

382 Ita quidem, vt iam tandem ab Controuerſijs ad Ariſtotelis literam redeam, ijs velim ſuperioris capitis dubitationes quas prætermiſeram & Controuerſias explanaſſe.

# CAPVT DVODECIMVM.

## PARTICVLA LXXVII.

Περὶ δὲ τὰ ἤθη, τέτταρά ἐστιν, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι. ἓν μὲν καὶ πρῶτον, ὅπως χρηστὰ ᾖ. ἕξει δὲ ἦθος μὲν, ἐὰν, ὥσπερ ἐλέχθη, ποιῇ φανερὰν ὁ λόγος, ἢ ἡ πρᾶξις προαίρεσίν τινα: φαῦλον μὲν, ἐὰν φαύλην, χρηστὸν δὲ, ἐὰν χρηστήν. ἔστι δὲ ἐν ἑκάστῳ γένει. καὶ γὰρ γυνή ἐστι χρηστὴ, καὶ δοῦλος καί τοι γε ἴσως, τούτων τὸ δὲ ὅλος φαῦλόν ἐστι. δεύτερον δὲ, τὰ ἁρμόττοντα. ἔστι γὰρ ἀνδρεῖον μὲν τὸ ἦθος, ἀλλ᾽ οὐχ ἁρμόττον γυναικὶ, τὸ ἀνδρείαν, ἢ δεινὴν εἶναι. τρίττον δὲ, τὸ ὅμοιον. τοῦτο γὰρ ἕτερον τοῦ χρηστὸν τὸ ἦθος, καὶ ἁρμόττον ποιῆσαι, ὥσπερ εἴρηται. τέταρτον δὲ, τὸ ὁμαλόν. κἂν γὰρ ἀνώμαλός τις ᾖ ὁ τὴν μίμησιν παρέχων, καὶ τοιοῦτον ἦθος ὑποτιθεὶς, ὅμως ὁμαλῶς ἀνώμαλον δεῖ εἶναι.

Quan-

*Paccius.*

QVántum ad mores, quatuor ſanè ſunt, quæ indigent conſideratione. Eorum vnum, idque primum eſt, vt probitatem præ ſe ferant. vtcunque enim mos inerit: ſi, quemadmodum dictum eſt, tum ſermo, tum actio animi propoſitum, qualecumque fuerit indicauerit: improbus quidem ſi improbum, probus ſi probum: id verò ineſt in vnoquoque genere. Nam & mulier proba eſt, & ſeruus, tametſi fortaſſe hoc deterius, illud omnino improbum ſit. Secundo loco ſequitur, vt conuenientes ſint. Fortitudo enim mos eſt: ſed eſſe vel fortem, vel prudentem, vtique mulieri non conuenit. Tertio, vt conſtent ſibi. eſt enim ſeparatum hoc ab eo, quod eſt præ ſe ferre per mores probitatem, conueniénſque ſeruare. Quartò, vt equi tenore procedant. Quanquam enim hiſtrio, vt qui talem perſonam induerit, inæqualis appareat, omnino tamen illa inæquabilitas æquabiliter perpetuò regenda.

*Riccobonus.*

*CAeterum de moribus quatuor ſunt, quæ ſpectare oportet. Vnum quidem, & primum, quomodo boni ſunt. Habebit autem mores, ſi, vt dictum eſt, oratio aut actio manifeſtam efficiat præelectionem aliquam; malos quidem, ſi malam: bonos verò, ſi bonam. Eſt verò hoc in vnoquoque genere. Etenim mulier eſt bona, & ſeruus, etiamſi fortaſſe ex his illud quidem peius, hoc omnino malum eſt. Secundum eſt, quomodo ſint conuenientes. Eſt enim virorum mos, ſed non conueniens mulieri fortem, vel terribilem eſſe. Tertium quomodo ſint ſimiles, hoc enim aliud eſt ab eo, quod eſt bonos, & conuenientes mores facere, vt dictum eſt. Quartum, quomodo æquales. Tametſi enim inæqualis quidam ſit, qui præbet imitationem, & talibus moribus ſuppoſitis ſit: tamen æqualiter inæqualem oportet eſſe.*

*COMM. LXXVII Introducitur Diſputatio de moribus.*

DIxerat in Particula XXXIV. & XXXVII. Tragœdiam eſſe & imitationem actionis: ac propterea quoniam actiones ab agentibus proueniunt quos propter mores neceſſe ſit eſſe ποιούς τινας ſeu cuiuſdam modi (quod eſt his 383
vel illis moribus vel affectibus præditos, ita vt referant mores: ac tales, puta iuſti aut timidi, videantur) ſubiecerat in XXXVIII. & XL. mores eſſe ſecundum quos cuiuſdam modi eſſe dicuntur Agentes, ſimúlque quid morum intelligeret nomine explicans pleniùs (id verò fecit in XLIV.) eos ſtatuebat mores eſſe tale quiddam quod aperit præelectionem, qualis ſit in rebus illis in quibus non eſt manifeſtum vtrum dicens eligat an fugiat. Sed tamē quoniā interim (id quod ex XLIII. conſtat ſatis) ſtatuebat in Tragœdia primas eſſe concedendas fabulæ, mores verò (id autem docebat in XLIV.) in ſecundis conſiſtere, ideo priùs ſibi de fabula dicendum putauit: ita vt quæ ibi dixit de moribus, eo fermè conſilio docuerit vel potiùs delibarit, quòd interim mores inter partes qualitatis referret; & cum fabula ac reliquis partibus ſigillatímque cum ſententia compararet. Et ideo ſtatim atque has partes inuenit, explicauit, contulit, docuítque fabulam obtinere principem locum, moribus poſthabitis, de fabula egit copioſiſſimè. Nunc igitur quoniam de fabula prolixè diſſeruit, accedit ad mores. Ergo quatuor obſeruari iubet conditiones vt mores ſint è re Tragica. Prima eſt vt mores boni ſint. Altera (atque hanc non ſubijcit è veſtigio, ſed quibuſdam interiectis de quibus paulò poſt) vt ſint perſonis conuenientes. Nam robur & fortitudo bona eſt illa quidem, & tamen non eſt mulieri conſentanea: & ideò perſonis quadrare mores debent ac penitus conſentire, ita vt boni ſed naturæ ac generi conſentientes effingantur & exprimantur.

*Quatuor iubet in moribus obſeruari.*

Tertia vt mores ſint ſimiles: id enim, inquit, non idem eſt ac bonos eſſe vel conſentaneos perſonæ, ſed diuerſum, (id cur dicat docebimus paulò poſt, habet enim dubitationem nō exiguam) ac propterea morum ſimilitudo tertiam conſtituit conditionem. Poſtrema vt
I. mores æquabilitatem referant, ita vt eundem tenorem ſeruent. Ex quo fit vt ſi fortè per-
II. ſona inconſtans exprimatur moribus, quæque non eundem in moribus tenorem ſerua-
III. re ſoleat, hoc ipſum non eundem tenorem conſeruare ſed inconſtantiam præſeferre, ſit
IV. æquabilitatem referre. Hæ ſunt quatuor morum quas obſeruari & coli iubet conditiones vt mores è re Tragica exprimantur. Nunc ad primam redeamus, & ea videamus quæ

inter

inter primam conditionem & ſecundam interponit Ariſtoteles. Ergo cum dixiſſet primò
proſpiciendum vt mores boni ſint, ſiue vt perſonæ habeant bonos mores, animaduertit
poſſe aliquem ſciſcitari quid eſſet habere mores; aut quî habere aliquis poſſit mores, qua-
re habebit, inquit, mores, ſi, quemadmodum dictum eſt, eius oratio vel factum perſpicuã
fecerit & manifeſtam aliquam eius electionem. Nam ſi malam electionem fecerit, malos
mores, ſi bonam, bonos declarabit, quos interim requirimus in Tragœdia. Quapropter ſi
quis aut ſermone aut actione (vt laudando verbi gratia aut iuuando illos qui ad doctrinas
incumbunt aut pro patria dimicant) indicarit ſe bonis litteris aut Patriæ fauere, is bonos
mores oſtenderit. Quanquam dũ bonos mores requirimus (ſubdit Ariſtoteles) ſic requi-
rimus vt non æquè in omnibus ſed certa ratione ac proportione exprimantur. Certum
eſt enim non eandem probitatem eſſe mulieris & ſerui; quantumuis reuera mulier ſit nõ
valde bona, ſeruus omnium peſſimus. Hæc (vt craſſo filo res pertexatur priùs) eſt huius lo
ci ſententia. quæ tamen miras habet dubitationes: ex quibus ſi rectè explicẽtur, planior ap
parebit loci huius vis atque præceptio; inprimis verò de Ariſtotelis ordine conſtabit &
œconomia vniuerſa, in qua interim præpoſterus videri poterat. Et hac de cauſa Cõtrouer
ſiam (neque enim id expediri poteſt paucis) lubet proponere, in qua quæramus, NVM
384 Ariſtoteles tum commodo ordine progrediatur ad mores, tum rectè de iiſdem moribus
conſentientérque præceperit.

*Vnũ explicatur quod ab Ariſtotele interponitur vt cõſtet quid ſit habere mores.*

*CONTROVERSIA LXVII. An rectè præcipit de Tragicis moribus Ariſtotel. Dubitatur. I.*

Primò igitur dubitatur de ordine, ſiquidem Ariſtoteles mores non modò fabulæ, verũ
etiam aliarum rerũ anteuertit tractationem, imò verò in particula LXIV. partes quantita-
tis explicauit, ita vt falsò videatur ſecundus tribui moribus locus & cum fabulæ tractatio
ne continuari quòd ſit ſecũda pars qualitatis. id quod eò dubitatur iuſtiùs quòd poſt mo-
rum tractationẽ adhuc redit ad fabulam Ariſtoteles, ita vt ordo appareat nullus. Sed fac II.
rectè continuetur, at prima conditio falſa erit: quandoquidẽ conſtitutum eſt perſonas in
*Part. 92* quas cadit fortunæ commutatio, debere nec improbas eſſe nec probas, ſed in mediocrita-
te conſiſtere. Ita vt ſui videri poſſit immemor Ariſtoteles, qui Tragicis perſonis tribui iu-
*Libr. 1. Rhet.* bet probos mores. Sed fac etiã Tragicis perſonis probi mores non immeritò tribuantur, III.
veruntamen dũ propter moratam orationem tribuuntur, ſubdutum, ne dicã abſurdum
eſt vt propterea morata dicatur oratio, ſiue habere mores cenſeatur, quia indicet electio-
nem & fugã. Siquidem dum oratio dicitur morata, quòd in auditores inducat bonos mo-
res (ſic appellatur ea quã patheticæ orationi opponit Ariſt.) vel bonos indicet mores dicẽtis
(ac talis in Oratore requiritur itẽ ab Ariſtotele) rectè videtur hoc nomine ornari: & ora-
tio morata dici, quia indicet electionẽ aut fugam, at quia diſtinguatur a ſententia ſiue ora
tione, quæ iudiciũ & animi ſenſum indicet, id verò minùs conuenienter dicitur & accom
modatè. Nã ſi moratam dici velis nõ ineptè, quia electio illa vel fuga quæ verbis aut facto IV.
declaratur, mores indicet eligentis aut reſpuentis, iam hinc non incõmode fortaſſe colli-
gas eligentis aut reſpuentis affectus (ſi quis enim eligat hominẽ necare, odium; ſi defen-
dere, amorẽ colligas non immeritò) mores certè (neque n. mores ab affectibus non ſunt
diſſociandi) ægrè colligas; præſertim verò quia quemadmodũ ex frequẽtatis actibus & v-
ſu gignũtur, ita non ex vna aut altera electione aut fuga quæ ſermone aut facto aliquo de- V.
claretur, ſed ex multis & frequentatis colliguntur. Quanquã ne de nomine veriùs quã de
reb. diſputare videamur, illud potiùs expẽdamus, iuré ne an perperã boni mores in oratio-
ne ponantur quæ bonã indicet electionẽ: cum n. oratio mentiatur ſæpè, iuſtiùs ex probo
habitu mentis & ex actione quę ab mentis habitu prodeat, probi mores æſtimẽtur. ex quo
fiat vt non ex oratione ſed ex facto quod tamen habitũ referat, mores ſint dignoſcendi: a-
lioquin vbi non ex habitu manent, probi non ſint. Quin etiã vel otioſa vel falſa videri po-
teſt quæ affertur morũ deſcriptio. Falſa quia in particula 44. (id quod nos paulò ante fate-
bamur) eã attulit cũ diceret mores eſſe tale quiddã quod aperit prælectionẽ, qualis ſit in
reb. illis in quibus non eſt manifeſtũ vtrũ dicens eligat aut fugiat: vbi de electione verbis
declarata mentionem fecit ille quidem: eã verò quæ declaretur factis, ad mores haud retu
lit. otioſa ſi fortè dixeris eam definitionem cũ hac conuenire quæ affertur hoc in loco. Ad VII.
hæc ſecunda conditio, vt. ſ. mores ſint conuenientes, egregia videri poſſit, ſic enim veriſi-
mile cuſtodiatur. ſed tamen pugnat et hæc conditio cum prima, cum homines perpauci
boni ſint, quin mulier ex ipſo Ariſtotele ſit deterior quàm vir, ſeruus peſſimus ac propte-
rea ſi conuenientes ſint, boni raro ſint. Adde quod perperam videtur hic in muliere tum
conſtantiam & fortitudinem improbare ſeu viriles mores, cũ hinc commendari fœmina

ſoleat

VIII. ſoleat maximè.tum vno eodémque tempore eius probitatem in ſuſpicionem vocare quã
probam requirit in fabula. Quanquam illud dubitationem habet maximam quia tertia
IX. conditio,vt ſcilicet mores ſint ſimiles videtur cũ ſecunda conuenire,ac multò magis cum
quarta.cũ ſecunda,quia ſi ſimiles ſunt,nihil prohibet eſſe conuenientes:cum quarta,quia
X. ſi ſunt ſimiles,oppidò ſunt æquabiles.Neq;verò non illud requiri poteſt,num quæ præci
pit de morib.ea vnis cõueniant perſonis in quas cadit fortunæ cõmutatio,vel præcipuis. 383
an verò omnibus quotquot in ſcenam inducuntur: præſertim verò quia longum eſſet
omnium adamuſſim mores exprimere.vt omittam in multis varias quaſi naturas coire
aliquando,vt cum mulier verbi gratia amet:ſexus enim timiditatem,amor audaciam pa-
rit.Denique mores requirendi ſunt ac fingendi pro finis opportunitate: quod eſt vt me-
tus excitetur ac miſericordia.At qui boni illi mores tales affectiones excitẽt non ſatis cõ-
XI. ſtat. Adde quod Ariſtoteles monet ſe iam antea docuiſſe aut expoſuiſſe fore vt is habeat
XII. mores,qui electionem verbis aut facto aliquo declarauerit: cum tamen locus in quo id
planè ſcripſerit quod pertinet ad factum appareat nullus.Hæc ſunt quæ locum hunc per-
turbant totũ.Sed iam iiſdem reſpondeamus,ac locũ ipſum ſi quo modo a nobis fieri poſ-
Reſpondetur. ſit illuſtremus.Et ſanè quod intereſt ordinis,iamdiu(id quod in particula 44.multóq; ma-
Ad I. gis 64.animaduertere licet)hærere cœpimus in hac re, ita vt poſt multa dubitationem in
hunc locũ reiecerim.Nunc illud fortaſſe ſtatuere licet, videri quidem potuiſſe Ariſtotelẽ
Tragœdiæ partes tum quales tum quantas ſibi explicandas propoſuiſſe: ſed tamen partes
quantitatis cũ prima qualitatis parte nimirũ cum fabula coniungendas iudicaſſe. & ideò
cum ea explicaſſet quæ ad fabulã ipſam pertinebant,cuiuſmodi eſt magnitudo, vnitas, &
quicquid tandem docuit antequã partes attingeret quantitatis, ad ipſas quantitatis partes
deueniſſe:idque non ſanè temerè; cum.n. fabula ſit tanquam anima & forma Tragœdiæ
(ſic enim monuit in particula 43.)par erat illi partes quantitatis ſeu magnitudinis conti-
nenter ſubijcere quæ obtinent locũ materiæ.Itaque iurè in eũ locum quantitatis tracta-
tionẽ conieciſſet:præſertim quia paucis rẽ abſoluit, & ad partes quantitatis rediitè veſti-
gio.Sic in lib. I. Rhetoricorum de fide artificioſa primùm,tum verò de ea quæ arte caret,
dicendum propoſuit. & tamen in media artificioſæ fidei tractatione, cum ſcilicet ageret
de genere iudiciali,interpoſuit explicatum fidei expertis arte:idque quia hæc in teſtibus,
tormentis & id genus alijs eſſet poſita, quæ cum iudiciali genere eſſent coniunctiſſima.
Quod ſi videtur Ariſtoteles poſt partes quãtitatis redire ad fabulam ac propterea partes
quantitatis alieno adhuc loco proferre (debuiſſet enim ſi non omnes qualitatis partes at
ſaltem fabulã abſoluere,tum partes quantitatis,tanquam materiã,fabulæ tanquã formæ,
ſubijcere)iam obſeruandũ eſt Ariſtotelem expletis quantitatis partibus,non tam de fabu-
læ vi & natura diſſerere, quàm de ijs qui præuidenda & animaduertenda eſſent Poëtæ in
fabulæ conſtitutione.Et ideò ſtatim ac peroraſſet quantitatis tractationem (fecit hoc in
Particula 65.)ſcribens, *Ac ſecundùm quantitatem, & in quas ipſa diuiditur hæc ſunt;* pergebat:
*Quæ verò oportet ſpectare,& quæ oportet cauere, conſtituentes fabulas, & vnde erit Tragœdiæ ortus,
ſequitur vt dicamus.* Quibus verbis indicat ſe non tam ad fabulæ naturam & conſtitutionẽ
redire(hanc enim abſoluerat in LXIII.extrema)quàm Poëtam quid cauendum quid cu
randum docere.Imo verò ſuſpicari liceat Ariſtotelem ſic partes quantitatis ſubieciſſe fa-
bulæ,quòd tum huius tum reliquarum partiũ qualitatis vim & naturam explicaſſet an-
tea:ſiquidem in Particula LXIV.*Iam*(inquit) *partes Tragœdiæ quibus vt formis oportet vti,
priùs diximus.* Itaque præciperet quidem Ariſtoteles non pauca de moribus adhuc & fabu
la;ſed hæc non tam vt fabulam cõſtitueret,aut fabulæ morúmque vim declararet, quàm
vt nos doceret quæ ſpectare debeamus vt in moribus, quorum tamen vis per ſe quoque
commoſtrata eſſet antea,exprimendis verſemur egregiè.Certe dum hic tandem aggredi-
tur ad mores verbis illis,*Cæterum circa mores quatuor ſunt quæ ſpectare oportere*, ſatis indicat ſe
non tam morum vim explicare(id enim iam antea feciſſet vt hic teſtari videtur non obſcu
rè)quàm ea commemorare quæ nos deceat obſeruare dum in Tragœdias ad mores ex-
primendos incumbimus. Et cum hac ſentẽtia item concinit quod ſcribit in Particula 65.
vbi(vt obſeruare cœperam) ſe iam aggredi illa indicat quæ non ad fabulæ conſtitutionẽ
pertinerent & naturam(de hac.n.dixerat antea)ſed ad Poëtam pertinerent admonẽdum.
Quanquam ſi quis ſentiat Ariſtotelem ante fabulæ & partium item quantitatis tractatio-
nem,morum,ſententiæ,dictionis,apparatus,melodiæ, vim & naturam non omnino ex-
plicaſſe,ſed ea tantùm delibaſſe quæ ad illarum ordinem oſtendendum & ad eaſdem mu-
tuò

Digitized by Google

tuò conferendas pertinerent,poſt partes verò quãtitatis has perſecutũ eſſe, id ſanè quàm verè pronuncietur licebit ex proximis particulis obſeruare. Bonos autem mores in Tragicis perſonis requirit,opinor,ſpectans in præpoſterum vſum Tragicorũ qui perſonas inducerent crudeles ac truces,aut impias interdum quaéque aſtu gererent, atque vtilitate cupiditatéque metirentur,omnia. Tametſi vbi probitatem intelligas non excellentẽ ſed mediocrem,nihil prohibet quominus loquatur non modò ſpectans in præpoſterum Tragicorum vſum,verùm etiam ſimpliciter & vniuerſim: mediocris enim probitas non impedit quominus miſericordia excitetur ac metus. Vt enim ex Ariſtotele nemeſis prouocatur & indignatio dum quis excellens virture ac præſtans in calamitatem depellitur; contra verò ſi improbus ac ſceleſtus in eam incidat, homines paſſim lætitiam potiùs quàm metum aut miſericordiam concipiunt animo;ita mediocris quædam bonitas ſeu remiſſa virtus nec lætitiam afferat facilè nec indignationem,ita vt timori (hominem enim noſtrum ſimilem in calamitatem incider animaduertimus)ſit locus & miſericordiæ. Quan quam nil vetat quin Tragici actores,ijs exceptis in quos cadit fortunæ commutatio; plerique excellant probitate: vt ſi Sacerdos, Cõſiliarius, Iudex, nobilis matrona,amicus optimus introducatur', quíque bonam electionem atque animi propenſionem verbis ſactiſue indicet. Crediderim enim(atque hinc ijs etiam ſatisfaciam quæ in decimo obijcere argumento cœperam)bonos mores hîc requiri ab Ariſtotele non modò In ijs quibus fortuna mutanda eſt(ij enim in mediocritate collocandi ſunt: etſi ad probitatem deflectant rectiùs quàm ad improbitatem) verùm etiã(id quod aliquorum pace dixerim ) ac fortaſſe multò maximè, in actoribus cæteris: vt ſcilicet auditores ad bonam electionem inſtituantur. Alioquin ei qui de Tragœdia præciperet,nihil erat cur ſcriberet mores ſpectandos in vno quoque genere: multò minùs erat cur in muliere, quin etiam in ſeruis ipſis hanc requireret probitatem ſi de ijs tantùm loquebatur in quos fortunæ caderet commutatio. Et ex ijs quæ interim diximus de actorum probitate conſtare poteſt non ſecum pugnare Ariſtotelem,dum bonos in actoribus requirit mores: illinc conuenientes (quaſi verò mali etiam viderentur exprimendi cum non omnes boni ſint,quin plerique mali)eſſe iubet. Nam & comparatè loqui potuit ſpectans(vt dicebam)in veteres Tragicos qui improbos paſſim actores ac ſæuis exprimebant moribus: & verò in certas perſonas aliquas,vt in matrona,cõſiliarium,iudicem,quos nil prohibet bonis effingere moribus. Quod ſanè eò tutiùs ſtatuas & conuenientiùs quòd non excellens probitas(tametſi in aliquibus nihil prohibet)omnino exigitur, ſed mediocris poſſit eſſe ſatis. Atque hinc fit vt talis morum probitas apta ſit fini, hoc eſt timori excitando ac miſericordiæ,cum nõ ſumma in eo qui mutat fortunam in Tragœdia, ſit virtus ac probitas vnde nemeſis, nec profligata omnino, vnde lætitia, excitetur. Et hinc etiam licet animaduertere potuiſſe Ariſtotelem in muliere quoque probitatem requirere, quamuis alioquin non magnam in ea probitatem agnoſcit.

*Ad ſecundum.*

*Hæc pertinent etiam ad Priorem argumenti X. Partem.*

*Ad VII.*

*Vide li. 9. de hiſ. animal. 387*

*Ad XI.*

*Ad VIII.*

Etſi enim illam paſſim viro facit deteriorem, & in eâdem vitia notat multa, aliqnid tamen probitatis in eam cadere non inficiatur. Denique vt in mulieribus eſt magna probitatis improbitatíſque varietas ſi quis eas inducat quæ vitioſitatis minùs habeant, is bonas expreſſiſſe dicendus erit. Ita quidem poſſit etiam prohibere virilem fortitudinem atque habitum, ſeu ἀνδρείαν, καὶ δεινὴν εἶναι fortitudinem & vt acet ſit ac terribilis. id enim viri eſt non mulieris: tametſi interdum aliquæ acres ſunt ac fortes. cõuenientia enim & cõſuetudo ſpectanda eſt. Nam fortitudine animi impudicitia & honeſtate conſeruanda non ablegat interim a muliete aut vxore, ſed corporis fortitudinem & ſtrenuitatẽ, ſiue vt terribilis apparet quod eſt viri proprium. Quamuis autem oratio percommodè dicitur mora ta cũ aut mortales excitat ad virtutem, aut dicentem oſtendit probum, non incommodè tamen orationi aptetur vnde bona vel mala electio indicatur: ſiquidem hinc etiã, quia inquam electio aut fuga declaratur, bona aut mala oſtẽditur indoles atque propenſio. vt.n. ſententia animi indicat ſenſum atq; iudicium, ita electio animi probitatem aut improbitatem: ac rurſus homo quemadmodum agendo, ita loquendo indolem declarat ac mores. Quæ res in Oedipo(ne a recepta ac laudatiſſima Tragœdia vager lõgiùs)egregiè cernitur dũ ſic deliberat & eligit de Oraculo conſulendo, & de Laij interfectore perquirendo atq; Vrbe expianda, vt tũ dictis tum factis inde iuſtitiæ ſtudiũ & honeſtatis, ac beneuolentia inprimis erga Thebanos pelluceat mirificè. Et quamuis non inficior a nobis dicendo agendóque affectiones quoq; declarari; ac fortaſſe clariùs, nil tamẽ prohibet quin mores quo-

*Ad III.*

*Ad IV.*

guc

que indicentur. Denique dū hic non tam perſpicuè commoſtrari quàm indicari poſtulat Ariſtoteles, & affectiones perſpicuè & mores minùs perſpicuè declarari affirmamus. Vt omittā mores cum affectionibus affinitatem habere, quin interdum promiſcuè vſurpari, ita vt bonos vel malos mores ſic oratione indicari voluerit Ariſtoteles vt affectiones quoque (populariter.n. loquitur) intellexerit. Atque hinc fit vt quoniam interim nō iubemus omnino apertam virtutis aut vitij ſignificationem dari ſed mediocri contenti ſumus, non neceſſe ſit frequentes actus requirere aut expectare, ſed ſat ſit dicto aut facto aliquo bonā electionem deſignari. Et hac etiam de cauſa electionē ac mores ex oratione æſtimamus,

*Adquintū.* etſi alioquin non inficiamur orationem mentiri ſæpe atque ex habitu ſiue ex actionibus quæ ex habitu manāt, bonos ac malos mores æſtimari diiudicarique tutiùs. Neq; verò hæc

*Ad ſextum.* morū deſcriptio falſa cenſenda eſt; quaſi verò cum ea morum definitione haud cōſentiat quàm attulit in particula 44. nam licet ibi dicentē potiùs quàm agentem protulerit qui aperiat prælectionē, tamen vniuerſim priùs definierat mores, & tale quiddā eſſe dixerat quod aperit prælectionem. Id.n. & verbo & facto fieri poteſt. Quod ſi dicentis maximè habuiſſet rationē (verè enim deſcriptionem contrahit ad dicentem) haud ſecum ipſe pugnaret, quia ibi mores attingebat quà diſtinguntur a ſententia; vt ſcilicet dū tam ſentētia quàm mores in oratione pellucent, conſtaret quî pellucerent mores, quiue ſententia. Et ideò animi ſenſu & iudicio indicato, ſententiā, electione ipſa vel fuga, mores apparere ait ac declarari. Et hinc etiā colligitur poſteriorem hanc deſcriptionem haud eſſe otioſam, quandoquidē & eſt perfectior, cum vim morū quam vniuerſim attigerat, omni declaret ex parte, & verò opportunè expleturetſi alioquin poſterior definitionis huiuſce pars quæ factis cōtinetur, non immeritò diſſimulata vtcumque fuerat in ea particula cum ibi mores cū vna ſententia compararentur. Atque hinc liceret tueri Ariſtotelē (id quod ei obij-

*Ad XII.* ciebatur poſtremo loco) dum ait ſe alibi docuiſſe fore vt is habeat mores qui electionem dicto aut facto aliquo declararit: ſpectabat.n. ea quæ dixerat in particula 44. Licet.n. deinde propter ſententiam quácum conferebat mores, horum vim contraxerit ad dicta, antea 388
tamen quicquid, vt dicere cœperam, prælectionem declarat quæ & dictis & factis declarari poteſt, id moribus definiendis retulerat. Neque infinitum erit opus mores ſic effin-

*Ad alterā X. Partem.* xiſſe vt actores ſinguli proprios ſibi conuenientéſque referant mores: nā non innumerari ſed ne permulti quidem actores introducuntur ſed pauci iique certi, ita vt eorum mores

*Ad nonū.* etiamſi varij interdum ſeſe offerunt in aliquo, conuenienter exprimi poſſint. Denique cū morum conuenientia pertineat ad genus, ſexum, ætatem, ſtatum, dignitatem, & ſi quid huiuſmodi, ſimilitudo ad certas perſonas quas effingit Poëta, nil prohibet quominus ſimilitudo differat a conuenientia, ac propterea variæ ſeu diſtinctæ inde morum conditiones petantur ac deriuentur. Certè dum in hanc ſententiam caneret Flacus

*——Honoratum ſi fortè reponis Achillem*
*Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,*
*Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.*
*Sit Medea ferox, inuictaque, flebilis Ino,*
*Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes,*

ſimilitudinem ſpectauit quæ in certis perſonis poſita eſt, non conuenientiā quæ ex genere petenda ſit. Quapropter cū Tragicus hanc vel illam perſonam imitando referat, curabit vt ſenē ſuſpicioſum, mulierem timidam (id verò ad genus pertinet) exprimat & cōuenientiam tueatur: Vlyſſem verò callidū, Achillem iracundum & inexorabilem (hæc verò pertinent ad ſimilitudinē) exprimat ac fingat. Nam ſi quidē ipſe Poëta (id quod in Comœdia inprimis accidit) his vel illis præditū moribus planè excogitauerit, quique non aliūde his vel illis inſtructus deriuetur affectionibus aut moribus, iā conuenientia ſeruanda erit; ſimilitudo etiā vbi quod in Tragœdia fermè accidit; ita vt id fuerit hoc in loco commemorandum) notos imitabitur homines atque vulgares. Nam ſi rurſus obijcias conuenientiam cū ſimilitudine interdum coire non poſſe (nam Medea verbi gratia, quippe mulier non ferox ac ſæua ſed mitis fingenda eſſet ac timida: & tamen vt ſimilis exprimatur, ferox & immitis fingenda eſt) iā conuenientia non tā ex natura quàm ex habitu ſpectanda erit; ſiue ex habitu deriuanda. Ita quidem cùm habitu quoque ſæua eſſet Medea & ferox, nihil prohibebit quominus in Medea & conuenientiæ & ſimilitudinis ratio habeatur. Certè Ariſtoteles in II. Rhetoricorū docuit mores non modò ex genere aut etiā ex ætate, ſexu, aut ex cōmotionib. animi, cuiuſmodi ſunt cupiditates, aut ex fortunis, quales ſunt diuitiæ,

potentia,

potentia, nobilitas, proſperitas, & ſi quid huiuſmodi, verũ etiã ex habitu, hoc eſt ex indole, & propenſione quam quisad virtutem aut vitium contraxit vſu, ſpectandos eſſe. Quin M. Tullius mores contrahi exiſtimauit non tam a ſtirpe & genere, quam a natura loci, inprimis verò a conſuetudine vitæ, vnde habitus comparatur, ac tanquam in alteram naturam inducitur. Quod ſi quis & bonos effinget mores, & perſonæ quam inducit (vt ſeruo aut mulieri, aut etiam domino ſeu militi) conuenientes, & conſentaneos, & denique ſimiles, vt Neſtori vel Medeæ; curabit etiam vt æquabilitatem retineat perpetuò, nec verbis ſolis, aut ſolis factis, nec ſemel tantùm aut in re vna non in altera, Neſtorem verbi gratia prudentẽ aut Vlyſſem callidũ, ſed tota fabula conſeruabit. Quin omnibus in fabulis talis præſtabitur quiſque. Ita quidẽ cũ Ariſtotelea æquabilitate ſeruabit etiam quòd ait Flaccus.

*In Orat. pro lege Agrar.*

*——Seruetur ad imum*

*Qualis ab incœpto proceſſerit, & ſibi conſtet.*

Vt propterea ſimilitudo & a conuenientia differat & ab æqualitate. Sed iam Ariſtotelem audiamus, qui quæ præcepit de moribus, ea iã varijs illuſtrabit ac pleniora reddet exẽplis.

389 # PARTICVLA LXXVIII.

Ἔστι παράδειγμα πονηρίας μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαῖον οἷον ὁ Μενέλαος ἐν τῷ Ὀρέστῃ. τοῦ δὲ ἀπρεποῦς, καὶ μὴ ἁρμόττοντος, ὅτε θρῆνος Ὀδυσσέως ἐν τῇ Σκύλλῃ: καὶ ἡ τῆς Μελανίππης ῥῆσις: τοῦ δὲ ἀνωμάλου, ἡ ἐν Αὐλίδι Ἰφιγένεια, οὐδὲν γὰρ ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ.

EXemplum improbi moris ſit alioqui minimè neceſſarium: verbi gratia in Oreſte Menelaus: indecori atque inconuenientis, Vlyſſis eiulatio in Scylla: Menalippéſque ſermo: inæquabilis, Iphigenia in Aulide, vt cui poſterior ſupplicatio priori non conſonet. *Paccius.*

*ESt autem exemplum improborum morum, non ex neceſſitate, vt Menelaus in Oreſte. Eius verò quod non deceat & non conueniat, tum lamentatio Vlyſſis in Scylla, tum Menalippæ dictio. At inæqualium in Aulide Iphigenia: nullam enim in partem ſimilis eſt, dum orat, ei, quæ apparet poſterius.* *Riccobonus.*

COM. Lxxviij

EXemplis illuſtrat quæ dixerat, ſed vitiorum non virtutum: vt, ſcilicet ex vitijs quippe bonis, conuenientibus, ſimilibus, æquabilibus quos optat, moribus contrarijs, ſententiam declaret ſuam. Primùm igitur, vt de prima cõditione conſtet quam in morum collocarat probitate, obſeruat in Euripidis Oreſte improbitatem Menelao temerè fuiſſe attributam ac citra neceſſitatem. Intelligit verò vitium quo ſe Menelaus ingratum (quantum tamẽ cenſet Ariſtoteles) oſtendit Oreſti, cum hic eum quippe patruum rogaret vt opem ferret. Cum enim Clitemneſtram & Aegiſtum adulteros ad ſuam Menelaique ipſius ignominiam delendam occidiſſet, ac propterea in vitæ diſcrimen incidiſſet, patrui implorabat opem. Cui tamen Menelaus repulſam dedit. Notat igitur Ariſtoteles ingrati animi vitiũ perperam ab Euripide tribui Menelao, cum non eſſet committendum vt talis Menelao, quippe viro grauiſſimo, affingeretur culpa: idque eò minùs quòd tale vitium ac peccatũ non eſſet neceſſarium, quod eſt quia fabula peragi & ad optimum finem perduci poterat Menelai dignitate retenta ac citra, vitium illud & culpam. Hoc exemplum primũ: in quo tamen non nihil diſſentire cogor ab Ariſtotele. Nam cum Oreſtes matrem necaſſet; ſéq; grauiſſimo parricidio obſtrinxiſſet, vitio ſanè hauduertendum fuit Menelao quòd opem Oreſti afferre noluerit, præſertim in iudicio, vbi ex legis præſcripto ageretur. Denique cũ Helena vxor Clitemneſtræ eſſet ſoror, aliquid etiam tribuere debuit Menelaus & Tyndarei ſoceri & Helenæ vxoris dolori ac mœrori, Nam quod Clitemneſtra eſſet adultera, & dedecus attuliſſet familiæ, minuere quidem vtcunque poterat Oreſtis culpam, purgare & excuſare certè non poterat, cum Oreſtes eſſet Clitemneſtræ filius & priuato non publico nomine illam interfeciſſet. Certè Plato in Eutyphrone filium qui parentem ob homicidium quod iniuſtè patraſſet, accuſauit, damnat; tantum abeſt vt parricidium excuſet. Poëtæ quoque Oreſtem furijs agitatum fingunt (propterea enim canit Virgilius

*Exemplis illuſtrat quæ præceperat de moribus.*

*I. Exemplũ, quod pertinet ad morum probitatem.*

*Dubitatur in Ariſtotelem.*

*Hinc Agamennonis furijs agitatus Oreſtes)*
quod Dijs inuiſus eſſet. Vt propterea niſi fortè quis paricida efficiatur, vt ſeaut religionē
aut patriam quam alioquin defendere haud poſſit, tueatur, vix fortaſſe ſit locus iuſto pa-
ricidio, præſertim dum quis priuata id facit authoritate. Quare excuſari quidem poſſet 190
Ariſtoteles ſi Menelaus Tyndarei (erat hic Clitemneſtræ pater) metu potius ac ſumma-
tim præ ignauia Nepoti opem negaſſe diceretur: temerè enim fortaſſe Poëta aut non ne-
ceſſariò hanc Menelao affinxiſſet culpam, ſed dum rationi obtemperare videtur, Euripi-
dem, Ariſtotelis pace, excuſarem. Et tamen Ariſtoteles infra etiam hoc ipſum Euripidi a-
ſcribit vitio. Tametſi alioquin Oreſtem Tragœdiam populo mirificè probatam ſcribat
Interpres. Itaque improborum exemplum morum qui perperam actori alicui affingan-
tur, mallem vt Ariſtoteles aliunde attuliſſet vt ea Sophoclis trachinijs vbi Hercules do-
loris longè impatiens fingitur, aut ex Oedipo dum Iocaſta contumeliam in Oraculum
fundit, aut ex Thyeſtis vel Medeæ & alijs huiuſmodi fabulis in quibus malos mores ob-
ſeruare licet paſſim.

*II. ac III. exemplum quod pertinet ad morum conuenientiam. De priore: cuius grauia dubitatur aduerſus Ariſtotelem.*

Alterum exemplum ducitur tum ex Vlyſſis gemitu in Scylla, tum ex Menalippis ſer-
mone: quaſi verò minùs conuenienter vel Menalippes locuta ſit, vel Vlyſſes eiulatus emi-
ſerit ac gemitus. Quo gemino exemplo vitium notat vnde τὸ ἁρμόττον ſeu conueniens (fue
rat hoc ſecundum quod de bonis moribus tulerat præceptum) violatur, nec mores pro-
ut decet conuenientérque exprimantur. Et ſanè quod pertinet ad Vlyſſem, rectè, cum
non deceret virum fortem quique cæteris in fortitudinis ac tolerantiæ proponeretur exē-
plum, muliercularum more gemitus edere & eiulatus. Decet enim hominem calamita-
tes moderatè perferre, ac flecti, vt ait Latinus Poëta, non frangi. Itaque appoſitè M. Tul-
lius lachrymas in magnis doloribus aut periculis fert non grauatè, gemitus certè & eiula-
tus reprehendit. Quanquam verendum eſt ne memoria lapſus ſit interim Ariſtoteles, &
quod Vlyſſi accidit a Calypſo ſoluenti, id Vlyſſi tribuerit Scyllam prætereunti. Nam reue
ra dum Scyllam præteriret (canitur id Odyſſeæ XII.) forti animo periculum tolerauit, ſo-
cios etiam ad tolerantiam cohortatus; ita vt ex hoc loco Virgilius hauſerit dum Aeneam
induxit ſocios præclaris illis ſolantem verbis

*O ſocij (neque enim ignari ſumus ante malorum)*
*O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem.*
*Vos & Scyllæam rabiam penitúſque ſonantes*
*Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa*
*Experti: reuocate animos, mœſtúmque timorem*
*Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.*
*Per varios caſus per tot diſcrimina rerum*
*Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas*
*Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.*
*Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.*

Contra verò in V. Odyſſeæ dum ſolueret a Calypſo & in tempeſtatem incidiſſet, viſus eſt
fracto animo eam perferre, ac gemitus immoderatos effundere. Ita vt Virgilio hunc item
locum imitanti lenienda ſeu cauenda fuerit huiuſmodi culpa, ne Aeneam in idem addu-
ceret vitium. De qua re licet tibi ea conſulere quæ nos ſcripſimus in primo Aeneidis vbi
diligenter contulimus & examinauimus propoſita Homeri ac Virgilij loca. Sed redeo ad
Ariſtotelem, qui fortaſſè haud lapſus eſt memoria, ſi non tam in Vlyſſis Odyſſeam, quàm
in Tragœdiam aliquam ſpectaſſet vbi Vlyſſem eiulantem in Scylla feciſſet Author, quiſ-
quis hic eſſet. Sed cum talis author proferri poſſit nullus, vix ac ne vix quidem iſtius opi-
nionis authori aut ſectatoribus aſſentio. Nam fuiſſe Epicharmum, quod aliqui ſuſpican-
tur, ægrè crediderim quòd Epicharmus Comœdias ſcripſerit non Tragœdias, & Vlyſ-
ſes Naufragus Epicharmi inter Comœdias numeretur. Vt omittam ne in Comœdiam
iſtam quidem intueri potuiſſe Ariſtotelem cum in Scylla naufragium haud fecerit Vlyſ-
ſes, ſed tantùm periculum ingens ſubierit: & tamen Epicharmus naufragum fecit Vlyſ-
ſem. Magis commoueret quòd ægrè Ariſtoteles Homeri detegit errata apertéque illum 191
reprehendit. ita vt videri poſſit non in Homeri Odyſſeam ſed in Tragœdiam aliquā ſpe-
ctaſſe in qua de more lugeret ac lamentaretur ipſe Vlyſſes. tametſi quoniam lamentatio
illa in Odyſſea erat in promptu, & verò reprehēſioni per ſe ſatis patebat, crediderim ſaltē
vnico rem verbo attingere non dubitaſſe, quemadmodum (vt alia multa ſileam) iam iam



Digitized by Google

in particula LXXX. ob machinam Iliadis locum damnabit in quo Pallas inducitur: & infra alio etiam nomine Vlyſſem vel potiùs Homerum culpabit non obſcurè dum ſupra quàm credi poſſit ſomniculoſus fingitur Vlyſſes, & a Pheacis dormiens deponitur in littore. Iam verò Menalippem, etſi perierit Tragœdia, vix vt authoris nomen perſpectum ſit (Euripidi enim tribuitur ab Alicarnaſſeo Dionyſio) ſatis cōſtat fuiſſe puellam: cuius ideò mentionem facit Ariſtoteles quòd ab authore illa ſuo in ea Tragœdia quæ ab ipſa Menalippe inuenit nomen, ex Anaxagoræ initijs atque decretis diſputaret quædam de infantibus in ſtabulo (hos illa ibi pepererat ex Neptuno) recens natis: idque ne igni a parente qui in monſtri illos habebat loco, traderentur. Quæ omnia eò ſpectant vt intelligatur non cōuenienter fuiſſe mores in ea expreſſos: quamuis enim ſe illa profitetur a matre accepiſſe, minùs tamen videtur decoro ſeruire & conuenienter loqui, cum idem ferè in matre culpari poſſit. Nam qui eam excuſant quòd a Neptuno edocta diceretur, ij quoque minùs ſatisfaciunt, quòd interim populo apud quem adoleſcentula philoſophico diſſerebat more, nequaquam perſpectum eſſet eam a Neptuno inſtitutam: de hac enim re Euripides ne verbum quidem: imò verò cum Manalippes interim ſe a matre edoctam profiteretur, nil minùs ſuſpicari licebat quàm a Neptuno inſtitutam, ita vt τὸ ἁρμόττον ſeu conueniens violetur. Poſtremum exemplum ex Euripidis Iphigenia in Aulide deſumptum eſt, & vſurpatur ab Ariſtotele ad declarandum vitium quod in mores irrepit ob inæqualitatem. Itaque cum Iphigenia quæ Dianæ immolanda eſſet, miram animi varietatem & inæqualitatem præ ſe ferat, ac priùs abiecto animo mortis audiat mentionem, mox alacri & cupido ſe mactandam offerat, morum æqualitas violatur. Quanquam non deeſt qui ab Ariſtotele diſſentiat hac in re. *Tantum enim abeſt* (inquit Horatianæ Poeticæ interpres quidam non indoctus) *vt Euripides reprehenſione dignus ſit, vt in Cælum potiùs ob prudentiam ferendus videatur. nam ſi puellam conſtantem & intrepidam effinxiſſet, cum primum ei mortis nuncius allatus eſt, non ſeruaſſet profectò decorum: id enim virtutis ſpecimem puellæ dediſſet, quod vix in Regulo, Codro, & Decijs repertum eſt. puellæ timidæ ſunt, & nihil morte acerbius putant. iurè igitur primùm timidam Iphigeniam Euripides facit & & altero die ſalutem Græcorum vita chariorem habet. quid tum? illam patris preces, illam neceſſitas, illam ſalus ſuorum, illam gloria mouere potuerunt. at inconſtans eſt. nimirum fœminæ inconſtantes eſſe ſolent. Virgilius;*

*Varium & mutabile ſemper Fœmina.*

*Cur autem mortis contemptum in maximi Regis filia indignè ferimus, quem fuiſſe in priuatis fœminis, Porcia, & alijs ſcimus?* Sic iſte. Cui ſanè ipſe quidem non ægrè aſſentirem, ſi interim conſtaret in fabula Parentis precibus & quæ a ſalute Græcorum, a gloria, huiuſmodíque alijs duceretur, cohortatione adductam eſſe. Ita quidem propoſitas morum conditiones ac virtutes contrariorum illuſtraſſet vitiorum exemplis tertia conditione excepta quæ ſimilitudinem requirebat morum. quam ſanè conditionem prætermiſit exemplo illuſtrare, vel quia minus haberet dubitationis, vel quia exempla eſſent in promptu, vel demum quia qui conuenientiæ & æqualitatis virtutem ac vitium percepiſſet, is ſimilitudinis virtutem ſeu diſſimilitudinis vitium per ſe colligere poſſet ſatis; atque illa quæ breuiloquentiæ ſtudioſus Magiſter reticuiſſet, diligentia & induſtria explere atque perficere.

*De poſteriore.*

---

392

# PARTICVLA LXXIX.

Χρὴ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἤθεσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων συστάσει ἀεὶ ζητεῖν ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ τὸ εἰκός. ὥστε τὸν τοιοῦτον τὰ τοιαῦτα λέγειν ἢ πράττειν ἢ ἀναγκαῖον ἢ εἰκός: καὶ τοῦτο μετὰ τοῦτο γίνεσθαι ἢ ἀναγκαῖον ἢ εἰκός. φανερὸν οὖν, ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλουν. ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ δράματος, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν, ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι, ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ δεῖται προαγορεύσεως καὶ ἀγγελίας· ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν. ἄλογον δὲ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς πράγμασιν. εἰ δὲ μή, ἔξω τῆς Τραγῳδίας: οἷον τὸ ἐν τῷ Οἰδίποδι τοῦ Σοφοκλέους.

Pacius.

ET ſanè in moribus, ſicuti in ipſa rerum compoſitione, tum neceſſarium, tum verisimile exquirendum eſt; atque etiam vti neceſſario veriſimiliue ordine cuncta procedant. Quare manifeſtum eſt, fabularum ſolutiones ex ipſiſmet potiſſimùm fabulis proficiſci debere, non autem ab aliquo artificioſo: vt in Medea, & Iliade illa per nauigationem. Quo ſanè artificioſo vtendum in ijs, quæ extra Tragœdiam ſunt: quæcunque videlicet vel priùs fuere, quæ neutiquam fieri poteſt, vt alio pacto ad humanam peruenerint notitiam: vel quæ futura denunciatione, diuinationéue indigeant: quandoquidem Deos cuncta inſpicere, ſatis quidem apud nos conſtat; quodcunque verò rationi conſentaneum minùs ſit, explodendum quidem ab ipſis actionibus; ſi nõ prorſus, at a Tragœdia; vt eſt in Sophoclis Oedipode.

Riccobonus.

*OPortet autem & in moribus, vt etiam in rerum conſtitutione; ſemper quærere, vel neceſſarium vel veriſimile; & hoc poſt hoc fieri vel ex neceſſitate vel ex veriſimilitudine. Apparet igitur & ſolutiones fabularum ex ipſa oportere fabula contingere, & non vt in Medea a machina & in Iliade ea, quæ ſunt circa renauigationem. Sed machina vti opus eſt ad ea, quæ ſunt extra actionem, aut quæcunque ante facta ſunt, quæ fieri non poteſt, vt homo ſciat, aut quæcunque poſtea, quæ agent prædicatione & nunciatione: omnia enim videre tribuimus Deis. At ſine ratione in rebus nihil eſſe oportet. Sin minùs, id extra Tragœdiam ſit, vt quæ ſunt in Oedipode Sophoclis.*

COMM. LXXIX. *Tripartito diſtribuitur huius loci præceptio.*

*Prima pars. In moribus exprimendis verisimile ſpectãdum & neceſſarium.*

TRIPARTITO diſtribuenda eſt huius Particulæ ſententia. Siquidem primò docet in moribus de quibus adhuc diſſerit, exprimendis neceſſarium aut veriſimile eſſe requirendum. Deinde colligit fabulæ ſolutionem ex ijs quæ ſunt in fabula ipſa non extrinſecus & ex machina eſſe petendam: & quis alioquin eſſe poſſit machinæ vſus. poſtremò admonet nil præter rationem excipiendum in rebus ac fabula. etſi, vbi non omnino id liceret aſſequi, iubet vt ſaltem non in ijs quæ geruntur in fabula, ſed extra contingat. Hæc ſumma. Nunc dicamus de ſingulis: ac primùm de primo. Ergo quoniam noſter Author mores in 393
dictis factiſque collocauerat vnde electio vel fuga declararetur, proindéq; apparerent mores; iam nos admonet vt quas perſonas moribus & bonis & conuenientibus & ſimilibus & æqualibus fingimus, has etiã verbis factiſq; cum veriſimili aut neceſſario cohærẽtibus (ita. ſ. vt quæ dicunt faciúntue, ex illis moribus neceſſaria aut veriſimili ratione dimanẽt) fingamus & exprimamus. Sic ſanè quemadmodũ in coagmentatione rerum ac fabulæ cõſtitutum fuerat veriſimile ſpectandum ac neceſſarium, vt poſteriora a prioribus neceſſaria veriſimiliue ratione proficiſcantur, ac propterea hoc poſt hoc tanquam neceſſarium aut veriſimile conſequatur, ita in dicendo agendóque, quicquid dicunt actores agúntue, cum eorum moribus neceſſaria aut veriſimili ratione cohærebit atque adeò ex illis promanabit; ita vt hoc poſt illud ſecundùm veriſimile aut neceſſarium conſequi videatur. Ita demum & dicta factáque electionis vel fugæ ſignificationẽ dabunt, quod præcipiebatur antea vt mores exprimerentur & viciſſim mores ipſi quos verba aut facta indicarunt, pro cauſis dictorum & factorum agnoſcentur, atque hac ſerie a primis media, a medijs poſtrema veriſimilis aut neceſſarij nexu & ſerie dimanabunt.

*Propoſita ſententia illuſtratur exemplo.*

Quapropter (vt huius loci præceptum declaremus exẽplo) vbi ſemel Hippolytum verbis aut factis ſic expreſſeris vt pudicitiæ ſpecimen præbeat & continentiæ, efficiendũ erit vt quæ ſubinde vel dicit vel facit, a pudicis moribus & continentia veriſimili aut neceſſaria ratione proficiſci videantur. Idẽ tu de cæteris conditionibus ſtatuito, quas moribus effingendis in medium attulit Ariſtoteles, vt bonis moribus, conuenientibus, ſimilibus, æqualibus procedat fabula.

*Secunda Pars. Fabulæ ſolutio vnde petenda ſit*

Quæ cum ita ſint, iam perſpicuum eſt (inquit Ariſtoteles, atque hinc ad II. partem progrediatur oratio) oportere fabulæ ſolutionem ex ipſa fabula proficiſci: non autem ex machina & extrinſecus peti quemadmodum in Medea & in Iliade dum enauigatio impeditur. Sed quî obſecro ex dictis colligitur talem eſſe debere fabulæ ſolutionem? quia nimirum tum demum quæ dicentur aut agentur in fabulæ ſolutione, veriſimili aut neceſſaria ratione ex ſuperioribus conſequentur, & hoc poſt hoc fiet, cũ non extrinſecùs planè, ſed ex his quæ interim

dicta

dicta ſunt aut facta atque adeò ex ipſa fabula, deriuabitur (dum tamen rectè deriuetur & commodè) manabítque ſolutio. Sic enim ſolutio veriſimili aut neceſſaria ratione ex his quæ dicta ſunt antea vel facta conſequetur. Ex quo fit vt cum ex fabula ipſa ſeu ex rebus quæ interim geruntur in fabula aut dicuntur, deriuetur ſolutio, non vſu machinæ fieri debeat ac Numinis quod ex machina proferatur aut conſimili artificio, cum hæc extrinſecùs aſſumantur. Id quod tum Euripideæ Medeæ, tum enauigationis Iliadeæ quæ duo ſoluuntur machina, declarat exemplis. Et quidem de Medeæ machina conſtare videtur ſatis. Cum enim Medea Iaſonis & trucidaſſet filios & Creuſam vxorem cremaſſet, tādem curru quem Apollo auus ſubmiſerat, draconibus vecta euolauit, ſéque periculo ſubtraxit: ita vt fabula machinæ vſu repentè perducta ſit ad exitum, non eorum ope quæ in fabula dicta aut facta fuerant. Renauigationis verò machina in ſecundo Iliados ſeſe offert, vbi cum de diſceſſu cogitarent Græci, ac iam iam Troia ſoluere properarent, Pallas repentè aſtitit Vlyſſi, & vt Græcis nauigationem diſceſſúmque diſſuaderet, effecit: quod item non ex factorum dictorúmque ſerie & ex fabula ipſa ſed ex machina deriuatur, & extrinſecùs aſſumitur ad nodum illum ſoluendum. Ita quidem videtur Ariſtoteles hactenus machinam improbaſſe. Quanquam audienda ſunt etiam quæ ſubdit è veſtigio. Nam ait machina vtendum in ijs quæ ſunt extra drama & actionem: ſiue quæcumque antea facta ſunt, nec tamen ab homine percipi poſſunt aut facienda ſunt poſtea', nec ſine prædictione & denunciatione aliqua reſciri a nobis queunt; in his enim machina opus eſt, & Numine: nam Dijs tribuimus vt videant omnia. Sic ſanè viſus eſt Ariſtoteles machinam improbaſſe in ijs quæ geruntur in fabula, ac voluiſſe ſolutionem non extrinſecùs peti & ex machina, ſed ex ijs quæ interim acta aut dicta ſunt: contra verò machinam præteritis rebus aut

*Fabulæ ſolutionem nō eſſe Machina ope faciēdam.*

*Quibus in rebus vti liceat machina.*

394 futuris concedere, vt ſi ab homine vel reſciri vel præuideri nequeant; a Numine de ijs doceatur. id quod Sophocles fecit in Aiace vbi Minerua occultum Aiacis pandit ſcelus quod & extra fabulam geſtum erat: & verò ab homine reſciri haud poterat. Iam verò, vt ad poſtremam partem deueniam, pergit Ariſtoteles. Α᾽λόγον δὲ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς πράγμασιν. εἰ δὲ μὴ, ἔξω τῆς τραγῳδίας. οἷον τὸ ἐν τῷ Οἰδίποδι τῷ Σοφοκλέους. *hoc eſt, expers autem rationis nihil eſſe in rebus. ſi autem non, extra Tragœdiam, vt quæ in Oedipo Sophoclis.* Quo in loco Vtinenſis & Alexander eam eſſe putant huius loci vim, vt Ariſtoteles affirmet eſſe a ratione alienum vt Poëta vel ex rebus, quæ in ipſa fabula dicuntur aguntúrue, aut ex ijs ſaltem quæ ſunt extrinſecæ, haud queat tantum præſidij deſumere ac deriuare vt ſine machinæ vſu ſoluat fabulā. Itaque Vtinenſis (iubet enim, quoniam locus ſpinoſus videri poſſet, eius verba referre) cum Paccij interpretationem reprehendiſſet, quaſi verò verba Ariſtotelis non intellexiſſet, locum & vertebat & explicabat, ſic ſcribens. *Debent igitur ita verti. Abſurdum enim fuerit, ſi quis dicat, credátue, nihil in ipſis rebus ineſſe, aut ſaltem extra Tragœdiam aliquid eſſe, ex quo deducatur ſolutio fabulæ, qualia ſunt illa apud Sophoclem in Oedipode.* vbi è veſtigio. *Videtur Ariſtoteles obiectioni alicuius aduerſari, qui fortaſſe dicat. Neceſſe eſſe aliquando fabulas ex machina ſoluere, quia ſolutio ſeu exodus non ſemper a rebus quæ inſunt in Tragœdia duci poteſt. Sed reſpondet Ariſtoteles ſtulti eſſe parúmque periti hominis hoc putare, nam in rebus ſemper ineſt aliquid, vnde ſolutio fabulæ aptè deducatur ſine machina. Quod ſi aliquando contingat, vt in rebus nihil inſit: eſſe tamen multa extra Tragœdiam quæ idem poterunt præſtare. Sicuti patet in Oedipode Sophoclis.* Sic iſte. Qui ſine dubio peccat multa. Nam vt omittam *Oedipodis*, Donato ac Priſciano teſte, Latinis inauditum eſſe, *obiectionem* verò niſi barbarè vſurpari haud poſſe; ſanè dum eam particulam δὲ vertit *enim* (quaſi verò dictorum ratio afferatur ab Ariſtotele, non autem præceptio continuetur, quemadmodum Particula illa ſatis indicat quæ propterea *verò* vertenda eſt) & verba illa interponit additue *fuerit ſi quis dicat credátue* (Græcè enim nil his reſpondet verbis) minùs fidelem ſe præſtat interpretem: idque eò minùs quòd (vt conſtabit) neque ad rem faciunt quicquam. Idémque dicendum dum ea item verba εἰ δὲ μὴ quæ *ſin minùs*, erant vertenda, & ſtatim a ſequentibus verbis leui interpunctione ſeiuganda, omni interpunctione abiecta, vertit (ac perperam ſanè vertit) *aut ſaltem extra Tragœdiam*. Idem dū addit rurſus *ex quo deducatur ſolutio fabulæ*: quibus verbis græcè nihil reſpondet. hæc enim excogitauit & intruſit bonus Author vt quam ipſe ſententiam interim huic affingebat loco, redderet vendibiliorem: quod aſſecutus quoque eſt dum Alexander eodem planè modo explicat ne dicam peruertit, locū. Quam tamen ſentētiam depoſuiſſent ſimúlq; ijs omnibus quæ ſubinde ad eandē illuſtrandā confirmandámq; commentantur ac differūt fusè, ſuperſediſſent; ſi illud reputaſſent eādē planè ab Ariſtotele proferri in partic. CXXXIV.

*III. ſeu poſtrema Pars: nil præter rationem admittendum: præſertim ex his quæ geruntur in fabula.*

*Vide Vtin. pag. 176. p. & Alexan. p. 226. m.*

*Quid ſpinoſo hoc in loco ſenſerit Vtinenſis & Alexander.*

*Refelluntur.*

vbi vitia item attingit Epopœiæ, iubétque caueri ne quid alogon habeat ac ſine ratione: ſin minùs, ſaltem prouidendum vt quod ratione caret, ſit extra fabulam quemadmodum in Oedipo. Itaque ſine dubio Vtinenſis & Alexandri pace prima huius ſententiæ verba pendent ex verbo δεῖ, quod iam tum ſemel atque iterum triuerat Ariſtoteles, ita vt cum cæteris fermè vertendum ſit, abſurdum verò in rebus nihil eſſe oportet; ſic ſanè integra ſententia ea eſt, ſi quæ de machinæ vſu interponit, perſpicuitatis gratia tantiſper reticeantur. *Perſpicuum eſt igitur oportere etiam ſolutiones fabularum ex ipſa fabula contingere & non vt in Medea ex machina & in Iliade quæ circa renauigationem: abſurdum verò in rebus nihil eſſe. ſin minus, quod eſt abſurdum ſit extra Tragœdiam, vt in Oedipo Sophoclis.* Iubet enim (id quod in CXXXIV. reperi obſeruabā) vt operam demus ne quid abſurdū contineat fabula: quod ſi fortè aliquando id minùs obtineri poſſit, prouidendum vt quod ratione caret, ex rebus antea geſtis contingat, & aliunde irrepat quemadmodum accidit in Oedipo Sophoclis, vbi non ex rebus in fabula geſtis ſed ex rebus anteactis admittitur Oedipum ignoraſſe modum interfectionis Laij & interſectorem ipſum, cum tamen id pugnaret cum ratione & abſurdum eſſet. Neque verò non appoſitè hoc in loco præcepit ne quid abſurdum exciperetur: cum enim id cauēdum iuſſiſſet in nodi ſolutione dum vetuit ne per machinam, quippe cum neceſſario ac veriſimili pugnantem, ac propterea abſurdum in modum, fabula ſolueretur, præſtabat id ſubijcere vniuerſim ne quis exiſtimaret ἄλογον in nodi ſolutione tantummodo eſſe vitandum. Adde quod cum id præcipiſſet in re graui quemadmodum grauē decebat authorem, in leuioribus ſatis eſſe iudicauit vniuerſim idem præcipere, ne minutè conſectaretur omnia. Et huc etiam pertinet ſubieciſſe moderationem illam: nimirum prouidendum vt ſi minùs id aſſequi in omnibus liceat, ſaltem ἄλογον ex ijs ſit quæ extrinſecus importantur, non ex ijs quæ in fabula committuntur, quemadmodum in Oedipo contigerat Sophocli. At enim quæ tandem ſunt in Oedipo quæ videri debeant abſurda? vel quomodo ſunt extra Tragœdiam ſi ſunt in Sophoclis Oedipo? Quæ ſint, videtur aliqua ex parte indicare Ariſtoteles ipſe in particula CXXXIV. Vbi ait ἄλογον eſſe ſeu a ratione alienum, Oedipum ignoraſſe quomodo Laius interierit: hoc enim ſine dubio eſt extra Tragœdiam: quia licet in Tragœdia talis obſeruetur ignoratio in Oedipo dum & interfectorem planè ignorat, & quomodo a viatoribus (a viatoribus enim necatum ſe fatetur audiſſe) fuerit interfectus, tamen ignoratio ipſa in ea cadit quæ ſunt extra drama: ſiquidem iandiu euenerant. Quanquam etſi Ariſtoteles eo in loco rem cenſet abſurdam, ignoraſſe Oedipum quomodo interfectus ſit Laius, & hoc planè ipſum intelligere potuit hoc in loco, veruntamen Oedipus ignorauit etiam ſe fuiſſe interfectorē; quod fuit longè abſurdum. Neque enim eſt veriſimile Oedipum non reſciſſe ſe fuiſſe Laij interfectorem. Cum enim eo planè tempore quo ad Oraculum pergeret, contigerit Laij interfectio, non potuit Laij quippe Regis non ſtatim peruulgari interfectio ac locus necis non reſciri. ita vt eum ipſe Oedipus eo planè in loco & eo tempore virum occidiſſet, continentérque & Laium regem necatum, ibique necatum, conſtitiſſet, debuerit oppidò ſe Laii interfectorem agnoſcere: præſertim verò cum ſatis intelligere poſſet ibi eo tempore præter Laium & ſi quis cum eo cecidit, interfectum eſſe neminem. ex quo fit vt Ariſtoteles hoc in loco id etiam alogon cenſere & potuerit & debuerit. Et hac de cauſa libentiùs cum vulgato codice legerim ὥσπερ τὰ ἐν τῷ Οἰδίποδι *quemadmodum ea quæ in Oedipo*, quàm cū Victorio ὡς τὸ ἐν τῷ Οἰδίποδι, vt id quod in Oedipo. Alioquin immemor cenſendus erit Ariſtoteles aut per inconſiderantiam peccaſſe dum diceret Oedipum ignoraſſe quomodo interierit Laius, cum apud Sophoclem fateatur ſe audiſſe, a viatoribus fuiſſe interfectum, Niſi tamen illud πῶς ſeu *quomodo*, ad interfectorem quoque deſignandum non verò modum tantummodo & circunſtantias aliquas, trahas. Quanquam ſatius eſt τὰ legere, & quicquid abſurdum cenſeri potuit, intelligere hoc in loco: licet in altera particula illa πῶς vſurpauerit. Sed iam grauiſſima ſeſe nobis de Machina obijcit Controuerſia quæ diſſimulari nullo modo aut poteſt aut debet. Num ſcilicet iurè noſter Author Machinæ vſum repudiauerit in Poëmate, & quatenus repudiauerit. Quanquam vt argumentum hoc vniuerſum explicetur planiùs, de Machinæ vſu & quid planè ſignificet Ariſtoteli priùs erit requirendum. Ergo nihil eſt quod dubitemus Machinam primò a Tragicis ea ratione vſurpatam vt ſupernè demitteretur, aut infernis, ſi opus eſſet, ex partibus emitteretur, indeque Deus aliquis repentè in conſpectum ſe daret, qui occultum aliquid panderet ſpectatoribus. Quapropter Plato in Cratylo, εἰ μὴ (inquit) ἄρα δεῖ,

ὥσπερ

*Germana loci ſententia & vis.*

335

*Quæ ſint ea quæ abſurda occurrunt in Oedipo.*

CONTROVERSIA LXVIII. *NVM iurè Machinam repudiarit Ariſtoteles, & quatenus repudiarit.*

*Prius tamen requiritur quatē vel machinam vel machinæ vſum intelligat Ariſtoteles.*

Digitized by Google

396 *ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοί, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες.* Hoc eſt. *niſi tamen quemadmodum Tragœdiarum authores, ſicubi aliqua in re hæſerint, ad machinas confugiant, Deos extollentes*: & Ariſtoteles in primo Diuinæ Philoſophiæ libro Ἀναξαγόρας (inquit) *μηχανῇ χρῆται τῷ Νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν. ὅταν γὰρ ἀπορήσῃ διὰ τίνα αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστί, τότε ἕλκει αὐτόν*. hoc eſt, *Anaxagoras tanquam Machina vtitur Mente ad Mundi conſtitutionem. cum enim dubitauerit quam ob cauſam aliquid ſit neceſſarium, Mentem ipſam in medium affert*. Quam ſententiam egregiè nobis expreſſit ac declarauit M. Tullius in 1. de Natura Deorum, apud quem Velleius ſic irridet eos qui in Vniuerſitatis molitione Deũ adhiberent. *Quod quia* (inquit) *quemadmodum Natura efficere ſine aliqua mente poſſit, non videtis, vt Tragici Poëtæ, cum explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum*. Atque hinc vulgatum prouerbium *θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς*, hoc eſt, *Deus ex machina apparens*. hinc etiam alterum *πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων*, multæ Dæmonum (in bonam enim partem, ac pro Dijs ſæpè, Dæmones vſurpabant) *formæ*. Alludit enim ad Numina quæ è machina proferebantur varia. Et huc pertinet illud Luciani, *Καὶ τότ' ᾤμην, ἔλεγον, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ὑποφανῆναί μοι τοῦτον φῶμεν ἀπὸ τῆς τύχης* *Arbitrabar, pro vt eſt in prouerbio, hunc mihi perinde ac Deum quempiam repentè appar uiſſe adductum a Fortuna. ac rurſus, Aſſiſtens pro vt habeo Tragicum prouerbium, Deus ex machina apparens*: quod verbis illis expreſſit *ἐπιστάς, τὸ τῶν τραγῳδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς*. Quapropter iurè in Prometheo notat Scholiaſtes Nymphas illas quæ Prometheum conſolatum apparuiſſent, machina inuectas; & *ἀεροδρομούσας διά τινος μηχανῆς per aerem diſcurrentes machina alicuius ope*, quod eſt ſupernè per machinam aliquam importatas. Eodémque modo teſtatur Longinus Achillis ſimulacrum in fabula (nomen non explicat) è machina apparuiſſe, cum Polyxenam ſibi ad ſepulcrum mactari poſtularet. Denique ſic in Euripidis Oreſte, vbi Apollo è machina repentè producitur qui de raptu Helenæ Menelao verba faciens, ac nodum ſoluens, compeſcat turbas: atque ex câdem Oreſti, quid facto opus ſit, præcipit. ſic in Electra Caſtor & Polux adducitur: ſic Philothetem Hercules alloquitur apud Sophoclem. ſic rurſus apud Euripidem Minerua in Aiace, in Ione, in Rheſo, Thetys in Andromache, & Diana in Hippolyto. Veruntamen non eſt cunctandum affirmare machinam pro ijs etiam vſurpari quæ non organis contineantur aut pro Numine quod appareat ex machina, ſed eorum quæ vicem quãdam gerunt dum explicant ac peragunt quæ humanas ſuperant vires, cuiuſmodi ſunt Oracula, auſpicia, ſomnia, cœleſtes nuncij, vates & id genus alia quæ extra machinam appareant &; adhibeantur rei alicui explicandæ. Sic apud Homerum nube paſſim Vlyſſem regit Minerua vt ex ſalebris eum eximat: ſic Thetym ac Mineruam adhibet Homerus Achilli & Irim Priamo: ſic Minerua in Aiace apud Sophoclem, apud Euripidem Neptunus in Troadibus, Bacchus in Bacchis, Mercurius in Ione. neque enim ex Machina (quod obſeruari poſſit) apparent, ſed humano more verſantes inter mortales & cum mortalibus diſſerentes. ſic apud Virgilium citra machinam Pallas Turno eidémque Iuturna, Mercurius quoque Aeneæ adſtat apparétue. ſic nubem adhibet Venus Aeneæ vt periculo illum ſubtrahat: ſic dum Laocoon dolos panderet Græcorum, ſerpentes induxit qui eum cum filijs inuaderent ac dilacerarent; ſtatímque ad Mineruæ pedes confugerent ſe eius ſub Clypeo condentes: ſcilicet quia alioquin nullo modo probabile videri poſſet Troianos Durium introduxiſſe, niſi tale portentum quaſi machina introductum eſſet. Hæc inquam & id genus alia plurima ſunt pro machina, quamuis nec Numen ex machina nec machina vlla importetur. Sat enim eſt aliquid vel diuinum vel portentoſum extrinſecùs adhiberi vnde ſoluatur nodus aliquis aut difficultas tollatur quæ humanas vires ſuperare videatur. Imò verò eò paulatim res prouecta eſt, vt machina propter eos qui callidè atque adeò falsò Numen commentis adiungerent ſuis, aut etiam vafrè ac falsò aliquid repentè fingerent ac molirentur, pro machinatione &

397 fraude vſurpetur. Sic Plutarchus Lyſandrum qui Reip. imponere moliebatur fictis oraculis, ait, eum quaſi machinam in Tragœdia Pythiæ oracula confinxiſſe. Sic Demoſthenes dum refellit Timocratem teſtem quem repentè ac præter opinionem occurriſſe ſentit, hunc quaſi ex machina apparuiſſe ait. Sic Polybius eo redarguens Hiſtoricos qui ſcripſiſſent Deum Annibali per alpes aditum commoſtraſſe ac viam, ad machinam tragicorum more ait confugiſſe. eodémque nomine Epicurus Platoni atque alijs multis obijciebat machinam. Sic (vt paucis multa complectar) Numa Aegeriam Nympham ſibi præſto eſſe callidè dictitabat: ſic Minos Iouem, Scipio Numen, Sertorius capram; multi Pythiam & falſa oracula, alij alia tanquam machinam callidè ſuis machinationibus inſerebant: ita vt



Digitized by Google

nomen ipſum calliditatem & verſutiam ſpiret apud bonos authores, inter quos Plato & M. Tullius pro dolo vſurpant machinam. Quæ cum ita ſint iam licebit & de Ariſtotelis ſententia commodiùs ſciſcitari atque ſtatuere & vniuerſim definire num præſter machinam cum Ariſtotele præcludere a Poëmate & quatenus: idque dubitatione priùs aduerſus Ariſtotelem excitata. Etenim ſi machinam interim vſurpat propriè, vt machinam ſignificet & molem vnde aliquis Deus (Ethnicorum more loquor) oſtentaretur, atque hanc planè machinam arcet a fabulæ ſolutione, ſanè exempla longè erunt aliena: ſiquidē nec Medeæ machina oſtentat Numen, neque Pallas ex machina ſe ſe obijcit Vlyſſi. Quod ſi latiùs manet eius notio, ac traducatur etiam ad oracula, auſpicia, ſomnia, vates & huiuſmodi alia quæ perdifficili nodo ſoluendo fabulæque prouehendæ adhibeatur, iam innumera propemodum ſe ſe obijcient in Tragicis, multò verò magis in Epicis, quæ in huiuſmodi machinæ ſint loco; ita vt de Tragicis atque Epicis fabulis actum videri poſſit, ſi vitioſa inde reddatur fabula. Id quod de Iliade & Odyſſea in primis erit ſtatuendum, cum in Iliade Thetys paſſim, Iuno, Minerua, Iris, Neptunus, Apollo, Iupiter, Mercurius, Somnium, Oracula, Reſponſa, Augures, & ſi quid huiuſmodi adhibeantur rebus explicandis ac peragendis: ita vt ne fluminibus quidem aut equis parcatur; tanta eſt Homeri libertas in hoc machinæ genere. Nam in Odyſſea etiam nuſquam ferè Minerua vt Mercurium mittam & alia, non adeſt Vlyſſi ac difficultates expedit, præſertim nube illum cingens, ex eâdemue illum educens. Ex quo fieret vt Homerus quem tueri & ornare tantopere ſolet Ariſtoteles, hinc exploderetur vel maximè: quod vix credi poſſit. Denique ſi machinam pro fraude, & dolo vſurpet Ariſtoteles, nec exempla nec præceptum erit ad rem, cum de fabulæ nodo ſoluendo hîc diſſerat. Hæc aduerſus Ariſtotelem.

*Iam contra Ariſtotelem dubitatur, & eius de machina opinio declaratur.*

*Authoris ſententia, qua res, præſertim quod attinet ad Tragœdiam, definitur.*

Ego verò crediderim Ariſtotelem quam a nodo ſoluendo præcludit machinam, paulò latiùs vſurpaſſe, ita vt & veræ machinæ & ijs quæ in machinæ eſſent loco, conueniant. Nam vt de Tragicis machinis ſileā quæ Numen deferrent & oſtentarent quáſque præterire haud potuit Ariſtoteles, cætera exempla ſatis referunt molem, quæ tum repentè proferebatur ſine Numine (huiuſmodi enim fuit Medeæ currus) tum Numen efferebat ſine machina quale accidit in enauigatione illa. Nam qui niſi Numen è machina prodeuntem occurrerentémue non intelligere Ariſtotelem exiſtimant, ac propterea non Medeam Euripidis ſed Carcini intelligi iubent, ij profectò nec oſtendunt Carcini Medea numen vllum è machina oſtentatum: nec rurſus habent quî efficiant Mineruam in Iliade adductam machina, cum tamen de Iliadis enauigatione loqui Ariſtotelem fateantur. Vt propterea cum Mineruam citra machinam inductam fateantur, eodem iure in Medea machinam ſine numine vſurpatam fateri debeāt.

*Vt in eſſi pag. 177.*

Denique Ariſtoteles non facilè Medeæ Authorem prætermiſiſſet, niſi notum Medeam, notiſſimúmque Authorem Euripidem intellexiſſet, & eâdem de cauſa minùs audiendi ſunt 398 alij qui Mineruam in enauigatione Iliadea citra machinam apparere fatentes, Tragœdiā neſcio quam commentantur in qua è machina proferatur Minerua: nam præterquam quod ij fatentur interim Euripideam Medeam proferri ac ſine machina, ac propterea eſt cur hanc requirant ob Mineruam, reticet Ariſtoteles enauigationis Authorem quod de re loquatur perſpecta & cognita, ac notiſſimum Authorem intelligat, ita vt Iliadem item nominans, Homericam ſine vlla dubitatione deſignârit, ac propterea & machinā ſine numine, & numen ſine machina agnouerit. Ita quidem licet machinam præcipuè arcere voluiſſet in qua veheretur numen quod appareret ex machina, machinam tamen ſine numine, numen ſine machina quoniam hæc quoque nodo ſoluendo adhiberentur, arcere & voluit & debuit. Quanquam crediderim etiam alio conſilio ac veluti rigore arceri machinam a Tragœdia, quæ non eſt Deorum atque hominum fabula: alio ab Epopœia cuius fabula ex commercio Deorum atque hominum conflata eſt: ita vt machina commodiùs cadat in Epopœiam: præſertim verò quia dum nullis concluditur temporis ſpatijs, aut certè longiſſimo gaudet temporum interuallo, nihil non arripit quod non canat: & ad ciendam admirationem extrinſecus deriuat multa. Ex quo fit vt machinæ in Epopœia bellè cadant ſæpè atque eò magis, quòd cum Epopœia ſit Poëſis aurium, machinæ libertas minùs appareat quàm in Tragœdia & Dramate quod eſt Poëma oculorum. Itaque vbi diſſeremus de Epopœia totam hanc rem dilucidabimus comprobabimúſque vberiùs. Nunc de Tragœdia. De qua ſic ſtatuo. Hæc vt iam antea dicere cœperam, ſic humanas imitatur actiones vt intra huiuſmodi cancellos multò magis huius quàm Epici concludatur induſtria. Ex quo fit, vt in Tragœdia ex ijs quæ ab actoribus geruntur dicuntúrue, ſit fabulæ peragendæ hoc

eſt

eſt nectendæ, dilatandæ, & ſolnendæ, ratio ac modus detiuandus; ſigillatímque in totius fabulæ nodo explicando, Poëtæ ipſius elucere debet ingenium: ne ad extremum iners atque artis expers & induſtriæ videatur; præſertim quia miſeticordiæ ac timori quæ ſpectat Tragicus in nobis commouendis humanæ actiones propter affinitatem plùs valeant, quàm quæ extrinſecus & ex machina (hæ enim plus nouitatis habent quàm probitatis & oculos magis capiunt quàm afficiant animos) deſumuntur præſidia. Et hac de cauſa Ariſtoteles ex ijs quæ præceperat de veriſimili in moribus tuendo, colligit fabulæ ſolutionem haud eſſe efficiendam machinæ vſu: ſed ex ijs quæ dicuntur aguntúrque in fabula eſſe ducendam, vt ſcilicet veriſimile taccatur. Et ſanè cum minimè vſitatum eſſet aut ſaltem perſpectum vt Numen facti alicuius nodo ſoluendo præſto eſſet ſéque in conſpectum daret hæſitantibus, haud par ſit tàm facilè Deum fabulæ nouo ſoluendo aſciſcere & adhibere. Etſi enim in Epopœia vbi Muſam inuocamus, fortaſſe tolerabiliter alicui adhibeatur nodo, in dramate tamen vbi nec Numen inuocamus, nec res niſi humano more ac modo gerimus, non item. Itaque dum ad ea quæ nequeunt humana reſciri induſtria ſiue præuideri, reijcit machinam Ariſtoteles, verendum eſt ne id ſcripſerit, ea potiùs de cauſa quòd minùs eſſet abſurdum in ijs vti machina, ac tolerabilius propter res abditas videri poſſet (atque hoc conſilio fortè cecinit Flaccus

*Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus*
*Inciderit* ———— quanquam de hoc paulò poſt) quàm quod percōmodè accidat in dramate. ſiquidem magnopere ſuſpicandum, ſeu veriùs citra ſuſpicionē affirmandum, ingenij imbecillitatem præſeferre in eo Poëmate quod (vt dicebam) humano geritur more. Et hinc eſt vt Plato ac M. Tullius (idem tu de Ariſtotele atque alijs non-
199 nullis colligito) machinæ commemorent vſum cum alicuius quod malè audiat atque inſcitiam indiget & imperitiam, commemorant factum. Denique cum fabulæ ſumma & vertex in ingenioſa ſolutione poſita ſint, nemo non intelligit in re graui peccare illum qui nodum non propria ſoluat induſtria ſed confugiat ad machinam. Huic enim Flacci illud obijci poteſt,

*Infælix operis ſumma qui ponere totum*
*Neſciat.* ——

Id quod ad Epopœiam quoque, vbi item de generali totius fabulæ nodo agitur, traduxerim non grauatè; nam Epopœia extrinſecus excipit quidem Numina non incommodè, ſed tamen ex ſe primò humanas imitatur actiones. quare ad ornatum potiùs in certis quibuſdam fabulæ partibus & ad magnificentiam oſtentandam, admirationem quoque ac iucunditatem varietate ciendam, quàm fabulæ vniuerſæ nodo, adamat Numen ac machinam. ſed de machina Epica in Epica tractatione copioſiùs. Nunc enim de Tragica diſputamus inprimis. De qua ſanè Horatianum illud expoſuerim,

*Nec Deus interſit niſi dignus vindice nodus*
*Inciderit* ——

de quo memineram paulò ante. Licet enim ſunt qui per Deum hîc Muſam intelligant, atque hanc negant niſi graui de cauſa inuocādam (id quod Virgilium feciſſe dixeris, dum non in toto argumento, ſed in Iunonianæ iræ cauſis priùs, tum in bellicis apparatibus, inuocat Muſam) veruntamen cum nodi mentionem faciat, ac Deum nodi appellet vindicem, de Tragico inprimis nodo ac de machina intelligendus eſſet: ídque ſiue propriè illam vſurpes, ita vt inde numen appareat vnde ſoluatur nodus, quemadmodum in Philocthete in Oreſte atque alibi ſæpè, ſiue numinis tantùm aut conſimilis alicuius rei vſum intelligat, vnde aliquid perdifficile explicetur peragatúrque, vt in Medea vel in Troadibus, vbi Machina ſine numine, aut numen citra machinam inducitur. Nam certè Horatius ipſe qui & cum dixiſſet

*Néue minor quinto neu ſit productior actu*
*fabula quæ poſci vult & ſpectata reponi,*

ea intulit, *Nec Deus interſit*— & è veſtigio ſubiecit
*—Nec quarta loqui perſona laboret,*

viſus eſt in Tragœdia ſeu dramate eſſe totus, non Epopœiam ſpectare. Tametſi nihil prohibet quominus præceptum ad Epopœiam certa ratione traducatur, ita vt quamuis machinæ vſus in Epopœiam cadat commodiùs quàm in drama, quemadmodum & duodecimus ſupra, & opportuniore loco confirmabimus vberiùs, tamen in Epopœiam non paſſim in-

du-

Digitized by Google

ducenda ſit, ſed rei difficilioris gratia. Sic Virgilius Venerem inducit ac nubem fingit in conſilij diſcrimine à quo ægrè poſſet communi more expediri, & Iunonem Turno adiungit dum ſuprà humanas vires ſtrenuè gerit multa; nam ideo canit, *Huic Iuno vires animumque miniſtrat*, Id quod Homerus etiam, etſi quam ſobriè & appoſitè alterius ſit loci, fecerat dum Mineruam Vlyſſi, Thetyn & Mineruam Achilli adiungeret. Hæc de machina.

# PARTICVLA LXXX.

Ἐπεὶ δὲ μίμησίς ἐστιν ἡ τραγῳδία βελτιόνων, ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν, ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσιν, οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον καὶ ὀργίλους, καὶ ῥαθύμους, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ἔχοντας, ἐπὶ τῶν ἠθῶν, τοιούτους ὄντας ἐπιεικείας ποιεῖν παράδειγμα, ἢ σκληρότητος δεῖ, οἷον τὸν Ἀχιλλέα Ἀγάθων καὶ Ὅμηρος. Ταῦτα δὴ δεῖ διατηρεῖν: καὶ πρὸς τούτοις τὰ παρὰ τὰς ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθούσας αἰσθήσεις τῇ ποιητικῇ: καὶ γὰρ κατ᾽ αὐτάς ἐστιν ἁμαρτάνειν πολλάκις, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς. 400

*Paccius.* CVm verò Tragœdia præſtantiorum imitatio ſit, par fuerit quoque nos ab excellentium pictorum more non diſcedere: qui dum proprias veriſque ſimillimas imagines referre ſtudent, pulchriores ſanè depingunt. ita etiam Poëta, iracundos videlicet, deſideſque dum imitatur, huiuſmodique alias circa mores habentes, probitatis quidem atque iracundiæ ſibi exemplum proponere debet, velut fortem Achillem: vt ipſe Homerus. Hæc profectò ſeruare oportet, inſupérque ſenſus ipſos qui Poëticam conſequuntur, præter illa quæ neceſſaria ſunt. Etenim in his fallimur ſæpenumero, ſed in ſermonibus iam editis, ſatis dictum de his.

*Riccobonus.* *Quoniam autem Tragœdia eſt meliorum imitatio, oportet nos imitari bonos formarum fictores. Etenim illi, cum tribuant propriam formam, faciendo ſimiles, pulchriores fingunt. Sic etiam oportet Poëtam imitantem & iracundos & quietos & alia talia habentes in moribus, cum tales ſint, manſuetudinis facere exemplum ac duritiæ, vt Achillem bonum etiam Homerus. Iam verò hæc oportet ſeruare, & ad hæc ea, quæ ſub ſenſum cadunt conſequentia Poëticæ præter illa, quæ ſunt ex neceſſitate, etenim ſecundùm ipſam ſæpenumero contingit peccare. Dictum autem eſt ſatis de ipſis in editis libris.*

*COMM. LXXX. De bonis moribus excolendis præcipit adhuc. Bipartitò diſtribuitur huius loci ſententia. De priore Parte.*

CVM a moribus de quibus præcipiebat, ad neceſſarium & veriſimile vnde mores conſentienter exprimerentur, progreſſus eſſet, atque idcirco machinam fermè præcluſiſſet, quòd cum veriſimili ac neceſſario minimè cohæreret atque adeò ex iis quæ ἄλογα ſunt appareret, & hac de cauſa non inutiliter aut inopportunè ſubieciſſet nihil alogon excipiendum in rebus; Nunc redit ad mores ad quos Tragicum inſtituit rurſus, tum ex eius munere ac ſtudio ducto argumento, tum ex iis quæ aurium atque oculorum ſenſibus ſubiiciuntur: nam hinc etiam ſe ſe offert occaſio vnde mores vel violet vel fucatur Tragœdiæ author. De qua re ſe in editis ſermonibus præcepiſſe ait. Sed de hoc poſteriùs. nunc de illo quod ex ipſius Tragici ſtudio atque officio ducit argumento. Ergo pergens in inſtituta de moribus præceptione, rationem oſtendit Tragicis vnde magis adhuc ac magis bonos (id quod de moribus primò præceperat loco) effingant mores in Tragœdia & excolant altiùs. præſertim verò quia cum Tragœdia ſit βελτιόνων, meliorum it quam, imitatio, par eſt vt in hanc curam vel maximè incumbat Tragicus. Iubet igitur vt imitetur ἀγαθοὺς εἰκονογράφους, bonos ac ſolertes formarum ſeu imaginum fictores, cuiuſmodi ſunt pictores, ſtatuarii, & huiuſmodi alii artifices qui imagines exprimunt ac fingunt. Ii enim ſic formam cuique propriam tribuunt ac ſimilem exprimendo reddunt, vt pulchriorem illam efficiant. Idem igitur

tur faciendum eſt Poëtæ dum exprimit mores; vt ſcilicet dum & iracundos, & inertes, denique hoc vel illo modo affectos moribus, exprimit aliquos, hos manſuetudinis exemplum faciat vel duritiei; ita vt in eo genere excellant, atque exemplum cæteris præbeant ſeu virtute præſtent ſeu vitio: quemadmodum Achillem effinxit Agathon & Homerus. Hoc autem præceptum videtur tum in eo niti quod ſæpè commemorauit de Tragœdia dum eam diſtingueret a Comœdia, nimirum meliorum eſſe imitationem, tum maximè

*In quibus nitatur prioris huiuſce partis præceptio: & quæ ſit eius vis.*

401 in duobus decretis quæ iam antea ſunt explicata. Vnum in particula XI. vbi ſcribit ex pictoribus aliquos, cuiuſmodi erat Polygnotus, meliores effingere & imitari conſueuiſſe; quod eſt (vt ego quidem interpretor) non meliores delegiſſe quos imitaretur, ſed quos imitaretur meliores quàm eſſent expreſſiſſe ac reddidiſſe. Cum enim ſubijciat Dionyſium contra effinxiſſe ſimiles, ſanè Pauſon qui deteriores, Polygnotus qui meliores, expreſſiſſe & redidiſſe dicitur, deteriores ac meliores quàm eſſent expreſſerit neceſſe eſt. Ita vt dum hic meliores exprimi iubet, id planè iubere videatur quod de Polygnoto commemorauerat. Siue meliores fingi dicat quàm eſſent, ſiue meliores quàm communiter eſſent homines, præſertim eius ætatis. Tametſi, vbi quis pugnet (id quod nos opinati ſumus aliquando) meliores imitatos eſſe ac deteriores, hoc eſt præſtantiores ac viliores ſibi ad imitandum propoſuiſſe Pictores illos, habebit quos ſequatur. Alterum decretum in quo multò magis nititur in præſentia, habetur in particula LII. vbi Poëtam diſtinguens ab Hiſtorico ait eius ſtudium eſſe magis philoſophicum (quia ſcilicet res vniuerſim magis ſpectat, & propterea tanquam ideas rerum effingit ac res quales eſſe debeant canit) hunc minùs ſtudioſum & philoſophicum, idque quia ſingularia proſequitur, & quid hic aut ille geſſerit non verò quod gerere debuerit, enarrat, ſtudium illud philoſophicum poëtæ relinquens. & hac de cauſa iubet hoc in loco vt Poëta quos imitatur mores hos pleniores reddat & abſolutiores; ita vt in eo genere, ſeu virtutem ſpectes ſeu vitium, excellere videantur qui his vel illis moribus præditi exprimantur. Hæc particulæ huius ſententia. In qua tamen eſt quod dubitemus aliqua. Ac primum NVM εἰκονογράφους iſtos vnos pictores comprehendere velit, *Dubitatur I.*
an quoſcunque fictores imaginum qui longo ordine numerari poſſunt. ſi enim pictores tantùm intelligit quaſi verò ij imaginibus quas coloribus exprimunt, maiorem affingant pulchritudinem, quid erat cur iconographos potiùs quàm ζωγράφους ſeu pictores commemoraret? *II.* quod ſi omnes, quid erat cur ſubiungeret hos pulchriores pingere, quaſi verò res coloribus tantùm ac pictura niteretur? Deinde quî fieri poteſt vt pictor aut Poëta ſimiles reddat quos pulchriores effingit aut meliores? ſanè hac in re tum a recta imitatione quæ requirit, vt res planè exprimatur qualis eſt, diſcedat neceſſe eſt; tum præceptum violet quod de moribus & ſimilibus exprimendis & conuenientibus allatum eſt. Certè Dionyſium quem medium inter Polygnotum & Pauſon conſtituit qui augerent minuerentque pulchritudinem, dixit ſimiles reddidiſſe: hos verò pulchriores quidem aut deteriores, ſimiles nullo modo. Ad hæc quî veriſimile tueatur dum moribus plenioribus ſeu pulchrioribus quàm eſſent effingantur? *III.* præſertim verò, quia mediocritas vt in pleriſque cernitur, cum veriſimili magis cohærere ſoleat quàm exceſſus & conuenientiam referre. *IV.* Huc accedit quod qui ſummam in aliquo morum duritiem & aſperitatem oſtentet, is præceptum *V.* illud violet quo actores meliores exprimendos decretum eſt. Denique huc illud etiam recurrit quod de tragico dubitatum eſt ſæpè; quî ſcilicet imitetur meliores, cum ſæuitia plenos inducat paſſim. *VI.* Quanquam dum hic meliores ad extremùm non modò virtute ac probitate verùm etiam vitioſitate, vt inertia, duritia, aſperitate, meliores hoc eſt pleniores facit, cum auget dubitationem tum verò confundit omnia. Hæc contra particulam propoſitam. Quibus tamen enitar vt ſatisfaciam. Ac primùm quidem optimè ſibi conſtat Ariſtoteles dum εἰκονογράφους quibus non pictores ſolùm, ſed quoſcunque imaginum fictores *Reſpondetur. Ad primū.* contineri volumus ac deſignari, γράφοντας, (quæ vox fictores quoque ſeu fingentes ſignificat) appellauit: ita vt non ad pictores contrahat iconographos, ſed cum fictoribus reciprocari velit, atque conuerti. itaque dum ij, inquit, καλλίους γράφουσιν non *pulchriores pingunt* vertendum eſt cum Victorio & alijs quibuſdam ſed *fingunt*, vt latè pateat ſententia. Et idcirco etiam dum Victorius ſuſpicatur ac docet in Commentario per iconographos deſignari certos pictores qui in imaginibus ac vultu hominum effingendo toti eſſent, non poſſum non diſſentire. Vt omittam iconographos imaginum expreſſores dum appellat ac vertit, minùs latinè vel potiùs barbarè locutum eſſe. Difficilius eſt quod ſecundo obijciebatur loco, dum pugnare docebamus, vt qui pulchriorem fingit aliquem aut meliorem, is ſimilē

cum

enim reducere dicendus ſit. Qua in re dum plerique ſilent interpretes ac dubitationem eſſe obuiam diſſimulant, nititur Alexander nodum ſoluere. Quapropter (vt enim latinè audiamus) ſic diſſerit. Non ſecum ipſe pugnat Ariſtoteles dum ſimiles requirit mores & tamen ad ſummum euehi iubet, ac propterea meliores quàm ſint fingi. Nam aliud eſt alicui eos attribuere mores quibus præditus fuit nunquam, quiq́ue ei nullo modo conueniunt (ſic enim ſimilitudinis violaretur præceptum) aliud eſt mores quibus ille ſit præditus, augere & ad ſummum prouehere. Quare violaret quidem ſimile qui Achillem fingeret mitem, cum ſatis conſtet immitem fuiſſe & iracundum: ſed qui illum ſupra quam eſſet iracundum expreſſiſſet, ita vt non tam in eius iracundiam quàm in ſummam quandam iracundiam ſpectaſſet, illius augens iram, morum ſimilitudinem non violaſſet; ſed boni Poëtæ officio functus eſſet ac laudem meruiſſet. ſic Alexander nodum vel ſoluit vel ſcindit; ijs, opinor, hærens quæ ſenſerat Vrinenſis dum ſic ſcriberet. *Poëtas (ait Ariſtoteles) etiam ſi intueantur perfectam morum formam, non tamen impediri, quominus exprimant in iis τὸ ὅμοιον, nam illud ipſum exprimunt ſub excellentiore quadam figura; in eo genere, quod ſibi propoſuerint; nam ſi ad aliud genus tranſgrederentur; id fortaſſe non efficerent, eſſentque reprehendendi ſed vnumquodque genus per ſe ſupremos quoſdam habet decoris gradus, & abſolutiſſimam recipit formam, non tamen degenerans a ſua natura & effigie priſtina.* Ego verò ſiue laudem meruerit ac boni Poëtæ partes impleuerit qui præſtantiſſimos effingat ſpreta mediocritate, non diſputo hoc tempore. Sed tamen illud pugno, ſimilitudinem adhuc violari cum Achillis ira non qualis erat, ſed maior & ad ſummum euecta deſcriberetur. haud enim effici poteſt quin a ſimilitudine deflectat. non enim is ſolùm ſimilitudine deflectat qui illum effingat mitem, verùm etiam qui illum ſupra quàm verè iracundus eſſet, effecerit iracundum. An igitur Ariſtoteles eos ſpectat fictores qui non certum aliquem hominem verbigratia aut animal fingunt, vt Alexandrum aut Bucephalum (in his enim deflecteret a ſimilitudine fictor ſi illos redderet pulchriores) ſed certum aliquod rerum genus, vt hominem aut equum? Cum enim non in hunc vel illum hominem aut equum ſpectent, ſed hominem & equum concipientes animo, hos adamuſſim fingant, ita vt quæ illis conueniunt præclarè exprimant, tum in ſuper eximia pulchritudine cumulent, ij ſanè ſimilitudinem haud violarent quantumuis meliores & pulchriores exprimerent. Aegrè huc crediderim confugiendum cum Ariſtoteles rem Achillis exemplo declaret hoc eſt rei ſingularis ac certæ cuius pulchritudo augeri nequeat quin violetur ſimilitudo. Satiùs igitur ſit ſtatuere, deflectere quidem interim Poëtam & imitatorem a germana ac perfecta ſimilitudine, nam non eum talem planè effingit qualis omnino eſt, ſed tamen non diſſimilem fingit quod vitioſum planè eſſet. Et idcirco Ariſtoteles vbi diluit accuſationes Poëtarum, ſic huic ſatisfacit, vt nõ pugnet eum qui ad ideam ac ſummum aliquid euehat, ſimilitudinem omnino retinere, ſed tamen iuſta de cauſa poſſe id facere. Itaque dum ait Ariſtoteles iconographos quos imitari debet Poëta, cum propriam alicui formam tribuerint, reddentes ſimilem, pulchriorem tum fingere, non profitetur hunc in propria ac germana planè forma atque omnibus abſolutam numeris conſeruari, ſed pulchritudinem augeri. Id quod alibi excuſat, vt dicebam, quòd pulchriores ac præſtantiores hinc effingantur imagines & quales eſſe deberent. Alioquin fateor me non habere vnde repugnantia vindicem Ariſtotelem. 403

*Ad tertiũ.* Iam verò ex dictis fortaſſe liceat oſtendere nec veriſimile violari dum pleniores effinguntur mores. Siquidem non contrarij interim exprimuntur ac planè diſſentientes, vnde veriſimile violaretur, ſed paulò pleniores. ita vt ſimilitudo ſeruetur adhuc nec obſcurè ſeruetur. eodémque modo conuenientia ſi non perfecta ſemper (hanc enim fateor in mediocritate fermè poſitam eſſe) ſatis tamen retinetur, ita vt mores non tam cum illa pugnent quàm paulò ab ea deflectant. Quod tamen Ariſtoteles in accuſationum ſolutione purgat aliunde, non verò inficiatur id quod eſt.

*Ad quartum.* Multò difficilius eſt quod de aſperitate morum ac duritie obijcitur, cum vitia fermè augeri iubeat, vnde probitas morum videtur euerti; cum tamen meliores fingi actores iuſſerit Ariſtoteles. Sed fortaſſe præſtat reſpondere, Ariſtotelem non prohibere quominus meliores fingantur, aut iubere vt vitium augeatur, ſed tamen ſentire vt ſi quando hinc ſit deflectendum vt cum alicuius iracundia, vel inertia, vel durities ſit exprimenda, plenior effingenda ſit quemadmodum Homerus fecit in Achillis deſcribenda vel ira vel duritie vel cunctatione atque otio. communiter enim bonos mores fingamus oportet, ne priſcorum Tragicorum mores ſæuos paſſim atque improbos actores proferamus. quod ſi aliquis (vt interdum fit) duris eſt ac non bonis fingendus moribus (etſi enim

ratò

402 104

rarò faciendum & in paucis, faciendum tamen eſt) ad ſummum euehendus eſt vt huius quoque prauitatis quædam veluti idea exiſtat & appareat. Adde quod Ariſtoteles videtur hoc in loco tacitè Homero canere, qui quemadmodum egregiè pulchrum & fortem deſcripſerat vel haberi cupiebat Achillem, ſic è contrario ſummam in eo duritiem atque iracundiam (credo quod non ſatis perſpectas haberet veras virtutes, atque adeò barbaram iram & duritiem in laude poneret) expreſſit; ita vt Ariſtoteles iræ quoque, ſocordiæ, ac duritiei, Homero vt patrocinaretur, ideam quandam exprimendam voluerit. Et hinc etiam coniectare licet quo conſilio dicat Tragicum imitari meliores. non enim videtur intelligere probitate omnino & virtute meliores (tametſi aliquando id quoque accidit) ſed potiores ac dignitate & nobilitate præſtantiores, quales vilioribus qui Comœdiæ tribuuntur opponere ſolemus. nam hoc modo etiam ira, durities & ſi quid huiuſmodi in melioribus hoc eſt potentioribus & illuſtrioribus retinetur. de qua tamen re egimus alibi copioſè. *Ad V. & VI.*

Nunc ad alterum præceptum, quod ſanè ex ijs duci videtur quæ ſub ſenſus cadunt in actione tragica (& ideo dicuntur pertinere ad ſenſus qui ex neceſſitate conſequuntur Poëticen) & ſub aſpectum atque aures veniunt. Quanquam hac de re accuratiùs paulò poſt. *De poſteriore: quod tribus dictis continetur.* Primò igitur docet ea quæ dicta ſunt eſſe cuſtodienda. quo ſanè loquendi genere vtitur vt tum veluti epilogo nobis reuocet in memoriam quæ de moribus præcepta dederat ex rebus ipſis & Tragici ſcriptoris officio ducta, ſimúlque de ijſdem diligenter obſeruandis Poëtam admoneat: tum cohærenter ad ea præcipienda progrediatur quæ ex apparatu & melodia (quanquam id etiam excutietur diligentiùs) quæ duæ partes minùs ſunt & neceſſariæ & cum Poetæ ſtudio coniunctæ, ducuntur ad mores conuenienter exprimendos. Et ideo ſtatim pergit præter dicta obſeruanda quoque eſſe quæ pertinent ad ſenſus qui ex neceſſitate conſequuntur Poëſim (ſunt hi auditus ac viſus) quandoquidem fieri poteſt vt in ijs quæ ad huiuſmodi ſenſus pertinent, erretur ſæpè. Ac de his ipſis (inquit ad extremum) in ijs qui emiſſi ſunt ſermones, dictum eſt ſatis. Hæc ſummatim Ariſtoteles. Vbi primùm requirendum eſt quænam ſint ea quæ cuſtodiri præcipit atque obſeruari præter ea quæ dicta ſunt. *I.* *II.* *Dubitatur I.* Nam ſi dicat quiſpiam ea continenter indicari ab Ariſtotele, & eſſe illa quæ ſe ſe in fabulæ recitatione ac ſpectatione auribus obijciant atque oculis; cuiuſmodi ob oculos ſunt hiſtrionum habitus, machinæ, ſcenǽque vniuerſæ apparatus: ob aures verò recitationis forma, rhythmus & harmonia: hæc enim moribus cohærenter fingenda & exprimenda ſunt: ſi inquam ſic reſpondeat quiſpiam, illud obſtet quòd iſthæc fermè omnia viſus eſt Ariſtoteles ad alias facultates reijcere, ſiquidem videntur ad choragum & artifices
404 pertinere. Quanquam illud caput eſt ac vertex dubitationis, quia dum ſubdit Ariſtoteles, *καὶ πρὸς τούτοις τὰ παρὰ τὰς ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθούσας αἰσθήσεις τῇ ποιητικῇ. & præter hæc ea quæ præter ex neceſſitate conſequentes ſenſus Poëticen*, (ſcilicet obſeruanda ſunt) hæc verba maximam habent obſcuritatem & ambiguitatem; ita vt quantumuis Interpretes in Commentarijs videantur inter ſe de ſententia conſentire, non facilè tamen aut cum græcis verbis aut inter ſe in ijſdem vertendis conueniant. Sed quæſo illos audiamus: res enim eſt perdifficilis. ſic igitur ſcribit Vtinenſis, *Præceptum aliud dat Ariſtoteles; quod latè patet, prióraque illa omnia complectitur, eſt autem huiuſmodi. Poëtam in effingendis moribus perſonarum, reſpicere oportet eos ſenſus omnes, qui neceſſariò Poëticen ſequuntur. Poëmata recitantur, ergo audiuntur; ab Hiſtrionibus in ſcena, vbi apparatus eſt, ergo ſpectantur. duo igitur ſenſus poeticæ facultati inſeruiunt. Viſus, & auditus, nam oculis ſcenam, & apparatum habitúmque omnem hiſtrionum, auribus autem ſermonem ipſorum homines percipiant. Præterea Poëmata Scenica conſtant ſermone, rhythmo, harmonia. Sermo & harmonia auribus, rhythmus oculis percipitur. His igitur ſenſibus, accommodanda omnis Poëſis.* *II.* *Interpretum ſententiæ propoſitis locis* Sic Vtinenſis, quem in ſententia (vt dicebam) ſequuntur cæteri, qui exiſtimant Ariſtotelem præcipere, vt præter ea quæ dicta ſunt, ſpectentur ea quæ pertinent ad ſenſus conſequentes Poëticen, ac propterea ad apparatum & melodiam: nam hæc pertinent ad auditum & viſum qui ſunt ſenſus conſequentes Poëticen. Quæ ſanè dicunt eſſe *παρὰ τὰς ἐξ ἀνάγκης* & ex non neceſſarijs, quia Tragœdia poſſit ſcriptis comprehendi in quibus nec apparatu indiget nec melodia; ita vt apparatus & melodia ſint ex ijs quæ non ſunt neceſſaria: & horum quoque rationē haberi vult (ſi iſtos audias) ne auditus & viſus offendantur in ijs quæ pertinent ad mores: quod ſanè fieret ſi apparatus & melodia minùs conuenirent moribus. Itaque Lombardus explicans hunc locum, *Oportet* (inquit) *vt hiſtrionum*

*actio, quantum ad voces & geſtus, moribus correſpondeat. ſenſus enim qui Poëticam ſequuntur ſunt auditus & viſus præter neceſſitatem. quoniam ſi Tragœdia legatur, non videntur hiſtrionum geſtus, nec eorum vox auditur; ſed cum in ſcena agitur Tragœdia, tunc ea quæ ad viſum & auditum ſpectant, ſeruare oportet. alijs enim geſtibus aliaque voce conuenit mulierum mores referre, alijs verò militis mores exprimere; item alia voce alióque geſtu exprimitur interrogatio ab eo qui minas exprimit.* Hæc Lombardus: quicum (ne longum faciam) & Madius conſentit, & qui prolixiùs rem proſequitur, Victorius. Ita vt Riccobonus iſtis inhærens, rem his explicet verbis. *Additur non ſolùm hæc ſeruanda eſſe, ſed etiam ea quæ ſub ſenſum cadunt, conſequentia Poëtica, præter illa quæ ex neceſſitate ſunt. Nam ſecundum ipſa ſæpenumero peccari. Ac de ipſis dictum eſſe in editis ſermonibus. Per ea verò quæ cadunt ſub ſenſum, conſequentia Poëtica, intelliguntur harmonia & apparatus, quæ partes non ſunt præcipuæ, nec neceſſariæ.* Sic iſti, inter ſe contentientes mirificè. Ipſe tamen contra mirificè hæreo. Nam primò Ariſtoteles apparatum appellat expertem artis, vel ſaltem cenſet inter partes qualitatis maximè omnium carere arte, ac minimè omnium pertinere ad Poëticen: itaque viſus eſt totam hanc partem reijcere ad Opifices, vel ſaltem eius curam minimè omnium poetæ tribuere. Et quanquam reuera non planè excludit apparatum a partibus neceſſarijs, fabulæ tamen, moribus, ſententiæ, dictioni, poſtponit longiùs quemadmodum docuimus alibi. Atque idem fermè ſentiendum eſt de melodia quæ eâdem de cauſa in poëtica minùs habet artis & proprium requirit artificem ac ducem. quis igitur crediderit Ariſtotelem poëtam ad ea reuocare quæ pertinent ad apparatum? Quid plura? cum ægrè illos ſuſtineat qui metum ac miſericordiam apparatu ipſo ciere molirentur, quòd poëtæ ſit ex rerum conſtitutione eas excitare affectiones, cur obſecro apparatum in præſens ad mores fingendos referat qui ſummatim metus cauſa & miſericordiæ excoluntur? Adde quod non eſt veriſimile Ariſtotelem de iis libros conſcripſiſſe, quæ ad opifices ablegauerat. & tamen hic ſcribit ſe hæc in editis ſermonibus proſecutum eſſe quemadmodum conſtabit paulò poſt. Quid moror? Interpretes, qui inquam locum de Græcis conuertunt, nec inter ſe, (id quod obſeruare quiſque poteſt, præſertim propter τὰ ἐξ ἀνάγκης) nec cum græcis verbis conſentiunt. Nam retenta ea particula præter, non iuberet Ariſtoteles ea quoque obſeruari quæ præter neceſſitatem pertinent ad ſenſus qui poëticen conſequuntur, ſeu potiùs quæ pertinent ad ſenſus qui non neceſſariò poëticen conſequuntur, quemadmodum dicere debuiſſet ſi apparatum & melodiam obſeruari voluiſſet; ſed obſeruari *quæ præter ex neceſſitate conſequentes ſenſus poëticam*; ſupple ſeſe offerunt, ſiue occurrere ſolent. Vbi videtur ſignificare præter ea quæ ex neceſſitate ſunt ſenſuum conſequentium poëticam, quod eſt quæ obiiciunt ſeſe oculis & auribus, eſſe cuſtodienda etiam & obſeruanda quæ non ſunt ex neceſſitate. quaſi verò præter ea quæ dictis ſenſibus neceſſariò ſubiiciuntur, aliqua etiam occurrere poſſint & occurrant quæ ſint ſeruanda & cuſtodienda. Ex quo fieret vt nihil minùs præciperet quàm quod affirmant iſti. Itaque non loqueretur de iis quæ pertinent ad viſum & auditum, ſed de iis quæ pertinent ad alios ſenſus; id enim ſignificaret illud παρὰ, aut ſaltem iuberet vt ea etiam cuſtodiret & obſeruaret poëta quæ non cadunt ſub iſtos ſenſus, nec pertinent ad ſpectationem & auditionem, quæcunque illa ſint, nam quæ ſint non explicat. Tametſi dum pergit, καὶ γὰρ κατ᾽ αὐτὰς ἔστιν ἁμαρτάνειν πολλάκις, rurſus crearet dubitationem; quandoquidẽ debuiſſet dicere κατ᾽ αὐτὰ, non αὐτάς Omnino igitur ſuſpicor ſupra pro παρὰ, reponendum περὶ, & vertendum non *præter* ſed *circa* ita vt ſit ſenſus obſeruanda quoque eſſe ea quæ occurrunt circa ſenſus, ſeu pertinẽt ad ſenſus, conſequentes poëſim; quandoquidem ſecundùm iſtos quoque ſenſus cõtingit interdum peccare ac mores & decorum violare. Ita grauis Magiſter, etſi recuſaret de iis quæ ad iſtos ſenſus pertinent hic verba facere; (nam propterea ſequitur de his dictum eſſe in editis ſermonibus) tamen eorum rationem haberi vellet ne mores violarentur. Ita quidem περὶ retento (niſi tamen παρὰ adhuc retineri velis quòd interdum valeat circa, & περὶ reſpondeat) communis ſententia quæ alioquin nutat vndique, optimè conſiſteret. Ita tamen vt dicamus ea quæ pertinent ad aurium oculorúmque ſenſus quæque cuſtodiri quoque iubet, nõ tam ad ſcenæ compoſitionẽ, aut machinas, vno verbo ad apparatum pertinere aut etiam ad rhytmũ ac motionem corporis aut harmoniam, cantúſque moderationem, vt ſentiunt interpretes, quàm ad moderationẽ vocis, compoſitionem totius oris ac vultus, rectam quoque pronunciationẽ, quæ omnia cum dignitate a graui magiſtro cùm in arte dicendi tum in poë-

Part.46 — 405

*Authoris opinio.*

*Reſpondetur ad vtranque dubitationẽ.*

tica

tica præcipi poſſunt. ac de his dicendum fuiſſet Ariſt. vt moribus hac etiam in parte ſeruiret, niſi rem totam proſecutus eſſet in editis illis ſermonibus ac libris. facile enim eſt vt totam hanc rem, quoniam & ad Eloquentiam & ad poëſim pertinebat, ac propterea latè patebat, diſtincto aliquo monumento ſit proſecutus. Hæc, ſi me audias, eſt loci huius obſcuriſſimi germana ſententia. Ex quo etiam licet animaduertere, interpretes qui tanta conſenſione dictitant apparatum & melodiam hîc deſignari tanquam non neceſſaria, grauiter aberrare omnes. nam non præter ea quæ ex neceſſitate ſunt, obſeruari iubet, ſed quæ circa ſenſus qui ex neceſſitate conſequuntur poëticen. ita vt hinc potiùs Tragœdiæ neceſſarium cenſeat apparatum & melodiam (quanquam longè minùs quàm cæteras qualitatis partes, quod docet alibi, non negamus) quàm, quod iſti ſcribunt; non neceſſa-

406 rium. Sed iam de editis ſermonibus in quibus ea ſatis ait explicata, dicamus aliquid. Ergo crediderim ἐκδεδομένοις λόγοις, editos inquam Ariſtotelis ſermones, ſeu in vulgus emiſſos libros, fuiſſe multos ac varios: ita vt non certum aliquod aut vnius eiuſdémque argumenti, deſignet monumentum per emiſſos ſermones, ſed vniuerſim quos in vulgus ediderat communéſque fecerat, appellet. quamuis enim haud inficias ierim ea quorum gratia nunc prouocat ad ſermones editos, certo aliquo monumento fuiſſe comprehenſa, Ariſtoteles tamen interim ad emiſſos prouocat libros vniuerſim (nam edidiſſe multos, ac propterea ad eos prouocare paſſim, compertum eſt) alienæ induſtriæ locum ac librum ſeu monumentum in quo illa explicarentur, inuentionem committens. Quapropter ego quidem libenter aſſenſerim Franciſco Patritio qui in VI. Peripateticarum diſcuſſionum libro ſcribit ecdedomenos & exotericos in idem tandem recidere, & Acroamaticis Epopticiſque fuiſſe oppoſitos, qui in arcanis haberentur ac niſi auditione aut ad ſummum inſpectione communicarentur. Eius verba (lubet enim rem planiſſimam reddere) hæc ſunt. *Poſtquam libri emiſſi in vulgus fuerant ἐκδεδομένοι, quaſi ἔξω δομένοι. extra dati erant. Exoterici externi, exteriores appellabantur: vt illi qui aſſeruabantur apud ſe, iſoterici, interni, interiores. Qui quoniam audiendi diſcipulis proponebantur, prælegebantur, Acroamatici, Acuſmatici, ideo Auſcultatorij dicebantur. Epoptici etiam inſpectiui, quia diſcipulis ipſis oculis legendi darentur atque inſpiciendi. Alteri autem illi qui Ecdedomeni fuerant atque ideò ab Authore exoterici & externi facti, Encyclij efficiebantur.* Quare quemadmodum in libro IV. de naturali auditione mentionem facit Ariſtoteles τῶν παραδεδομένων, nec tamen quicquam intelligit quod ad artificium pertineat poëticum, ita hoc in loco per ἐκδεδομένοις editos intelligit, nil minùs indicans quàm quod in Phyſicis per παραδεδομένοις deſignat Phyſicum argumentum. ita vt exotericos & vulgatos libros intelligat, locum aut certum ſermonem librúmue in quo ea continerentur, reticeat. At enim qui tandem inter editos ac peruulgatos libros erant ij libri in quibus ea continerentur, ad quæ nos hîc reijcit? aut quæ planè ibi diſputabantur, ita vt in præſentem de moribus præceptionem opportunè cadant? Quanquam quid ſi quis præterea dubitet num Ariſtotelis an alterius Authoris eſſent ij ad quos prouocat, libri aut ſermones? certè ſuos nec profitetur, nec indicat Ariſtoteles, ſed tantùm ſcribit in editis libris ea ſatis fuiſſe explicata. Ego verò nec affirmauerim eos eſſe quos exiſtimat Madius, nimirum qui a Glaucone Theio, Ariſtotele teſte, atque alijs; de arte hiſtrionica ſiue de actione & pronunciatione poëtica, ſcripti eſſent: nec planè inficias ierim. non affirmauerim, quia Ariſtoteles hoc eodem loquendi genere vtitur paſſim, cum ad eos planè libros prouocat quos terimus, atque hoc vel illud in his quæ de Natura, in his quæ de motu, in his quæ de ſenſu, in his quæ de anima, aut alibi fuiſſe explicatum: ac propterea, niſi ad ſuos prouocaret libros, Glauconis, & vno verbo Authoris, mentionem facere debuiſſet, quemadmodum & Empedoclis & Platonis & aliorum multorum atque ipſius etiam Glauconis, ad illorum monumenta prouocans, mentionem facit. vel ſaltem id ab alijs pertractatum indicare debuiſſet. non inficias ierim, quandoquidem Ariſtoteles cum dixiſſet in Rhetoricis ea quæ pertinent ad Poëticam actionem & pronunciationem, fuiſſe a Glaucone Theio explicata, haud ſanè de ſe ipſo tacuiſſet, ſi hæc eadem ipſe quoque præſtitiſſet. nam dicere eo tempore quo ſcripſit Rhetoricam, nondum confeciſſe Poëticam, aut de Poëtica actione & pronunciatione monumentum, lubricum eſt, cum Ariſtoteles in Rhetoricis prouocet ad Poëticam, in qua tamen indicat ſe in editis ſermonibus iſthæc (ſi tamen iſthæc intelligit quæ ad Poëticam actionem & pronunciationem pertinent) declaraſſe. Neque rurſus crediderim illos eſſe quos ſuſpicatur Victorius. nam reuera in argumento ægrè

Ff 2 videntur

*Iam explicatur. III. quod ad editos pertinet ſermones.*

*Pag.70 p.*

*Cont.93*

*Quæritur qui tandē ex editis eſſent ij, & num verò eſſent Ariſtotelis.*

*3.Rhet. ad Init.*

videntur conſentire.de qua tamen re ipſe quidem, quoniam in præſens quid tandem certi ſtatuam non habeo, non faciam longius. prætertim verò quia hac in re ſuſpiciones ſuas ve- 407
rius proſequitur eruditiſſimus Author, quàm quicquam certi affirmet; ita vt non neceſſe ſit illius reijcere opinionem, De qua tamen in re tertio Rhetoricorum fortaſſe plura.

# CAPVT XIII.

## PARTICILA LXXXI.

Ἀναγνώρισις δὲ τί μὲν ἐστιν, εἴρηται πρότερον. εἴδη δὲ ἀναγνωρίσεως, πρώτη μὲν ἡ ἀτεχνοτάτη. καὶ ᾗ πλεῖστοι χρῶνται δι᾽ ἀπορίαν, ἡ διὰ τῶν σημείων. τούτων δὲ τὰ μὲν σύμφυτα, οἷον λόγχην ἣν φοροῦσι γηγενεῖς, ἢ ἀστέρας, οἵους ἐν τῷ Θυέστῃ Καρκῖνος. τὰ δὲ ἐπίκτητα: καὶ τούτων, τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι, οἷον οὐλαί: τὰ δὲ ἐκτὸς, τὰ περιδέραια, καὶ οἷον ἐν τῇ Τυροῖ διὰ τῆς σκάφης. Ἔστι δὲ καὶ τούτοις χρῆσθαι, ἢ βέλτιον, ἢ χεῖρον; οἷον Ὀδυσσεὺς διὰ τῆς οὐλῆς, ἄλλως ἀνεγνωρίσθη ὑπὸ τῆς τροφοῦ, καὶ ἄλλως ὑπὸ τῶν συβωτῶν. εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν πίστεως ἕνεκα ἀτεχνότεραι, καὶ αἱ τοιαῦται πᾶσαι, αἱ δὲ ἐκ περιπετείας, ὥσπερ ἡ ἐν τοῖς Νίπτροις, βελτίους.

Paccius

SAnè quid ſit Agnitio, ſuperiùs declarauimus, nunc verò de ipſius generibus. Primum quidem vt eſt minimè artificioſum, ita a plurimis vſurpatum, aut per dubitationem fit, aut per ſigna. Horum rurſus ingenita aliqua: verbi gratia lancea, quam Terrigenæ geſtare ſolent, vel aſtra qualia in Thyeſte Carcinus: aduentitia aliqua, ſed hæc vel in corpore, vt per cicatrices: vel extrinſecus, vt per monilia, per torques, & vt in Tyro, per ſcapham. Poſſumus autem melioribus his vti, itémque deterioribus: verbigratia ex cicatrice quidem Vlyſſes agnoſcitur; non tamen eodem modo a nutrice, & a ſubulcis, quandoquidem hæc fidei faciendæ gratia, artificij ſunt expertia, cæteráque huiuſmodi. Quæ verò ex peripetia, qualia in Niptris, meliora.

Riccobonus.

*AC agnitio quid ſit, dictum eſt priùs. ſpecies autem agnitionis prima eſt, quæ maximè expers eſt artis, & qua plurimi vtuntur propter penuriam, quæ per ſigna fit; eaque partim innata, vt lanceam quam Terrigenæ ferunt, aut ſtellas quales in Thyeſte dicit Carcinus; partim aduentitia, aut in corpore vt cicatrices, aut extra, vt monilia, & vt in Tyrone per ſcapham. Ac licet his vti vel meliùs, vel peiùs, vt Vlyſſes per cicatricem aliter agnitus eſt a nutrice aliter a ſubulcis. Et ſunt quidem quæ fidei cauſa adhibentur magis artis expertes, etiam huiuſmodi omnes. Quæ verò ex peripetia, vt quæ in Niptricis, meliores.*

COMM. LXXXI. Part. 60. & deinc. De varijs agnitionis agit formis. Cur, & qualis ordo.

DE Agnitione agit varias eius ſpecies ac formas referens, ac deteriores melioréique commonſtrans. Et quamuis de agnitione dixerit antea dum ageret de implexa fabula cui peripetiam attribuit & agnitionem, & hac de cauſa agnitionem ibi definierit, quæque ſit eius vis & natura vniuerſim docuerit, non temerè tamen ſed opportunè hîc agit de varijs agnitionis formis: Cum enim ibi de perfecta fabulæ conſtitutione ageret, longiùs ſanè diſputationem produxiſſet, ac ſuſceptam de fabulæ coagmentatione præceptionem interpellaſ- 408

ſet,

Digitized by Google

ſet, ſi de agnitionis formis eo egiſſet loci. Ibi igitur quod de agnitione ob perfectiſſimam
408 fabulæ conſtitutionem dicendum fuit, breuiter attigit. Hîc verò agit de illius ſpeciebus ac formis. Ita fit, vt cum in particula LXIII. perorauerit ea quæ propriè pertinebant ad fabulæ conſtitutionem, ſubindéque de partibus quantitatis egerit, quas (vt docuimus) tanquam materiam formæ ſubiecerat fabulæ, continentérque non pauca protulerit. quæ vel cauere vel ſectari oporteret Tragicum, nunc tandem de ſpeciebus agat agnitionis, vt idem Tragicus probas a prauis diſtinguat, & hac etiam in re optimam reddat Tragœdiam.

Quanquam (ne quid diſſimulare videat) vnum eſt quod fortaſſe nos adhuc hærentes habeat. nam verè dicitur Ariſtotelem in LXIII. peroraſſe quæ ad fabulæ conſtitutionem pertinebant, & in LXIV. egiſſe de partibus quantitatis, & in LXV. cœpiſſe oſtendere quæ Tragico adhuc tum cauenda eſſent tum ſectanda; ſed tamen hanc partem abſoluiſſe viſus eſt in particula LXXVI. extrema cum ſcriberet; *Ac de conſtitutione rerum, & quales oportet eſſe fabulas, dictum eſt ſatis*. Quæ perorationis verba reſpondent verbis propoſitionis particulæ LXV. vbi aiebat; *Quæ verò oportet ſpectare, & quæ oportet cauere, conſtituentes fabulas; & vnde erit Tragœdia opus, ſequitur, vt dicamus poſt illa quæ adhuc dicta ſunt*. Ita vt in hac LXXVI. perorare videatur quæ omni ex parte & quocunque nomine dixerat de fabula. & ideò ſtatim in LXXVII. aggreditur ad mores qui inter partes qualitatis ſecundum obtinent locum, & ſuccedunt fabulæ quæ obtinet primum. Cur igitur moribus explicatis, rurſus ad ea redit quæ pertinent ad fabulam? agnitio enim ſine dubio cum implexa cohæret fabula, & implexæ gratia fuit ab Ariſtotele in medium producta. Certè poſtulabat ratio, vt iam verba faceret de ſententia, hæc enim conſequitur mores, & inter qualitatis partes tertium obtinet locum. *Dubitatur.*

Ergo in hac dubitatione dum Alexander & Riccobonus ſilent, Madius verò priús quid agnitio ſit, nunc agnitionum modos declaraſſe, eundémque ordinem circa fabulã & mores obſeruaſſe, ait, non tam qua de cauſa, & an iure hoc fecerit, quàm quid factum ſit, declarans; Mutinenſis ſine dubitatione vlla affirmat alieno planè loco hanc diſputationem ſuſcipi ab Ariſtotele, ac debuiſſe ibi formas agnitionis afferri & explicari, vbi agni-
pag. 154. m. tio fuerit definita. Qui tamen non tam facilè id ſtatuiſſet, ſi ea diligenter obſeruaſſet quæ in hac dubitatione ſcripſerant Robortellus & Victorius. *Conſulitur. Interpretes. Silent aliqui. Quid Mutinenſis.*

Et quidem Victorius commouetur vehementer, ſic ſcribens, *Non videtur quod nunc tradit, ſatis hærere proximè vicinæ diſputationi, in qua diſſerebat de moribus, cum agnitio ſit pars fabulæ: poſt moréſque explicatos ſequatur agere de dianœa, hæc namque ſeries rerum eſt, quam propoſuit, id verò ipſe facit multò infra, his, quæ nunc præcipit, antea explanatis. nam tunc demum inquit*, περὶ μὲν ἂν τῶν ἄλλων ἤδη εἴρηται. λοιπὸν δὲ περὶ λέξεως καὶ διανοίας εἰπεῖν. hoc eſt de alijs igitur formis dictum eſt: reliquum eſt de dictione & ſententia dicere. *præterea plenam eſſe & abſolutam præceptionem de coagmentatione fabulæ multò antea ſignificarat illis verbis*. περὶ μὲν ἂν τῶν πραγμάτων συστάσεως, καὶ ποίους τινὰς εἶναι δεῖ τοὺς μύθους, εἴρηται ἱκανῶς. de conſtitutione igitur rerum, & quales eſſe oporteat fabulas, dictum eſt ſatis. Sic Victorius, vt difficultas appareat. cui tamen è veſtigio ſatisfacere nititur his verbis. *Ita autem mihi ſuccurrit poſſe nodum hunc diſſolui, vt cum optimus magiſter tradidiſſet, quomodo res coagmentari debeant, præcipeŕitque quæ oportet toto animo perſequi & quæ cauere, ac tanquam ſcopulum aliquem declinare, egerit nunc non tam de morum vi, quàm de ratione & via, qua res hæc magni ponderis ita a magiſtris tractari poſſit, vt cumulata ſit omni laude, & a vitio abſit. nam multum etiam hoc facit ad elegantem perfectámque fabulæ conſtitutionem: eâdem igitur ratione, qua de morum vtilitate nunc diſſeruit, de agnitione rurſus agit; cum enim, vt ipſe accuratè docet, plura genera ſint agnitionum, quæ acutior, magiſque plena artis oſtendere voluit, quæque huic propinqua, vt cæteris re-*
409 *iectis poſthabitiſque, cum id facere poſſint, has potiſſimùm ſectentur poetæ*. Sic Victorius: qui duo profert quæ difficilè concedantur. *Victorius.*

Vnum eſt de moribus egiſſe Ariſtotelem non vt aggrederetur ad ſecundam partẽ qualitatis, ſed vt Tragicum admoneret quid ſpectare aut cauere deberet circa mores, quemadmodum docuerat quid ſpectare aut cauere deberet circa fabulam: Quod profectò facilius dici potuit quàm demonſtrari. Cum enim de morum vi & natura agere debuerit antequam admoneret Tragicum quid itẽ ſpectandum cauendúmue, quemadmodum fecerat de fabula, quod præcipuum erat prætermiſiſſet, morum vim & naturam temerè præteriiſſet: quod minus erat neceſſarium, proſecutus eſſet. Id quod eò magis mirandum vel potius reprehendendum foret, quòd iandiu de partibus qualitatis hoc eſt de ſingularum vi & natura dicendum proponere viſus erat. Nam ideò in particula XLVII. de rerum compoſitione hoc eſt de fabula dicendum propoſuit, quia prima eſſet & maxima; ita *Exagitatur.*

vt de ſecunda & reliquis quarum dignitatem & ordinē perſecutus fuerat a XL. ad XLVII quáſque fabulæ ſubiecerat, ſubinde debuerit diſputare, ita ſanè, cum de moribus niſi hoc in loco verba haud fecerit, de illorum natura & vi ſiluiſſet, ſi in Victorij ſententiam diſcedas.

*Vtinenſis eruus probatur ſententia.*

Alterum eſt quia quantumuis concedamus Victorio Ariſtotelem modò egiſſe de moribus, non vt eorum vim & naturam explanaret, ſed tantùm vt Tragico quid ſpectandum aut cauendum eſſet, oſtenderet, haud tamen iurè ageret nunc de agnitione ſeu agnitionis formis; quandoquidem priùs debuiſſet Tragicum commonefacere de agnitione, quoniã pertinet ad fabulam, quàm de moribus qui conſequuntur fabulam, quare præſtat audire Vtinenſem qui ſic diſſerit. *Hactenus Ariſtoteles de moribus quæ ſecunda erat pars Tragœdiæ,* pag. 184. *locutus eſt. Nunc genera agnitionum enumerat explicátque ſigillatim. Sed miretur fortaſſe aliquis, cur in hunc locum diſtulerit diſputationem de agnitione; cum ante fabulæ partem dixerit illam eſſe, & nonnulla de ipſa tunc protulerit. Verùm ego putarim hoc ſummo cum artificio ab Ariſtotele factum: nam agnitionis definitio ad fabulam ſpectat; cum fabulæ pars ſit. Sed ipſius exacta explicatio erat in hunc locum reijcienda: quoniam meliùs faciliúſque intelligi poteſt qualis ſit, quomodóque fieri poteſt, iam declaratis moribus. Cum enim in moribus ſit ſeruandum τὸ ἁρμόττον, agnitiones quoque ex eo duci inprimis videntur debere, vt conuenientes conſentaneæque ſint rebus de quibus agitur & perſonis accommodata. adde quod agnitiones cum ducantur a ſignis: ſigna verò in ipſis perſonis ſint inſita pro illorum varietate, quæ non aliunde quàm ex genere perſonarum exiſtit; varias quoque agnitiones eſſe oportet. Præterea morata oratio valde augetur atque exornatur interpoſita aliqua agnitione, quæ ex perſonarum natura moribúſque neceſſariò naſcitur. His rationibus adductum crediderim Ariſtotelem, vt hoc loco de agnitionum generibus loqueretur, talémque inſtitueret ſuæ diſputationis ordinem. nam ipſemet ſatis oſtendit hoc a ſe conſultò factum, cum ait, τὶ μὲν ἐστιν ἀναγνώρισις εἴρηται πρότερον, hoc eſt. prius quidem agnitionis definitio allata fuit: hæc enim repetit Ariſtoteles, quaſi velit ſe memorem oſtendere ſui artificij, quo in contexenda vtitur diſputatione, ac methodo libri huius.* Sic Vtinenſis, qui mea quidem ſententia, rem explicat commodius. Nam vt de moribus actum concedit vt ſecunda qualitatis pars explanaretur, quod neſcio quo pacto negat Victorius, ſic moribus ſubnecti agnitionis formas probabilibus coniecturis & argumentis ſuadet ſed in primis efficit Ariſtotelem ipſum data opera huc reieciſſe iſtarum formarum conquiſitionem, nec inconſultò diuiſiſſe agnitionis tractationem. Vt mihi quidem Vtinenſis egregiè videatur rem explicaſſe. Ex quo fieret vt Murinenſis haberet vnde hac in re Vtinenſi audito ſuperſedere poſſet hoc in loco Ariſtotelis reprehenſione: præſertim verò quia qui ſemel ſtatuerat monumentum hoc ab Ariſtotele memoriæ cauſa fuiſſe conflatum, vt ſcilicet inde hauriret ad Poëticen conſcribendam, quæque interim ſine ordine coaceruaſſet, ad ordinem redigeret aliquando ac bellè diſponeret, omnem ſibi præciderat locum in quo ordinem requi 410 reret aut reprehenderet. Sed iam de agnitionis formis.

*Iam variæ afferuntur Agnitionis formæ.*

2 Primò igitur monet Ariſtoteles agnitio quid ſit, iam antea dictum eſſe, quod eſt in particula LX. & duabus inſequentibus; vbi docuit eſſe in cognitionem ex ignoratione mutationem, ita vt amicitia vel inimicitia inter eos ſequatur qui ad fortunæ mutationem ſunt deſtinati. Quo in loco continenter, vt de agnitione inprimis conſtaret quæ ad Tragicam pertinet fabulam, cum alia quædam ſubiecit, tum maximè eam eſſe pulcherrimam agnitionem, quæ cum peripetia coniuncta eſt. Nunc igitur profert ſex agnitionis formas, generales tamen, quæque in plures diuidi poſſint. Tametſi num omnes generales ſint, & an ſex planè afferantur agnitionis ſpecies, an alio concludendæ ſint numero, in progreſſu agnoſcetur attentiùs. Prima igitur agnitionis forma & ſpecies, ſeu agnoſcendi ratio & via,

*De prima: quæ rurſus diuiditur, in alias.*

ea eſt, inquit, quæ maximè omnium caret arte & induſtria, 4 quáque vtuntur plurimi δι' ἀπορίαν propter penuriam; hoc eſt (vt ego quidem interpretor) quia cum ingenium (vt perpauci egregiè ad Poëſim & acutè excogitandum ficti ſunt) commodiorem illis haud offerret agnitionis formam, tritam hanc, etſi artificij propè expertem, de more arriperent, ita vt propter penuriam hac vti dicantur quòd melior eis agnitionis ratio ſuppeteret nulla. Sed qualis tandem quæúe eſt rudis hæc agnitionis forma? ea ſubdit, quæ ἡ διὰ τῶν σημείων per ſigna, inquam, efficitur. ſignum enim aliquod vel notam perſonæ affingunt agnoſcendæ vt inde fiat agnitio. Quanquam quoniam notæ & ſigna ſunt longè varia & patent quamlatiſſimè, hæc rurſus diuidit biſariam. Itaque ſigna (inquit) per quæ efficitur agnitio, vel ſunt iis inſita qui agnoſcuntur, & a Natura ingenerata, vel iis extrinſecùs accedunt, ita vt σύμφυτα & aduentitia ſint appellanda. atque hæc ſigna rurſus ita ſunt aduentitia, vt vel hæreant in

corpore

corpore, cuiuſmodi ſunt cicatrices, vel adiaceant tantùm,ita vt τὰ ἐκτὸς ſint ac planè extrinſeca, quemadmodum verbi gratia ſunt monilia. Hæc eſt prima forma,eiuſdémque, vt generalis eſt ac latè patet,in alias formas ac ſpecies,nec incommoda,diſtributio. Sed & eaſdem Tragicis fermè ac Poëtarum illuſtrauit ac dilucidauit exemplis. Atque innata quidem ſigna exemplo illuſtrat duplici,nimirum lancearum quas ferrent Terrigenæ, & ſtellarum quas in Thyeſte memorat Carcinus: lancearum inquam quas in corpore ingenitas geſtarẽt ij qui)vt eſt in fabula;tametſi Lycophronis interpres, quin magnus author Plutarchus,eas pro veris ſignis,qualis qualis eſſet earum origo, viſus eſt excipere) ex ſerpentis dẽtibus nati eſſent a Cadmo proſeminatis,tales enim Thebis Cadmeos fuiſſe perhibent,vt in corpore maculam innatam gererent quæ lanceæ formam referret:ſtellarum verò quia eodem modo ſtellarum notæ ſeu figuræ in Pelopidarum corporibus cernerentur. Nam qui non ſtellas fuiſſe dicunt ſed eburnea quædam oſſa, & ideo non ἀστέρας legunt, ſed ὀστέα, ij ſanè (quemadmodum egregiè oſtendit Victorius) haud ſatis in Ariſtotelis inſiſtunt verbis. Quamuis liberiùs fortaſſe ac minùs aptè prioris ſigni exemplum, lanceæ inquam, Vtinenſis ac Lombardus interpretantur, dum Terrigenas illos lanceam geſtaſſe eámque nunquam deponere conſueuiſſe aiunt, ac propterea innatã dici:quaſi verò ingenita ſigna ſint quæ nũquam (eorum verbis vtor) abſunt a re aut ſeiũguntur,Denique vt dum ab Hercule Clauam,a Pallade caſſidem, haſtam & Gorgonem, nunquam apud Pictores aut ſtatuarios abeſſe cernimus,hæc innata dici poſſe exiſtimant, ſic de Terrigenarum ſtatuunt lancea. Sed profectò non tam facilè σύμφυτα & ingenerata dicerentur iſthæc ab Ariſtotele;nec lanceæ aſtris,quæ verè innata eſſent corpori, pares ab eodem Ariſtotele cenſerentur; multò minùs cicatrices cum huiuſmodi lanceis comparatæ,aduentitiæ dicerentur. Sed & aduentitia ſigna quæ inhærent corpori,declarat Vlyſſis exemplo qui per cicatricem agnitus eſt:de qua re mox copioſè:cætera quæ planè ſunt ex-
411 trinſeca tum monilibus explicat tum verò διὰ τῆς σκάφης ἐν τῇ Τυροῖ,*per ſcapham de qua in Tyro*.cum enim Tyro a Neptuno violata, Neleum & Pelian peperiſſet, atque hos (dedecus ſcilicet vt occultaret) ſcaphæ impoſuiſſet,marique commiſiſſet,tandem per ſcapham ipſam facta eſt iſtorum agnitio.

*Exemplis illuſtratur.*

Iam verò priore hoc ſigni genere commemorato,ſiue priore ſignorum varietate cõmõſtrata.licet(inquit Ariſtoteles)καὶ τούτοις *his etiam* vti vel meliùs vel deteriùs.quare quẽadmodum in particula LXXV. dixerat receptis fabulis rectè vtendum, continentérque oſtenderat fuſè quomodo illis rectiùs deteriúſue vſi eſſent multi, ſic inpræſens indicat poſſe nos etiam meliùs vel deteriùs vti propoſitis ſignis. Denique vt in particula LXXIX. cum ageret de ſolutione fabularum,monuit vt non per machinam, ſed per res quæ in fabula interim peragerentur, fieret ſolutio;ac ſi fortè interdum retineretur machina, aut quid abſurdi interponeretur,nitendum vt hæc rebus quæ extra fabulam occurrerent,adhiberentur,ſiue ex iiſdem exciperentur,ita vt docuerit quid meliùs aut deteriùs & qua ratione meliùs quàm deteriùs exciperetur; ſic in præſens dum ait καὶ τούτοις *etiam his*, meliores deterioribus anteponere iubet, vt ne ſignis vtamur temerè. Neque verò dum his ſignis ait poſſe nos & meliùs vti & deteriùs, poſtrema tantummodo intelligit ſigna quæ aduentitia nuncupauit, quæque innatis oppoſuit, ſed omnia quot quot commemorata ſunt;vt ſi fortè illis vtamur,ſiue illa innata ſint ſiue aduentitia,potiore ratione(hanc declarabit è veſtigio) non deteriore vtamur. Et quamuis dum docet quî meliùs aut deteriùs ſignis vtamur, vtitur cicatricis exemplo quod non ad innata pertinet ſigna ſed ex aduentitijs eſt: id tamen in exempli affertur loco vt quod de huiuſmodi ſigno docuit, in cæteris obſeruemus. Monet igitur vt quemadmodum meliùs & ingenioſiùs per cicatricẽ agnoſcitur Vlyſſes a Nutrice(quia ſcilicet caſu & præter ſpem omnem id contingat) quàm agnitus fuerat a ſubulcis,quibus Vlyſſes ipſe,vt clariùs cognoſceretur, vltrò cicatricem oſtendit, ſic ſignis,qualia illa ſint,commodiore ratione non deteriore vtamur. & hoc eſt q̃d ſibi voluit dum pergeret. *Ac licet his vti vel meliùs, vel peius vt Vlyſſes per cicatricem aliter agnitus a nutrice,aliter a ſubulcis. Et ſunt quidem quæ fidei cauſa adhibentur,magis artis expertes,etiã huiuſmodi omnes. Quę verò ex peripetia,& quæ in Niptris,meliores.* Quibus ſtatim ex peripetia ſeu ex repentino quodam caſu & inſperato gigni agnitionem optat quemadmodum accidit Eurycleæ nutrici,non quemadmodum accidit ſubulcis quibus cicatrix vltrò vt dicebam & conſultò ab ipſo Vlyſſe oſtenſa eſt, atque id vt eis confirmaret quodiam expoſuerat aut ſignificare cœperat, ſe ſcilicet Vlyſſem eſſe:qui modus minùs habet ingenij &

*Qui deteriùs aut meliùs propoſito ſigni genere vti poſſimus.*

artifi-

artificij. Dum verò ait meliorem eſſe agnitionem quæ fit ex peripetia quemadmodum ea quæ fit in Niptris, non huius nominis Tragœdiam intelligit in qua talis agnitio, melior inquam, facta ſit, ſed eam partem deſignat Odyſſeæ in qua lauacris (id enim græca vox indicat) a nutrice Vlyſſes excipitur. vt enim in Iliade partes varias certis deſignabant nominibus, vt Naumachiâ, Patroclea, Dolonia, Redemptione & ſimilibus, ſic Telemachi peregrinatione, Calypſus antro, Cyclopea, Procorum cæde, Vlyſſis expoſitione, lauacris, atque alijs huiuſmodi nominibus Odyſſeæ deſignabant partes. Et quamuis non inficior Tragœdiam extitiſſe apud Græcos huius nominis quam & Pacuuius verterit, & Cicero in manibus habuerit, & (quod ex Tuſculanis ſatis conſtat) non ſine Vlyſſis vel potiùs Authoris commendatione idem Cicero celebrauit (ſignificat enim in hac Tragœdia non lachrymis paſſim ac gemitibus induſiſſe quemadmodum in Odyſſea) tamen ad prototypon 412
reſpexit Ariſtoteles, hoc eſt ad Odyſſeam in qua primùm talis canitur agnitio, non ad Tragœdiam quæ inde hauſerit & agnitionem illam vſurpauerit. Porrò autem eſſet cur aliquid dicerem de varijs iſtis Odyſſeæ agnitionibus dum per cicatricem Vlyſſes toties agnoſcitur. Sed de ijs & copioſè diximus in Comparatione, & multa rurſus dicenda ſunt in Aeneidis Commentarijs, vt non neceſſe ſit hîc in eodem argumento immorari.

## PARTICVLA LXXXII.

Δεύτεραι δὲ αἱ πεποιημέναι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, διὸ ἄτεχνοι. οἷον Ὀρέστης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἀνεγνώρισε τὴν ἀδελφήν, ἀναγνωρισθεὶς ὑπ' ἐκείνης· ἐκείνη μὲν γὰρ διὰ τῆς ἐπιστολῆς· ἐκεῖνος δὲ ..... ταῦτα οὖν αὐτὸς λέγει, ἃ βούλεται ὁ ποιητής, ἀλλ' οὐχ ὁ μῦθος, διὸ ἐγγύς τῆς εἰρημένης ἁμαρτίας ἐστίν· ἐξῆν γὰρ ἂν ἔνια καὶ ἐνεγκεῖν, καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ ἡ τῆς κερκίδος φωνή.

ORdine huic proxima ſunt, quæ quoniam a Poëtis confinguntur, artificio non carent: qualis in Iphigenia Oreſtes: qui & ſororem agnouit, & agnitus ab ea eſt: agnouit quidem ex epiſtola: agnitus autem eſt indicijs. Hæc itaque pro arbitrio Poëta profert, non ipſa fabula: ideoque in peccatum ſupradictum facilem lapſum habent: quippe nonnulla afferre permiſſum eſt: vt in Sophoclis Tereo radij vox. *Paccius.*

*SEcunda ſunt, quæ a Poeta facta ſunt. Itaque expertes artis: vt Oreſtes in Iphigenia agnouit ſororem agnitus ab ipſa. Hæc quidem agnita per epiſtolam: ille verò per ſigna. Ac ipſe quidem dicit, quæ vult, Poeta, ſed non fabula. Quare a dicto peccato non longè abeſt (licebat enim quædam interponere) etiam in Sophoclis Tereo radij vox.* *Riccobonus.*

*COMM. LXXXII. De ſecunda Agnitionis forma.*

SECVNDVM affert agnitionis genus: quod quia fiat a Poëta, carere ait artificio. Etſi enim nullum in fabula exprimitur agnitionis genus quod non Poëtæ induſtria introducatur in ipſam fabulam, ac propterea Poëtæ acceptum ſit referendum, quia tamen quædam agnitiones ſic finguntur a Poëta vt ex rebus ipſis ducantur, & ex fabulæ coagmentatione aut actionis artificio neceſſaria ſeu veriſimili ratione deriuentur, quædam è contrario pro arbitratu finguntur, non verò ex fabula deſumuntur; hoc agnitionis genus expers artificij reputatur ab Ariſtotele. Quam rem exemplo declarat continenter ex Euripidis Iphigenia. Dum enim Iphigenia ab Oreſte fratre agnoſcitur per epiſtolam, dubio procul hæc agnitio ex rebus ipſis oritur, ac propterea non caret arte. Nam dum in ipſo dramate, Oreſti in Græciam redituro Iphigenia tradit epiſtolam qua de ſuo illa ſtatu propinquos a quibus diu abfuerat, reddat certiores, id verò ex rebus ipſis veriſimili ratione ducitur. Siquidem ſine dubio longè eſt veriſimile vt Iphigenia dum percommodè ſe ſe illi offerret occaſio abſentes propinquos conſalutandi, poſt tot pericula ac longum temporis interuallum de ſe illis aliquid nunciare cuperet, ac propterea oblatâ Oreſtis occaſionem arriperet. Rurſus dum voce eundem Oreſtem admonet de literarum

quas

quas ei traderet argumento ac ſumma, vt ſi fortè epiſtola periclitaretur, voce ſaltem ea referret
413 quæ neceſſe haberet ſignificare, id etiam cum veriſimili eſt coniunctiſſimum. Sic enim homo prudens faceret vbi res & occaſio id poſceret. Ex quo factum eſt, vt cum inde intelligeret Oreſtes eam puellam eſſe Iphigeniam ſororem, agnitio quippe quæ cum fabula conſentiret, ex rebus geſtis duceretur, non careret artificio. Contra verò dum Oreſtes viciſſim oſtendere niteretur Iphigeniæ ſe eſſe Oreſtem fratrem; atque ea proferret quæ non penderent ex fabula, ſed a Poëta fingerentur pro arbitratu, vt ſi eam Oreſtes de verbis admoneret quæ olim cum illa habuiſſet, aut de rebus inter ſe geſtis, ſiue de armis, de domo atque huiuſmodi alijs, ſanè expers artis hinc fieret agnitio. Denique etſi non ſatis conſtat quid ei dixerit ex Ariſtotele, aliquid tamen dixiſſe conſtat quod non ex rerum coagmentatione naſceretur, ſed a Poëta pro arbitratu agnitioni faciendæ adhiberetur. nã ideo ait Ariſtoteles hunc dicere quæ vult Poëta non quæ requireret fabula. Ita fit vt per epiſtolam caſu ac præter ſpem repentéque agnoſcatur Iphigenia. Contra verò quæ in memoriam ab Oreſte reuocantur Iphigeniæ, conſultò ac ſenſim, ne præter opinionem, proferuntur. Atque idem Sophoclei Terei (quæ tamen Tragœdia interijt) confirmat exemplo, in qua fortaſſe per radij vocem aut acus (quia ſcilicet elinguis facta, acu deſignaret quæ alioquin propalare optaſſet) a Progne agnita eſt Philomela. quæ agnitio quippe a Poëta excogitata non ex dramate ducta, expers artis videri poteſt. Hîc autem obſeruandum ſecundum agnitionis genus quod eſt artificioſum & laudatur, cum priore in eo conuenire quòd habet peripetiam, quia (inquam) agnitio caſu ac repentè fit prætérque opinionem. Et ideo meliùs etiam quemadmodum ex Iphigeniæ conſtat agnitione. Contra verò quæ eſt artis expers agnitio & a Poëta excogitatur. conuenit cum ſuperiore genere quà deterius iudicatur, nam vtrobique data opera & perficitur agnitio, quemadmodum conſtat ex Vlyſſis dum ſubulcis cicatricem oſtendit, exemplo. Itaque deterior deteriori, prior priori reſpondet in his duobus agnitionis generibus. Tametſi quæ in ſecundo genere deterior proponitur, videtur minùs imperfecta quàm deterior prioris generis. ſiquidem in hoc vſurpatur ſignum quo ſe agnoſcendum quis obijcit: in illa, a Poëta & vſurpatur & excogitatur. & hoc eſt quod ſibi voluit Ariſtoteles dum ſubderet. *quare a dicto peccato non longè abeſt.*

*Secundum Agnitionis genus comparatur cum primo.*

# PARTICVLA LXXXIII.

Τρίτη δ' ἡ διὰ μνήμης, τὸ αἰσθέσθαι τι ἰδόντα, ὥσπερ ἡ ἐν Κυπρίοις τοῖς Δικαιογένους. ἰδὼν γὰρ τὴν γραφὴν, ἔκλαυσε. καὶ ἡ ἐν Ἀλκινόου ἀπολόγῳ. ἀκούων γὰρ τοῦ κιθαριστοῦ, καὶ μνησθεὶς, ἐδάκρυσεν. ὅθεν ἀναγνωρίσθησαν.

Tertium per reminiſcentiam fit, dum ſpectando aliquid, in animum quid reuocamus, quemadmodum in Dicæogenis Cyprijs, picturam quidem ille inſpiciens ingemuit, & in ſermone apud Alcinoum audiens Citharœdum Vlyſſes, ex recordatione fleuit, vel agnitus eſt.

*Paccius.*

*Tertia agnitio eſt, quæ per memoriam fit, cum quis ſenſit aliquid videndo, vt quæ in Cyprijs Dicæogenis; cum enim picturam inſpexiſſet, luxit, & quæ in Alcinoi Apologo, Citharœdum audiens, & recordatus, lachrymauit, vnde agniti ſunt.*

*Riccobonus.*

1.

CO M. Lxxxij. 414 TERTIVM profert agnitionis genus quod ait gigni *διὰ μνήμης* per memoriam ſeu memoriæ ope ac præſidio: ita tamen vt qui agnoſcit, antea aliquid & præſentiat & memoria euoluat, atque ita demum in agnitionem deueniat; vel certè (vt enim breuiſſima, ita obſcuriſſima, eſt ſententia) in aliquius rei memoriam deueniens, aliquid faciat aut ſaltem dicat, vnde agnoſcatur. Id quod vno atque altero illuſtrat (ſi tamen illuſtrat) exemplo. Primum verò ducitur è Dicæogenis Cyprijs, (perijt hæc Tragœdia) vbi quidam introducebatur

*Tertium agnitionis genus. Duobus illuſtratur exemplis. De priore.*

batur qui in picturam atque adeò in actionem intuens pictura illa expreſſam, illachrymatus eſt. Quo in loco nec indicat Ariſtoteles quid illi in memoriã venerit qui illachrymatus eſt, nec ſignificat hunc ipſum fuiſſe agnitum, imò videtur indicare ipſum cum picturam intueretur, agnouiſſe actionem pictura deſignatam. Ex quo fieret vt iurè agnitio fieri diceretur ope atque vſu memoriæ per inſpectionem, ac propterea ſententia videri poſſet perſpicua. Sed tamen quoniam agnitio perſonæ alicuius eſt omnino facienda, & de perſonæ agnitione ſibi propoſuit dicẽdum Ariſtoteles, res adhuc verſatur in obſcuro, ita vt aliqui cenſeant agnitionem (vt dicere cœperam a principio) fieri alicuius qui memoria illa commotus & excitatus, aliquid agat dicátur vnde ipſemet agnoſcatur. Et ideo ille in Cyprijs illachrymaſſe dicitur, vt intelligatur (ſic enim indicant aliqui) hinc agnitum eſſe. Quod tamen ſubdurum videri poſſet, tum quia Ariſtoteles qui tantùm dixit luxiſſe, id omiſiſſet quod caput erat, nimirum hinc agnitum eſſe: tum quia minùs aptè, immo ineptè dixiſſet hanc agnitionem fieri per memoriam. nam iſte per memoriam agnoſcit quidem in pictura id quo ad lachrymas incitatus eſt: ſed tamen ipſe fuiſſet perſona agnita, ſi iſtos audias: quæ tamen agnitio non vſu memoriæ ſed ob lachrymas contigiſſet. Et tamen cum perſonæ debeat fieri agnitio, iſte agnoſci debuiſſet: præſertim quia reuera non iſte qui luget, debet alium agnoſcere, quod fortè accidere potuiſſet dum picturam inſpiceret, ſed ipſe debet agnoſci. vt enim in priore agnitionis genere ſignũ ineſt ei, qui agnoſcitur, vt cicatrix Vlyſſi, lancea Cadmeis, & in ſecundo genere epiſtola eſt Iphigeniæ quæ agnoſcitur, ac veſtis (vel quicquid eſſet tandem) eſt Oreſtis qui item agnoſcitur, ſic in tertio vſu veniat oportet. Sed fortaſſe exemplum alterum ſubleuabit hærentem animum. Ducitur autem

*De poſteriore.* alterum exemplum ex Odyſſeæ VIII. vbi Vlyſſes Demodocum audiens qui ad Cytharam Ilij canebat expugnationem, hinc recordatus, illachrymatus eſt. Quod ſanè exemplum videtur ſententiam paulò dilucidiorem efficere atque indicare reuera agnitionem ſic fieri per memoriam, vt Vlyſſes audiens recordetur, ob idque lugeat, atque hinc agnoſcatur.

*Hinc iam colligitur germana loci huius ſententia.* Itaque ea eſſet Ariſtotelis ſententia, vt eius qui audit aut videt, ſic memoria excitaretur, vt aliquid faceret, vel ſaltem diceret, vnde ipſe tandem agnoſceretur. Imò verò poſtrema illa verba *ἀνεγνωρίσθησαν*, verti debent, *vnde agniti ſunt*, quaſi verò breuiloquentiæ amator Ariſtoteles vtrunque exemplum illuſtrarit vnico verbo, & vtranque perſonã per lachrymas agnitam indicarit. quin etiam ſi cum Victorio legamus *ἀνεγνωρίσθη*, & vertamus agnitus eſt (quæ tamen lectio quippe minùs vulgata, minùs probanda eſſet) idem ſaltem intelligendum reliquiſſet de priore perſona, quaſi verò agnita ſit non ſecus atque Vlyſſes. quemadmodum perinde atque Vlyſſes illachrymauit; alioquin nihil erat cur eius luctum commemoraret. Quod ſi reuera infulsè agnitio iſta fieri dicitur per memoriam, dum memoria tantùm prouocat ad lacrymas, agnitio verò gignitur ex lachrymis, quæ coniecturæ locum afferunt & agnitioni, iam quoniam rem tenemus, de verbis ac loquendi modo ne anxij diutiùs ſimus: præſertim quia intelligere potuit fieri per memoriam, hoc eſt interuentu memoriæ, licet alioquin non immediatè (vt ita dixerim) ſed per lachrymas quas parit, agnitionem gignat. ſic ſanè id vnde fit agnitio, nimirum memoria & luctus, agnitæ perſonæ ineſſet, quemadmodũ Cadmeis lancea, vel Vlyſſi cicatrix, vel (vt de 415

*Qui per videntem fieri dicatur agnitio.* externo ſigno dicã) claua Herculi. Sed iam requiramus, num Ariſtoteles dum ait *τρίτη δὲ ἡ διὰ μνήμης τῷ αἰσθέσθαι ἰδόντα* (quamuis *τῷ αἰσθέσθαι* videtur reponendum) ac propterea ſtatuere videtur tertium hoc agnitionis genus fieri per aliquem *videntem*, id propriè vſurpet ac propterea de inſpectione loquatur quæ fit oculo, an verò de qualibet agnitione quæ ſenſu fiat. ſi enim poſteriore modo, ſatis erat dicere ſentientem nec addere oportebat *ἰδόντα*: ſi priore, quid erat quod afferret audientis exemplum? Sed clauſula hæc ſit, Ariſtotelem ſignificare eum qui ſenſu percipit ſeu cognoſcit aliquid, non verò videt tantùm. Et ideò tum auditionis tum inſpectionis protulit exempla. Nam licet agnitio alijs quoque ſenſibus effici poſſit, ſeu memoria ab alijs ſenſibus poſſit excitari vnde quis aliquid faciat & agnoſcatur. veruntamen ſat fuit ex diſciplinæ ſenſibus exempla ducere, quique nobis paſſim ſunt duces ad agnitionem.

*Par. 61*

PAR-

# PARTICVLA LXXXIV.

Τετάρτη δὲ ἡ ἐκ συλλογισμοῦ· οἷον ἐν Χοηφόροις· ὅτι ὅμοιός τις ἐλήλυθεν, ὅμοιος δὲ οὐθεὶς, ἀλλ᾽ ἢ Ὀρέστης· οὗτος ἄρα ἐλήλυθεν. καὶ ἡ Πολυΐδου τοῦ σοφιστοῦ περὶ τῆς Ἰφιγενείας· εἰκὸς γὰρ τὸν Ὀρέστην συλλογίσασθαι, ὅτι ἥ τ᾽ ἀδελφὴ ἐτύθη, καὶ αὐτῷ συμβαίνει θύεσθαι. καὶ ἡ ἐν τῷ τοῦ Θεοδέκτου Τυδεῖ, ὅτι ἐλθὼν ὡς εὑρήσων υἱὸν αὐτὸς ἀπόλλυται. καὶ ἡ ἐν ταῖς φινεῖσιν· ἰδοῦσαι γὰρ τὸν τόπον, συνελογίσαντο τὴν εἱμαρμένην, ὅτι ἐν τούτῳ εἵμαρτο ἀποθανεῖν αὐταῖς. καὶ γὰρ ἐξετέθησαν ἐνταῦθα.

QVartum per ſyllogiſmum vt in Choephoris, quod ſimilis quidam acceſſit; ſimilis autem præter Oreſtem nemo. Oreſtes ergo acceſſit. tum quod Polyidis de Iphigenia eſt. Veriſimile eſt enim ratiocinatum fuiſſe Oreſtem, quod cum immolata ſoror fuerit, ſibi quoque vt immoletur, contingere. Tale eſt illud in Theodectæ Tydeo veniens ille, quaſi natum inuenturus extinguitur: & in Phœniſſis, quæ locum conſpicatæ inſtare ſibi fatum propterea commentæ ſunt: quoniam in fatis hærerent, ibi debere mori, etenim in eo fuerunt expoſitæ. *Pactius.*

*QVarta quæ ex ſyllogiſmo, vt in Choephoris, quia ſimilis quidam venit. Atqui ſimilis nullus præterquam Oreſtes. Ergo iſte venit. Et quæ Polyidis Sophiſtæ de Iphigenia, veriſimile namque eſt, Oreſtem ratiocinari, & ſororem immolatam eſſe, & ipſi contingere immolari. Et in Tydeo Theodectis, quod cum veniſſet, vt inuenturus filium, ipſe perijt. Et quæ in Phœnidibus, cum enim locum vidiſſent, ratiocinatæ ſunt fatum, quod fato ſtatutum eſſet ipſi moriendum eſſe. Etenim ibi expoſitæ ſunt.* *Riccobonus.*

COM. LXXXIV

QVARTVM agnitionis commemorat genus, in quo ſanè agnitio fit per ſyllogiſmum, ita vt ratiocinationis vſu perſona aliqua agnoſcatur. Quam tum quatuor declarat exemplis, in quibus ſyllogiſmi ope in alicuius deuenitur agnitionem. Sed de his exemplis poſtea. nunc de hoc agnitionis genere, quæque eius ſit vis requiramus: ſiquidem videri ſolet perobſcura. *Quartum agnitionis genus.* etenim nullum agnitionis genus eſt in quo non per ſyllogiſmum ſeu ratiocinationem fiat agnitio. qui enim lanceæ maculam in alicuius corpore intuetur & Cadmeum agnoſcit, is tacitè ſaltem ac ſecum ipſe ratiocinatur, efficitque, vt quoniam talis macula Cadmeorum eſſet propria, is Cadmeus ſit. Eodémque modo Euryclea ratiocinatur dum Vlyſſem agnoſcit ex cicatrice. ſic & Oreſtes argumentatur dum Iphigeniam *Dubitatur*
416 agnoſcit per epiſtolam: & Iphigenia dum per ea quæ commemorantur, agnoſcit Oreſtē. Denique ſigna quæ vel hactenus allata ſunt vel afferri poſſent, omnia ope argumentationis in perſonæ adducunt cognitionem. cur igitur hic per ſyllogiſmum quartum agnitionis conſtituit genus? Ea de cauſa per ſyllogiſmum quartam hanc agnitionis conſtituit formam, quia cum ſyllogiſmus de quo loquitur, non ſit ei attribuendus qui agnoſcit (hic enim non poteſt non ratiocinari dum per aliquid agnoſcit) ſed ei qui agnoſcitur, ita vt dum hic ratiocinatur, audiens agnoſcat quis ille ſit. quare ſyllogiſmus non more dialectico adhibetur ad concludendum aliquid (id enim commune eſt cuicunque agnitioni, & requiritur in quocunque agnoſcente) ſed anſam præbet audienti vt is planè qui ratiocinatur, ex ratiocinatione agnoſcatur. Et hinc conſtituit Ariſtoteles quartum ac proprium agnitionis genus. Ita quidem licebit ratiocinationis exempla quæ ab Ariſtotele afferuntur explicare, & quam vim habeant agnoſcere. Et ſanè ex tribus poſtremis exemplis (de primo enim quod dubitationem habet dicam paulò poſt) conſtare poteſt quod diximus, non obſcurè. Nam Oreſtes agnoſcitur ab Iphigenia per ſyllogiſmū quo ipſe vtitur Oreſtes. cum enim probare inſtituiſſet ſe, non verò Pyladem, qui pro eo ſacrificari cuperet, mactandum eſſe, diceretque eum ibi immolandum cuius ſoror eſſet immolata, ac propterea non Pyladem ſed ſe, cuius ſoror ibi immolata eſſet, immolandum, ecce tibi Iphigenia quæ aderat ſacrificium adminiſtrans, ex propoſito ſyllogiſmo *Reſpondetur.* *Exempla explicantur.*

agno-

agnouit Oreſtem; ita vt ſyllogiſmus de quo loquitur a perſona quæ agnoſcitur fiat. Ac ſimili ratione in Theodectis Tydeo: ita vt hic dum ratiocinatur circa filium quem inuenturus venerat, hinc a filio qui aderat agnoſcatur. Idem perſpicuè euenit in quarto: vbi qua ratiocinantur puellæ ratiocinatione agnoſcuntur. Itaque primum exemplum, ſic intelligendum crediderim vt Electra agnita ſit non Oreſtes; ita nimirum vt cum Oreſtes eo modo ratiocinantem audiret puellam, dum Oreſtem ſibi ſimilem diceret, inde Electram agnoſcat.

# PARTICVLA LXXXV.

Paccius. Ἔστι δέ τις καὶ συνθετὸς ἐκ παραλογισμοῦ τοῦ θεάτρου, οἷον ἐν τῷ Ὀδυσσεῖ τῷ ψευδαγγέλῳ· ὁ μὲν γὰρ τὸ τόξον ἔφη γνώσεσθαι, ὃ οὐχ ἑωράκει, ὁ δὲ ὡς δι' ἐκείνου ἀναγνωριοῦντος διὰ τούτου ἐποίησε παραλογισμόν.

HVic & adiungitur illud, quod in theatro per paralogiſmum fit, exempli gratia: in Vlyſſe falſo nuntio; hic quidem arcum cogniturum ſe dixit, ille verò tanquam arcu cognoſcendo ab eo, propterea paralogiſmum facit. Paccius.

*ESt etiam quædam compoſita ex paralogiſmo Theatri, vt in Vlyſſe falſo nuncio, hic enim inquit ſe arcum cogniturum, quem non viderat; ille verò quaſi is agnouiſſet, propterea paralogiſmum fecit.* Riccobonus.

*COMM. LXXXV. Quintum Agnitionis genus: quod tamē cum quarto eſt coniunctiſſimum.*

QVINTVM agnitionis ſubiungit genus: quod, quoniam in ratiocinatione poſitum eſt (falſa tamen) iure quarto ſubijcitur agnitionis generi, quod item nititur in ratiocinatione, & ideo ſi quis pugnet hic non quintum genus conſtitui, ſed certam quandam ac propriam quarti generis formam afferri, in qua ratiocinatio a recto deflectens, in paralogiſmum exeat, non magnopere repugnarim. Ex quo fit vt ſiue quatuor hactenus ſiue quinque reputentur agnitionis formæ, parum interſit. Ait igitur agnitionem quandam conſtare ex theatri paralogiſmo ſiue falſa ſpectatorum ratiocinatione; quam declarat ſtatim exemplo ducto ἐν τῷ Ὀδυσσεῖ τῷ ψευδαγγέλῳ ex eo qui in Vlyſſe, falſus nuncius, ſic enim, pace aliquorum, vertendum locum conſtabit non multò poſt. Hic verò obſeruandum eſt Ariſtotelem non ad Odyſſeam interim alludere aut prouocare. Etſi enim in Odyſſea Vlyſſes ſeſe ex occulto ingerit, & de Vlyſſe nunciat quædam, quod facit etiam falſus nuncius de quo in præſentia, tamen cum theatri, hoc eſt auditorum, paralogiſmo agnitionem fieri dicat, euincitur exemplum non ex Epico Poëmate & Odyſſea, ſed ex dramatico, &, vt illuſtris perſona eſt Vlyſſes, ex Tragœdia verius deriuari. Sed & in hac Tragœdia nō Vlyſsē tanquam falſum nuncium, ſed ab Vlyſſe diſtinctum proferri fatendum eſt. nam licet ex græcis verbis non ſatis euinci poſſit Vlyſſem non eſſe falſum hunc nuncium, ex his tamen quæ ſubijciuntur, intelligitur ſatis: cum falſus hic nuncius Vlyſſis arcum dicatur vidiſſe nunquam; quod de Vlyſſe affirmari haud potuit. Ita quidem exemplum ſine dubio ducitur ex falſo nuncio qui in Vlyſſe Tragœdia occurrebat: ita vt ab Vlyſſe tantùm inſcriberetur Tragœdia, non a falſo nuncio: quamuis falſus nuncius in ea introduceretur qui paralogiſmo vteretur, vnde nunc ducitur exemplum. Et hoc etiam intelligitur ex geminata illa particula τῷ quam breuiloquentiæ ſtudioſiſſimus Ariſtoteles, non geminaſſet ſi Vlyſſem ipſum intellexiſſet eſſe hūc falſum nuncium; dixiſſet enim ἐν τῷ Ὀδυσσεῖ ψευδαγγέλῳ, cum tamen dum dicit ἐν τῷ Ὀδυσσεῖ τῷ ψευδαγγέλῳ, ſic loquatur vt intelligamus paralogiſmum eſſe ac notari in falſo illo nuncio qui in Vlyſſe Tragœdia occurrit. Itaque contigit quidem vt Author huius Poëmatis alludat ad Vlyſſeæ nuncium & arcū, ſed tamen Ariſtoteles de Tragœdiæ nuncio loquitur. Sed ſint iſta; at qui tandem per theatri paralogiſmum facta eſt agnitio? Indicat hoc (etſi breuiſſimè ac propterea obſcurè; cum præſertim Tragœdia iſta deſideretur ad quam confugiendum erat) dum ſubdit, ὁ μὲν γὰρ 417

*Quædam hic obſeruanda quibus planior reddatur locus.*

I.

II.

III.

*Qua ratione per Theatri paralogiſmum fieri dicatur agnitio*

τοτίξ.

τὸ τόξον ἔφη γνώσεσθαι, ὃ οὐχ ἑωράκει· ὁ δὲ ὡς δὴ ἐκείνου ἀναγνωριοῦντος διὰ τούτου ἐποίησεν παραλογισμόν. hoc eſt, *hic enim ait ſe arcum cogniturum quem non viderat, ille verò quaſi is agnouiſſet, propterea paralogiſmum fecit.* vbi ſine dubio loquitur non de Vlyſſe, ſed de falſo nuncio: qui reuera Vlyſſis arcum, vnde fidem facere nitebatur, non viderat: ſed hoc proferebat vt vera de Vlyſſe nunciare crederetur. Tametſi qua de re & in quo planè vis paralogiſmi ſit poſita, non ſatis licet agnoſcere. Commoda tamen videri poteſt Riccoboni coniectura, qui in ſua paraphraſi locum ſic ediſſerit. *Eſt hæc agnitio ex paralogiſmo Theatri. cum enim Proci perſpicerent, idcirco Penelopen nolle iterum nubere, quòd adhuc de Vlyſſis cogitaret vita, quò eam deciperent, curarunt vt quidam ignotus veniret, ſe illum eſſe affirmans; qui cum Vlyſſe adhuc puer profectus eſſet, ac Vlyſſis mortem nunciaret; qui, vt id perſuaderet, multos afferri arcus iuſſit, in quibus Vlyſſis eſſet arcus olim domi relictus, ſéque eum cogniturum eſſe profeſſus eſt. Tunc in Theatro huiuſmodi paralogiſmus factus eſt; qui Vlyſſis arcum inter tam multos cognoſcit, verus eſt de Vlyſſis morte nuncius. Hic cognoſcit. Ergo verus eſt nuncius. Falſa autem erat conſecutio, quia falſa maior propoſitio. Non enim conſequebatur, qui Vlyſſis arcum cognoſceret (quod multis euenire modis poterat) eum verum nuncium eſſe.*

Pa83.f. Sic iſte, in cuius tamen coniectura illud vnum mihi aliquid ingerit ſcrupuli, quòd iis poſitis quæ ipſe ediſſerit Riccobonus, nihil erat cur diceret Ariſtoteles nuncium iſtum non vidiſſe Vlyſſis arcum: nam ſi paralogiſmus in eo erat poſitus, quia non neceſſe eſſet vt qui Vlyſſis arcum agnoſceret, vera de Vlyſſe nunciaret, ocioſa erat ea ratio. Vt omittam minùs veriſimile videri vt qui puer in Vlyſſis domo verſatus fuerat, (id enim aſſumere videtur Riccobonus) & propterea cum Vlyſſe diſceſſerat, diceret ſe arcum illum vidiſſe nunquam. Itaque ſuſpicor nuncium Penelopi aliquid Vlyſſis nomine retuliſſe, atque vt fidē inuenitet illud inprimis affirmaſſe, ſe Vlyſſis arcum quem nō viderat, cogniturum quòd de illo ab Vlyſſe fuiſſet edoctus; vt Penelopes, ſi priùs ab ipſo nuncio arcus agnoſceretur, 418 ei fidem adiungeret. quem tamen nuncium, etſi Theatrum hac de cauſa crederet vera de Vlyſſe nunciaturum, ac ſummatim pro verò nuncio illum agnoſceret, nil prohiberet quo minus falſa ſubinde renunciaret; præſertim verò quia callidiſſimus Vlyſſes, facilè talem nuncium ſubmiſiſſet & rem hanc commentus eſſet vt vxoris pudicitiam exploraret ac mentem: ac propterea nuncium vero quidem arcus ſigno eiúſque notitia imbuiſſet, ſed tamen vt falſa commodiùs ſuaderet Penelopi vnde eius mentem pertentaret ac pudicitiam exploraret. Ita quidem agnitio fit nuncij Theatri paralogiſmo: quia ſcilicet auditores, dum nuncius profitetur ſe arcum quem non viderat agniturum, haud ſentiant falſum tamen eſſe nuncium, nec reputent fieri poſſe vt falſa renunciet, etiamſi quem non viderat arcum agnoſceret.

---

# PARTICVLA LXXXVI.

Πασῶν δὲ βελτίστη ἀναγνώρισις ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς ἐκπλήξεως γιγνομένης δι' εἰκότων οἷον ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Οἰδίποδι, καὶ τῇ Ἰφιγενείᾳ· εἰκὸς γὰρ βούλεσθαι ἐπιθεῖναι γράμματα. αἱ γὰρ τοιαῦται μόναι ἄνευ τῶν πεποιημένων σημείων, καὶ περιδεραίων. δεύτεραι δὲ αἱ ἐκ συλλογισμοῦ.

Omnium verò optima ex parte rerum agnitio eſt: a qua videlicet ex veriſimilibus admiratio ipſa paritur, qualis ipſa in Sophoclis Oedipode, & in Iphigenia. Siquidem veriſimile eſt literas hanc mittere cupiuiſſe. Huiuſmodi enim ſolæ abſque vllo vel impreſſo ſigno, aut etiam extrinſecus, vt monile, fiunt. Ab his verò probantur, quæ ex ſyllogiſmo. Paccius.

*Omnium autem optima agnitio eſt, quæ ex ipſis rebus eſt, facta conſternatione per veriſimilia, vt in Sophoclis Oedipode, & Iphigenia: veriſimile enim eſt, eam velle dare literas: tales enim ſolæ ſine factis ſignis, & monilibus ſunt. At ſecunda ſunt, quæ per ſyllogiſmum fiunt.* Riccobonus.

*COMM. xxxvij. Quale ſit Ariſtotelis conſilium hoc in loco Interpretes. Auctoris ſententia.*

DIſſident Interpretes de Ariſtotelis conſilio. Nam Vtinenſis & Riccobonus
ſextam quandam & vno verbo, nouam, agnitionis formam afferri arbi-
trantur. Victorius contra & Alexander ac, niſi fallor, Lombardus cenſent
iam cunctis agnitionis formis enumeratis, doceri quænam anteponenda
ſit, quæque hanc proximè conſequatur. Ipſe tamen crediderim & ſextam
(niſi tamen quintam appellari velis quòd paralogiſmum ſyllogiſmo hoc
eſt quintam quartæ præſtet neſcere) formam proferri, quemadmodum priores affirmāt,
& eodem tempore ſextam hanc præferri cæteris, continentérque doceri quæ in ſecundis
ſit collocanda: tacitè etiam indicari vel confirmari quantum quæque ex reliquis diſtet ab
optima. Et quidem cum antea nullum tale agnitionis genus allatum fuerit, quod ex ipſis
rebus nec ſine conſternatione per veriſimilia oriatur, (hanc enim commemorat hoc in
loco atque optimam cenſet, vt videbimus) quin primum genus in ſignis collocetur; ſe-
cundum non ex rebus, ſed a Poëta naſcatur, tertium memoriæ, quartum ſyllogiſmo,
quintum paralogiſmo tribuatur, non video qui diiudicentur tantùm aut inter ſe conferā-
tur. Et tamen Victorius, *Expoſitis* (inquit) *iam cunctis rationibus quibus perſonæ in fabulis agno-
ſcuntur, quæ agnitio cæteris anteponenda ſit, docet*. Imò verò cum ſecundum proferret genus
quod dixit fieri a Poëta, qui quod vult profert, non quod fabula, habuit quidem præ ma-
nibus optimam agnitionem (optima enim fit per fabulam, quod eſt ex rerum conſtitu-
tione) ſed tamen, quoniam minùs perfectas aut deteriores enarrabat, quæ fieret ex fabula,
non explicauit, ſed tantùm vt de ea conſtaret quæ fit a Poëta, hanc ex fabula gigni nega-
uit. & idcirco ibi ſecundam formam notauit tantùm explicauitque. Hic igitur affertur
ſexta cum optimam eam eſſe dicat quæ fit non ex ſignis & huiuſmodi notis, ſed ex ipſis re- 419
bus nec ſine ſtupore aut conſternatione, idque per veriſimilia; qua ſanè agnitionis forma
nihil minùs explicauerat ſupra. Et huc etiam pertinet quòd eam ſtatim illuſtrat exemplis.
quod argumento eſt non ſupra fuiſſe allatam: ſed hic proferri. Sed & inſuper diiudicari &
cum cæteris conferri perſpicuum eſt cum dicat eſſe omnium optimam: quartam verò
quæ fit ſyllogiſmo in ſecundis numerandam. Tametſi reliquas formas etiam tacitè diiu-
dicari ſatis conſtat tum quia cum non fiant ex rebus ipſis nec ex ſyllogiſmo, ſecūdæ poſt-
ponātur neceſſe eſt: tum quia eo nomine quæ fit ex rebus cenſetur optima, quia ſine fa-
ctis ſignis & monilibus (id quod cæteris ſignis haud contingebat) efficiatur. Etſi cum ſu-
pra indicarit quæ ex tribus prioribus potior videri poſſit, hic quod ibi indicauerat confir-
mat etiam. Ita fit vt ſexta quæ inquam ex rebus oritur ſit optima: proximè accedat quæ
fit per ſyllogiſmum: qua cum certa quadam proportione coniungi poteſt quinta quæ fit
per paralogiſmum: tum ſequatur tertia quæ artis non cenſetur expers etſi a perfectione
adhuc recedat: mox ſecunda conſequetur quæ expers artis dicta eſt: ad extremum prima
collocabitur quæ maximè omnium expers dicitur artis. Tametſi hæc, vt ſigna tripartitò
variantur; tripartitò adhuc variatur.

*Cognito Ariſtotelis conſilio, ac ſextam hic formam afferri huius vis & natura explanatur.*

Sed iam ad ſextam hanc formam explicandam redeamus. Ergo inter agnitionis for-
mas eam ait eſſe optimam quæ ducitur ex rebus ipſis; quod eſt ex fabulæ coagmentatio-
ne; ita tamen vt & admiratio inde oriatur ac ſtupor, quæ per veriſimilia contingant & o-
riantur. Sic enim debent res necti vt ex illis ſi non neceſſaria at certè veriſimili ratione gi-
gnatur ſtupor ille: quod ſanè fiet ſi ex rebus ipſis repentina & inſperata fiat agnitio. hæc
enim percellere ſolet animos & auditores mirificè delectare. Quam rem totam duplici
illuſtrat exemplo, nimirum Oedipi Tyranni & Iphigeniæ in Tauris. Tametſi Oedipi
exemplum non tam declarat aut explicat, quàm (vt iam antea nec ſemel fuit vſurpatum)
ex dictis aut etiam ex celebri Sophoclis Oedipo agnoſcendum relinquit. Intelligit au-
tem agnitionem quam facit Oedipus, dum Laij quem interfecerat, & Iocaſtæ quam
in matrimonium duxerat, agnoſcit filium: ita vt dum repentè ac præter omnem opi-
nionem ſe parentem interfeciſſe & matrem inceſtaſſe animaduertit, ingenti admira-
tione atque adeò ſtupore non minùs quàm dolore percellatur: quæ agnitio ideo eſt
optima quia hæc omnia ex rebus ipſis ac veriſimili ratione repentè conſequuntur. Al-
terum exemplum in eo eſt poſitum quod Oreſtes caſu item ac repentè, ac propterea
non ſine ingenti ſtupore ſororem, quam extinctam putabat, agnoſcit: id quod ex re-
bus ipſis, ac veriſimili ratione contingit, nam per quam veriſimile fuit Iphigeniam
quæ a Patria aberat & inter ſæuas gentes inuita detinebatur, Oreſti in Patriam rede-
unti literas (id quod aduenæ facere ſolent) dare vt de ſuo ſtatu certiores faceret pro-

pin-

pinquos. Quæ ſanè agnitionis forma multò procedit meliùs (inquit Ariſtoteles) quàm ſi per ſigna aut monilia & veſtes vel quid huiuſmodi fieret vnde non ex rebus in Theatro geſtis ſed ſponte a Poëta ipſo efficeretur. Hæc ſunt exempla quibus optimam illuſtrat agnitionis formam. Quibus addit eam agnitionem in ſecundis eſſe collocandam quæ conſtat ex ſyllogiſmo. de qua re ex dictis conſtare ſatis poteſt. Quæ cum ita ſint, *Alexãder redarguitur rurſus.*
420 non poſſum non vehementer mirari Alexandrum non modò inficiari hîc proferri ſextam aut nouam agnitionis formam (quod tamen ei commune eſt cum Victorio) ac doceri quæ ex dictis ſit optima quæue in ſecundis habenda; verum etiam oſtendi qua ratione propoſitis agnitionis formis rectè vti poſſimus. Cum enim illis (inquit) & rectè & præpoſterè vti liceat, hîc rationem tradit Ariſtoteles vnde ſingulis rectè conuenientérque vtamur: atque hanc rationem eam eſſe vt ex rerum ipſarum coagmentatione, ídque neceſſaria ſeu veriſimili ratione in ſingulis illis formis gignatur agnitio. Et tamen Ariſtoteles nil tale hoc in loco indicat, ſed tantùm optimam proferens formam, ait eam eſſe quæ ex rebus ipſis veriſimili ratione gignit agnitionem, quam formam a ſuperioribus planè diſtinguit. Quid plura? Secunda agnitio verbi gratia quæ Authore Ariſtotele non fit ex rebus ipſis ſed per aliquid ſponte excogitatum a Poëta nullo modo poteſt ex rebus ipſis deriuari. Qui igitur ex rebus ipſis duci iubet Ariſtoteles vt illa vtamur rectè? Denique vt aliqua agnitio fiat per ea quæ vult Poëta aut per memoriam vel alia huiuſmodi ratione, & tamen fiat ex rebus ipſis & ſit optima cum vniuerſa Ariſtotelis diſputatione pugnat mirificè. Hæc de præſenti particula. Quanquam vnum adhuc dubitare cogor, nimirum qui tandem optima agnitio quæ neceſſariò admirationem depoſcit & conſternationem, per veriſimilia gigni poſſit. Certè Ariſtoteles in particula CXXXII. docet admirationem gigni ex rebus abſurdis & incredibilibus. Id quod M. Tullius etiam con- *Li. 2. de offic.*
firmauit, cum ſcriberet, *Admirantur illi quæ magna & præter opinionem ſuam animaduertunt.* *Dubitatur.*
Sed quoniam de hac re copioſè diximus in Comparatione, aliqua etiam dicenda erunt in progreſſu huius commentarij, haud longum faciam. Tantùm dicam fieri poſſe vt illi qui conſternatur, res inſperatò ac præter opinionem contingat, ita vt non minùs expers veriſimilis aut abſurda quàm noua & repentina videatur. tametſi cæteris qui deinde rem æſtiment diligenter, aut eam perceperant quæ qui conſternatur non animaduerterat, intelligant rem veriſimili ratione ex antactis oriri ac ſolùm ſpecie videri poſſe veriſimilis expertem. *Vide Diſpu. 10.* *Reſpondetur.*

# CAPVT XIV.

## PARTICVLA LXXXVII.

Δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιςάναι, καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι, ὅτι μάλιςα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενοι. οὕτω γὰρ ἂν ἐναργέστατα ὁρῶν, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς γιγνόμενος τοῖς πραττομένοις, εὑρίσκοι τὸ πρέπον, καὶ ἥκιςα ἂν λανθάνοιτο τὰ ὑπεναντία. σημεῖον δὲ τούτου ὃ ἐπετιμᾶτο Καρκίνῳ. ὁ γὰρ Ἀμφιάραος ἐξ ἱεροῦ ἀνῄει, ὃ μὴ ὁρῶντα τὸν θεατὴν ἐλάνθανεν. ἐπὶ δὲ τῆς σκηνῆς ἐξέπεσε, δυσχεραινόντων τοῦτο τῶν θεατῶν.

CAeterum conſtituere fabulas oportet, & ita eas elocutione conſtruere, vt quam maximè res ante oculos ponant. Sic enim quæ manifeſtiſſima fient Poëta inſpiciens; perinde ac rebus, dum aguntur, interſit, cum decorum ipſum inuenerit, tum pugnantia minimè illum latere poterunt. Argumento ſit illud; quod Carcino vitio datur. etenim Amphiaraus è templo exibat; id verò cum non videret ſpectator, obſcurum fuit. cecidit autem hic a ſcena, cunctis ob id ſpectatoribus indignantibus. *Paccius.*

*Fabulæ autem ſunt conſtituendæ, & elocutione conficiendæ, quàm maximè ante oculos ponendo. Sic enim euidentiſſimè perſpiciens, tanquam rebus ipſis præſens fuerit, dum gerebantur, inueniet quod decet; & ipſum minimè fallent ſubcontraria. ſignum autem huius rei eſt, quod reprehenditur in Carcino. Amphiaraus enim è fano exijt, quod fefellit ſpectatorem non videntem, in ſcena verò lapſus eſt, ægrè ferentibus id ſpectatoribus,* Riccobonus.

COMM. lxxxvij. His explicatis quæ pertinent tum ad varias agnitionum formas agnoſcendas, tum ad potiores deterioréſque notandas, atque optimæ inprimis vim vſúmque perdiſcendum, id aggreditur quod decoro tuendo, repugnantiæ declinandæ, plurimum conferre poteſt. Iubet igitur, vt dum Poëta ſiue res coagmentat conſtituitque fabulam, ſiue hanc complectitur oratione literiſque commendat, eas ſibi res veluti ante oculos ponat quas coagmentat ſcribitque. Ita enim fiet, vt dum eas verſat animo & quaſi præſentes intuetur, ac ſummatim tanquam gerantur expendit, perſentiat faciliùs quid deceat aut dedeceat & verò *τὰ ἐναντία*, quæ inquam inter ſe pugnant, aut ſaltem ad repugnantiam deflectant; animaduertat. Et ſanè cum in tanta & rerum & verborum ſententiarúmque, quibus actio pertexitur, varietate, facilè ſit iudicij vel memoriæ culpa decorum violare, vel aliquid repugnans aut non bellè omni planè ex parte coheres proferre operæ pretium eſt res quaſi gerantur æſtimare, diſcutere & ad decorum conſenſionémque traducere. Qua in re vel illud argumento eſſe poteſt in quo offendit Carcinus ac reprehenſus eſt. Cum enim Amphiarum (quantum quidem coniectare licet aut ſuſpicari, Tragœdia enim interijt, ita vt Ariſtotelis breuiloquentiæ inde ſuccurrere haud liceat) in Fanum induxiſſet quod ſub ſpectatorum oculis expreſſum fuerat, ecce tibi paulò poſt Amphiaraus aliunde præſto fuit ſpectatoribus; qui ſanè, quoniam illum è Fano egredi (vt par erat) haud viderant, Poëtæ inconſiderantiam ſtomachati ſunt. Quòd ſi etiam dixeris conſueuiſſe Amphiaraum in templo latere (dum ſcilicet ad bellum nollet proficiſci) aut etiam degere, (nam apprimè religioſum fuiſſe legimus, ita vt poſt mortem ei templum dicatum ſit, in quo etiam reſponſa dare crederetur) ac propterea reprehenſum exploſúmque Carcinũ quod non è templo illum in ſcenam induxiſſet, non repugnarim. Denique dum exemplum obſcurum eſt, præceptum de tuendo decoro, atque ijs quæ repugnare videantur, diligenter vitandis teneamus arctiùs; eſt enim momenti non exigui; exemplum concipiamus præcepto conſentienter,

# PARTICVLA LXXXIIX.

Ὅσα δὲ δυνατὸν καὶ τοῖς σχήμασι συναπεργαζόμενον ποιεῖν. ποιθανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσίν εἰσι. διὸ καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος: καὶ χαλεπαίνει ὁ ὀργιζόμενος, ἀληθινώτατα. διὸ εὐφυοῦς ἡ ποιητική ἐστιν, ἢ μανικοῦ. Τούτων γὰρ οἱ μὲν, εὔπλαστοι, οἱ δὲ, ἐξεταστικοί εἰσιν.

Proinde quantum fieri poteſt, fingendum illud quod ex habitibus naturalibus paratur. quandoquidem hi maximè ſuapte natura perſuadent, qui perturbationibus affecti ſunt. quo fit vt exagitatus exagitet, perturbétque veriſſimè perturbatus. Quapropter vel verſatilis ingenij viri, vel furore perciti Poëtica eſt. etenim Poëtarum aliqui ab ipſa natura ad Poëticam bene formati ſunt, aliqui autem a mente abſtrahuntur. Paccius. 422

Quan-

*Q Vantum autem fieri poteſt, oportet figuris exornando exercere poëſim; maximè enim perſuaſibiles ſunt ab eadem natura, qui in perturbationibus ſunt. Quamobrem & fluctuare facit fluctuans, et ad iram concitat iratus veriſſimè. Itaque ingenioſi Poëtica eſt, vel furore perciti. Ex his enim alij quidem benè formati, alij verò extra ſe poſiti ſunt.* Riccobonus.

COM. lxxxix. IN Poëta commonendo & inſtituendo perſeuerat nouum afferens præceptum quod cum ſuperiore cohæret egregiè. Cum enim iuſſerit, vt res imitandas ſibi veluti ante oculos poneret, & quaſi gererentur, euolueret animo & reputaret, nunc iubet vt eorum quorum imitatur actiones & pãgit, vultum, geſtus, perturbationes, motus denique omnes in ſe ipſo exprimat atque fingat, vt eodem modo fabulæ perſonas exprimere faciliùs valeat in Poëmate. Ita enim fore ait, vt cum perturbati fuerint & commoti, faciliùs alijs perſuadere poſſint & motus afferre. Denique ſi fluctuent (inquit) fluctuare alios facient, & ira verè commoti ad iram prouocabunt alios. Quo in loco videri poſſit importunus Ariſtoteles atque inſtituti ſui lineam præterire. Nam ſi hiſtriones inſtitueret, eſſet quidem admonendus, vt quoniam ipſi debent vultum, geſtus, affectus, motúſque omnes eorum referre quorum ſuſtinent perſonam, in ſe motus effingerent & exprimerent vt muneri ſatiſfacerent ſuo. Idem dixerim ſi ſaltem Poëtas ipſos doceret qua ratione hiſtriones erudiendi ſint vt id præſtent. Verùm hoc tempore non inſtituit Poëtam, vt hiſtriones erudire poſſit vel monere: multóque minùs hiſtriones ipſos edoceri ſed Poëtam monet, prout monere debet, vt in Poëmate pangendo & actione carminibus effingenda perſonarum affectus & motus exprimat pro dignitate. Itaque debet quidem Poëta animo & cogitatione vim amoris, iræ & aliarum perturbationum meditari, ac motus omnes & geſtus reputare, vt inter pangendum eos commodè exprimat ac cæteris veluti ante oculos ponat: nõ autem debet iraſci, furere, timore percelli, languere, deficere animo obſtupeſcere, inſectari hoſtem, ridere & cætera huiuſmodi efficere. Alioquin dum fuerit Hercules, dum languet Thelephus, dum delirat Aiax ac ſues cœdit, hæc omnia Poëtæ tractanda eſſent & facienda, vt deinde carminibus ea commodiùs exprimeret, quod eſt dictu perridiculum. Neque verò mihi reſpondeat quiſquam, Ariſtotelem iubere vt Poëta in ſe haſce exprimat & experiatur perturbationes, in ijs quæ conuenienter ab eo obiri poſſunt & cum decoro. cuiuſmodi eſſet timore aut lætitia commoueri, vt hos in alijs affectus pleniùs exprimat; non verò furere aut ſtupore corripi, vel deficere animo. Nemo inquam id mihi reſpondeat: nã Ariſtoteles non ait quatenus conueniat ſed quoad eius fieri poſſit ſeu (quod magis vrget) ὅσα δυνατὸν, quæcunque tandem poſſibile eſt, aſſumere & effingere, hæc effingenda & aſſumenda; ita vt nullã huic rei moderationem adhibeat vnde ſeruiatur decoro & modeſtiæ. Igitur Madius quem ſequitur Riccobonus, cum hunc locum explicaret, in eã ſententiam deuenit, vt crediderit Ariſtotelem hoc in loco de actione præcipere non carmine ſed figura corporis conformanda: & ſcenicis imitatoribus circa actionem inſtruendis ex quo fieret vt, Madio authore, hiſtrionem hoc in loco commonefaceret: aut ſaltem rationem Poëtis oſtenderet, vnde rectè hiſtriones inſtituãt. & ideo illud Ciceronis vſurpat, *Neque fieri poteſt, vt doleat, is qui audit, vt oderit, vt inuideat, vt pertimeſcat aliquid, vt ad fletum miſericordiámq. deducatur niſi omnes ij motus quos Orator adhiberet volet iudici, in ipſo Oratore impreſſi eſſe atque inuſti videbuntur.* Ita quidem, ſi Madium audiamus; quod Cicero in Oratore id Ariſtoteles in Poëta & hiſtrione requirit. Auerroës tamen de affectibus & moribus illis non corpore externíſq; ſenſibus ſubeundis, ſed animo & intimis ſenſibus concipiendis locum interpretatur; vt ſcilicet Poëmate illos exprimere valeat adamuſſim. Atque huic ſententiæ omnino aſſentiri videtur Vtinenſis: qui propterea ſcribit velle Ariſtotelem vt haſce perturbationes Poëta ſic concipiat animo, vt quaſi mente abalienetur, et in eos
423 quos exprimit in Poëmate conuertatur. Sic enim ſcribit. *Debet Poëta, vt faciliùs aptiúſque exprimat in ſingulis perſonis animi motiones, ac perturbationes, ſermonéſque qui inde proueniunt: ita ſingulas perſonas dum ſcribit ſibi effingere, atque ponere ante oculos earum omnem habitum tum animi tum corporis: oculos, frontem, vultum denique ipſum: vt intueri ſibi videatur: tum enim faciliùs mè ea ratione poterit ſingulis attribuere ſermonem κατὰ τὸ πρέπον. & ex ipſis habitibus elicere mores, atque orationem omnem qua conueniat ſingulis perſonis. Nihil quippe difficilius eſt hoc, neque*

Margin notes: Dubitatur. — Conſuluntur Interpretes. — Madius & Riccobonus. — Auerroes. — Vtinenſis.

*vlla in re magis requiritur officium, artificiúmque Poëtæ; optimum igitur fuerit vt ſi poſſit ipſemet diuerſos earum perſonarum habitus induat: dúmque ſcribit atque effingit huius illiúſue ſermones, ſe totū in illum transferat, quaſique ſui oblitus, illum ſe putet eſſe. Hoc ſi efficiet, magnum pōdus vimque addet ſermoni, atque in quamcunque voluerit partem animos auditorum impellet: is enim denique auditorum mentes permouet, qui aptè imitatur; is verò rectè imitatur qui quaſi ille ipſe ſit, quem imitatur, ita ſcribit loquentémque facit.* Sic vtinenſis. Quanquam dum ſtatuit rem Flacci confirmat carminibus quæ hiſtrionibus veriùs inſtruendis ſeruiunt qui corpore eos effingunt mores, quàm Poëtæ qui animo tantùm concipere illos debeat & meditari, Ariſtotelis ſententiam nonnihil confundit. Flacci carmina hæc ſunt,

*Format enim natura priùs nos intus ad omnem*
*Fortunarum habitum: iuuat aut impellit ad iram,*
*Aut ad humum mærore graui deducit & angit,*
*Poſt effert animi motus interprete lingua.*
*Si dicentis erunt fortunis abſona dicta*
*Romani tollent equites, peditéſque cachinnum.*

& illa rurſus

*Vt ridentibus arrident; ita flentibus adſint*
*Humani vultus: ſi vis me flere dolendum eſt*
*Primùm ipſi tibi, tunc tua me infortunia lædent*
*Telephe vel Peleu, malè ſi mandata loqueris*
*Aut dormitabo aut ridebo: triſtia mæſtum*
*Vultum verba decent, iratum plena minarum.*

Hæc inquam & alia ex Flacco ita vt non in eâdem ſententia perſiſtat ſatis, cum modò animo tantùm, modò corpore ac vultu ipſo (nam huc pertinent riſus & fletus quos requirit) affectus exprimi velit. Victorius tamen & Alexander mediam inire videntur viam. fatentur enim eos Poëtæ exprimendos affectus & motus, authore Ariſtotele, non concipiendos ſolùm animo: ſed tamen hæc præcipere non vt hiſtriones inſtituat aut Poëtā doceat qua ratione hiſtriones ad hæc informandi, ſed vt pangere meliùs poſſit & carminibus effingere quæ ſibi effingenda & imitanda propoſuit. Ita quidem tres eáſque plurimùm inter ſe diſſentientes habemus loci huius explanationes. 414

*Victorius & Alexāder.*

Mihi igitur rem hanc vniuerſam per effata quædam perplacet explicare. Primùm verò illud ſit. Non eſt quod inficiemur Ariſtotelem præcepiſſe vt Poëta eos ipſos affectus & motus quos molitur & Tragicis perſonis dictione affingere & auditoribus perſpicuè ante oculos ponere, priùs in ſe ipſo experiri nitatur; ita vt vel geſtus illarum agat & motus omnes. Dum enim iubet vt σχήμασι *figuris* inquam, ſe ad illos conformet quos peragendo exprimit, id ſignificat: tametſi cum eam affert rationem quia qui perturbatur, perturbare alios ac perſuadere valeat; quique fluctuet fluctuare alios faciat, quique demum veriſſimè iratus ſit, hic ad iram alios prouocare poſſit; id altiùs confirmat quàm vt dubitare liceat. Et huc etiam pertinet quod ait Poëſim eſſe ingenioſi vel furioſi: de qua re poſtea. Denique de affectibus animo concipiendis ac rebus ſibi veluti præſentibus faciendis, Poëtā admonuit in Particula ſuperiore; ita vt in hac poſſit quidem ſtatuere motus præterea corpore etiam exprimendos vt adhuc effingātur perfectiùs, at idem præceptum iterare haud debeat. II. ſit illud. Hos verò affectus atque motus non quidem aliquos tantùm aut leuiter attingendos ſentit a Poëta & quaſi per tranſennam exprimendos, ſed omnes ſi fieri poſſit, & vehementer. nam omnes indicat verbis illi ὅσα δυνατὸν quibus quos experiri ac tractare liceat, hos tractari iubet omnes. vehementer vero, quia perturbari hac de cauſa, & exaggeratè, præcipit, fluctuare, veriſſimè iraſci, & quodā modo extra ſe poni. III. illud. Et tamen hæc omnia non naturali acribologia & conatu ſeu phyſicè (vt cum ſcholis loquar) ſed moraliter intelligit. alioquin qui Thyeſtis cœnam ac dolorem pangeret, huic filij comedendi eſſent priùs: qui furentem Herculem ac lugentem deſcribit, huic verè Herculeus furor & dolor exprimendus: qui Vlyſſem vulneratum exprimit, huic vulnera pectore contrahenda, vt quoad eius fieri poſſit ea experiretur. Et tamen hoc dementis eſſet vel præcipere vel efficere. ita vt in ijs quæ moraliter ſeu communi more & modo expleri poſſunt, intelligendum ſit quod exaggeratè alioquin præcipit Ariſtoteles. IV. Non tamen interim hiſtriones inſtituit Ariſtoteles, aut Poëtam docet qua ratione inſtituere hiſtriones

*Authoris ſententia: quæ effatis quibuſdam cōtinetur.*

*II.*

*III.*

*IV.*

nes

nes debeat, ſed Poëtam ipſum vt acutè pangat & affectiones motúſque omnes adamuſſim exprimat carmine; itaut ſi fieri poſſit veriùs eos ante oculos ponere & imagines pingere videatur, quàm oratione deſcribere. Et ſanè cum Ariſtoteles melodiam, apparatum, & quicquid ad hiſtriones pertineat a Poëtæ cura ablegaſſe viſus ſit longiùs, ſanè in præſentia nihil eſt quod illuc eum impellere moliamur: ſed potiùs id quod eſt fateamur, nimirum Ariſtotelem in ſuperiore particula iuſſiſſe vt Poëta acri cogitatione, in hac vi corporis etiam contentione, imitationem ad ſummum eueharet. V. Neque tamen, quod pertinet ad affectus ac motus quos omnes quoad eius fieri poſſit poëtã experiri ac tractare iubet Ariſtoteles, crediderim ei aſſentiendum in omnibus. nam timorem experiri, vt frigùs occupare artus perdiſcas, ac proinde appoſitè illud deſcribas ſeu timentem effingas (atque idem dixerim de amore, lætitia & de alijs quibuſdam perturbationibus) rectè quidem cõtingat. Contra verò vehementi ira percelli quæ iudicium perturbat, non ſit ex Poëtæ vſu, ſed præſtet hanc in alijs inſpectare (atque idem dixerim de odio et ſi quæ eſt huiuſmodi affectio quæ obſit prudentiæ) & alieno malo eius vim agnoſcere, vt integro illam iudicio deſcribas. Nam furorem, morbos, vulnera, cruciatus, animi defectionem, deſperationem, exilium, & id genus mala experiri, vt commodiùs exules, deſperatos, furentes, & huiuſmodi alios deſcribere poſſis ac fingere, id verò (vt dicere cœperam) ridendum eſſet. Iam verò quoniam Ariſtoteles eò rem adducit tandem vt velit Poëtas non modò à Natura fingi ad Poëſim (eos εὐφυεῖς appellat ille) verùm etiam furere, ſiue extra ſe poni, ac propterea cõcludit διὸ εὐφυοῦς ἡ ποιητική ἐστιν, ἢ μανικοῦ. τούτων γὰρ οἱ μὲν εὔπλαστοι, οἱ δὲ ἐκστατικοί εἰσι hoc eſt, *Itaque ingenioſi Poëtica eſt, vel furore perciti, ex his enim alij quidem bene formati: alij verò extra ſe poſiti ſunt*: poſtularet ſanè ratio vt de furore poëtico an ſit concedendus, qualis etiam ſit Ariſtoteli, diſputarem: præſertim verò quia iandiu totam hanc rem vltrò ſe ſe obijcientem in alium locum reiecimus. Cum enim de origine Poëtices ageret Ariſtoteles in capite 11. quam imitationi & delectationi viſus eſt acceptam referre, atque ita referre vt vix ac ne vix quidem alteri cauſæ vllum reliquerit locum (cauſas enim & proprias & veras & poëſis vniuerſæ requirebat, ita vt non ſine crimine poſſet vllam cauſam prætermittere) nos quidem non potuimus non aduerſus Ariſtotelem dubitare, qui furorem interim ſeu maniam tam facilè præteriret, quam tamen hoc in loco inter poëticæ cauſas agnoſcere, ac grauiſſimis verbis conſtituere, viſus eſt. Denique hac de re cùm peripatetici pugnant cum Academicis, tum ijdem Peripatetici inter ſe diſſident. Poëtæ contra illum mordicus retinent & venditant. Agedum igitur rem accuratè perpendamus, & quid in re hac perdifficili, & ab heroicis vſque temporibus agitata ſentiendum ſit diſceptemus; id inprimis aperientes quod ſentit noſter Author Ariſtoteles. Principio igitur pro afflatu poëtarum, ſeu pro furore Poëtico ſic diſſerat quiſpiam. Videri omnino Poëticum furorem concedendum, quòd apud Pauſaniam, Strabonem alióſque probatos hiſtoricos; addo etiam apud Democritum ac multos Philoſophos, legamus homines quoſdam olim veluti furore quodam fuiſſe correptos, ſiue ſpiritu afflatos, vnde repentè carmina funderent. Quapropter & Tinnicus a Platone, & Maratus Syracuſanus ab Ariſtotele, & Sybillæ ab vtroque proferuntur quæ percellerentur & afflarentur. Id quod de Sybillis nonnullis multò magis in confeſſo eſt, cum illas non vno in loco, ſed in multis ac varijs, & apud varias gentes, floruiſſe & tanquam oracula carminibus reddidiſſe conſtet. Itaque Chriſtiani etiam vaticinationẽ exceperunt atque probarunt Sybillæ; quæ niſi afflata eſſet, oracula illa fundere potuiſſet nunquam. De Dauide etiam nihil attinet dicere; hunc enim diuinitus commotum futura myſteria decantaſſe, ipſi quidem non modò fatemur ſed profitemur. Atque huc pertinet quòd aliquos a numine (quale quale hoc eſſet) occupatos intelligimus, quemadmodum & Olenum & Phæmonoëm, qui inſtincti hexametros repentè funderẽt ac poëmata pangerent. Huc etiam pertinet quod Poëtæ multi ſe paſſim percelli dictitarent atque adeò Poëſim ab Apolline & Muſis ſeu mauis diuinitus afflatam agnoſcerent. Hinc enim Ouidius

*Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo:*
*Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.*

Hinc eleganter etiam Horatius,

*Quem tu Melpomene ſemel*
*Naſcentem placido lumine videris,*
*Illum non labor Iſthmius,*

Clara-

*V.*

*Redeiur ad Ariſtotelẽ vt poſtrema particula ſententia explicetur.*

425

*CONTROVERSIA LXIX. NVM furor poeticus ſit concedẽdus.*

*Vide Contr. 26. ad 4.*

*Pro furore Poetico.*

*Clarabit pugilem, non equus impiger.*
*Curru duces Achaico*
*Victorem, neque res bellica Delijs*
*Ornatum folijs ducem*
*Oſtendet Capitolio.*
*Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt,*
*Et ſpiſſæ nemorum comæ,*
*Fingent Æolio carmine nobilem.* 426

& ruſſus

*Omutis quoque piſcibus*
*Donatura cycni, ſi libeat, vocem,*
*Totum muneris hoc tui eſt,*
*Quòd monſtror digito prætereuntium*
*Romanæ fidicem lyræ,*
*Quod ſpiro & placeo, ſi placeo, tuum eſt.*

Li. 2. ad Ini. & ali.

Et ſanè quid erat quod Poëtæ tum Græci tum Latini Apollinem & Muſas tanta conſenſione inuocarent omnes, niſi inde ſibi opem afferri credidiſſent atque adeò experti fuiſſent? Quid plura? An non Plato author grauiſſimus in libris de legibus (vbi leges cōdit ac ſine dubio ſeriò agit) ſemel atque iterum teſtatur nobis myſterijs celebrantibus Apollinem ac Muſas datos eſſe præfectos ac duces? nam ab eodem in Phædro, in Ione, & alibi ſæpè cœleſtem hunc poëticū furorem proferri ac celebrari compertum eſt. Neque Ariſtoteles prætereundus, qui non hîc modò verùm etiam & in III. Rhetoricorum & in problematis, quin in Politicis etiam nō ſemel vbi accuratè philoſophatur, huiuſmodi enthuſiaſmum ſeu furorem videtur concedere. Quod multò magis affirmandum videretur ſi, quod Dio Chriſoſtomus ſcribit, Ariſtoteles de furore poëtico libros aliquos conſcripſit. qua de re præter Democritum ſcripſit etiam Theophraſtus & Heraclides Ponticus. Vt Plutarchum mittam & alios. Denique M. Tullius grauiſſimis verbis huic fauet ſententiæ in Libro II. de Oratore. *Bonus Poëta* (inquit) *nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt & ſine quodam afflatu quaſi furoris.* & in priore de diuinatione, *Magnum Poëtam*, inquit, *ſine furore eſſe poſſe negat Democritus.* Quanquam audiendus eſt in Oratione pro Archia vbi ſic diſſerit. *Atqui ſic a ſummis hominibus eruditiſſimiſque accepimus: cæterarum rerum ſtudia, & doctrina & præceptis & arte conſtare; Poëtam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari: & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas: quod quaſi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur.* Atque hac de cauſa Iudices ſic alloquitur, *Sit igitur Iudices ſanctum apud vos humaniſſimos homines hoc Poëtæ nomen, quod nulla vnquam barbaria violauit; ſaxa & ſolitudines voci reſpondent; beſtiæ ſæpè immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt.* Et hinc eſt etiam vt non modò ſancti, quod ex Cicerone commemorabam, verùm etiam Deorum Interpretes; Deorum filij, & huiuſmodi nominibus appellarentur. Cui rei Tacitus, Author ſanè grauis, non ægrè ſubſcribere viſus eſt, cum in Dialogo de Oratoribus, *Creditum eſt*, (inquit) *Poëtas deorum reſponſa proferre.* Hæc pro furore poëtico.

Contra eũdem furorem.

Contra tamen illud videtur repugnare quod in prouerbio eſt atque Ariſtoteles ipſe teſtatur, multa mentiuntur Poëtæ, ac propterea verendum ſit ne ſe ſanctos ipſi ac diuinos venditent, vt ſibi canant, vt inquam ſibi concilient famam, & a vulgo ſaltem colantur & honorentur. Itaque longiùs ſuſpicandum eſt Flaccum ea ceciniſſe quæ referebam, atque illud etiam protuliſſe,

*Nil paruum aut humili modo,*
*Nil mortale loquor*——& illud
*Quo me Bacche rapis tui*
*Plenum? quæ nemora, aut quos agor in ſpecus*
*Velox mente noua,*

Poëtarum ambitionem ſecutum (atque idem ſanè de Ouidio atque alijs dixerim) quàm quòd verè afflarentur & cœleſti ſpiritu commouerentur. Huc accedit quod Plato videtur ſæpè ironicè loqui ita vt dum Socrates, quem mira ironia inſtruxit, rapſodas aut Poëtas verbis celebrat, re ipſa illos irrideat, & perinde atque Sophiſtas eleganter deludat. Certè in Ione & in Phædro ironicus eſt ferè totus. Nec fortaſſe ironia caret quod profert in

Apo-

Apologia dum cauſam affert cur ipſe ab Otaculo ſapientiſſimus ſit iudicatus. *Deprehendi,*
417 inquit, *in Poëtis eos non ſapientia facere quæ faciunt: ſed ex natura quadã ex diuina animi concitatio*
*ne: quemadmodum ij etiam qui diuino furore afflati vaticinantur.* Vt enim omnium hominum or
dines ſugillabat qui ſe ſapientes profiterentur, cum id Deo tantùm concederet, ſic etiam
tacitè Poëtarum iactantiam ſeu faſtum ac temeritatem indicabat qui ſe diuinitùs afflari
dictitarent. Adde quod Plato etiam non ratò populariter loquitur, vulgatam opinionem
vſurpans, ita vt minus ei aſſentiri cogamur: præſertim quia in re tam graui non tam au-
thoritati quàm rationi obtemperandum eſt. Certè dum in libris de legibus ſic Muſas
myſteria canentibus præficit & Apollinem, vt Bacchum quoque eodem nomine iis præ-
ficiat myſterijs, ac diuinitus nobis ducem attributum ſcribat, quàm verè philoſophetur,
imò verò quàm deerret, vel certè vulgo conniueat, populariterque loquatur, nemo qui
ſapiat non animaduertat. Nec ſanè ad furorem illum & afflatum retinendum magnam
vim habent quæ ſcripſit Ariſtoteles: quandoquidem vbi rem non modò profert, ſed ex-
plicat, quemadmodum in problematis, videtur rem totam ad melancholiam reuocare:
quaſi verò naturaliter & ex temperamento non extrinſecùs id Poëtis contingat. Ac pro-
fectò quicquid ſit de Ariſtotelea iſta melancholia, nos videmus quidem quotidie Poëtas
ſummo ſtudio ac diurnis nocturníſque vigilijs in hanc curam incumbere, ita vt quicquid
pangunt, id meditatione atque arte adhibita pangant, afflatu vllo impelli aut inſtigari
cernimus nunquam. Itaque Virgilium & alios multos ſudore multo & ſtudio præclariſ-
ſima Poëmata condidiſſe ſcimus: afflatu percitos non legimus. Nos certè quicquid Lati-
nè aut Italicè vel luſimus vel cecinimus (quale quale tandem ſit) laborem ſummum &
ſtudium ad id contulimus, commotionem animi quam Poëtæ veteres peruulgarunt, ne
leuiſſimè quidem perſenſimus, aut ſuſpicione attigimus. Et quamuis non omnino infi-
ciot Poëtas naſci, Oratores fieri; illud tamen contendo Poëtam arte perfici ac ſtudio non
afflatu vllo; ita vt ſine arte & ſtudio quicquam perfectum edere nequeat. Denique; vt me
ſemel explicem, ſic ſentio. Natura & Ars, ſiue ingenium & ſtudium, tum in Oratore tum
in Poëta exigitur: ſed tamen in Poëta, vt carmen & Poëſis operoſiora ſunt, maior requiri-
tur vis ac celeritas ingenij, ſiue mentis ſolertia quæ a Natura inprimis proficiſcitur. & hac
de cauſa Poëta naturæ plurimum debet: quamuis niſi accedat ſtudium vnde natura exco
latur, Poëſis iaceat neceſſe eſt. Contra verò in eloquentia, vbi Natura mediocres ſuppedi
tet vires ac ſummatim nõ ſit nouerca ſed mater, licet deinde ſtudio & exercitatione (quo-
niam populare ſtudium exigitur ac popularis exercitatio) excellere; ita vt hac de cauſa lõ-
giùs Arti quàm Naturæ accepta referatur eloquentia. etſi alioquin Arte & Natura tam
Poëſis quàm eloquentia perficitur. Quid multa? etiamſi omnino concederetur naſci
Poëtas, non tamen illud efficeretur, furore impelli aut commoueri, aut Poëticum quem
illi commentantur, furorem eſſe cõcedendum, ſed tantùm Poëſim Naturæ, non verò Ar-
ti accceptam eſſe referendam. Hæc contra Poëticum furorem.

Sed clauſula, ſi me audias, hæc ſit. Primò apud Hebræos Dauidem & ſi quis fuit huiuſ-
modi, ſine dubio diuinitus afflatum: neque enim fieri potuiſſet vt quæ admirabilia & ab
omni humana ſuſpicione longiſſimè diſſita tanto ante cecinit myſteria, decurſu tempo-
ris impleta, & viris ſapientibus probata eſſent, niſi diuino afflatus atque edoctus fuiſſet nu
mine. Ex quo fit vt priſcis illis tẽporibus iurè ab Hebræis diuinus afflatus ac ſpiritus agno-
ſceretur. Tametſi reuera non Poëtarum erat proprius, ſed Prophetarum & eorum om-
nium, qui rei alicui vel gerendæ, vel ſoluta oratione aut etiam carmine efferendæ, a Deo
vocarentur ac tanquam aſſumerentur: ita vt hinc poëticum furorem aut afflatum, qui
418 inquam Poëtarum eſſet proprius, non habeamus. Atque idem dixerim de Sybillis (de
illis loquor quæ verè prædixerunt res futuras, inprimíſque de Liberatore noſtro cecine-
runt) hæ enim proprio quodam Poëtarum ſpiritu ſeu furore haud percellebantur, ſeu di-
uinitus commouebantur. Ita vt Deus ipſe hinc Author colligatur: præter Deum nihil.

*Authoris ſententia. Quatenus ſit concedẽdus poeticus furor, aut reprobandus.*

Iam verò Poëtis, vel quia ſibi canerent & gloriolam captarent, vel quia experimento di-
dicimus induſtriam in Poëſi valere plurimùm, atque illos ipſos qui ad Muſas confugerẽt
labore multo & ſtudio profeciſſe, crediderim non neceſſariò fidem adiungi: præſertim ve
rò quia ſi quem proferant qui reuera olim concitaretur, haud tamen certum quendam
poëticum furorem ſtatuere poſſunt, ſed magis Dæmonis concitationem ac vim quæ
Poëtæ cum arreptitijs eſſet communis: tantum abeſt vt Poëtis ipſis diuinitus attributa ac
deſtinata eſſet aut illis inſtigandis præſideret. Itaque nuſquam in præſens perſentitur, etſi

*Iam reſpõdetur aduerſarijs. Ad poetas.*

Poëtæ

*Ad Hiſtoricos.*

Poëtæ florent apud gentes ferè omnes & Poëmata pandunt egregia. Hiſtoricis autem ea de cauſa non planè aſſentiendum, vel quia non rarò ea referrent quæ vulgò iactarentur, quemadmodum ex Herodoto, Diodoro, & alijs multis, præſertim Græcis, compertum eſt, ac propterea in fabulas incurrerent; vel quia qui olim ad carmen inſtigarentur, ij vel a Deo quod de Dauide & Sybillis quibuſdam dicebamus, vel a Dæmone non verò proprio quodam Poëtarum afflatu aut Præſide & Duce quod Poëtæ dictitabant, inſtigarentur; vel quia tota hæc concitatio iamdiu defecerit, tametſi Poëtæ floreant quotidie; vel quia ijdem hiſtorici de huiuſce furoris cauſa diſſidebant, cum alii Poëtas halitu quodam qui è terra erumperet, alii melancholia (quæ duæ cauſæ nihil valerent ad poëticum furorem & afflatum confirmandum) concitari affirmarent; alij aliò confugerent, quemadmodũ ex Strabone, Plutarcho & alijs intelligitur; non autem diuinum afflatum concederent, de quo agimus in præſentia. Itaque vbi illud tandem conceſſero, a Dæmone aliquos fuiſſe inſtinctos, atque hinc de poëtico furore aliqua ex parte manaſſe famam, rem planè explicatam crediderim. Cum enim tunc & ex ſtatuis & ex quercu (id quod de Dodonæa legimus) & ex tripode, atque ex arreptitijs, vel maximè reſponſa darent Dæmones, hinc nil peculiare poëtarum habemus. Ita ſanè qui cum Democrito dictitant Muſarum fores fruſtra ſine furore pulſari, ijs hoc tempore niſi vim ingenij & acrem mentis agitationem intelligant, ne mirantibus quidem crediderim: cum non afflatu interim & furore; ſed labore & ſudore multo conſcendantur Parnaſi iuga. Nam Platonici qui tam multa de Apolline ac Muſis commentantur quas in Platonis Syrenas conuertunt & Cœleſtibus globis mouendis præficiunt, furorem inde poëtis inſtillantes, mihi quidem otio ac literis videntur abuti. Denique dum hac de re multa dicunt, nihil probant, ſanè illorum ſententia eâdem facilitate refelli poteſt qua aſtruitur. Quanquam quoniam nos Platonis poëſim ſeorſim conſcribimus, de Platonicorum quoque opinione quod attinet tum ad Apollinem & Muſas tum ad poëticum furorem, ibi fortaſſe copioſiùs. Nunc ſupereſt vt quoniam interim Peripatetici ſumus, rem ex Ariſtotele declaremus, ac num eius ſententia excipienda ſit, doceamus. 122

*Ad Democritum & Platonicos quoſdam.*

*De Ariſtotelis ſententia ſigillatim.*

Ergo vt me paucis expediam, ſic ſtatuo. Ariſtoteles non idem planè viſus eſt ſemper de Enthuſiaſmo & poëtarum commotione ſentire aut ſcribere. Etenim in problematis & in libro de diuinatione per ſomnium vbi eam viſus eſt non modò proferre ſed explicare, ad melancholiam ſtatuit referendam. Ex quo fieret vt nullo modo extrinſecus percellerentur aut afflarentur, ſed ab interiore cauſa, eáque naturali commouerentur. Sic poëticus furor de quo inprimis quærimus, concideret totus. Contra verò in libro primo Moralium Eudemiorum perſpicuis verbis affirmat quoſdam extrinſecùs & a Deo aliquo afflari & inſtigari, quos Nympholeptas ac Theoleptas vocat, nos priores lymphatos ſeu fanaticos, poſteriores Deo inſtinctos appellabimus. ex qua ſententia, quæ ſine dubio cum priore pugnat, poëticus furor atque afflatus Ariſtotele Authore videretur retinẽdus. Neque enim quicquam obeſt quominus talis afflatus ipſiſſimus poëtarum furor crederetur. Nec fortaſſe ab huiuſmodi opinione abfuit in poſteriore libro Magnorum Moralium cum diceret fortunatos ad aliquid gerendum impelli eorum more qui non electione aliquid gererent & conſilio, ſed commotione impellerentur vt Enthuſiaſtici. Ac fortaſſe dum Ariſtoteles hoc in loco diſiunctim loquitur aitq; poëticã eſſe εὐφυοῦς ſeu μανικοῦ, hoc eſt benè ficti ſeu ingenioſi aut etiam furioſi, ſic loquitur quòd neutram opinionem omnino vel compertam haberet vel ſtatuere auderet, alterutram tamen veram eſſe iudicaret. & ideo nil mirum ſi in recitatis locis modò in vnam, modò in alteram ſententiam inclinaſſet. Niſi tamen dicas hîc diſiunctim loqui quia poëtas quoſdam a natura veluti fictos agnoſceret propter ingenium & naturalem propenſionem ac facultatem: quoſdam rurſus percelli ſeu furore impelli crederet ad Carmen & poëmata. Quanquam rurſus quod pertinet ad μανικὸν ſeu furioſum dubitatio illa rediret num hunc extrinſecùs a numine percelli vellet quemadmodum ſcribit in moralibus, an verò melãcholia commoueri quemadmodum in problematis ſed vt ſit, dum Ariſtoteles furorem de quo loquimur (non enim naturalem & inſitam commotionem quærimus qualis a malincholia proficiſcitur) hinc videtur euertere, illinc confirmare, mediam ipſe quandam ſententiam libenter amplector, quam & experimento & ratione videor mihi ſtatuere poſſe, & Ariſtotelis ipſius tandem, velit nolit, authoritate confirmare, nimirũ non quia extrinſecùs percellãtur aliqui, ad carmina & poëmata ſiue ad Muſicam impelli, ſed quia carmina & poëmata condant, ac muſicã exerceant,

*proble. ſect. 31. prob. 1.*

*Cap. 1.*

*Cap. 9.*

ceant, percelli & quaſi mẽte abalienari, ita vt furor & commotio ſit carminis & poëmatis aut etiam muſicæ effectus non cauſa. Etenim experimur, nos carminibus ac muſica mirè affici ac veluti percelli; ita vt ſatis conſtet muſicam & carmen miram quãdam vim habere ad concitandum animum, quemadmodum & Alexandro & aliis multis Timothei, Pithagoræ, & aliorum induſtria contigiſſe legimus, dum mutatis modis ad iram, ad manſuetudinem, ad lætitiam prouocarentur, ita vt veriſſimè dicatur nõ a furore poëſim, ſed è contrario a poëſi furorem & comotionem gigni. Et ſanè humanus animus, vt eſt numerorum ac modorum capax quod cæteris animantibus haud accidit, ac propterea cum *Qui concedendus Poeticus furor qui probantur.*

430 metris & numeris quandam habet affinitatem (& ideo aliqui non dubitarũt animam ipſam numeris conflare & harmonia, a quibus tamen vbi propoſitam conſenſionem conceſſero, omnino diſſenſerim) fit vt intẽſis aut remiſſis modis ſeu carminum ſuauitate aut grauitate vel etiam nouitate & varietate commoueri poſſit vehementer: præſertim vbi amoris, iræ, timoris veluti igniculos condat in anima. A qua ſententia non video qui abfuerit Ariſtoteles qui in libro poſtremo Politicorum capite VII. inde Enthuſiaſmum cõfirmat quòd aliqui ſacris melis & cantibus percellerentur & tanquam extra ſe ponerentur. Huc pertinet quòd ibidem Enthuſiaſticam melodiam concedit quæ ſcilicet vim habeat percellendi, huc quod in III. Rhetoricorum ait Auditores ab Oratore ἐνθουσιάζεσθαι, percelli inquam & rapi, idque laude aut vituperatione vel alia huiuſmodi ratione. Et quãuis Ariſtoteles ab Oratore item commoto ac percito id fieri dicat (quanquam hunc non extrinſecùs affici ait & afflari ſed intimè commoueri) vt Auditores commoueantur & percellantur, oratione tamen & carmine vel Muſica percelli apertè fatetur. Huc demum quod ſcribit Phrygiam harmoniam percellendi vim habere, Olimpíque melos id habuiſſe vt Auditorum perceller et animos & Enthuſiaſticos faceret. Sic ſanè veriùs muſica (ſi quis rectè æſtimet) ac poëſis furorem afferrent ſeu concitationem gignerent (ita quidem commotio poſterior eſſet quàm poëſis & affectus non cauſa cenſenda eſſet vt dicebam) quàm poëtæ commoti & afflati ad poëſim excitarentur. Quæ cum ita ſint, rectè fecit Ariſtoteles ab initio dum inter cauſas poëſis poëticum furorem haud recenſuit. Quod ſi hic illum videtur introducere, fortaſſe hæc eſt huius loci ſententia, poëſim eſſe εὐφυοῦς hoc eſt ingenioſi, quique a natura optimè fictus ſit ad imitandum poëmatáque pangenda vel etiam ne videatur contentioſum funem trahere & cæteris repugnare μανικοῦ hoc eſt furioſi quemadmodum paſſim dictitarent multi. Ita quidem ibi furorem omiſiſſet quòd ex propria ibi ſententia loqueretur. nunc illum proferret vt ne id contenderet ſi quis non modò εὐφυοῦς verùm etiam furioſi poëſim eſſe pugnaret. Tametſi quoniam melancholicos cenſet ingenioſos dum furorem ad melancholiam reuocat, eandem ad cauſam naturalem tacitè reuocaſſet: ita ſecum ipſe cõſentiret, qui a natura poëſim ortam fecerat a principio. Tu, ſi placet, ea quoque perlegas quæ in Platonis poëtica ſcribimus.

---

# C A P V T X V.

## P A R T I C V L A LXXXIX.

Τούς τε λόγους τοὺς πεποιημένους δεῖ καὶ αὐτὸν ποιοῦντα ἐκτίθεσθαι κατόλου, εἶθ' οὕτως ἐπεισοδιοῦν καὶ παρατείνειν. λέγω δὲ οὕτως ἀνθεωρεῖσθαι τὸ καθόλου οἷον τῆς Ἰφιγενείας τυθείσης τινὸς κόρης, καὶ ἀφανισθείσης ἀδήλως τοῖς θύσασιν, ἱδρυνθείσης δὲ εἰς ἄλλην χώραν, ἐν ᾗ νόμος ἦν τοὺς ξένους θύειν τῇ θεῷ, ταύτην ἔσχε τὴν ἱερωσύνην. χρόνῳ δ' ὕστερον τῷ ἀδελφῷ συνέβη ἐλθεῖν τῆς ἱερείας. διατὶ δὲ ὅτι ἀνεῖλεν ὁ θεὸς διά τινα αἰτίαν, ἔξω τοῦ καθόλου ἐλθεῖν ἐκεῖ, καὶ ἐφ' ὅτι δέ, ἔξω τοῦ μύθου. ἐλθὼν δὲ καὶ ληφθεὶς θύεσθαι μέλλων ἀνεγνώρισεν. εἴθ' ὡς Εὐριπίδης, εἴθ' ὡς Πολυΐδης ἐποίησε κατὰ τὸ εἰκὸς εἰπών, ὅτι οὐκ ἄρα μόνον τὴν ἀδελφήν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἔδει τυθῆναι: καὶ ἐντεῦθεν σωτηρία.

Cæte-

CAeterum confictos ſermones, oportet etiam confingentem ipſum vniuerſé explicare móxque Epiſodijs ad hunc modum vti, ac rem diducere. Ad hunc verò modum vniuerſale illud ſpeculari oportère dico. verbi gratia: Iphigenia conſtituta ad aras quædam virgo, atque ex oculis ſacrificantium clam ſurrepta, delata verò in aliam regionem, in qua Deæ, hoſpitum ſacrificia ex lege debebantur, eius ſacri miniſterio ipſa præpoſita eſt. procedente tempore Sacerdotis fratri illuc accedere contigit. Cur autem contigerit, vt ipſum Deum ob quandam culpam venire illuc impulerit, extra vniuerſale eſt: quorſum verò, extra fabulam. itaque cum acceſſiſſet, captus, immolandúſque mox ſororem agnouit. Siue vt Euripides finxit, ſiue vt Polyides, ex veriſimilibus locutus: quod non modò ſororem, verùm & ipſum ſacrificari oportebat, vnde quidem ſalus parta eſt. *Paccius.*

*HOs autem ſermones oportet eſſe factos; & ipſum facientem exponere in vniuerſum, deinde Epiſodijs vti, eaque inſerere. Dico verò ſic vniuerſum ſpectari, vt Iphigeniæ. Cum eſſet immolata quadam virgo, ſublataque immolantibus non manifeſto atque importata in aliam regionem, in qua lex erat, hoſpites Deæ immolare, hoc ſacerdotium obtinuit. Tempore autem ſequenti fratri Sacerdotis huc venire contigit propter neſcio quid, quoniam reſponſum dedit Deus propter aliquam cauſam, qua extra vniuerſum eſt, eò venire, ſed quamobrem, id extra fabulam eſt. Cum verò veniſſet* 431 *& captus eſſet, dum immolandus eſſet, agnouit, ſiue vt Euripides ſiue vt Polyides fecit, dicens ſecundum veriſimile non ſolùm ſororem, ſed etiam ipſum ſacrificari oportuiſſe, & hinc ſalutem.* *Riccobonus.*

*COMM. lxxxix: De argumēto & fabula prius pertexenda tū epiſodijs augenda.*

CVm Poëtam de ijs commonefecerit quæ vſui eſſe, quin neceſſaria videri poterant, vt perſonarum quæ introducerentur, affectus ac motus pro dignitate fingerentur, ac tanquam ante oculos ponerentur; iam eò traduci diſputationem vt doceat quo artificio, qui ſic inſtructus erudītúſque fuerit Poëta, fabulam primùm & actionem ſiue argumentum contéxere debeat: tū eandem Epiſodijs ornare ac producere, vt omnibus numeris expleatur. Quod igitur pertinet ad fabulam ſiue actionem obſeruetur primò, λόγον eo nomine appellari & vſurpari, vt differat ab Epiſodijs & rudis adhuc intelligebatur fabula & imperfecta; ita vt qua proportione carina attingit nauem quæ omni ex parte inſtructa ſit & adornata, ea λόγος ſeu fabula hoc in loco attingat Tragœdiam. atque hanc fabulam antequam Epiſodia illi tanquam Tragœdiæ corpori inſerantur, iubet vt Poëta, ſiue ex receptis illa ſit fabulis, ſiue recens inuenta, explicet vniuerſim: tum verò cogitet de Epiſodiis atque hæc inſerat fabulæ. Sed & illud ſecundò obſeruandum, Ariſtotelem λόγον ſiue argumentum de quo diximus, in receptum diſtribuerit & fictum: quia ſcilicet vel iam ab aliis vſurpatum ſit Tragicis, cuiuſmodi verbi gratia eſt Oedipus apud Euripidem qui antea fuerat tractatus a Sophocle; vel a nemine adhuc fuerit arreptum & Tragœdiæ fingendæ adhibitum; cuiuſmodi eſſet verbi gratia Calypſo Vlyſſis aut Catonis Portia, ſi nunquam a Tragico tale fuiſſet arreptum argumentum. Itaque omnino crediderim πεποιημένους λόγους fictas inquam fabulas ſeu fictum argumentum non illud cenſeri quod a Poëtà omni ex parte excogitetur & in rebus anteactis nullo modo nitatur; quaſi verò Tragœdiæ argumentum perinde ac Comicum fingi poſſit totum, non ex rebus geſtis ſit neceſſariò deriuandum; ſed quia dum fictum argumentum opponitur argumento iam trito, & a Tragicis tractato, fictum dicatur quia recens in Theatrum adducatur & a nemine fuerit pertractatum, quamuis alioquin in monumentis exiſtat aut inter res geſtas numeretur. ita vt comparatè dicatur fictum, non abſolutè & quocunque modo. Quod ſi fortè pugnes fictum hoc argumentum patere latiùs, & quodcumque nouum argumentum complecti ſiue ex rebus geſtis nunc primùm deſumptum, ſiue planè fictum & recens excogitatum, illud ſaltem fatearis oportet pulcherrimæ Tragœdiæ, quæque in primis conſiſtat, argumentum non planè fictum eſſe debere, ac propterea hoc inprimis deſignari dum fictum

*Obſeruanda ſunt quædam.*

*I.*

*II.*

argu-

argumentum a Tragicis recepto ac protrito opponitur. Alio quin ſi per fictum ar-
gumentum illud intelligeret quod omni ex parte fictum & a Poëta excogitatum
ſit, ineptè omnino ac turpiter prætérijſſet medium illud argumentum quod ex re-
bus geſtis recens ducitur, nec planè fictum nec verò protritum eſt. Illud tertiò ob-
ſeruandum, non difficilè intelligi cur & quomodo hoc argumentum vniuerſim ſit III.
explicandum & extendendum. nam dum pergit Ariſtoteles. *Dico vèrò in vniuerſùm ſpe-*
432 *ctari, vt Iphigenia. Cum eſſet immolata quadam virgo, ſublatáque immolantibus non manifeſto,*
*ac comportata in aliam regionem, in qua lex erat, hoſpites Deæ immolare, hoc Sacerdotium obti-*
*nuit. Tempore autem ſequenti fratri Sacerdotis huc venire contigit propter neſcio quid quoniam re-*
*ſponſum dedit Deus propter aliquam cauſam, quæ extra vniuerſum eſt, eò venire, ſed quamo-*
*brem. id extra fabulam eſt. Cum verò veniſſet, & captus eſſet, dum immolandus eſſet, agnouit, ſi-*
*ue vt Euripides, ſiue vt Polyides fecit, dicens ſecundum veriſimile non ſolùm ſororem, ſed*
*etiam ipſum ſacrificari oportuiſſe, & hinc ſalutem.* ſatis indicat non modò Epiſodia inte-
rim omnino poſthabenda, verùm etiam alia multa quibus argumentum contrahi ſo-
let ad certum nexum certámque ſolutionem, ad certam quoque peripetiam vel agni-
tionem, adde etiam rerum cauſas & conditiones: quas ſanè in generali illa argumen-
ti extenſione præteriri dum iubet, efficit vt argumentum illud, etiamſi tractatum fue-
rit ab alijs, tanquam nouetur, præſertim nouo nexu & ſolutione, nouis etiam quibuſ-
dam nòminibus in eam introductis. Itaque ſatis conſtat Ariſtotelis præceptum accom-
modatum eſſe tum protritis argumentis nouandis; tum verò (quantum quidem
ipſe ſcribit Ariſtoteles) fictis, hoc eſt ijs, quæ nunc primùm in Theatrum adducun-
tur, formandis. Et tamen difficile eſt quod intelligatur quid tandem nouis argumen-
tis, quæ inquam nunquam a Tragicis vſurpata fuerint, conferat id præcipiſſe. nam *Dubitatur*
in recepto argumento, hoc ad generalem ſtatum reuocaſſe, eum habet vſum vt noua-
ri, ac multis modis nouari, & quaſi recens effici Tragœdia videatur: at in noui argu-
menti Tragœdia talis nullus apparet vſus. Crediderim tamen recenti quoque præce- *Reſpondetur.*
ptum ſeruire poſſe. Nam vt argumentum non dico nouare poſſis, vt in protrita accidit
Tragœdia, ſed conuenienter fingere, plurimum conferat recens argumentum quod ex
rebus geſtis (non ſine iudicio tamen ac delectu) deſumpſeris, vniuerſim tantùm arripuiſſe,
vt nodum, agnitionem, peripetiam, ſolutionem, cauſas, circũſtantias (vtendum enim eſt)
quibus tale argumentum abſoluatur vndique, proprio deinde ingenio excogites & mar-
te elabores: ſic enim ſine dubio maiorem referet induſtriam, & perfectius euadet. Si-
quidem certum eſt raró ex rebus geſtis offerri argumentum quod ex ijs cauſis & condi-
tionibus eóque nexu & ſolutione conſtet quæ perfectæ Tragœdiæ conueniunt, ac præ-
ſertim Ariſtoteleæ: ac propterea locus eſt relinquendus, vnde excoli poſſit altiùs ac per-
fici. Atque hanc crediderim eſſe germanam huius loci ſententiam, quam, ſi me audias,
optimè omnium explicauit Alexander: præſertim quia in cæteris particulis non omni ex *Alexander*
parte, ſed in ijs tantùm quæ paulò difficiliora videri fortaſſe poſſent, iudicium interponit *in propoſi-*
ſuum; hanc explicat totam. Itaque præſtat eum agnoſcere (ſtrictim tamen) atque per- *ta particu-*
currere. Sic igitur diſſerit, vt latinè & paucis, audiatur. *Pertinet nouum hoc Ariſtotelis præce-* *la.*
*ptum, quo fabulam priùs iubet vniuerſim conſtitui non modò ad eos Poëtas qui in Tragœdijs & argu-*
*menta & perſonas complectuntur ab alijs Tragicis explicata & introducta, verùm etiam ad eos qui*
*nouis argumentis iuuentis, hinc Tragœdias conſtituunt ſuas. vtrique igitur antequam certis perſonis*
*aut Epiſodijs ſuam inſtruant fabulam, hanc ad generalem reuocent ſtatum; ita vt etiamſi ab alijs*
*tractata fuerit ijs eam ſpolient omnibus, quibus certi alicuius Poëtæ eſſe oſtenderetur. Nam vbi fabu-*
*la ad generalem ſtatum reuocata fuerit, ſuam quiſque poterit illam efficere idque nexu, ſolutione, aut*
*etiam peripetia & agnitione, addo etiam Epiſodijs recèns inductis: vbi tamen cauendum erit ne inte-*
*rim hæc cum recepta ſententia & fama pugnent. Itaque ſi Tragicum argumentum arripiamus a*
*Tragico aliquo, hoc prout communis fama tulerit arripiemus, & ijs quæ illud circumſtant conditioni-*
*bus ſpoliabimus, cuiuſmodi ſunt Epiſodia, prologus, nexus, ſolutio, & ſi quid huiuſmodi quod pri-*
*uata induſtria in eam induxerat Poëta: ac nouo illam prologo recentique nexu, ſolutionéque ornabi-*
*mus. Quod ſi argumentum arripiemus tractatum a nemine, vniuerſim item illud digeremus prout*
433 *communis habet fama; móxque illi & nomina & cætera quæ dicebamus adiungemus: ita vt ei qui*
*deinde nouam hinc Tragœdiam velit effingere, ea quæ a nobis addita ſunt, remouere & ad generalem*
*illum ſtatum reuocare, tum quæ remouit propria induſtria & ex ſuo veluti penu ſubſtituere coga-*
Hh *tur.*

Digitized by Google

*tur*. Sic iſte, cui tum cætera aſſentio, tum maximè quod de nouo ſcribit argumento, quod nouum facit non quia fuerit a Poëta omnino excogitatum ac fictum, ſed quia non ab alio Tragico vſurpatum eſſet antea, ſed ex rebus geſtis ac fama nunc primo deriuetur. Quanquam alia rurſus ſubiungit nobilis Author quibus & Iphigeniæ quod ab Ariſtotele affertur exemplum, illuſtret, & in propoſitam ſententiam oſtendat bellè cadere, ſimúlque illos reijcit qui cum alia quædam peccarent in hoc loco explanando, tum verò ficti argumenti Tragœdiam hinc tueri niterentur.

# PARTICVLA XC.

Μετὰ δὲ ταῦτα ; ἤδη ὑποθέντα ὀνόματα, ἐπεισοδιοῦν. ὅπως δὲ ἔσται οἰκεῖα τὰ ἐπεισόδια, σκοπεῖν, οἷον ἐν τῷ Ὀρέστῃ ἡ μανία, δι᾽ ἧς ἐλήφθη, καὶ ἡ σωτηρία διὰ τῆς καθάρσεως. ἐν μὲν οὖν τοῖς δράμασι τὰ ἐπεισόδια σύντομα: ἡ δ᾽ ἐποποιία τούτοις μηκύνεται. τῆς γὰρ Ὀδυσσείας μακρὸς ὁ λόγος ἐστὶν, ἀποδημοῦντός τινος ἔτη πολλὰ, καὶ παραφυλαττομένου ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ μόνου ὄντος, ἔτι δὲ τῶν οἴκοι οὕτως ἐχόντων, ὥστε τὰ χρήματα ὑπὸ μνηστήρων ἀναλίσκεσθαι, καὶ τὸν υἱὸν ἐπιβουλεύεσθαι, αὐτὸς δὲ ἀφικνεῖται χειμασθεὶς, καὶ ἀναγνωρίσας τινὰς, αὐτοῖς ἐπιθέμενος, αὐτὸς μὲν ἐσώθη. τοὺς δ᾽ ἐχθροὺς διέφθειρε, τὸ μὲν οὖν ἴδιον τοῦτο τὰ δ᾽ ἄλλα, ἐπεισόδια.

QVo facto nominibus ſtatim ſubſtitutis Epiſodia aggredienda. ſed hæc quo pacto legitima ſint, ſanè conſiderandum: veluti furor in Oreſte, propter quem captus eſt, ſalúſque per expurgationem. In dramatibus itaque ſiue actibus Epiſodia ipſa breuia eſſe debent: contra in his longior Epopœia fit, nimirum Odyſſeæ longus eſt ſermo. Per multos annos peregrè quidam cum iret, & a Neptuno obſeruatus, & a cunctis relictus, ita rebus ipſis domeſticis conſtitutis, vt fortunæ omnes a Procis abſumerentur: filióque inſidiæ iam inſtarent, iactatus pelago domum peruenit: cumque aliquos agnouiſſet, illos aggreſſus, ipſe quidem ſoſpes euaſit, inimicos autem perdidit. Hoc itaque proprium eius Poëmatis eſt, nam cætera ad Epiſodia pertinent. *Paccius.*

*POſt hæc cum quis iam nomina ſuppoſuerit, eum Epiſodijs vti oportebit. Et quando erunt propria Epiſodia, conſiderare vt in Oreſte inſania, propter quam captus eſt, & ſalus per expiationem. Ac in dramatibus quidem Epiſodia conciſa ſunt. Epopœia verò his producitur. Odyſſeæ enim longus ſermo eſt: de quodam multos annos peregrinante, & obſeruato a Neptuno, & dum ſolus eſſet, & præterea ſic ſe habentibus domeſticis rebus, vt fortunæ ipſius a procis conſumerentur, & filius inſidijs peteretur; ipſe venit tempeſtatibus perturbatus, & cum quoſdam agnouiſſet, ipſos decipiens, ipſe quidem ſeruatus eſt, inimicos verò perdidit. Ac proprium quidem eſt hoc, alia verò Epiſodia.* *Riccobonus.*

COMM. XC.

*De nominibus perſonis mox imponẽdis & de Epiſodijs fabulæ addendis.*

CVM vniuerſim conſtituerit induſtrius Poëta, conuenienter perſonis imponet nomina, inquit Ariſtoteles. Mox verò inſeret Epiſodia: & rectè, 434
quod pertinet ad Epiſodia. Cum enim fabula in vniuerſum ſit exigua, ſiue argumentum ſit anguſtum; par eſt vt Epiſodijs ſine digreſſionibus & additamentis augeatur, & ad debitam magnitudinem, ſine qua pulchra eſſe nequit, adducatur. Quamquam ea etiam de cauſa inſerenda erunt Epiſodia quòd hinc ornari quoque ſolet fabula & nobilitari, non modò augeri. Et idcirco nõ

quæ-

Digitized by Google

quæcumque Epiſodia ſunt argumento amplificando & exornando inſerenda, ſed quæ accommodata ſunt. accommodata verò ſunt quæ cum fabula bellè cohærent, atque adeò illius propria videri poſſunt. Quam rem exemplo illuſtrat Oreſtis Tragœdiæ. vbi Poëta tum inſaniam illi affingit vnde in gregem irruit, & a paſtoribus captus in Thoantis regis deuenit poteſtatem (ſeu mauis ex inſania illius captiuitatem inducit) vnde dilatata atque exornata eſt fabula: tum eiuſdem expiationem ſeu purgationem cõmentus eſt, vnde ipſius Oreſtis ſalus commodè & ingenioſè eſt conſecuta. Sed de huiuſmodi Epiſodijs & de varietate atque diſcrimine Epiſodij dramatici & Epici, de quo item verba facit noſter Author, planiùs paulò poſt. Nunc rem ab initio repetentes atque adeò, quoniam inuoluta eſt, ad Controuerſiam reuocantes, requiramus, cur nomina niſi poſtea quàm fabula vniuerſim conſtituta ſit, imponi haud ſinat. Imò verò inueſtigemus etiam cur imponi iubeat nomina, cum in Tragœdia ſint ex rebus geſtis deriuanda ac retinenda. Vt enim ex rebus geſtis Tragica ducitur actio, ita eorum qui actionem geſſerint, vſurpanda nomina non imponenda & nouanda. Certè Ariſtoteles in particula LIII. illud inter Comœdiam & Tragœdiam notauit diſcrimen quòd Comicus ea imponat pro arbitratu; Tragicus factis nominibus hæreat. Hæc igitur diligenter diſceptemus oportet. Ac profectò, quod pertinet ad nomina dum iuſſiſſe dicimus, vt poſterius imponantur, nihil eſt quòd de Ariſtotelis ſententia dubitemus, aut etiam ſuſpicemur Ariſtotelem non prohibere quominus in fabula vniuerſim, quod eſt in argumento, reticeantur nomina; quaſi verò priùs dixerit vniuerſim conſtituendam fabulam, tum ſubiecerit nomina imponenda, quòd neutrum poſſet vno eodémque tempore aut vno verbo exprimere; non eſt inquam cur hoc ſuſpicemur: ſiquidem Ariſtoteles ita exemplum fabulæ in vniuerſum conſtituendæ affert in medium, vt data opera propria perſonarum reticeat nomina, quemadmodum in ſuperiore conſtat particula. Nam ideo, *Cum immolata eſſet quædam virgo*, inquit, non verò Iphigeniæ vſurpat nomen. Sic etiam *cum comportata eſſet*, inquit, *in aliam regionem*, non verò in Tauricam ait. & rurſus: *Lex erat*, (inquit) *hoſpites immolare Deæ*: non verò Dianæ. Hæc & alia Ariſtoteles in hac particula ne perſonarum primò exprimantur nomina: quod etiam facit, dum Odyſſeæ perſtringit argumentum vniuerſum. Ita vt reuera prohibeat nomina perſonis imponi dum fabula conſtituitur vniuerſim. Et tamen res clariùs proceſſiſſet, ſi in argumento ipſo nomina expreſſiſſet, ac rem trito more ac modo narraſſet; præſertim verò quia cum perſonæ illæ quæ actionem peragunt, proprijs nominibus gauderent, poſtulaſſet ratio vt narratio cum rebus geſtis omni ex parte conſentiret, atque Ars Naturæ inhæreret. ita quidem vniuerſim, nominibus tamen retentis, fuiſſet primùm conſtituenda fabula. Quare dum ait Vrinenſis Tragicũ ex Ariſtotele hac in re veluti a Theſi ad Hypotheſim progredi, ac propterea nomina poſteriùs imponere, rectè quidem dicit, ſed tamen cur ita progrediatur (in fabulæ enim coagmentatione verſamur non in quæſtionis Oratoriæ tractatione) & an iure omnino hac ratione progrediatur, non oſtendit. Atque idem dicerim ſi quis reſpondeat fabulam ſiue

435 argumentum vt vniuerſim fingatur, debuiſſe carere perſonarum nominibus. nam hoc planè requirimus. cur ſcilicet ita faciendum ſit, & num iurè a generali conſtitutione hoc modo ducatur initium: niſi enim de huius rei vtilitate & opportunitate conſtet, non acquieſcit animus. Ipſe igitur, vt ferè fatear, quò me vertam non habeo: præſertim quia Ariſtoteles tam de argumentis præcepit quæ ab alijs excipimus; quàm de iis quæ nunc recẽs ex rerum geſtarum memoria deriuamus; & tamen in iis quæ ab alijs Tragicis iam trita vſurpamus, ſuperuacaneum videri poſſit atque adeò ineptum, argumentum ſine nominibus excipere, & Oedipi verbi gratia fabulam, relectis Oedipi, Iocaſtæ, Creontiſque nominibus, priùs pertexere, quæ tamen mox reddenda illi & apponenda ſint. Niſi tamen dicas Ariſtotelem dum nomina reticeri vellet perſonarum quin etiam locorum (ideo enim dixit *etiam in aliam regionem*, non in Tauricam) vt vniuerſalis illa fabula ſiue argumentum ſeruiat multis ac varijs Tragœdijs inde cõflandis, id præcipiſſe vt nouas Tragœdias fingere liceret, quæ non ſolùm nexu (vt diximus) & ſolutione & huiuſmodi alijs varientur (veris tamen deinde & proprijs tum perſonis tum Tragœdiæ ipſi redditis nominibus vt in propoſito Ariſtotelis argumento eueniret, dum ab omnibus Iphigeniæ, Oreſti, Tauricæ & alijs redduntur nomina & Tragœdia ipſa appellatur Iphigenia) verùm etiã generali illi fabulæ præter diuerſum nexum, nouámq; ſolutionẽ, nouam itẽ peripetiam & agnitionẽ; diuerſa apponãtur nomina, ita vt ex vno eodémq; generali argumento, diuerſi ẽt nominis,

CONTROVERSIA. LXX.

*CVR Tragicis perſonis imponi iubeat nomina poſt fabulæ coagmentationem: imò verò cur imponi iubeat, cũ ex rebus geſtis ſint deriuanda.*

*Explicatur prior Controuerſiæ pars. quamuis non tã explicatur quã in maiores anguſtias adducitur.*

*Authoris ſententia.*

diuerſarúmque perſonarum Tragœdias, fingere ac ſummatim pro arbitratu vetus nomē vel retinere vel abijcere liceat. De qua tamen re in extrema hac particula; in qua item Odyſſeæ argumentum ad generalem ſtatum reuocatur, dicetur opportuniùs. Iam verò de altera dubitationis parte ſic ſtatuo. Ariſtoteles imponenda ſcribit nomina poſtquam actio vniuerſim fuerit conſtituta, non tam vt intelligamus fingenda eſſe & excogitanda, quàm, quoniam deerant, attribuenda. Cum enim Virginis verbi gratia, fratris, Deæ mentionem feciſſet, iam nomina imponi iubet, non tam illa fingendo quàm reddendo. ita vt cum Poëta reticuiſſet illa, perficiat fabulam, ac fortè id planè valet illud ὑποθέντα: ſubijci enim iubet quaſi reddantur, non imponi quaſi fingantur. Adde quod ſic in Tragœdia factis nominibus vti iubet vt pleraque etiam fingi patiatur, immo verò interdum vnum tantùm aut alterum ex factis retinere iubet, cætera fingi patitur non grauatè. Vt omittam agnouiſſe etiam Tragœdias in quibus verum nomen eſſet nullum, ſed ficta omnia, vt in Agathonis Flore. Quod ſi non Agathonis Florem in perfectæ quam nunc fingit, Tragœdiæ exemplum afferri patiaris vt Ariſtotelem tueamur (qua in re non repugno) aliunde ſaltem conſtabit non ſecum pugnare Ariſtotelem, qui alibi ſtatuerit Tragico factis nominibus vtendum, & hinc etiam Tragœdiam a Comœdia ſeiugarit: nam hoc in loco vel iuberet reſtitui nomina non verò fingi, vel præcipua ſaltem conſeruari vellet, fingi verò tantùm reliqua. Et ſanè quemadmodum nexum & alia multa, ita nomina multa, variari patiatur neceſſe eſt. Sed quoniam impoſitis nominibus, Epiſodijs vti iubet (vt ab initio dicebamus) ſeu Epiſodijs augere, adde etiam exornare fabulam, agedum de ijs agamus & exēpla quibus rem illuſtrat, perpendamus. Quanquam quoniam de Epiſodij vi & vſu non pauca diximus in particula LVI. aliqua etiam dicenda erunt in diſputatione de Epopœia, ſed copioſiſſimè de illis egimus in Comparatione (vt in Diſputatione v. & x.) & rurſus in Aeneidis Commentarijs cogor idem attingere argumentum, hic Ariſtotelis præceptis ac verbis orationem cohibebo, etſi alioquin conduceret fuſiùs de illis agere, idque a nomine ipſo (quod in Comparatione facimus) ducto initio. Ergo ait Ariſtoteles conſiderandum & cauendum vt Epiſodia ſint οἰκεῖα, propria inquam. Breuis ſententia, quæque ſine dubio indiget explicatu. Siquidem Epiſodia debere eſſe accommodata atque adeò propria ei cui inſeruntur fabulæ, conſtare facilè poteſt reputanti, cum è contrario aliena perfectum opus reddere nequeant: verùm quæ & quo modo ſint propria & apta, id verò fuiſſet demonſtrandum: quod tamen niſi exemplis non demonſtrat, quanquam aliunde ſigillatímque ex particula LVI. conſtare poteſt tunc eſſe propria, cum ex rebus, hoc eſt ex argumento (cum hoc enim Epiſodia confert in præſentia) veriſimili ratione aut neceſſaria deducuntur, ex quo fit vt quemadmodum res ipſæ quibus conflatur fabula, debent necti ſecundùm veriſimile & neceſſarium, ita vt poſteriores ex prioribus veriſimili ratione pendeant, ſic enitendum vt proportione quadam elaborentur Epiſodia: vt ſcilicet non tam extrinſecùs aſſumpta & fabulæ addita, quàm ex rebus ipſis nata videantur. & hinc eſt vt quò quæque fabula Epiſodijs expletur aptiùs, eò minùs diſcernere liceat in Poëmate quid ad fabulam, quid ad Epiſodium ſit referendum, ſiue Epiſodia internoſcere ab argumento & fabula. Denique licet ab ijs qui Poëmatis exercitatiſſimas afferunt aures atque adeò Poëtici artificij ſunt gnari, id percipi poſſit, præſertim in Tragœdia, in qua certam ferè ſedem (vbi tamen rectè ſit conſtituta) obtinent Epiſodia, paſſim tamen id cuique agnoſcere, præſertim in Epopœia quæ Epiſodijs vndique ſparſa eſt, haud licet facilè. De qua re nos in recitatis locis copioſè. Vnum tamen atque alterum moneo. Primum eſt, Auditoris partes non eas eſſe vt Epiſodia planè diſcernat, ſed potiùs vt attentè intelligentérque audiat & per metum & miſericordiam immoderatos purget affectus. Itaque tantùm abeſt vt Tragicus eo artificio aut conſilio Epiſodia inſerat fabulæ, vt auditor ea diſcernere valeat & a fabula ipſa diſtinguere, vt è contrario dum bellè ac veriſimili planè ratione coniunguntur, efficere moliatur ne auditor a rebus ipſis ſiue a fabula diſcernat Epiſodia: quin etiam omnia veriſimili aut neceſſaria ratione ex initijs deriuari, omnia ad fabulam quam maximè pertinere, arbitretur. Vt enim Poëtæ eſt Epiſodijs vti vt fabula ad magnitudinem redigatur & exornetur, ſic Auditoris eſt non quidem epiſodia a fabula diſtinguere, ſed affici & ad nouam morum ſanitatem reuocari. Alterum eſt in Epopœia tamen Epiſodia a fabula non omnino difficilè internoſci aut inueſtigari poſſe ex propoſitione. Vbi enim propoſitio rectè ſit conſtituta, continens totius fabulæ initia & fundamenta ſiue mauis argumentum: ita ſanè quæ ad huiuſmodi initia reuocari nequeunt, ea pertinebūt ad Epiſodia.

*Explicatur poſterior Controuerſiæ pars.*

*Part. 54.*

*De Epiſodijs quibus vti iubet.*

*Par. 128 & deinc.*

*436*

*Duo iam proponuntur obſeruanda.*

I.

II.

ſodia, quo tamen præſidio ad agnoſcenda Tragica Epiſodia vti non poſſumus, cùm Tra-
gœdia careat propoſitione, nam inſcriptio etſi eſt exiguum quoddam veluti propoſitio-
nis initium aut ſemen, non ſatis adiumenti, præſertim dum non legitur ſed agitur, ad hanc
rem afferre poteſt. Poteſt tamen Prologus (de coniuncto loquor: ſeparato enim more Co-
mico non vtuntur veteres Tragici) ſi quis æſtimet illum attentiùs. nam vbi ex arte conſtet;
ſenſim Author introducit fabulam, & argumẽtum quaſi aliud agens exponit. Atque huc
etiam pertinet in Tragœdia noſſe tum Prologi, tum Epiſodij quod Prologo ſubijcit &
inter choricos cantus collocari ſolet, ſedem. etſi enim modò anguſtè manet modò latè,
plurimùm tamen confert hæc obſeruaſſe, ſiue fabulam requiras & argumentum, ſiue E-
piſodium. Sed redeo ad Ariſtotelem qui ſanè poſteaquam Oreſtis exemplo indicauit quî
Epiſodia ſint propria, monet in Dramaticis Poëmatis, cuiuſmodi eſt Tragœdia & Comœ
dia, Epiſodia eſſe conciſa ac breuia. Epopœiam verò his produci longiùs. quam rem Odyſ

*Cõparatiã Ariſtoteles Dramatica Epiſodia cũ Epicis.*

437 ſeæ illuſtrat exemplo. fabulam ſiue argumentum commemorans atque inde intelligen-
dum relinquit quæ ſint Epiſodia. Ait igitur, *Odyſſea longus eſt ſermo: de quodam multos annos
peregrinante, & obſeruato a Neptuno, & dum ſolus eſſet, & præterea ſic ſe habentibus domeſticis re-
bus vt fortunæ ipſius a Procis conſumerentur, & filius inſidijs peteretur, ipſe venit tempeſtatibus per-
turbatus, & cum quoſdam agnouiſſet; ipſos decipiens, ipſe quidem ſeruatus eſt, inimicos verò perdidit.
Ac proprium quidem eſt hoc, alia verò epiſodia.*

Ex quibus verbis, quoniam ſtatuit argumentam eſſe peregrinantis cuiuſdam annos
multos & quæ proximè a nobis ſunt recitata (quæ ſanè omnia etſi pauciſſimis expreſſa
verbis, permultis tamen libris pertexuntur) nemo non intelligat longum quoque Poëma
deſignari quòdque Dramaticum ſuperet multis partibus. Et ſanè rectè cecidit vt Ariſto-
teles tanta illud verborum paucitate perſtrinxerit; nam alioqui, cum nomina reticere de-
creuiſſet, vt in vniuerſum ac ſine nominibus deſignaretur, par erat vt laconicus eſſet &
conſuetum breuiloquentiæ modum ſuperaret, alioquin moleſtiſſimæ illæ voces & per-
obſcuræ, (*quoddam, quadam, neſcio quid, propter aliquam cauſam*) & huiuſmodi aliæ multæ fuiſ
ſent rurſus interponendæ quemadmodum fecit dum in particula LXXXIX. Iphigeniæ
argumentum commemorauit in vniuerſum: cæteroquin cum Iphigeniæ argumentum,
etſi multò breuius & vno verbo Dramaticum pluribus comprehendiſſet, longiore ad-
huc oratione fuiſſet comprehendendum Odyſſeæ ſeu Epici Poëmatis argumentũ. Quã-
quam cœpit quidem Ariſtoteles Odyſſeæ argumentum perſtringere ſine nominibus, dũ
pro Vlyſſe peregrinum quendam protulit & pro decennio annos multos, pro Telema-
cho, (id verò paulò poſt) filium nominauit. Sed tamen mox (credo quod obſcurum nimis,
ne dicam ſuperſtitioſum, fore animaduerteret diutius voces illas interponere ac vera no-
mina reticere voluiſſe) & Neptunum & Procos (cum tamen ſupra Deam non Dianam
dixiſſet, *& propter neſcio quid*, non, vt hîc, cauſam expreſſiſſet *cum fortunæ ipſius a Procis conſu-
merentur* ſcribens nominauit. Sed his omiſſis ad id veniamus quod caput eſt. Etenim eo
inprimis conſilio narrat Odyſſeæ argumentum Ariſtoteles vt intelligamus Epiſodia in-
primis in eo poëmate eſſe plura & longiora quàm in Tragœdia & dramate. Et ideo con-
cludit. *Ac proprium quidem eſt hoc: alia verò Epiſodia.* Itaque altera Telemachi peregrinatio
quæ quatuor ferè primos occupat libros, ad Epiſodia pertinebit. Atque eiuſdem ordinis
erunt quæ in ijſdem libris copioſè narrat, tum Neſtor de ijs quæ Græcis contigerat ena-
uigantibus, tum de ſuis rebus Telemachus Menelao: tum viciſſim Menelaus Telemacho
de Græcorum reditu & Protei vaticinio. Atque eiuſdem ordinis ſunt quæ in VI. & VII.
de Nauſicaæ aut Arete canitur. quicquid etiam ad ludos pertinet & ad Demodoci can-
tum in VIII. quicquid in XIII. de Phæacum naui quæ in lapidem verſa eſt a Neptuno. hæc
enim omnia pertinent ad Epiſodia. Et eodem (ne longum faciam) alia nonnulla ſpectant
ad finem vſque; ita vt rectè ſentiat Ariſtoteles Epopœiæ Epiſodia multis partibus ſupera-
re dramatica, quin hæc conciſa & breuiſſima videri poſſe ſi cum Epicis conferantur. Hæc
de extrema hac parte huius loci. In quo tamen peruelim ſtrictim obſeruari quædam quæ
varios vſus habere poſſunt in Poëticis Controuerſijs. Primum eſt ea quæ de ſua peregri-
natione apud Alcinoum multorum librorum longitudine commemorat Vlyſſes, non in
Epiſodij loco interponi quemadmodum pugnant nonnulli, ſed pertinere ad argumen-
tum: alioquin minùs aptè affirmaret Ariſtoteles Odyſſeæ ſermonem & argumentum lõ-
gum eſſe, cum Epiſodia multos occupent libros: multò minùs fuiſſet dicendum Vlyſſem
peregrinatum eſſe multos annos, ſiue (vt ſignificantiùs loquar) Odyſſeæ argumentum ac

*Ex propoſito Odyſſeæ argumento colliguntur quædã pro Poeticis Cõtrouerſiis. I.*



Digitized by Google

ſermonem de quodam eſſe peregrinatus eſſet multos annos. Si enim Vlyſſea illa narratio ſit Epiſodium, vix perpaucos quoſdam (viginti ſcilicet dies) peregrinatus eſſet Vlyſſes: 438
nam reliquum iter narratione illa quam apud Alcinoum habuit, quámque iſti Epiſodium appellant, continetur. Itaque præpoſtero ordine ſeu commutato cecinit quidem Homerus peregrinationem illam. ſed tamen eam peregrinationem vniuerſam quemadmodum & in propoſitione oſtendit, & Ariſtoteles hic confirmat, in argumenti habet loco. Atque hinc fit vt idem de narratione illa ſit ſentiendum qua Aenea peregrinationem ille ſuam & errores expoſuit Didoni. ex Odyſſea nanque expreſſa eſt (tametſi longè meliore artificio & induſtria vt ſuo loco oſtendimus) ac deriuata. Et hinc eſt vt vterque in propoſitione vnde argumentum ipſum æſtimari debet, longam iactationem & errorum
II. ſeriem ſibi proponat canendam. Alterum eſt Odyſſeæ argumentum (idem tu de Aeneide iudicato) non eſſe hiſtoricum ſeu naturale, vt nonnulli docere nituntur, ſed perturbatum & artificioſum vt loquuntur alij. licet enim ad Ordinem ſe ſe tandem refert Homerus, ita vt poſtrema ſaltem poſtremo narret loco, Virgilius breui, ita vnico libro peregrinationes narrans erroréſque Aeneæ, ad Hiſtoricum ordinem & naturalem redeat ſtatim, veruntamen vtriuſque initium ab hiſtorico & naturali diſcedit ordine, cum a poſtremis rebus Homerus, a medijs Virgilius ordiatur. De qua re tota nos tum in Comparatione tum in Aeneidis Commentarijs egimus copioſè, aduerſariorum quoque argumenta refellentes.
III. Tertium eſt Telemachi peregrinationem (vt ad Ariſtotelem redeam & Odyſſeæ quod affert argumentum) ſeu illius narrationem de qua dicebam pauló ante, ac ſummatim quicquid quatuor ferè integris primis libris canitur non immeritò præpoſterum videri poſſe, cum reuera (quod Ariſtoteles non modò fatetur ſed profitetur) vna Vlyſſis peregrinatio ſit germanum Odyſſeæ argumentum. ita Ariſtotele, velit nolit, Authore Homerus vel ab Epiſodijs uſque multis initium fecit, cum Telemachi peregrinatio pertineat ad Epiſodia (in Odyſſea enim Epiſodia ait Ariſtoteles præter dictam Vlyſſis peregrinationem eſſe omnia) vel, ſi neges Epiſodium poſſe vllo modo præire argumento, quaſi verò hinc eius peruertatur natura; alteram veluti fabulam conſtituet; ita vt hinc etiam Odyſſea non vnigena ſed multigena & polymytha cenſenda ſit. De qua re tota ea
IV. conſulas licet quæ in II. & III. Comparationis diſputatione docuimus vberiùs. Quartum ac poſtremum illud ſit, non eſſe dubitandum Epopœiæ conſtitutionem ex Ariſtotele duplicem eſſe debere: id. n. tum Poëmata ipſa legenti ſatis ſupérque conſtare poteſt, tum ex ijs confirmatur quæ Ariſtoteles ſcripſit in particula LXXII. vbi Odyſſeam in duplicis conſtitutionis attulit exemplum. & huc etiam pertinet quod ait deſinere ex aduerſis, quod eſt calamitatem vnis, fœlicitatem alijs, obtingere: ac rurſus eſſe peiorum ac meliorum. Quam rem hic etiam tacitè indicat dum ſcribit Vlyſſem quidem ſe ipſum ſeruaſſe, inimicos verò perdidiſſe. Quæ omnia, vt cætera taceam quæ diſſeruimus alibi, plurimum valent ad duplicem conſtitutionem ex Ariſtotele vni Tragœdiæ & dramati tribuendam. Etſi nos ſimplicem conſtitutionem ne in Tragœdia quidem ac dramate ita probamus vt non duplicem magnopere commendemus & ſimplici anteponendam cenſeamus. Qua in re & Iliadem (quod attinet ad Epopœiam) proferre poſſumus, quæ ſimplex eſt illa quidem hoc eſt non implexa, ſed quà ſimplici opponitur, duplex ac gemina cum ex aduerſis conflata ſit, atque hinc actionem Troianorum calamitate, Græcorum fœlicitate, concludat: & Aeneidem & Epica Poëmata reliqua quæ duplicem conſtitutionem referunt omnia. Quod verò pertinet ad dramata res perſpicua eſt, cum Tragœdiæ paſſim & Comœdiæ calamitatem & fœlicitatem è regione in fortunæ commutatione portendant aliquam. Vt minimè mirum ante Ariſtotelem in dramate etiam veteribus omnibus duplicis conſtitutionis fabulam ſic probatam eſſe vt eam in primis ponerent & collocarent.

Atque hic ſanè totum caput xv. abſoluimus.

CA-

Digitized by Google

439

# CAPVT XVI.

## PARTICVLA XCI.

ἜΣτι δὲ πάσης τραγῳδίας, τὸ μὲν δέσις, τὸ δὲ λύσις. τὰ μὲν ἔξωθεν, καὶ ἔνια τῶν ἔσωθεν, πολλάκις ἡ δέσις. τὸ δὲ λοιπὸν, ἡ λύσις. λέγω δὲ δέσιν μὲν εἶναι τὴν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τούτου τοῦ μέρους, ὃ ἔσχατόν ἐστιν, ἐξ οὗ μεταβαίνει εἰς εὐτυχίαν. λύσιν δὲ, τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς μεταβάσεως μέχρι τέλους: ὥσπερ ἐν τῷ Λυγκεῖ τοῦ Θεοδέκτου: δέσις μὲν τά τε προπεπραγμένα, καὶ ἡ τοῦ παιδίου λῆψις. λύσις δὲ ἡ ἀπὸ τῆς αἰτιάσεως τοῦ θανάτου μέχρι τοῦ τέλους.

VNIVERSA verò Tragœdia partim connexione, partim ſolutione continetur. quæ extra ſunt, & aliqua præterea, quæ intra habentur, plerunque connexio continet: reliqua verò ſolutio. Connexionem appello totum id quod a principio ad vltimam vſque pertinet partem, ex qua mutatio fortunæ fit, ſolutionem a mutationis principio ad finem vſque. Vt in Lynceo Theodectæ: in quo connexio quidem acta priùs, natique captiuitatem continet: ſolutio a mortis accuſatione ad extremum vſque. *Paccius.*

*EST autem omnis Tragœdia vna quidem pars nexus, altera verò ſolutio. Ea quidem, quæ ſunt extra, & aliqua eorum quæ intra, ſæpenumero ſunt nexus. Reliquum verò eſt ſolutio. Dico autem nexum eſſe eum, qui à principio eſt vſque ad eam partem, quæ poſtrema eſt, ex qua tranſit in proſperam fortunam, vel aduerſam. Solutionem verò, quæ eſt a principio tranſitus vſque ad finem, vt in Lynceo Theodectis nexus ſunt ea, quæ geſta ſunt, & pueri ſumptio. At ſolutio, quæ eſt ab obiectione mortis vſque ad finem.* *Riccobonus.*

COM. XCI. Part. 39 & deinc. Part. 89

TRAGOEDIAE partes, vt varijs modis ſpectari poſſunt, non vnius eiuſdémque rationis atque ordinis ſunt, ſed varij. Etenim tum qualitatis & quantitatis partes obſeruantur & proferuntur primò ab Ariſtotele: tum argumentum rurſus ſiue fabula in vniuerſum & Epiſodia (id quod paulò ante perſpeximus) tanquam Tragœdiæ partes deſignantur: tum nexus demum ac ſolutio hoc in loco afferuntur, quæ binæ partes Tragœdiam occupent vniuerſam. Quod ſi quem rurſus Inuentionem, Diſpoſitionem & Elocutionem, quæcum Pronunciationem actionémque iungimus hoc tempore, tanquam Tragœdiæ partes notare iuuet, aut ab oratione ad Tragœdiam reuocare; huic ſanè haud repugnaret Ariſtoteles: quandoquidem quicquid ante XXCIX. particulam differit de Tragicæ fabulæ conſtitutione, id ferè totum ad Inuentionem, aliqua etiam ex parte ad Diſpoſitionem pertinet. Eadcirco etiam in particula IC. cum ea quæ ad Inuentionem & Diſpoſitionem pertinet, abſoluiſſet, è veſtigio ad Elocutionem deſcendit; hac claudens vniuerſam Tragicam præceptionem. Eo eodem modo liceret partes Epopœiæ (nam de Comœdia nihil attinet dicere, quam in hac partium varietate cum Tragœdia penitus conuenire compertum eſt) diſtinguere & variare. nam Epopœia quoque habet tum qualitatis & quantitatis partes (quamuis non omnes quas Tragœdia) tum fabulam in vniuerſum & Epiſodia, tum nexum & ſolutionem; adde etiam Inuentionem, Diſpoſitionem & Elocutionem. Nil mirum igitur ſi in præſens Ariſtoteles Tragœdiam, quoniam varijs ſpectari modis poteſt, in nexum diſtribuit & ſolutionem, atque his duabus partibus compleri ait vniuerſam. Quin fortaſſe hæ duæ partes præcipuam aut percommodam continent fabulæ pertexendæ rationem, cum fabula ſeu Poëma (ſi Ariſtotelem audias) aliud ſit nihil quam Actionis alicuius nexus & ſolutio, ſiue implicatio & explicatio. Sed ad Ariſtotelis literam. Ait igitur Tragœdiæ binas eſſe partes, ac priorem eſſe δέσιν ſeu nexum, poſteriorem λύσιν hoc eſt ſolutionem:

*Tragœdiā in nexum partitur ac ſolutionem Quàm varie partiri liceat Tragœdiam.*

*Epopœiam quoque licere iiſdem modis partiri.*

440

*Qualis ſit poſtrema hæc in nexum ſolutionemque partitio.*

rurſúſque

*Agitur iã de nexu & ſolutione ſigillatim.*

rurſuſque nexum non rarò tam ex rebus extrinſecis, ſeu quæ extra actionem ac Tragœdiam contigere, peti ac deriuari; quàm ex ijs quæ in actione ipſa contingunt ac geruntur. Cum enim quædam in eo temporis ſpatio atque in illius Solis ambitu quo geritur fabula aut geri fingitur, peragantur, quædam ex ijs arripiantur quæ geſta ſunt antea, fit ſanè, vt hæc ἔξωθεν ſeu extrinſecùs, illa ἔσωθεν hoc eſt intrinſecùs & ex actione ipſa duci dicantur & arripi. quo in loco hæc non ſemper ſed ſæpè ait in nexum coaleſcere, quòd nil prohibeat aliquando hunc ex ijs tantùm rebus conflari quæ geruntur in fabula; tametſi perrarò contingat vt nil extrinſecus aſſumatur. Nam huiuſmodi nexum è contrariò ex ijs tantùm quæ extrinſecùs aſſumuntur, conflari poſſe, haud crediderim: quandoquidem hæc ijs adiungantur & nitantur oportet quæ geruntur in fabula, quæque alicubi ante ſolutionem peraguntur.

*Res illuſtratur exẽplo Oedipi.*

licet autem duas haſce nexus partes ex Oedipi Tyranni fabula dignoſcere, vbi ἔξωθεν, extrinſecùs inquam, aſſumitur Laij cædes, Oedipi cum Iocaſta matre coniugiũ, peſtilentia, qua Thebani affligebantur. Hæc enim ſic ad fabulam nectendam & implicandam coëunt, vt ante eum diem acciderint quo peragitur actio. Contra verò quod agitatur Oraculi reſponſum, Tyreſiæ, & Oedipi altercatio, Corinthi nuncius, vnde item implicatur fabula; eodem contingunt die ac propterea ἔσωθεν, intrinſecùs ſeu è re ipſa petuntur. Iam verò ſolutio ijs continetur quæ nexui ſuccedunt è veſtigio, & ad finem vſque protenduntur. Dum enim Tragœdia in nexum & ſolutionem diſtribuitur, vt tota hiſce duabus partibus contineatur, neceſſe profectò eſt, vt quæ pars nexum conſequitur è veſtigio, ea & ſit ſolutio, & ad finem vſque perueniat. Et ideo ait, *Reliqua verò eſt ſolutio*. Quanquam requirat facilè quiſpiam vt totam hanc rem aperiat cumulatiùs; ac de ſingulis hiſce partibus nos doceat vberiùs, præſertim vt de ſingularum periodo & comprehenſione conſtet. Ariſtoteles igitur, *Dico autem* (inquit) *nexum eſſe eum qui a principio eſt vſque ad eam partẽ quæ poſtrema eſt, ex qua tranſit in proſperam fortunam vel aduerſam. Solutionem verò quæ eſt a principio tranſitus vſque ad finem.* Ita quidem ſupereſt, vt ſtatim ac fortunæ commutatio incipit, ſequatur ſolutio, quæ poſteriorem Tragœdiæ partem conſtituat atque expleat.

*De eo quo ẽ ex Lynceo Ariſtoteles declarat exẽplo.*

Quam rem exemplo illuſtrat Lyncei, cuius nomine quandam Theodectes inſcripſerat Tragœdiam; in qua ſanè, quantum ex vulgata Terei fabula & Ariſtotelis verbis coniectare licet, (nam Tragœdia ipſa interijt) vbi Philomela a Tereo fuiſſet violata, & apud Lathuſam Traciæ Reginam relicta, Progne Philomelæ ſoror ad Lathuſam ſe contulit eam inuiſendi cauſa (& hactenus id quod aſſumebatur extrinſecùs, quæque antea contigiſſe indicat Ariſtoteles: quæ ſequuntur, in fabula geſta ſunt) vbi Progne Itym puerum aggreditur & captiuũ ducit: & hactenus nexus, Solutio verò ſtatim conſequitur initium ducens ab Itys cæde, & ad finem vſque protenditur. Quanquam tota hæc res percommodè declaretur Oedipi exemplo: in qua Tragœdiæ nexus, Laij cæde conſtituitur atque alijs quæ paulò antè commemorabam, Solutio ab fortunæ mutatione, quod eſt ab agnitione Oedipi, ducitur, dum 441

ſe ipſe Laij interfectorem, ac matris adulterum agnoſcit: & hinc ad finem vſque deſtinetur: ita vt ſolutio & cathaſtrophen & exodum & commum, ſi quis fiat, comprehendat. Sic Ariſtoteles: qui ſanè videtur ea de cauſa verbis iſtis vti, *Dico autem nexum eſſe eum qui a principio eſt vſque ad eam partem, quæ poſtrema eſt, ex qua tranſit in proſperam fortunam vel aduerſam. Solutionem verò quæ eſt a principio tranſitus vſque ad finem*; quia cum nexus aut ſolutio nõ habeat certam periodum ac definitum veluti interuallum aut certos fines, ſed modò latiùs manet, modò anguſto concludatur ambitu: nam poterat vel nexui certum finẽ, vel ſolutioni certum initium, vno verbo certum locum conſtituere in Tragœdia: quemadmodum etiam Tragœdiæ longitudinem non certam proferre potuerat, ſed tantam aſſirmauit eſſe debere, quanta rei commodè nectendæ ac ſoluendæ, fortunæque mutationi faciendæ, ſufficiens videri poſſit.

*Non poſſe certum planè locũ ſeu certam periodum certòſque fines tribui nexui aut ſolutioni.*

*Hinc non poſſe colligi læti finis Tragœdiã fuiſſe probatam Ariſtoteli.*

Dum verò aliqui legunt nexum ibi terminari ſiue ſolutionem ibi incipere, vbi incipit tranſitus εἰς εὐτυχίαν hoc eſt in proſperam fortunam, nihil eſt quod hinc colligamus læti finis Tragœdiam Ariſtoteli probari ſiue hanc infœlicem exitus Tragœdiæ prætermiſſam præterquam quod aliqui legunt εἰς ἀτυχίαν, *in infœlicitatem*, alij εἰς εὐτυχίαν ἢ ἀτυχίαν *in fœlicitatem aut infœlicitatem*, ſanè Ariſtotelis ſententia hac de re ex his æſtimanda & ſtatuenda eſt quæ in proprio de illa loco ac data opera ſtatuit: vbi ſine dubio infœlicis exitus Tragœdiam probat vel vnam vel maximè: imo verò fœlicem exitum non a Tragœdia, ſed a Comœdia docet eſſe petendum ac requirendum. Denique ad ſolutionem declarandam ſatis erat Ariſtoteli de more ex vulgata Tragœdia aliqua exemplum ducere: cùm præſertim vis Tragicæ ſolutionis non minùs conſtaret atque apparere

poſſet

poſſet ex læta, quàm ex aduerſa fortunæ commutatione. Iam verò hîc tantiſper ſubſiſtere cogor, atque illud in Controuerſiam reuocare quod mihi quidem, vt verè fatear, dubitationem affert maximam. Etenim Ariſtoteles Tragœdiæ nexum ab Tragœdiæ ipſius ducit initio. & tamen nexum videtur cum rerum perturbatione confundere; quaſi verò rerum perturbatio nectat fabulam atque implicet, quod ſanè ægrè cohæreat cum ijs quæ docuit paſſim: nimirum oportere Tragœdiam habere initium hilare & fœlix: & a rebus lætis in aduerſas ac triſtes fieri fortunæ commutationem. Hinc enim efficitur vt perturbatio res lætas ac fœlices conſequi debeat, quemadmodum è contrario in Comœdia a perturbatione ſeu rebus aduerſis ducitur initium, & ad res lætas fit progreſſio. & ſanè, ſi Ariſtoteles dum præcipit paſſim, vt Tragœdia a fœlicibus incipiat rebus, cum veteribus Tragicis pugnaret tantùm, qui è contrario ab rerum implicatione ac turbis inciperent, res videri poſſet tolerabilior: quandoquidem Ariſtoteles in optimam Tragœdiæ formam ſpectat, a qua veteres viſi ſunt abeſſe non parùm, imò nonnulli quam longiſſimè: ſed cum ſecum ipſe pugnet, qui paſſim dictitauit Tragœdiæ initium rebus lætis & fœlicibus contineri oportere, nunc verò implicationem ac rerum perturbationem exigit in primis rerum exordijs, equidem videtur excuſari nullo modo poſſe. præſertim verò cum facilè eſſet ſtatuere & conſentienter docere primam Tragœdiæ partem vel certè initium lætum, tum inſequentem ac mediam partem perturbatam, extremam explicatam requiri. Ego verò ſi docere poſſem nil prohibere quominus lætum initium cum nexu poſſit cohærere, quaſi verò fabula a rebus quoque lætis, quæque nō tam perturbatæ ac turbidæ quàm implicatæ eſſent, initium duceret, reſponderem non eſſe inuidiam conflandam Ariſtoteli, cum (quicquid paſſim Tragici faciant, qui a ſomnijs turbidis & perturbatis rebus fermè incipiunt) & res lætæ deſcribi primùm poſſint, quæque difficultatem (difficultatem inquam, non turbas & moleſtias) habeant, & nexui poſſit fieri ſimul initium. Sed nonnihil hæreo, quòd exiſtimem non dico id fieri nullo modo poſſe, ſed quia niſi difficulter & aeris meditationis vſu, vnde in ſummas paſſim anguſtias adducerentur Tragici, perfici nequeat. Quapropter libentiùs tripartitò fabulam Tragicam diſtribuerem: ac primam partem lætis rebus & fortunatis dicarem: quæ tamen ſenſim implicarentur & perturbarentur; hanc verò nexus ac proinde altera pars conſequeretur, & ad ſolutionem vſque vnde etiam poſtrema exiſteret pars, protenderetur, ita quidem fieret vt cum ij qui ad extremùm calamitate obruuntur, paulò ante viſi eſſent fœlices ac perbeati, (& ideo ab initio vtiliter ſanè horum oſtentaretur fœlicitas) fabula ad metum & miſericordiam exci-
442 tandam eſſet aptiſſima. Quapropter Sophocleus Oedipus, ſi priùs ab huius fœlicitate regis duxiſſet initium, atque illa longè & latè exaggerata atque auditoribus veluti ante oculos poſita, mox peſtilentiam introduxiſſet ſeu commemoraſſet qua fœlicitas illa perturbari inciperet; tum ſenſim oraculum ſubieciſſet & reliqua vnde nexus miras turbas, ſolutio miras calamitates, afferret, cum Ariſtoteleum præceptum quod attinet ad lætum initium appareret, tum ad timorem & miſericordiam ciendam multò commodiùs ſterneretur aditus. certè dum is qui diuitijs, honoribus, potentia, authoritate, nobilitate paulò ante florentiſſimus ſeſe in conſpectum dederat, repentè veluti tempeſtate coorta obrueretur miſeriarum fluctibus, metus ac miſericordia concitaretur & vehemens & ſalutaris. Quanquam vt Ariſtotelem vel tueamur vel explicemus, fortaſſe dici poſſet ſatis eſſe ita turbas ab initio obtrudi (vt peſtilentiam in Oedipo, mortuum Polynicem in Antigone) vt inter eas ipſas turbas auditores ſaltem per tranſennam agnoſcant ac reputent eos qui ad calamitatem deſtinantur, paulò ante viſos eſſe perbeatos. Quod ſi quis nexum ſine perturbatione inchoare valeat, id fortaſſe fieret ſi Oedipus ſtatim ab initio ſuas cum filijs opes oſtentaret ac potentia ſeſe ſibique tanquam fœlici gratularetur: filij contra parentis orationem continenter interpellarent, turbidum aliquid obtrudentes, vt peſtilentiæ initia aut domeſticas diſcordias, aut aliud quidpiam perturbatione implicatum quod priùs lateret Oedipum; ſic enim rerum initia ac parentis lætitiam perturbarent, is Ariſtotelem eximat repugnantia. Si tamen oſtendi poſſit tali cogitatione initium & lætum paſſim, & nunc implicatum & perturbatum, exigere ac poſtulare.

*CONTROVERSIA LXXI. Vnde in fabula nexus initium ſit ducendum: num ab ipſo Tragœdiæ initio quemadmodum ſtatuit Ariſtoteles.*

*Authoris ſententia.*

*Non incommodè fortaſſe etiam rectiſſimè fabula tripartitò diſtribui.*

GA-

# CAPVT XVII.

## PARTICVLA XCII.

Τραγωδίας δὲ εἴδη εἰσὶ τέσσαρα. Τοσαῦτα γὰρ καὶ τὰ μέρη ἐλέχθη· ἡ μὲν πεπλεγμένη, ἧς τὸ ὅλον ἐστὶ περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις. ἡ δὲ παθητική, οἷον, ὅτε Αἴαντες καὶ οἱ Ἰξίονες. ἡ δὲ ἠθική, οἷον, αἱ φθιώτιδες, καὶ ὁ Πηλεύς. τὸ δὲ τέταρτον, οἷον, αἵ τε φόρκιδες, καὶ Προμηθεύς, καὶ ὅσα ἐν ᾅδῃ.

*Paccius*

QVatuor autem Tragœdiæ ſunt genera. totidem quoque & partes dictæ. quorum ſanè complicitum illud dicimus, quod omnino ex peripetia, atque agnitione conſtat: Patheticum vt Aiaces atque Ixiones; Moratum, Phthiotidas, & Peleum: Quartum veluti Phorcidas, & Prometheum: quæcunque inſuper, quæ apud inferos ſunt.

*Riccobonus.*

*TRagœdiæ ſpecies ſunt quatuor; tot enim etiam partes dictæ ſunt. Vna quidem implexa, cuius totum eſt peripetia, & agnitio. Altera verò affecta, vt Aiaces, & Ixiones. Tertia morata, vt Phthiotides, & Peleus. Quarta vt Phorcides, & Prometheus & quæcunque apud inferos.* 443

*COMM. XCII. De Tragœdiæ formis agit, & cur.*

DOcet quot quæue ſint Tragœdiæ formæ ſeu ſpecies. cum enim Tragœdiam ipſam tandem in nexum quoque & ſolutionem partitus eſſet, ac proptcrea varios illos modos indicaſſet, quibus diſtingui, ſiue in eas illam partes diſtribuiſſet in quas ferè ſolui ac diuidi, poſſe videretur, quemadmodum docui paulò ante; nunc Tragœdias quoque varias obſeruat, inuicémque diſtinguit. Ac rectè. cum enim reuera magna in illis ſe ſe offerat varietas, inprimiſque variæ in illis affectiones proprietateſue emineant; vnde etiam nomina ſortiuntur, par erat vt has quoque Tragœdijs notandis ac diſtinguendis referret. Itaque diligens Magiſter docet primò Tragœdiæ formæ quot ſint: tum verò cur tot ſint: mox quæ ſint: denique cuiuſmodi ſint, earundem naturam ac vim partim deſcribens partim exemplis declarans. Primò igitur ait Tragœdiæ formas ſeu ſpecies eſſe quatuor: quod probat, quia cum dictum ſit tot eſſe partes ſeu formas (fabulæ nimirum, quemadmodum docebo) tot ſint etiam Tragœdiæ formæ. Ita quidem ex numero ac varietate partiũ, hoc eſt ſpecierum, fabulæ, colligit numerum & varietatem formarum Tragœdiæ. & rectè quidem, cum enim per partes intelligat formas ſeu ſpecies (id quod ſæpè facit: & idem Cicero etiam partes pro formis ac ſpeciebus vſurpare non dubitauit) iure ex formis fabulæ colligit formas Tragœdiæ. Siquidem cum fabula ſit ipſa rerum conſtitutio, ex Tragicarum rerum conſtitutione, Tragœdia ipſa conſtat neceſſe eſt. At quæ ſunt? Implexa, inquit; eſt prima, cuius totum eſt peripetia & agnitio. vbi ſimul (vt dicere cœperam) eam deſcribit, quaſi verò peripetia & agnitione diſtinguatur a cæteris: quanquàm hac de re poſtea. Altera eſt pathetica, quod eſt ea quæ doloribus, vulneribus, cruciatibus aut etiam morte inſtructa ſiue referta eſt, cuiuſmodi ſunt Aiaces & Ixiones, eæ inquam Tragœdiæ quæ de Aiace extant & Ixione, vbi mors & cruciatus apparent. Tertia eſt morata. moratam verò intelligit non quia in ea pelluceant mores, quales quales illi ſint, ſed quòd bonis inſtructa ſit moribus. dum mores enim conſtituunt certam quandam Tragœdiæ partem, quæ dicitur qualitatis, & cum fabula, ſententia & dictione numerantur, hæc pars ſatis habet vt mores exprimat, ſiue boni illi ſint ſiue mali: at mores vnde in præſens morata dicitur fabula, boni eſſe debent, quique auditores ad virtutem incendere poſſint. nam ideo in particula LXXVII. iubebat vt boni exprimerentur mores. & huiuſmodi ſunt, inquit Phthiotides, & Peleus: ij enim inſignem probitatem referebant. Quarta verò ſeu poſtrema vt Phorcides & Prometheus, & quæcunque apud inferos. Vbi non affert quartæ nomen, ſed

*Quæ doceat de his formis.*
*I. Quot ſint*
*II. Cur tot ſint.*
*III. Quæ ſint, & cuiuſmodi.*

ſimpli-

ſimplicem tamen intelligit, quemadmodum dicebamus, quæque opponitur implexæ.
hanc enim & numerauit & implexæ oppoſuit in particula LVIII. & proprio nomine in-
ter quatuor iſtas formas numerauit in CXXVII. Hæc Ariſtoteles vt quot, cur tot, quæ & *CONTROVERSIA.*
cuiuſmodi ſint, doceret. Quanquam rem adhuc exemplis illuſtrauit Ariſtoteles. De qui- *LXXII.*
bus tamen pauca dicam, ſi priùs Dubitationem ſeu Controuerſiam excitauero aduerſus *NVM de*
ea quæ de Tragicis hiſce formis hactenus pronunciata ſunt ab Ariſtotele. nam reuera ſunt *Tragicis*
dubitationibus inuoluta multis atque ijs ſanè grauiſſimis. Ergo (vt ad rem aggrediar) du- *formis re-*
bitatur primò; quia ait Ariſtoteles dictum eſſe tot eſſe partes fabulæ: quod tamen vbi di- *ctè præcepe*
ctum ſit, non ſatis conſtat: imò verò, vt maiore rem breuitate & obſcuritate inuolueret; *rit Ariſto-*
444 neque illud pronunciauit; eſſe partes fabulæ, ſed *τοσαῦτα τὰ μέρη, ἃ λέχθη: tot eſſe partes dictum* *teles.*
*eſt*; vbi cuius rei ſint partes, reticet. Vt omittam hanc rem vel non fuiſſe iterandam ſi ex- *Dubitatur I.*
poſita fuerat, vel ſi aliqua de cauſa iteranda, explicatè iterandam, & citra obſcuritatem.
Deinde cur obſecro implexam, patheticam, moratam nominat: ſimplicem planè reticet? *II.*
aut ſi eam illuſtrat exemplis, cur ad extremum, hoc eſt alieno loco id facit, non ſtatim at- *III.*
que implexam attulit cui opponere ſimplicem ſolet, & vnde eius vis intelligitur ac natu- *IV.*
ra? Qui item peripetia & agnitio dicitur *ὅλον, totum* inquam eſſe implexæ formæ? certè a- *V.*
gnitio aut peripetia exiguam conflat fabulæ partem. Ad hæc, cur quemadmodum imple
xam deſcribit, ſic reliquas non deſcribit? aut cur è contrario tres reliquas, illuſtrat exem-
plis, primam exemplo illuſtrat nullo. Denique qui fit vt quæ apud Inferos, ſeu Tragœdiæ
quæ de ijs ſunt qui apud inferos detinentur, dicuntur ſimplices? Hæc contra huiſce parti-
culæ ſententiam. Quibus reſpondeo tamen, ac primùm, ſi quis ea attentiùs reputet quæ
ſcribit a particula LVIII. ad LXIV. tres inueniet Tragœdiæ ſeu potiùs fabulæ formas,
implexam, ſimplicem, patheticam, & quamuis patheticam non exprimat de nomine,
*πάθος* tamen ſeu perpeſſio eſſe ait tertiam formam, quam etiam definit actionem haben- *Reſpondetur.*
tem vim interimendi, aut graues dolores afferendi, ita vt de illa haud liceat dubitare. Iam *Ad pri-*
verò moratam colligit ex particula LXXVII. & LXXX. vbi moratas perſonas, hoc eſt bo- *mum.*
nis affectas moribus, introduci iubet: quibus efficitur vt tacitè morata quoque fabula de-
ſignetur: neque enim patheticam aut moratam niſi eo nomine intelligit quòd perpeſſio
nes aut boni mores in ea emineant ac dominentur. Itaque iurè ait, *dictum eſt quatuor eſſe*. et-
ſi enim non vnum aliquem certum locum proferre licet in quo id pronunciarit ſed ex va-
rijs locis tota hæc varietas colligenda eſt, promulgauit id tamen, ac de fabula, ita vt dum
hic dictum eſſe ait, de fabula cum de hac vna id dictum fuerit, intelligendum ſit. Et ideo
non ſuperuacaneus eſt præſens labor: nam cum id de fabula non de Tragœdia, & ſparſim
non certo in loco, pronunciaſſet iurè hic deſperſa illa doctrina colligitur, & ad Tragœdiæ
partes ſeu formas conſtituendas reuocatur. Ea verò de cauſa reticuit, opinor, ſimplicis *Ad ſecun-*
nomen, quòd cum illud promulgaſſet declaraſsétque copiosè in particula LVIII. & verò *dum.*
implexæ oppoſuiſſet quam hic recenſet, ſatis de illa conſtare poterat, nihilque erat quòd
a Doctore breuiloquentiæ ſtudioſo exigeretur aliud. Ea verò de cauſa non ſecundo loco
ſed poſtremo illam illuſtrauit exemplis, quòd habendam putaret dignitatis ac perfectio-
nis rationem. Implexa enim ob peripetiam & agnitionem eſt perfectiſſima: pathetica ve-
rò ſuccedit, quæ ad metum & miſericordiam ciendam magis idonea eſt quàm duæ reli-
quæ: tametſi morata, quoniam ſuum habet vſum, ſpernenda non eſt, ſed ſimplici antepo-
nenda quæ nihil eſt aliud quàm vacuitas quædam peripetiæ, agnitionis, vehementiſque
perpeſſionis & excellentis moris ac probitatis, ita vt iurè collocetur ac declaretur ad ex
tremùm: etſi alioquin inuentione, quoniam opponitur implexæ, fuerit ſecunda. Ideo ve- *Ad tertiũ.*
rò implexæ *ὅλον* ſeu totum eſſe ait peripetiam & agnitionem, quia quà implexa eſt, tota ex
peripetia eſt aut agnitione, vel ex vtrâque: vel etiã quia peripetia & agnitio eminet in tali
fabula. Denique agnitio & peripetia præcipuam continet huiuſce fabulæ perfectionem.
ac propterea etiam in particula XCV. peripetiæ nomine viſus eſt implexam fabulam in-
telligere. Deſcribit verò implexam, vt ex ijs eam nobis reuocet in memoriam quæ de illius *Ad quar-*
vi & natura dixerat ab initio. Et ideo etiam ſuperſedere exemplis: ſiquidem in eadem par- *tum.*
ticula LVIII. & ſequentibus vbi peripetiæ & agnitionis explicatu explicauerat implexam,
eandem cõtinenter exemplis illuſtrauerat. Contra verò cæteris diſcreptionem non adhi-
bet declarandis ſed exempla, quia vim & naturam illarum nomen ipſum declarabat ſatis,
dum pathetica vna, altera morata, poſtrema ſimplex diceretur, & ideo exemplis conten-
tus eſt: quemadmodum è contrario in implexa, quoniam per nomen nullo modo indica-
tur

tur peripetia & agnitione aſſequi vt ſit implexa, deſcribenda & declaranda fuit per peripetiam & agnitionem; vel certè ad eum locum nos reijcere oportuit in quo illarum explicatu declarata eſſet implexa. Difficilius videri poſſet alicui quod de ijs profert quæ apud

*Ad quintum.*

inferos: nam ad ſimplicem fabulam exemplis illuſtrandam tum Phorcides & Prome- 445
theum in medium affert tum vniuerſim eas fabulas quas Tragici de ijs ſcripſiſſent qui apud inferos detinerentur. quo in loco mirum eſt quantopere tum Victorius commoueatur tum Alexander. Itaque victorius ſic ſcribit. *Quod ait Ariſtoteles quæcumque in inferorum locis, difficultatem non paruam habet: primum enim in dubium venit lectio: incertúmque eſt, an hoc quod expreſſi, ſignificare vnquam voluerit Ariſtoteles, denique cuiuſmodi fuerint hæ Tragœdiæ (ſi modò vllæ aliquando extitere, quæ tale argumentum habuerint) non facilè poſſum iudicare, exemplúmque ipſarum requiro. Durum autem inprimis eſt locum tantum poſſe, vt cuncta quæ illis finguntur, res geſtæ, vnius generis ſint: hoc enim non a loco videbatur expectari debere, ſed ab aliqua ipſarum qualitate.* Hæc & alia id genus multa Victorius, qui rem totam ſine explicatione relinquit. Hanc vero dubitationem Alexander inde auger, quia mirum eſt (inquit) cur Tantali, Siſiphi, Titij & huiuſmodi aliorum qui apud inferos torqueri dicerentur, Tragœdias in ſimplicis potiùs, quàm patheticæ formæ adduxerit exemplum. Sed clauſula hæc ſit, ex iſtiuſmodi fabulis exẽplum duxiſſe Ariſtotelem ad illuſtrandam ſimplicem fabulam, quòd cum illi in eas pœnas atque tormenta non a proſperitate, quemadmodum Oedipus & alij plerique devoluerentur, ſed ab initio ad finem vſque illis iactarentur, peripetia aberat quam longiſſimè. Immò verò non modò repentè fortunæ commutatio haud fiebat, quod eſt proprium peripetiæ, verùm etiam mutatio in decurſu toto fiebat leuiſſima ac propè nulla: ita vt ab initio ad finem vſque mira ſimplicitate flueret fabula. Ex quo fiebat vt commodiùs ex alijs in quibus repentè vulnera, cruciatus & cædes contingebant, patheticæ duceretur exemplum, quàm ex ijs quibus nullus repentè cruciatus infligebatur, & tamen ſimplicitas de qua dicebam mirificè apparebat. Iam verò ſupereſſet vt propoſitas Tragœdiæ formas exemplis illuſtrarem, ſeu exempla quæ ab Ariſtotele afferuntur declararem, quod faciam paucis. Ac primùm pro implexa, quoniam hic exempla præterijt Ariſtoteles, ea ſint ſatis quæ in particula LVIII. & quatuor inſequentibus tum de peripetia tum de agnitione (hæc enim pertinent ad implexam) afferuntur. Ex Oedipo enim & Lynceo deſumuntur exempla pulcherrima peripetiæ: ex Oedipo & Oreſte Agnitionis. quæ exempla ibi a nobis explicata ſunt copioſè. Pro pathetica verò Aiaces afferuntur & Ixiones quæ inquam in Tragœdijs Aiacis, aut Ixionis nomine editis grauiſſimarũ perpeſſionum exempla proferuntur ac memorantur. nam Aiax Telamonis filius propter arrogantiam qua cœleſtibus obloqui auſus eſt, numinè vlciſcente poſt perpeſſiones diras ſibi mortem conſciuit: Ixion verò a Iunone quam interpellare turpiter auſus erat, calamitoſam vitam traducere coactus eſt. Pro morata verò profert Ariſtoteles Phthiotidas & Peleum, ac primas ſuſpicantur aliqui & coniectant (certi enim habetur nihil) fuiſſe virgines quæ coluerint caſtitatem: nam Peleus continentiæ nomine laudatus eſt & moderationis. Denique in ijs Tragœdijs bonos mores enituiſſe compertum eſt ex Ariſtotele, ita vt in ijs moratæ Tragœdiæ apparerent exempla. Ad extremùm afferuntur Phorcides, Prometheus, & quæ apud inferos, pro ſimplici, ac Phorcides Meduſæ necem continebãt quæ a Peleo interempta eſt: ac facilè, vt ego quidem arbitror (neque enim extat Tragœdia, quam Aeſchyli fuiſſe tantùm nouimus) ſimplici ratione ac paulatim nec præter Auditorum opinionem, ad cædem fiebat progreſſus, non præter ſpem ac repentè: ita vt non implexa ſed ſimplex cenſenda ſit. alioquin ob Meduſæ necem aliqua fortunæ mutatio facta fuit; ita vt non omnis fortunæ mutatio arceatur a ſimplici, ſed repentina & inopinata 446
quemadmodum alibi diſputabimus de Prometheo verò, de quo etiam alibi diximus ſatis cõſtat apud Aeſchylum (extat enim Tragœdia) dum ſimplici item ratione ac nulla repentina mutatione, res tranſigitur vniuerſa. De ijs verò qui apud inferos, (hos Victorij pace, credimus fuiſſe Tantalum, Siſiphum, Titium, & id genus alios) diximus paulò ante qui ſimplicis formæ ſint exemplum.

*Iam propoſita forma illuſtrãtur exemplis.*

PAR-

# PARTICVLA XCIII.

Μάλιστα μὲν οὖν ἅπαντα δεῖ πειρᾶσθαι ἔχειν. εἰδὲ μὴ, τὰ μέγιστα καὶ πλεῖστα, ἄλλως τε καὶ ὡς νῦν συκοφαντοῦσι τοὺς ποιητάς. γεγονότων γὰρ καθ᾽ ἕκαστον μέρος ἀγαθῶν ποιητῶν, ἑκάστου τοῦ ἰδίου ἀγαθοῦ ἀξιοῦσι τὸν ἕνα ὑπερβάλλειν.

QVare magnopere Poëtis conandum, vt horum omnium quàm locupletes ſint. quòd ſi omnium minus queant, ſaltem principalium, atque quamplurimorum; eóque etiam enixiùs, quo ad taxandos Poëtas. hæc ætas in tantum prona eſt vt quos in omnibus his partibus probandos nouerit, vt ſingulis etiam mirum in modum excellere æquum cenſeat. *Paccius.*

*AC omnia quidem, maximopere conandum eſt, vt habeantur. Sin autem, maxima, & plurima, præſertim, vt nunc criminationem obijciunt Poetis. Cum enim boni fuerint ſecundum unamquanque partem Poetæ, unum ſuperare ſingulos in proprio bono. dignum exiſtimant.* *Riccobonus.*

COM. XCIII. QVoniam in tanta fabularum ac Tragœdiarum varietate Poëtis haud licet cum laude verſari, niſi tum ingenio tum exercitatione ſibi ad hanc rẽ apertiant aditum, tantiſper orationem ad poëtas conuertit Ariſtoteles, eos admonens enitendum illis omni ſtudio vt in iſta Tragœdiarum varietate inſtruantur, atque illas pangendi tractãdique calleant artem. Quod ſi iſthæc non omnia valeant aſſequi ac perfectè aſſequi, at certè in ijs quæ maioris momenti ſunt, maiorique ex parte, id aſſequantur. Ad quam rem eò diligentiùs illis incumbendum ait, quòd eo tempore Poëtæ multorum calumnijs ac reprehenſionibus eſſent obnoxij. Dum enim aliquem in aliquo Tragœdiæ genere, alium in altero, vident excellere, ita vt in formis ſingulis laudatos offendant Tragicos, neceſſariũ exiſtimant, vt qui Tragici laudẽ expetat ac nomen, is in iſtis formis valeat atque excellat omnibus, ac tũ implexam fabulam rectè condere poſſit, tum patheticam ac reliquas; ita vt in qualibet Tragœdiæ forma cum dignitate verſari poſſit & Auditoribus ſatisfacere. Hæc vt Tragicos cohortetur Ariſtoteles. etſi enim certa analogia & proportione hæc referri poſſunt ad Epicos, quibus fabula tum implexa proponitur, tum ſimplex, tum pathetica rurſus aut morata vt conſtat in particula CXXVII. ea tamen ab Ariſtotele Tragœdiæ gratia ac Tragici differuntur: & ideo mox ad Tragœdiam, a qua diuerterat, ad earum Authores & ſtudioſos regreditur. Atque ex his omnibus ſatis conſtat mediocritatem in Poëta (quod enim in Tragico requiritur, quid ni a cæteris exigatur?) non facilè ſuſtineri: ac propterea Ariſtoteli conſentienter cecinisse Flaccum

*Poetæ propoſitas Tragœdiæ formas tenendas, nitendumque vt nil omittãt vnde excellant.*

*—— Mediocribus eſſe Poetis*
*Non Dij, non homines, non conceſſere columnæ.*

P. 180. 447 Neque verò hoc in loco aſſentior Victorio, qui ſcribit Ariſtotelem nunc demum explanata iam omni re quæ declarari debuit, præcipere quod officium ſit Tragicorum; nam multa de rebus dicenda ſunt rurſus. Immo verò iam iam in ſequenti particula, ad Tragœdiam, vt dicere cœperam, redit, & a Tragicis ad res, de quibus adhuc copiosè. Itaque initius eſt ſtatuere placuiſſe Ariſtoteli in tanta Tragœdiarum varietate quam in medium attulit, velutiè re nata Tragicos admonere vt omnes ingenij vires ac neruos intenderent, vt ſupra mediocritatem ſeſe attollerent, atque adeò in omni Tragœdiæ forma excellerent. quod cum veluti per tranſennam. ſed grauiter Tragicos admonuerit, ad Tragœdiam ipſam redit ſic pergens.

# PARTICVLA XCIV.

Δίκαιον δὲ καὶ τραγῳδίαν ἄλλην, καὶ τὴν αὐτὴν λέγειν οὐδὲν ἴσως τῷ μύθῳ. τοῦτο δὲ, ὧν ἡ αὐτὴ πλοκὴ καὶ λύσις. πολλοὶ δὲ πλέξαντες εὖ, λύουσι κακῶς. δεῖ δὲ ἄμφω ἀεὶ κροτεῖσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιικὸν σύστημα τραγῳδίαν. ἐποποιικὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον, οἷον εἴτις τὸν τῆς Ἰλιάδος ὅλον ποιεῖ μῦθον. ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ

μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρέπον μέγεθος· ἐν δὲ τοῖς δράμασι πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει. σημεῖον δ᾽ ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην, ἢ Μήδειαν, καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγωνίζονται. ἐπεὶ καὶ Ἀγάθων ἐξέπεσεν ἐν τούτῳ μόνῳ.

Minime verò fortaſſe conuenit eandem Tragœdiam ſiue diuerſam appellare a fabula: id quod earum ipſa quidem connexio atque ſolutio indicauerit. Cæterùm non pauci egregiè nectentes, ineptè ſoluunt. Oportet autem ab vtraque parte plauſum iugiter excitare: illúdque cum primis cauere, ne contextum Epopœiæ proprium in Tragœdia confingamus. talem verò eſſe dicimus qui complures contineat fabulas: exempli gratia: ſi quis totum illud Iliadis vnica velit complecti fabula. Ibi etenim propter poematis longitudinem partes ipſæ congruentem ſuſcipiunt magnitudinem. in actibus verò multò præter id quod ſuſceptum negotium expoſcit, longiores euaderent. Cuius rei ſignum id eſſe poteſt quòd ij qui totum Ilij excidium ſimul compoſuere ac non potiùs ſingulas ſeparatim partes, ſicuti Euripides Medeam, vel Niobem (quod Aeſchylus minimè obſeruauit) vel prorſus cadunt, vel certè infœliciter certant. ſiquidem propter id vnum cecidit Agathon. Puccius.

*IVſtum autem eſt & Tragœdiam aliam, & eandem dicere, nihil fortaſſe ob fabulam. Hoc verò intelligitur in iis, quarum eadem plicatio & ſolutio eſt. Multi autem qui benè plicarunt, ſoluunt malè. Ac ambo ſemper cum plauſu excipi oportet. Et oportet quod dictum eſt, ſæpe in memoriam reuocare, & non efficere vt Tragœdia ſit Epopœica conſtitutio. Dico Epopœicam, quæ multas fabulas continet, vt ſi quis totam fabulam Iliadis conficiat. ibi enim propter longitudinem partes aſſumunt conuenientem magnitudinem. In dramatibus verò multum præter exiſtimationem accidit; ſignum verò eſt, quòd quicumque expugnationem Ilij totam fecerunt, & non ſecundum partem, vt Euripides Hecubam, & non vt Aeſchylus, vel labuntur, vel malè certant: ſiquidem Agathon in hoc ſolo lapſus eſt.* Riccob.

COMM. XCIV. *Loci ſumma tripartito diſtribuitur.*

NON vnius & eiuſdem argumenti eſt hæc particula ſed tripartiti. primò enim docet vnde æquum ſit Tragœdiam, aliam dicere, vel eandem, deinde monet diligenter curandum vt quoniam plures ſunt qui Tragœdiam commodè nectunt, malè verò ſoluunt, in vtroque munere ſtrenuè laboremus, vt vtrinque capteur plauſus. Poſtremò docet cauendum ne Tragœdia Epopœicam habeat conſtitutionem, ac multas fabulas complectatur: de qua re agit non paucis. Et quidem in prima parte (vt eam primò dilucidemus) a Tragicis ad quos commonendos tantiſper diuerterat vt in omni Tragœdiæ forma excellerent, redit ad Tragœdiam & res ipſas: ac docet æquum eſſe Tragœdiam tum aliam tum eandem non tam fortaſſe inde indicare & appellare quòd fabula ſit alia vel eadem; ſed potiùs quia alia vel eadem ſit eius implicatio aut ſolutio. Ac profectò dum varij Tragici eandem conflant & pangunt actionem, puta Aiacis, ita vt de Aiace ſiue vno eodémque Aiacis facto plures extent Tragœdiæ, videri illæ poſſent multis non aliæ, ſed eædem eſſe, idque propter actionem ſeu fabulam quæ ſit eadem: contra verò Tragœdiam aliam exiſtimandam cum vnus Oedipi verbi gratia, alter Aiacis pangit factum. Ariſtoteles igitur ait fortaſſe Tragœdiam non ex fabula quæ alia vel eadem ſit ſeu iudicetur, aliam vel eandem exiſtimandam, ſed quia alia ſit vel eadem plicatio atque ſolutio. Hæc Ariſtotelis ſententia in prima hac parte. in qua ipſe quidem non poſſum non hærere. atque hanc in medium Controuerſiam afferre. NVM iurè potuerit Ariſtoteles Tragicam fabulam a nexu & ſolutione ſeiungere; quaſi verò fabula, quam tamen in nexum partitur & ſolutionem, ſine ſolutione & nexu conſiſtere poſſit. Et quidem cum fabulæ nomine intelligat actionis imitationem ſiue ipſam rerum conſtitutionem atque adeò illam definiat rerum compoſitionem, ac rurſus viſus ſit fabulam Epiſodijs opponere; quaſi verò id fabulæ nomine 448

CONTROVERSIA LXXIII. *NVM Tragica fabula quam in nexum & ſolutionem partitur Ariſtoteles, potuerit deinde a nexu & ſolutione ſeiungi.*

Par. 18. Par. 900

mine ſit intelligendum in Tragœdia, quod Epiſodijs ſupereſt reiectis, profectò fabula nexum includeret ac ſolutionem. qui igitur ob fabulam vel aliam vel eandem, aliam, vel eãdem facit Tragœdiam, is ob nexum quoque & ſolutionem eam faciat aliam vel eandẽ neceſſe eſt. Et tamen Ariſtoteles. hîc nexum & ſolutionem opponit fabulæ: nec concedit vt qui ob fabulam reputat Tragœdiam vel alteram vel eandem, nexum & ſolutionem fabula comprehendat: ita vt difficile ſit iſtius præcepti vim percipere. præſertim verò quia rurſus Ariſtoteles in particula XCI. Tragœdiam ac proinde fabulam & rerum compoſitionem in nexum diſtribuit & ſolutionem, atque his vnis occupari ait totam. quî igitur ſumit Ariſtoteles modò ex fabula, modò ex nexu & ſolutione æſtimari poſſe eandem vel aliam? Denique Ariſtoteles in particula XXCIX. vbi iubet vt ſermones priùs exponantur in vniuersùm, continenter exemplo rem illuſtrans, argumentum proponit integræ Tragœdiæ· quod exemplum ſine dubio nexu etiam & ſolutione conſtat, tantúmque nominibus adhuc caret (& ideo ſermo in vniuerſùm appellatur) & Epiſodis; quæ item ſubinde præcipit adiungi. at exemplum iſtud eſt ipſiſſima fabula in vniuerſùm; quæque nexu inprimis conſtat & ſolutione: ita vt res (quemadmodum dicere cœperam) perplexa ſit vndique & inuoluta. Ipſe tamen dicerem Ariſtotelem hoc in loco per fabulã intelligere Tragœdiæ argumentum ſeu factum aliquod quatenus quoquo modo ſeiungi poteſt a nexu & ſolutione. quid enim prohibet quominus vnum idémque factum, puta Aiacis, aliter Euripides, aliter Seneca aut alius introducat, nectat, ſoluat, tametſi apud oẽs vnus idémque ſit furor; ita vt apud omnes ſibi mortem conſciſcat? Sic igitur locutus eſſet Ariſtoteles quòd vellet vt quis poſſet ex data fabula nexum & ſolutionem, quoniã mutari poteſt, ſeiungere, ac mutare, ac rurſus fabulam hoc eſt argumentum factiue ſummam nexui & ſolutioni opponere; quaſi verò nihil prohiberet quominus alia vel eadem æſtimari poſſit Tragœdia modò ex fabula modò ex nexu & ſolutione: quamuis ipſe poſteriorem modũ probat; ita tamen vt priorem non planè ac ſine vlla dubitatione excludat: nam *Iens, fortaſſe* inquam, ait eſſe iuſtius vt ex poſteriore modo alia vel eadem cenſeatur Tragœdia, non verò præciſè & ſine exceptione vlla. Ita quidem (ſi Ariſtotelem audias) multæ Tragœdiæ quæ & nomine & argumento ſeu facti ſumma diſcrepant, eædem dicendæ erunt ſi nexu & ſolutione conueniant. contra verò quæ nomine & argumento ſeu facto conueniant, nexu verò & ſolutione diſſideant, aliæ erunt iudicandæ. De qua re fortaſſe dubitare adhuc liceret. Si enim verbi gratia Aiacis furorem ac cædem duo conſcripſerint Tragici, ita vt nomine & facto ſeu argumento conueniant. ſubdurum videri poſſit vt diuerſæ cenſeãtur Tragœdiæ. Nam fateor quidem fore vt ſi nexu quoque & ſolutione conueniant, eædem multò magis ſint appellandæ, cum ſola dictione aut Epiſodio aliquo diſcrepent: ſed tamẽ quoniam argumentum & nomen magni eſt momenti, ægrè has Tragœdias planè alias dixerim quæ Aiacem furentem ac ſe ſe gladio interficientem, etſi variaretur nexus & ſolutio, (ſi tamen ſolutio omnino variari poteſt vbi factum idem ſit) referrent. Contra verò vbi perſona varietur & factum, tantúmque nexus & ſolutio conueniant (quod tamen raxò accidat, præſertim ſi datas fabulas ſoluere haud liceat in his quæ fama excepta ſint) fortaſſe nominis & facti varietas deterreat vel anſam eripiat vnde eædem cenſeantur. Certè Priſcos alias eaſdémque cenſuiſſe Tragœdias ob fabulam ſeu argumentum non omnino obſcurè indicat Ariſtoteles. Ita vt eædem fortaſſe rutiùs habeantur vbi dictio, & aliquid Epiſodium varietur tantùm. aliæ cum factum & nomina ac magna ex parte nexus varietur. Quanquam quoniam in fabula nexus & ſolutio magni momenti ſunt, imò huc (quacunque tandem ratione fabulæ opponi poſſint) omnia reuocantur, ac diſceptatio tandem de nomine eſt, ſanè cum eo haud omnino contenderim qui ex eodem vel altero nexu & ſolutione eandem vel aliam dicendam pugnauerit & Ariſtotelem audiendum putauerit. Illud potiùs monuerim, poſſe rurſus cum nexu aut cum ſolutione variari & conuenire, ac sũmatim multis nominib. hoc eſt argumento, nexu, ſolutione, Epiſodij ſtylo, dictione, nominibus, loco, tẽpore, magnitudine, paruitate cõuenire aut diſcrepare. etſi grauis magiſter ea quæ præcipua ſunt indicauit; cætera cogitationi & induſtriæ tranſmittens alienæ. *Authoris ſententia.*

449

Venio ad II. partem, in qua quoniam nexus mentionem fecerat ac ſolutionis, atque has tanti æſtimauerat, vt non ex argumento ſed ex nexu & ſolutione quaſi hæ forma ſint & quaſi prora & puppis Tragœdiæ, eandem vel diuerſam iudicari illam præceperit; de iiſdẽ neceſſariam veluti legem promulgat. Ergo nos admonet multos eſſe qui benè plicant, ſed malè explicant ac ſoluunt, & ideo ſtatuit vt Tragicus tam in ſolutione quàm *Explicatur II. Pars.*

in nexu ſtrenuè verſetur, vt vtrinq; laudē colligat. Et ſanè facilius eſt rectè nectere quàm ſoluere: quò enim maiore induſtria in re implicanda vſus fueris, eò maiorem laborem in explicanda offendas. Et hinc eſt vt multi ad machinam ſæpè confugiant, cum enim viderint ſe nexu vſos pulchro ſed perdifficili & inquo exitum non inueniant, ægrè ferunt eum deſerere: ac propterea ad machinam tanquam ad ſcopulum adhæreſcunt non ſine crimine. Et quamuis non ego facilè aſſentior Victorio, qui id Poëtæ inertia contingere ait, quòd laborem defugiat; quin exiſtimo longè difficillimum eſſe benè plicatam fabulam pari fœlicitare ſoluere & explicare; ac ſummatim illud non omnino difficile, hoc difficillimū cenſeo, atque hinc contingere vt pauci egregiè ſoluant; non tamen inficior longa meditatione ac ſtudio, inprimiſque accurata bonorum Poëtarum lectione & imitatione, poſſe tandem in ſolutione quoque enitere Poëtæ induſtriam, & verò vt eniteat, elaborandum.

Explicatur III. Part. Sed ad poſtremam partem, in qua ſanè caueri iubet ne in Tragœdia in Epopœicam conſtitutionem incidamus. Ac mea quidem ſententia, perſenſerat Ariſtoteles fuiſſe nonnullos, qui cum non ſatis reputarent Tragicum drama tum fabulæ lōgitudine, tum Epiſodiorū multitudine, tum vtriuſque magnitudine, Epopœiæ concedere plurimum, tentaſſent Epicam fabulam, vt Iliadem, dramate concludere & in theatrum adducere: cum tamen in dramate, quoniam vnius Solis actionem refert, atque hanc etiam quaternis fermè horis (quibus tamen diurnum citciter ſpatium peragi fingit) abſoluit; non poſſit tanta rerum moles & multitudo, &, vno verbo, Epopœica conſtitutio, referri ſatis. quapropter hūc veluti ſcopulum caueri iubet. Siquidem Epopœia, quæ ſanè tempore vrgetur nullo, vel certè multorum quoque annorum gaudet ſpatijs, multis quoque magniſque gaudet Epiſodijs, poteſt illa quidem ac debet ſic produci, vt multarum Tragœdiarum (quod alibi do- 450
cuimus) reſpondeat magnitudini. Tragœdia contra, quoniam quaternis fermè horis di- part. 58.
mittendi ſunt Auditores, niſi exiguam quandam Epopœiæ partem æquare nequit. Ob id part. 90.
igitur ait Ariſtoteles, id quod ſæpè dictum eſt in memoriam eſſe reuocandum (nimirum Tragœdiam vrgeri tempore, atque vnico ferè ſolis concludi ambitu, Epiſodiis quoque cōciſis vti) ac propterea non eſſe committendum vt Tragœdia Epopœicam referat conſtitutionem, ſeu Epopœiæ inſtar fabulæ & Epiſodiorum multitudine aut longitudine, vel ētlongiore fabula oneretur. Quanquam ne quis non planè intelligeret quid per ἐποποιικὸν σύστημα, Epopœicam inquam conſtitutionem intelligeret, continuò; Epopœicam, inquit, dico, πολύμυθον, id quod multas habet fabulas; quemadmodum ei contingeret qui Iliadem vniuerſam in dramaticæ ac Tragicæ fabulæ vſurparet loco. Et quoniam ſciſcitari potuiſſet aliquis cur in Epopœia potiùs, puta in Iliade, excipiendum ſit τὸ πολύμυθον, quàm in dramate ac Tragœdia; explicat hoc Ariſtoteles, atque ait, in Epopœia, quoniam longa eſt eius conſtitutio, partes illas multas rectè coaleſcere & contineri, cum Epopœia ſit illarū capax: contra verò in dramate & Tragœdia propter eius anguſtias, longè aliter euenire; ita vt qui Tragicam conſtitutionem inſtar Epicæ efficere moliantur, hos demū fallat opinio, ac opes fruſtretur. Hanc autem rem illuſtrat exemplis. nam Euripides (inquit) qui ex Iliade, Hecubā (Hecubam enim lego non Niobem) & reuocauit ad drama, ac propterea non omnes Iliadis partes ſed vnam, Tragœdiæ conſtituendæ adhibuit, rectè fecit; ſic Aeſchylus (quid tamen ex Iliade aut quam partem in Tragici argumenti vſurpauerit loco, non aperit; ita vt ex multis vnam delegiſſe, atque hanc ex ijs quæ perierunt Tragœdijs vnam fuiſſe, conſtet tantùm) ab hoc abfuit vitio; ita vt non malè in his certauerint iſti: ſed contra quàm ij qui Ilij expugnationem dramatico implexi ſunt vniuerſam; plauſum conſecuti ſunt in Theatro: Itaque Agathon etſi alioquin induſtrius & nauus; dum audet tam ingentem rerum molem Tragœdiæ conſignare, in hoc vno lapſus eſt ac reprehenſus. Ita quidem in his exemplis eos ſequor qui Euripidem & Aeſchylum non reprehendi interim ſed laudari, nec multas ſed vnam ex Iliade partem Tragœdiæ conſignaſſe exiſtimāt: verborum enim ſeries ad hanc procliuis eſt ſententiam, cum contraria minùs cōſentit vel potiùs pugnat. Iā verò dum pergit, ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις, καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται ὧν βούλονται θαυμαστῶς· τραγικὸν γὰρ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον, *In peripetijs verò & in ſimplicibus rebus aſſequuntur, quæ volunt admirabiliter: Tragicum enim hoc & gratum hominibus*, hæc verò nō ad propoſita exēpla aut propoſitos Tragicos ſunt referenda, quēadmodū faciūt alii,

CONTROVERSIA LXXIV. Cur Epopœicā conſti qui, ſed nouam ſententiā gignunt, ac ſpectant aliò, quemadmodum in particula ſequenti, cuius ſunt initium, conſtabit ſatis. Nunc illud potiùs dubitetur, & in Controuerſiam adducatur, CVR Epopœicam conſtitutionem dicat eſſe polymytham ſeu multarum fabularum,

par. 50. 124. & al. par. 51. part. 51.

larum, idque ſigillatim explicauerit Iliadis exemplo: An non fabulæ vnitatem cum cæteris Poetis, tum Epico cuſtodiendam præcepit? nonne Odyſſeam vnitatis nomine ac proinde eius authorem Homerum quòd non omnia quæ Vlyſſi contigerant, cecinisſet (vt ſcilicet vnigenam conſtitueret fabulam) commendauerit? nónne Iliadem quoque vnigenam eſſe teſtatus eſt? ſic ſanè: cur igitur Epopœicam conſtitutionem ait eſſe multarum fabularum? Grauis eſt autem, aut ego magnopere fallor, hæc dubitatio. In qua ſanè Victorius. *Cum autem (inquit) Epopœiam, propriamque eius Poëmatis coagmentationem appellaſſet, quã intelligat aperit: oſtenditque ſe intelligere conſtitutionem rerum in qua exiſtant multæ fabulæ.* Sed

*ſtitutionem dicat eſſe multarum fabularũ; cum vnigenam cenſuerit condi.*

*Reſpondetur: ac prius conſuluntur Interpretes.*

*Victorius.*

772 qui obſecro Victorij multæ in Epopœia & Iliade ſunt fabulæ, cum Ariſtoteles ſubdat, vt ſi quis totam Iliadis fabulam pangat, ſanè hinc vnam eſſe confirmat ſatis. *Totam* (inquit Victorius) *appellat quidem fabulam ſed dubitari non poteſt quin ex ipſa diſſepta plures fabulæ fiant.* Verùm id nõ conſentit cũ Ariſtotelis verbis, quibus Epopœicã conſtitutionẽ ait eſſe multarum fabularum: potiùs enim ex his verbis colligitur talem eſſe dum eius coagmentatio conſeruatur, quàm cum diſſoluitur: vox enim *σύστασις* ſeu conſtitutio ſignificat partiũ vnionem, ita vt ſectioni opponatur. Meliùs igitur fortaſſe Alexander qui a Victorio vtcũ-

451 que deflectens, integræ Epicæ fabulæ imitationem & comprehenſionem Tragico vitandam ait, quòd propter Epiſodiorum quæ in Epopœia ſunt multitudinem, Tragœdia efficeretur multarum fabularum corpus ſeu conſtitutio; idque ea de cauſa quòd ſingula Epiſodia Tragœdiæ argumentum ſuppeditent. Quanquã adhuc hæreo tum quia nil prohibeat quominus ipſa Epica fabula, vt eſt ampliſſima & multarum partium, citra Epiſodia, ſuppeditet argumentum multarum Tragœdiarum: tum quia potuiſſet Tragicus nõ minùs atque Epicus quæ ab hoc exciperet Epiſodia, in Epiſodiorum habere loco, atque vnitatem fabulæ conſeruare; tum quia Ariſtoteles (quemadmodum verba ipſa ſatis indicant) etiamſi Tragicus non hauriret ex Epopœia, hanc polymytham ſtatuit. Denique nõ quia ſuppeditare poſſit Tragico multarum fabularum argumenta, ſed quia multis fabulis conſtet, dicitur polymythia: alioquin nec id eius *ſyſtaſi* & conſtitutioni fuiſſet tribuendum: nec Iliadis exemplo res fuiſſet declaranda vt conſtaret quam dicat Epopœicam cõſtitutionem, ſed exemplo alicuius qui ex Iliade hauſiſſet argumentum vniuerſum. Sed

*Vtinenſis.*

nec tandem mihi ſatisfacit Vtinenſis (cæteros prætetibo quod dubitationem partim diſſimulent partim ſicco prætereant pede) qui rem ſic ediſſerit, *Epopœia conſtitutionẽ ſuæ actionis facit multiplicem; non quidem quòd & ipſa plures quàm vnam recipiat actiones; ſed eiuſmodi eſt vt ſingulæ ipſius partes, aut particulæ potiùs, vnam Tragicam actionem conſtituant: ideo Ariſtoteles σύστημα ἐποποιικὸν vocauit πολύμυθον. ſic enim debet intelligi locus ille. Si quis igitur actionem Epicam poëmatis Homerici, aut Iliadis, aut Odyſſeæ conferat cum aliqua actione Tragica: erit illa πολύμυθος, ſingula enim Epiſodia Epopœiæ: imo Epiſodij cuiuſuis pars vna, actionem Tragœdiæ ſubminiſtrare poteſt.* non inquam mihi ſatisfacit, tum quia quæ Alexandro obiecimus, ea veluti iugulant ſententiam hanc totam a qua fluxit illa, tum quia Ariſtoteles alibi (id quod iam iã docebimus) fatetur Iliadem & Odyſſeam imò (ſi eum audias) Epopœiam vniuerſim ab vnitate abeſſe, nec tam vnigenam quàm multigenam fabulam continere. Clauſula igitur hæc ſit: reuera Epopœiam ex Ariſtotele cum per ſe tum cum Tragœdia comparatam nõ omnino vnigenam eſſe ſed ad multigenam deflectere. & ideo in particula CLVI. cum eã conferret cum Tragœdia, ſcriptum reliquit. *Minùs vna eſt qualiſcunque imitatio Epicorum. Signum autem eſt quòd ex qualicunque imitatione plures Tragœdiæ conficiuntur.* quibus verbis ſignificauit ex ſe prius eſſe polymytham, ſeu ab vnitate recedere: tum id ex ſigno declarauit ducto ex imitatione Tragica: cum paſſim Tragici ex varijs Epopœiæ partibus varias conſtituerent Tragœdias. Immo verò vt totam hanc rem explicaret pleniùs, ſubiecit, *Quare ſi vnam fabulam faciant, neceſſe eſt, vel vt breuiter oſtenſa appareat cauda muris, vel vt ſequens metri longitudinem appareat aquea.* vbi ſatis oſtendit ſe in ea ſententia fuiſſe; in Epopœia non poſſe hæc duo ſatis coniungi & conciliari; vt nimirum ſit verè vna, & tamen ſuam illa retineat magnitudinem & amplitudinem: ſi enim vnigena planè conſtituatur, vel breuis erit conflanda quemadmodum drama; vel ſi vnica retenta fabula, ad ſolitam amplitudinem producatur, varietatem habebit nullam, ſed erit inſtar aquæ quæ tota eſt ſibi ſimilis & omni ſapore caret. & ideo pergit, *ſed ſi faciant plures, quemadmodum ſi ex pluribus actionibus fuerit compoſita, non erit vna.* Sic Ariſtoteles. vt conſtet Epicam conſtitutionem eſſe polymytham. & quamuis vt Homerum tueatur ſiue Iliadem & Odyſſeam, ſubdit has ſaltem quantum rei natura patitur ad vnitatem accedere, fatetur tamen multò mi-

*Iam ſubijcitur Authoris ſententia.*

nùs quàm Tragicam fabulam eſſe vnigenam. Ita quidem concedit Epicam conſtitutionem eſſe verè polymytham: & hanc, quoniam caueri poteſt a Tragico non multorum annorũ ſed vnius Solis dat ſpectaculum nec cogitur maiore amplitudine ab vnitate deſlectere, iubet declinari. etſi in Epico; propter Homerum ſcilicet; inde vtranque nititur hanc eluere culpã, quòd in Epopœia propter longitudinẽ, partes illæ quæ alioquin fabulæ ſingulæ videri poterant, conuenientem ſortiantur formam; quod tamen in Dramatico Poëmate propter breuitatem fieri nequeat. De quã tamen re dicemus copioſè in particula CLVI. vbi videndum etiamnum verè Epopœia careat vnitatis bono, an potiùs id affirmauerit Ariſtoteles partim vt patrocinaretur Iliadi & Odyſſeæ & illarum Authori Homero, partim vt haberet vnde Epopœiam poſtponeret Tragœdiæ, repugnarétque Platoni qui Epopœiam Tragœdiæ præſtantia antepoſuerat ac dignitate. 452

# PARTICVLA XCV.

ΕΝ δὲ ταῖς περιπετείαις, καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται, ὧν βούλονται, θαυμαστῶς. Τραγικὸν γὰρ τοῦτο, καὶ φυλάνθρωπον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μὲν, μετὰ πονηρίας δὲ, ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος: καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν, ἄδικος δὲ, ἡττηθῇ. ἔστι δὲ τοῦτο εἰκός: ὥσπερ Ἀγάθων λέγει. εἰκὸς γὰρ γίνεσθαι πολλὰ, καὶ παρὰ τὸ εἰκός.

Pacius.

TAmetſi tum in peripetijs, tum in ſimplicibus actionibus hi quidem ſuum mirabiliter propoſitum aſſequantur. Etenim Tragicum, atque humanum eſt, cum ſapiens idque prauus, veluti Siſyphus, deceptus fuerit: ſiue fortis, idemque iniuſtus ſuperatus. veriſimile enim eſt. vt Agathon aſſerit. quandoquidem multa præter ipſum veriſimile accidere, a veriſimili non diſcrepat.

Riccobonus.

*IN peripetijs autem, & in ſimplicibus rebus aſſequuntur, quod volunt per admirabile. Tragicum enim hoc, & gratum hominibus. Eſt autem hoc, quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate deceptus, vt Siſyphus, & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit. Atque hoc veriſimile eſt, vt Agathon dicit. Veriſimile enim eſt multa fieri etiam præter veriſimile.*

*COMM. XCV. Quos propter polymythum conſtitutionem inſimulauerat, alio iã commendat nomine.*

ETSI Agathonem atque illos omnes reprehendit qui Epopœicam conſtitutionem ad Tragœdiam referrent, hos tamen (credo quòd Agathonem inuitus ferè perſtrinxiſſet; quamuis dum in eo vno cecidiſſe diceret, egregiã quoque laudem miſcuit cum reprehenſione) laudandos cenſuit è veſtigio. Ergo continenter ſubiecit hos tum in peripetijs, vnde implexa fabula gignitur aut deſignatur, tum in ſimplicibus actionibus, contexendis, fœliciter ſuam operam collocaſſe & quem ſibi ſcopum propoſuerãt (vt ſcilicet placerent, plauſúmque referrent, victores quoque, ſi in Theatris certarent, declararentur) mirificè attigiſſe. Quod, vt opinor, ſcribit, vt hinc intelligatur iſtos, in ijs argumentis in quibus offendiſſent, non tam ob ingenij humilitatem & inſciriam peccaſſe (quanquam ob hanc etiam peccarint neceſſe eſt dum argumentum deligerent Epopœicum ſeu polymythũ) quàm quòd delectum argumentum maioris induſtriæ ac perfectionis capax non eſſet. & ideo in ijs in quibus licet induſtriam declarare, vt in peripetiis & in ſimplicibus fabulis, mirificè Tragicum artificium oſtenderunt probarúntque ſpectatoribus. Vt autem rationem afferat cur in his fœliciter operam collocauerint ſuam, *Etenim*, inquit. *Tragicum eſt hoc & gratum hominibus. Eſt autem hoc quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate deceptus fuerit, vt Syſiphus: & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit.* Ex quibus verbis licet intelligere Tragicos iſtos tum Tragico, hoc eſt calamitoſo & cruento, tum Philanthropo, hoc eſt homini ſuapte grato, ac ſpectatoribus amico & periucundo, exitu Tragœdias concluſiſſe: ita vt hac

de cau-

de cauſa benè collocauerint operam,& propoſitum,de quo ante dicebam,ſcopum fœlici-
ter attigerint. Id quod exaggerat adhuc altiùs & exemplis etiam illuſtrat. Cum enim in-
quit,homo ſiue callidus & ſagax,ac multarum rerum peritus vnde ſapiens vulgo appel-
latur,ſed improbus tamen eſt,quique decipiendi ſtudio ducitur,decipitur ipſe,vt Eoli fi-
lio Syſipho contigit(hunc decepit Antolicus ſurripiens illi pecora)ſiue robuſtus ac fortis
ſed iniuſtus(exemplum non affert,ſed Goliath nobis exemplo eſſe poteſt) quique cæteris
453 vim inferre ſoleat, ſuperatur item ipſe,id verò & Tragicum eſt cum calamitoſus illorum
ſit euentus,& φιλάνθρωπον(vt dicebam)atque hominibus charum: cum ipſi tales planè ho
mines decipi ac ſuperari gaudeamus. Denique vel clam & per fraudem, vel apertè ac per
vim,nobis iniuſti ſunt homines, quapropter cum nos inſtigante Natura ipſa atque adeò
duce,eos oderimus qui nobis infenſi ſunt & iniurii,iſtos ſanè vtroſque viciſſim tum frau-
de tum vi ſuperari,nobis charum eſt atque iucundum. Atque hæc planè argumenta in-
telligitur ab iſtis, maximè verò ab Agathone, fuiſſe Tragœdiæ commendata,ita vt hinc
laudem mereantur, ſiue induſtriam illi ſuam artificiúmque præclarè declararint. Quod
ſi quis obiiciat huiuſmodi euentus cum veriſimili non conſentire, cum callidi homines
& verſuti,aut etiam robuſti & potentes,alios facilè decipere quidem ac ſuperare ſoleant,
ſuperari certè ac decipi ægrè ſoleant,iam Agathon ipſe ſibi ingenioſè patrocinatur,atque
illud etiam eſſe veriſimile,multa fieri præter veriſimile,quo etiam dicto vtitur in particu-
la CLI.vt quæ contra veriſimile aut ſine ratione fiunt, tueatur: ait enim non eſſe præter
rationem aut præter veriſimile vt aliquid præter rationem veriſimiléque contingat. Quã
fermè rem in II. quoque Rhetoricorum attigit, Agathonis mentione item facta eiuſ-
démque verſiculis allatis. illud tamen ibi obſeruat,non eſſe καθόλου καὶ ἁπλῶς, vniuerſim ac Dubitatur. I.
Vide Riccob. pag. 100 ſimpliciter veriſimile,ſed aliquo modo;quia ſcilicet in reb. quæ aliter poſſunt ſe habere,vt
in rebus humanis,veriſimile eſt aliquando accidere nonnulla præter veriſimile. Sed dubi
tantur multa; ac primò quia nonnulli exiſtimant Ariſtotelem in hac particula de Admi-
rabili verba facere,ac propterea locum ſic exponũt,vt nihil aliud ſibi voluerit quàm illos
per admirabile effeciſſe vt in peripetiis & ſimplicibus fabulis id quod ipſi volunt aſſequã- Reſpondetur.
tur. Itaque non θαυμαστῶς legunt iſti,quantum quidem intelligere licet, ſed διὰ θαυμαστὸν
nec quem nos ſententiam retulimus ſed longè diuerſam ſequuntur. Ego vero vel quia
cæteri θαυμαστῶς legunt, nec codicem vidi vllum qui διὰ θαυμαστὸν habeat, vel quia de Dubitatur. II.
admirabili iandiu verba fecit Ariſtoteles, nimirum in particula LVII. vel quia hîc re-
iiunè nimis hoc reſumeret atque attingeret argumentum; a communi explanatione at-
que ſententia non recedo. Illud potius dubitabo quo etiam atque etiam commoueor.
etenim laudat Ariſtoteles in Tragœdia argumentum improbi viri qui ſiue ad decipien-
dum ſiue ad vim inferendam paratus ſit; quaſi verò hoc & Tragicum ſit ac φιλάνθρω-
πον. & tamen in particula LXVIII. & LXIX. iuſſit vt non propter vitium & improbi-
tatem, ſed propter errorem aliquem, is mutet fortunam & in calamitatem incidat, Reſpondetur.
ex quo metus & miſericordia ſit cõcitãda. Et in LXXVII. probos Tragicis perſonis affin-
gendos mores monuit. Denique in LXVI. improbas perſonas idoneas eſſe negauit ex qui-
bus miſericordia excitentur aut metus. Veruntamen vbi non tam ſpectemus quid in Ari
ſtotelea,hoc eſt omnibus numeris perfecta & abſoluta,exigatur Tragœdia, ſed in trita &
vſitata & paſſim apud homines laudata, actio certè quæ Tragicum ſpiret propter acerbi-
tates ac cædes,& verò è ſpectatorum accidat ſententia,qui Tragicam illam vel cædem vel
perpeſſionem non inuiti ſed cum plauſu excipiant,non improbanda eſt. Denique ſi non
in primis at certè in ſecundis conſiſtere poterit. Vt omittam hic ab Ariſtotele ex Audito-
rum plauſu laudari interim Agathonem Agathoniſque ſimillimos,non ex perfecta & om
nibus numeris abſoluta imitatione. Vt omittam hoc Ariſtoteli largiendum vt ſaltem ex Dubitatur. III.
communi & populari Tragœdia, quoniam grata acciderent,amicum optimum hoc eſt
Agathonem, commendaret. Iam vero illud poſtremò ſe ſe offert de quo dubitemus.
quid per ſimplices res intelligat Ariſtoteles dum ait in his illos aſſequi quod volunt. Et
ſanè cùm ſimplex actio ſeu fabula Ariſtoteli interdum id ſignificet quod implexæ oppo-
nitur & explicatum eſt, aliquando id quod vnigenam non multigenam refert conſtitu-
tionem & duplicis conſtitutionis opponitur fabulæ,alii priorem, poſteriorem aliqui, ſe-
454 quuntur notionem. Ipſe tamen, quoniam rem ſimplicem opponit peripetiæ quæ plexæ
fabulæ eſt vertex ac ſumma, libentiùs iis aſſenſerim qui de ſimplici fabula quæ implexæ
opponitur, locum exponunt. & idcirco ea erit ſententia iſtos ſiue implexam aliquã co-
agmen-

nùs quàm Tragicam fabulam eſſe vnigenam. Ita quidem concedit Epicam conſtitutionem eſſe verè polymytham: & hanc, quoniam caueri poteſt a Tragico non multorum annorū, ſed vnius Solis dat ſpectaculum nec cogitur maiore amplitudine ab vnitate deſſectere, iubet declinari. etſi in Epico; propter Homerum ſcilicet; inde vtranque nititur hanc eluere culpā, quòd in Epopœia propter longitudinē, partes illæ quæ alioquin fabulæ ſingulæ videri poterant, conuenientem ſortiantur formam; quod tamen in Dramatico Poëmate propter breuitatem fieri nequeat. De quá tamen re dicemus copioſè in particula CLVI. vbi videndum erit num verè Epopœia careat vnitatis bono, an potiùs id affirmāuerit Ariſtoteles partim vt patrocinaretur Iliadi & Odyſſeæ & illarum Authori Homero, partim vt haberet vnde Epopœiam poſtponeret Tragœdiæ, repugnarétque Platoni qui Epopœiam Tragœdiæ præſtantia antepoſuerat ac dignitate. 452

# PARTICVLA XCV.

ἘΝ δὲ ταῖς περιπετείαις, καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται, ὧν βούλονται, θαυμαστῶς. Τραγικὸν γὰρ τοῦτο, καὶ φιλάνθρωπον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μὲν, μετὰ πονηρίας δὲ, ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος: καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν, ἄδικος δὲ, ἡττηθῇ. ἔστι δὲ τοῦτο εἰκὸς; ὥσπερ Ἀγάθων λέγει. εἰκὸς γὰρ γίνεσθαι πολλὰ, καὶ παρὰ τὸ εἰκός.

TAmetſi tum in peripetijs, tum in ſimplicibus actionibus hi quidem ſuum mirabiliter propoſitum aſſequantur. Etenim Tragicum, atque humanum eſt, cum ſapiens idque prauus, veluti Siſyphus, deceptus fuerit: ſiue fortis, idemque iniuſtus ſuperatus. veriſimile enim eſt. vt Agathon aſſerit. quandoquidem multa præter ipſum veriſimile accidere, a veriſimili non diſcrepat. Paccius.

*IN peripetijs autem, & in ſimplicibus rebus aſſequuntur, quod volunt per admirabile. Tragicum enim hoc, & gratum hominibus. Eſt autem hoc, quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate deceptus, vt Siſyphus, & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit. Atque hoc veriſimile eſt, vt Agathon dicit. Veriſimile enim eſt multa fieri etiam præter veriſimile.* Riccobonus.

*COMM. XCV. Quos propter polymythum conſtitutionem inſimulauerat, alios iā commendat nomine.*

ETSI Agathonem atque illos omnes reprehendit qui Epopœicam conſtitutionem ad Tragœdiam referrent, hos tamen (credo quòd Agathonem iniuius ferè perſtrinxiſſet: quamuis dum in eo vno cecidiſſe diceret, egregiā quoque laudem miſcuit cum reprehenſione) laudandos cenſuit è veſtigio, Ergo continenter ſubiecit hos tum in peripetijs, vnde implexa fabula gignitur aut deſignatur, tum in ſimplicibus actionibus, contexendis, fœliciter ſuam operam collocaſſe; & quem ſibi ſcopum propoſuerāt (vt ſcilicet placerent, plauſúmque referrent, victores quoque, ſi in Theatris certarent, declararentur) mirificè attigiſſe. Quod, vt opinor, ſcribit, vt hinc intelligatur iſtos, in ijs argumentis in quibus offendiſſent, non tam ob ingenij humilitatem & inſciriam peccaſſe (quanquam ob hanc etiam peccarint neceſſe eſt dum argumentum deligerent Epopœicum ſeu polymythū) quàm quòd delectum argumentum maioris induſtriæ ac perfectionis capax non eſſet. & ideo in ijs in quibus licet induſtriam declarare, vt in peripetiis & in ſimplicibus fabulis, mirificè Tragicum artificium oſtenderunt probarúntque ſpectatoribus. Vt autem rationem afferat cur in his fœliciter operam collocauerint ſuam, *Etenim*, inquit. *Tragicum eſt hoc & gratum hominibus. Eſt autem hoc quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate, deceptus fuerit, vt Syſiphus: & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit.* Ex quibus verbis licet intelligere Tragicos iſtos tum Tragico, hoc eſt calamitoſo & cruento, tum Philanthropo, hoc eſt homini ſuaptè grato, ac ſpectatoribus amico & periucundo, exitu Tragœdias concluſiſſe: ita vt hac

de cau-

Digitized by Google

de cauſa benè collocauerint operam, & propoſitum, de quo ante dicebam, ſcopum fœliciter attigerint. Id quod exaggerat adhuc altiùs & exemplis etiam illuſtrat. Cum enim inquit, homo ſiue callidus & ſagax, ac multarum rerum peritus vnde ſapiens vulgo appellatur, ſed improbus tamen eſt, quique decipiendi ſtudio ducitur, decipitur ipſe, vt Eoli filio Syſipho contigit (hunc decepit Antolicus ſurripiens illi pecora) ſiue robuſtus ac fortis ſed iniuſtus (exemplum non affert, ſed Goliath nobis exemplo eſſe poteſt) quique cæteris vim inferre ſoleat, ſuperatur item ipſe, id verò & Tragicum eſt cum calamitoſus illorum
453 ſit euentus, & φιλάνθρωπον (vt dicebam) atque hominibus charum: cum ipſi tales planè homines decipi ac ſuperari gaudeamus. Denique vel clam & per fraudem, vel apertè ac per vim, nobis iniuſti ſunt homines, quapropter cum nos inſtigante Natura ipſa atque adeò duce, eos oderimus qui nobis infenſi ſunt & iniurij, iſtos ſanè vtroſque viciſſim tum fraude tum vi ſuperari, nobis charum eſt atque iucundum. Atque hæc planè argumenta intelligitur ab iſtis, maximè verò ab Agathone, fuiſſe Tragœdiæ commendata: ita vt hunc laudem mereantur, ſiue induſtriam illi ſuam artificiúmque præclarè declararint. Quod ſi quis obiiciat huiuſmodi euentus cum veriſimili non conſentire, cum callidi homines & verſuti, aut etiam robuſti & potentes, alios facilè decipere quidem ac ſuperare ſoleant, ſuperari certè ac decipi ægrè ſoleant, iam Agathon ipſe ſibi ingenioſè patrocinatur, atque illud etiam eſſe veriſimile, multa fieri præter veriſimile, quo etiam dicto vtitur in particula CLI. vt quæ contra veriſimile aut ſine ratione fiunt, tueatur: ait enim non eſſe præter rationem aut præter veriſimile vt aliquid præter rationem veriſimiléque contingat. Quã fermè rem in II. quoque Rhetoricorum attigit, Agathonis mentione item facta eiuſdémque verſiculis allatis, illud tamen ibi obſeruat, non eſſe καθόλου καὶ ἁπλῶς, vniuerſim ac
Vide Riccob. pag. 100 ſimpliciter veriſimile, ſed aliquo modo: quia ſcilicet in reb. quæ aliter poſſunt ſe habere, vt in rebus humanis, veriſimile eſt aliquando accidere nonnulla præter veriſimile. Sed dubitantur multa; ac primò quia nonnulli exiſtimant Ariſtotelem in hac particula de Admirabili verba facere, ac propterea locum ſic exponũt, vt nihil aliud ſibi voluerit quàm iſtos per admirabile effeciſſe vt in peripetiis & ſimplicibus fabulis id quod ipſi volunt aſſequãtur. Itaque non θαυμαστῶς legunt iſti, quantum quidem intelligere licet, ſed διὰ θαυμαστόν nec quam nos ſententiam retulimus ſed longè diuerſam ſequuntur. Ego vero vel quia cæteri θαυμαστῶς legunt, nec codicem vidi vllum qui διὰ θαυμαστῶν habeat, vel quia de admirabili antea verba fecit Ariſtoteles, nimirum in particula LVII. vel quia hîc ieiunè nimis hoc reſumeret atque attingeret argumentum; a communi explanatione atque ſententia non recedo. Illud potius dubitabo quo etiam atque etiam commoueor. etenim laudat Ariſtoteles in Tragœdia argumentum improbi viri qui ſiue ad decipiendum ſiue ad vim inferendam paratus ſit; quaſi verò hoc & Tragicum ſit ac φιλάνθρωπον. & tamen in particula LXVIII. & LXIX. iuſſit vt non propter vitium & in probitatem, ſed propter errorem aliquem, is mutet fortunam & in calamitatem incidat, ex quo metus & miſericordia ſit cõcitãda. Et in LXXVII. probos Tragicis perſonis affingendos mores monuit. Denique in LXVI. improbas perſonas idoneas eſſe negauit ex quibus miſericordia excitentur aut metus. Veruntamen vbi non tam ſpectemus quid in Ariſtotelea, hoc eſt omnibus numeris perfecta & abſoluta, exigatur Tragœdia, ſed in trita & vſitata & paſſim apud homines laudata, actio certè quæ Tragicum ſpiret propter acerbitates ac cædes, & verò è ſpectatorum accidat ſententia, qui Tragicam illam vel cædem vel perpeſſionem non inuiti ſed cum plauſu excipiant, non improbanda eſt. Denique ſi non in primis at certè in ſecundis conſiſtere poterit. Vt omittam hîc ab Ariſtotele ex Auditorum plauſu laudari interim Agathonem Agathoniſque ſimillimos, non ex perfecta & omnibus numeris abſoluta imitatione. Vt omittam hoc Ariſtoteli largiendum vt ſaltem ex communi & populari Tragœdia, quoniam grata accideret, amicum optimum hoc eſt Agathonem, commendaret. Iam verò illud poſtremò ſe ſe offert de quo dubitemus. quid per ſimplices res intelligat Ariſtoteles dum ait in his illos aſſequi quod volunt. Et ſanè cum ſimplex actio ſeu fabula Ariſtoteli interdum id ſignificet quod implexæ opponitur & explicatum eſt, aliquando id quod vnigenam non multigenam refert conſtitutionem & duplicis conſtitutionis opponitur fabulæ, alij priorem, poſteriorem aliqui, ſe-
454 quuntur notionem. Ipſe tamen, quoniam rem ſimplicem opponit peripetiæ quæ plexæ fabulæ eſt vertex ac ſumma, libentiùs iis aſſenſerim qui de ſimplici fabula quæ implexæ opponitur, locum expouunt. & idcirco ea erit ſententia iſtos ſiue implexam aliquã coagmen-

Dubitatur. I.

Reſpondetur.

Dubitatur. II.

Reſpondetur.

Dubitatur. III.

nùs quàm Tragicam fabulam eſſe vnigenam. Ita quidem concedit Epicam conſtitutionem eſſe verè polymytham: & hanc, quoniam caueri poteſt a Tragico non multorum annorũ ſed vnius Solis dat ſpectaculum nec cogitur maiore amplitudine ab vnitate deſlectere, iubet declinari. eiſt in Epico; propter Homerum ſcilicet; inde vtranque nititur hanc eluere culpã, quòd in Epopœia propter longitudinẽ, partes illæ quæ alioquin fabulæ ſingulæ videri poterant, conuenientem ſortiantur formam; quod tamen in Dramatico Poëmate propter breuitatem fieri nequeat. De quã tamen re dicemus copiosè in particula CLVI. vbi videndum erit num verè Epopœia careat vnitatis bono, an potiùs id affirmauerit Ariſtoteles partim vt patrocinaretur Iliadi & Odyſſeæ & illarum Authori Homero, partim vt haberet vnde Epopœiam poſtponeret Tragœdiæ, repugnarétque Platoni qui Epopœiam Tragœdiæ præſtantia antepoſuerat ac dignitate. 452

# PARTICVLA XCV.

EN δὲ ταῖς περιπετείαις, καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται, ὧν βούλονται, θαυμαστῶς. Τραγικὸν γὰρ τοῦτο, καὶ φιλάνθρωπον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μὲν, μετὰ πονηρίας δὲ, ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος: καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν, ἄδικος δὲ, ἡττηθῇ. ἔστι δὲ τοῦτο εἰκὸς: ὥσπερ Ἀγάθων λέγει. εἰκὸς γὰρ γίνεσθαι πολλὰ, καὶ παρὰ τὸ εἰκός.

TAmetſi tum in peripetijs, tum in ſimplicibus actionibus hi quidem ſuum mirabiliter propoſitum aſſequantur. Etenim Tragicum, atque humanum eſt, cum ſapiens idque prauus, veluti Siſyphus, deceptus fuerit: ſiue fortis, idemque iniuſtus ſuperatus. veriſimile enim eſt. vt Agathon aſſerit. quandoquidem multa præter ipſum veriſimile accidere. a veriſimili non diſcrepat. *Paccius.*

*IN peripetÿs autem, & in ſimplicibus rebus aſſequuntur, quod volunt per admirabile. Tragicum enim hoc, & gratum hominibus. Eſt autem hoc, quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate deceptus, vt Siſyphus, & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit. Atque hoc veriſimile eſt, vt Agathon dicit. Veriſimile enim eſt multa fieri etiam præter veriſimile.* *Riccobonus.*

*COMM. XCV.* *Quos propter polymythum conſtitutionem inſimulauerat, alio iã commendat nomine.*

ETSI Agathonem atque illos omnes reprehendit qui Epopœicam conſtitutionem ad Tragœdiam referrent, hos tamen (credo quòd Agathonem inuitus ferè perſtrinxiſſet: quamuis dum in eo vno cecidiſſe diceret, egregiã quoque laudem miſcuit cum reprehenſione) laudandos cenſuit è veſtigio. Ergo continenter ſubiecit hos tum in peripetijs, vnde implexa fabula gignitur aut deſignatur, tum in ſimplicibus actionibus, contexendis, fœliciter ſuam operam collocaſſe: & quem ſibi ſcopum propoſuerãt (vt ſcilicet placerent, plauſúmque referrent, victores quoque, ſi in Theatris certarent, declararentur) mirificè attigiſſe. Quod, vt opinor, ſcribit, vt hinc intelligatur iſtos, in ijs argumentis in quibus offendiſſent, non tam ob ingenij humilitatem & inſcitiam peccaſſe (quanquam ob hanc etiam peccarint neceſſe eſt dum argumentum deligerent Epopœicum ſeu polymythũ) quàm quòd delectum argumentum maioris induſtriæ ac perfectionis capax non eſſet. & ideo in ijs in quibus licet induſtriam declarare, vt in peripetiis & in ſimplicibus fabulis, mirificè Tragicum artificium oſtenderunt probarúntque ſpectatoribus. Vt autem rationem afferat cur in his fœliciter operam collocauerint ſuam, *Etenim*, inquit. *Tragicum eſt hoc & gratum hominibus. Eſt autem hoc quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate deceptus fuerit, vt Syſiphus: & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit*. Ex quibus verbis licet intelligere Tragicos iſtos tum Tragico, hoc eſt calamitoſo & cruento, tum Philanthropo, hoc eſt homini ſuaptè grato, ac ſpectatoribus amico & periucundo, exitu Tragœdias concluſiſſe: ita vt hac

de cau-

de cauſa benè collocauerint operam,& propoſitum,de quo ante dicebam,ſcopum fœliciter attigerint. Id quod exaggerat adhuc altiùs & exemplis etiam illuſtrat. Cum enim inquit, homo ſiue callidus & ſagax, ac multarum rerum peritus vnde ſapiens vulgo appellatur, ſed improbus tamen eſt, quique decipiendi ſtudio ducitur, decipitur ipſe, vt Eoli filio Syſipho contigit (hunc decepit Antolicus ſurripiens illi pecora) ſiue robuſtus ac fortis ſed iniuſtus (exemplum non affert, ſed Goliath nobis exemplo eſſe poteſt) quique cæteris vim inferre ſoleat, ſuperatur item ipſe, id verò & Tragicum eſt cum calamitoſus illorum
453 ſit euentus, & φιλάνθρωπον (vt dicebam) atque hominibus charum: cum ipſi tales planè homines decipi ac ſuperari gaudeamus. Denique vel clam & per fraudem, vel apertè ac per vim, nobis inuiſi ſunt homines, quapropter cum nos inſtigante Natura ipſa atque adeò duce, eos oderimus qui nobis infenſi ſunt & iniurii, iſtos ſanè vtroſque viciſſim tum fraude tum vi ſuperari; nobis charum eſt atque iucundum. Atque hæc planè argumenta intelligitur ab iſtis, maximè verò ab Agathone, fuiſſe Tragœdiæ commendata: ita vt hunc laudem mereantur, ſiue induſtriam illi ſuam artificiúmque præclarè declararint. Quod ſi quis obiiciat huiuſmodi euentus cum veriſimili non conſentire, cum callidi homines & verſuti, aut etiam robuſti & potentes, alios facilè decipere quidem ac ſuperare ſoleant, ſuperari certè ac decipi ægrè ſoleant, iam Agathon ipſe ſibi ingenioſè patrocinatur, atque illud etiam eſſe veriſimile, multa fieri præter veriſimile. quo etiam dicto vtitur in particula CLI. vt quæ contra veriſimile aut ſine ratione fiunt, tueatur: ait enim non eſſe præter rationem aut præter veriſimile vt aliquid præter rationem veriſimileque contingat. Quā fermè rem in II. quoque Rhetoricorum attigit, Agathonis mentione item facta eiuſdémque verſiculis allatis, illud tamen ibi obſeruat, non eſſe καθόλου καὶ ἁπλῶς, vniuerſim ac
Vide Riccob. pg. 100 ſimpliciter veriſimile, ſed aliquo modo: quia ſcilicet in reb. quæ aliter poſſunt ſe habere, vt in rebus humanis, veriſimile eſt aliquando accidere nonnulla præter veriſimile. Sed dubitantur multa; ac primò quia nonnulli exiſtimant Ariſtotelem in hac particula de Admirabili verba facere, ac propterea locum ſic exponūt, vt nihil aliud ſibi voluerit quàm alios per admirabile effeciſſe vt in peripetiis & ſimplicibus fabulis id quod ipſi volunt aſſequātur. Itaque non θαυμαστῶς legunt iſti, quantum quidem intelligere licet, ſed διὰ θαυμαστὸν nec quam nos ſententiam retulimus ſed longè diuerſam ſequuntur. Ego vero vel quia cæteri θαυμαστῶς legunt, nec codicem vidi vllum qui διὰ θαυμαστὸν habeat, vel quia de admirabili iamdiu verba fecit Ariſtoteles, nimirum in particula LVII. vel quia hîc ieiunè nimis hoc reſumeret atque attingeret argumentum; a communi explanatione atque ſententia non recedo. Illud potius dubitabo quo etiam atque etiam commoueor. etenim laudat Ariſtoteles in Tragœdia argumentum improbi viri qui ſiue ad decipiendum ſiue ad vim inferendam paratus ſit; quaſi verò hoc & Tragicum ſit ac φιλάνθρωπον. & tamen in particula LXVIII. & LXIX. iuſſit vt non propter vitium & improbitatem, ſed propter errorem aliquem, is mutet fortunam & in calamitatem incidat, ex quo metus & miſericordia ſit cōcitāda. Et in LXXVII. probos Tragicis perſonis affingendos mores monuit. Denique in LXVI. improbas perſonas idoneas eſſe negauit ex quibus miſericordia excitentur aut metus. Veruntamen vbi non tam ſpectemus quid in Ariſtotelea, hoc eſt omnibus numeris perfecta & abſoluta, exigatur Tragœdia, ſed in trita & vſitata & paſſim apud homines laudata, actio certè quæ Tragicum ſpiret propter acerbitates ac cædes, & verò è ſpectatorum accidat ſententia, qui Tragicam illam vel cædem vel perpeſſionem non inuiti ſed cum plauſu excipiant, non improbanda eſt. Denique ſi non in primis at certè in ſecundis conſiſtere poterit. Vt omittam hîc ab Ariſtotele ex Auditorum plauſu laudari interim Agathonem Agathoniſque ſimillimos, non ex perfecta & omnibus numeris abſoluta imitatione. Vt omittam hoc Ariſtoteli largiendum vt ſaltem ex communi & populari Tragœdia, quoniam grata accideret, amicum optimum hoc eſt Agathonem, commendaret. Iam verò illud poſtremò ſe ſe offert de quo dubitemus. quid per ſimplices res intelligat Ariſtoteles dum ait in his illos aſſequi quod volunt. Et ſanè cùm ſimplex actio ſeu fabula Ariſtoteli interdum id ſignificet quod implexæ opponitur & explicatum eſt, aliquando id quod vnigenam non multigenam refert conſtitutionem & duplicis conſtitutionis opponitur fabulæ, alii priorem, poſteriorem aliqui, ſe-
454 quuntur notionem. Ipſe tamen, quoniam rem ſimplicem opponit peripetiæ quæ plexæ fabulæ eſt vertex ac ſumma, libentiùs iis aſſenſerim qui de ſimplici fabula quæ implexæ opponitur, locum exponunt, & idcirco ea erit ſententia iſtos ſiue implexam aliquā coagmen-

Dubitatur. I.

Reſpondetur.

Dubitatur. II.

Reſpondetur.

Dubitatur. III.

Digitized by Google

nùs quàm Tragicam fabulam eſſe vnigenam. Ita quidem concedit Epicam conſtitutio-
nem eſſe verè polymytham: & hanc, quoniam caueri poteſt a Tragico non multorum
annorũ ſed vnius Solis dat ſpectaculum nec cogitur maiore amplitudine ab vnitate deſle-
ctere, iubet declinari. etſi in Epico; propter Homerum ſcilicet; inde vtcunque nititur hanc
eluere culpã, quòd in Epopœia propter longitudinẽ, partes illæ quæ alioquin fabulæ ſin-
gulæ videri poterant, conuenientem ſortiantur formam; quod tamen in Dramatico Poë-
mate propter breuitatem fieri nequeat. De quã tamen re dicemus copiosè in particula
CLVI. vbi videndum erit num verè Epopœia careat vnitatis bono, an potiùs id affirma-
uerit Ariſtoteles partim vt patrocinaretur Iliadi & Odyſſeæ & illarum Authori Home- 452
ro, partim vt haberet vnde Epopœiam poſtponeret Tragœdiæ, repugnarétque Platoni qui
Epopœiam Tragœdiæ præſtantia antepoſuerat ac dignitate.

# PARTICVLA XCV.

ΕΝ δὲ ταῖς περιπετείαις, καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται, ὧν βούλονται, θαυμαστῶς. Τραγικὸν γὰρ τοῦτο, καὶ φιλάνθρωπον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μὲν, μετὰ πονηρίας δὲ, ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος: καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν, ἄδικος δὲ, ἡττηθῇ. ἔστι δὲ τοῦτο εἰκὸς; ὥσπερ Ἀγάθων λέγει. εἰκὸς γὰρ γίνεσθαι πολλὰ, καὶ παρὰ τὸ εἰκός.

TAmetſi tum in peripetijs, tum in ſimplicibus actionibus hi quidem ſuum mi-rabiliter propoſitum aſſequantur. Etenim Tragicum, atque humanum eſt, cum ſapiens idque prauus, veluti Siſyphus, deceptus fuerit: ſiue fortis, idemque iniuſtus ſuperatus. veriſimile enim eſt. vt Agathon aſſerit. quandoquidem multa præter ipſum veriſimile accidere, a veriſimili non diſcrepat. *Paccius.*

*IN peripetijs autem, & in ſimplicibus rebus aſſequuntur, quod volunt per admirabile. Tragicum enim hoc, & gratum hominibus. Eſt autem hoc, quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate deceptus, vt Siſyphus, & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit. Atque hoc veriſimile eſt, vt Agathon dicit. Veriſimile enim eſt multa fieri etiam præter veriſimile.* *Riccobonus.*

*COMM. XCV. Quos propter polymythum conſtitutionem inſimulauerat, alio iã commendat nomine.*

ETSI Agathonem atque illos omnes reprehendit qui Epopœicam conſtitutionem ad Tragœdiam referrent, hos tamen (credo quòd Agathonem inuitus ferè perſtrinxiſſet: quamuis dum in eo vno cecidiſſe diceret, egregiã quoque laudem miſcuit cum reprehenſione) laudandos cenſuit è veſtigio. Ergo continenter ſubiecit hos tum in peripetijs, vnde implexa fabula gignitur aut deſignatur, tum in ſimplicibus actionibus, contexendis, fœliciter ſuam operam collocaſſe: & quem ſibi ſcopum propoſuerãt (vt ſcilicet placerent, plauſúmque referrent, victores quoque, ſi in Theatris certarent, declararentur) mirificè attigiſſe. Quod, vt opinor, ſcribit, vt hinc intelligatur iſtos, in ijs argumentis in quibus offendiſſent, non tam ob ingenij humilitatem & inſcitiam peccaſſe (quanquam ob hanc etiam peccarint neceſſe eſt dum argumentum deligerent Epopœicum ſeu polymythũ) quàm quòd delectum argumentum maioris induſtriæ ac perfectionis capax non eſſet. & ideo in ijs in quibus licet induſtriam declarare, vt in peripetiis & in ſimplicibus fabulis, mirificè Tragicum artificium oſtenderunt probarúntque ſpectatoribus. Vt autem rationem afferat cur in his fœliciter operam collocauerint ſuam, *Etenim*, inquit. *Tragicum eſt hoc & gratum hominibus. Eſt autem hoc quando ſapiens quidem, ſed cum improbitate deceptus fuerit, vt Syſiphus: & fortis quidem, ſed iniuſtus ſuperatus ſit.* Ex quibus verbis licet intelligere Tragicos iſtos tum Tragico, hoc eſt calamitoſo & cruento, tum Philanthropo, hoc eſt homini ſuaptè grato, ac ſpectatoribus amico & periucundo, exitu Tragœdias concluſiſſe: ita vt hac

decau-

de cauſa benè collocauerint operam, & propoſitum, de quo ante dicebam, ſcopum fœliciter attigerint. Id quod exaggerat adhuc altiùs & exemplis etiam illuſtrat. Cum enim inquit, homo ſiue callidus & ſagax, ac multarum rerum peritus vnde ſapiens vulgo appellatur, ſed improbus tamen eſt, quique decipiendi ſtudio ducitur, decipitur ipſe, vt Eoli filio Syſipho contigit (hunc decepit Antolicus ſurripiens illi pecora) ſiue robuſtus ac fortis ſed iniuſtus (exemplum non affert, ſed Goliath nobis exemplo eſſe poteſt) quique cæteris vim inferre ſoleat, ſuperatur item ipſe, id verò & Tragicum eſt cum calamitoſus illorum
453 ſit euentus, & φιλάνθρωπον (vt dicebam) atque hominibus charum: cum ipſi tales planè homines decipi ac ſuperari gaudeamus. Denique vel clam & per fraudem, vel apertè ac per vim, nobis iniuſti ſunt homines, quapropter cum nos inſtigante Natura ipſa atque adeò duce, eos oderimus qui nobis infenſi ſunt & iniurii, iſtos ſanè vtroſque viciſſim tum fraude tum vi ſuperari, nobis charum eſt atque iucundum. Atque hæc planè argumenta intelligitur ab iſtis, maximè verò ab Agathone, fuiſſe Tragœdiæ commendata, ita vt hunc laudem mereantur, ſiue induſtriam illi ſuam artificiúmque præclarè declararint. Quod ſi quis obiiciat huiuſmodi euentus cum veriſimili non conſentire, cum callidi homines & verſuti, aut etiam robuſti & potentes, alios facilè decipere quidem ac ſuperare ſoleant, ſuperari certè ac decipi ægrè ſoleant, iam Agathon ipſe ſibi ingenioſè patrocinatur, aitque illud etiam eſſe veriſimile, multa fieri præter veriſimile, quo etiam dicto vtitur in particula CLI. vt quæ contra veriſimile aut ſine ratione fiunt, tueatur; ait enim non eſſe præter rationem aut præter veriſimile vt aliquid præter rationem veriſimiléque contingat. Quã fermè rem in II. quoque Rhetoricorum attigit, Agathonis mentione item facta eiuſdémque verſiculis allatis. illud tamen ibi obſeruat, non eſſe καθόλου καὶ ἁπλῶς (vniuerſim ac ſimpliciter) veriſimile, ſed aliquo modo: quia ſcilicet in reb. quæ aliter poſſunt ſe habere, vt in rebus humanis, veriſimile eſt aliquando accidere nonnulla præter veriſimile. Sed dubitantur multa; ac primò quia nonnulli exiſtimant Ariſtotelem in hac particula de Admirabili verba facere, ac propterea locum ſic exponũt, vt nihil aliud ſibi voluerit quàm illos per admirabile effeciſſe vt in peripetiis & ſimplicibus fabulis id quod ipſi volunt aſſequãtur. Itaque non θαυμαστῶς legunt iſti, quantum quidem intelligere licet, ſed διὰ θαυμαστῶν nec quam nos ſententiam retulimus ſed longè diuerſam ſequuntur. Ego vero vel quia cæteri θαυμαστῶς legunt, nec codicem vidi vllum qui διὰ θαυμαστῶν habeat, vel quia de admirabili atque diu verba fecit Ariſtoteles, nimirum in particula LVII. vel quia hîc ieiunè nimis hoc reſumeret atque attingeret argumentum; a communi explanatione atque ſententia non recedo. Illud potiùs dubitabo quo etiam atque etiam commoueor. etenim laudat Ariſtoteles in Tragœdia argumentum improbi viri qui ſiue ad decipiendum ſiue ad vim inferendam paratus ſit; quaſi verò hoc & Tragicum ſit ac φιλάνθρωπον. & tamen in particula LXVIII. & LXIX. iuſſit vt non propter vitium & improbitatem, ſed propter errorem aliquem, is mutet fortunam & in calamitatem incidat, ex quo metus & miſericordia ſit cõcitãda. Et in LXXVII. probos Tragicis perſonis affingendos mores monuit. Denique in LXVI. improbas perſonas idoneas eſſe negauit ex quibus miſericordia excitentur aut metus. Veruntamen vbi non tam ſpectemus quid in Ariſtotelea, hoc eſt omnibus numeris perfecta & abſoluta, exigatur Tragœdia, ſed in trita & vſitata & paſſim apud homines laudata, actio certè quæ Tragicum ſpiret propter acerbitates ac cædes, & verò è ſpectatorum accidat ſententia, qui Tragicam illam vel cædem vel perpeſſionem non inuiti ſed cum plauſu excipiant, non improbanda eſt. Denique ſi non in primis at certè in ſecundis conſiſtere poterit. Vt omittam hîc ab Ariſtotele ex Auditorum plauſu laudari interim Agathonem Agathoniſque ſimillimos, non ex perfecta & omnibus numeris abſoluta imitatione. Vt omittam hoc Ariſtoteli largiendum vt ſaltem ex communi & populari Tragœdia, quoniam grata accideret, amicum optimum hoc eſt Agathonem, commendaret. Iam verò illud poſtremò ſeſe offert de quo dubitemus. quid per ſimplices res intelligat Ariſtoteles dum ait in his illos aſſequi quod volunt. Et ſanè cùm ſimplex actio ſeu fabula Ariſtoteli interdum id ſignificet quod implexæ opponitur & explicatum eſt, aliquando id quod vnigenam non multigenam refert conſtitutionem & duplicis conſtitutionis opponitur fabulæ, alii priorem, poſteriorem aliqui, ſe-
454 quuntur notionem. Ipſe tamen, quoniam rem ſimplicem opponit peripetiæ quæ plexæ fabulæ eſt vertex ac ſumma, libentiùs iis aſſenſerim qui de ſimplici fabula quæ implexæ opponitur, locum exponunt. & idcirco ea erit ſententia iſtos ſiue implexam aliquã coagmen-

*Vide Riccob. pg. 100*

*Dubitatur. I.*

*Reſpondetur.*

*Dubitatur. II.*

*Reſpondetur.*

*Dubitatur. III.*

de cauſa benè collocauerint operam,& propoſitum,de quo ante dicebam,ſcopum feliciter attigerint. Id quod exaggerat adhuc altiùs & exemplis etiam illuſtrat. Cum enim inquit, homo ſiue callidus & ſagax,ac multarum rerum peritus vnde ſapiens vulgo appellatur, ſed improbus tamen eſt,quique decipiendi ſtudio ducitur,decipitur ipſe,vt Eoli filio Syſipho contigit(hunc decepit Antolicus ſurripiens illi pecora)ſiue robuſtus ac fortis ſed iniuſtus(exemplum non affert,ſed Goliath nobis exemplo eſſe poteſt) quique cæteris vim inferre ſoleat, ſuperatur item ipſe,id verò & Tragicum eſt cum calamitoſus illorum
453 ſit euentus,& φιλάνθρωπον(vt dicebam)atque hominibus charum: cum ipſi tales planè homines decipi ac ſuperari gaudeamus. Denique vel clam & per fraudem, vel apertè ac per vim,nobis iniurii ſunt homines, quapropter cum nos inſtigante Natura ipſa atque adeò duce,eos oderimus qui nobis infenſi ſunt & iniurii,iſtos ſanè vtroſque viciſſim tum fraude tum vi ſuperari;nobis charum eſt atque iucundum. Atque hæc planè argumenta intelligitur ab iſtis, maximè verò ab Agathone, fuiſſe Tragœdiæ commendata:ita vt hinc laudem mereantur, ſiue induſtriam illi ſuam artificiúmque præclarè declararint. Quod ſi quis obiiciat huiuſmodi euentus cum veriſimili non conſentire, cum callidi homines & verſuti, aut etiam robuſti & potentes, alios facilè decipere quidem ac ſuperare ſoleant, ſuperari certè ac decipi ægrè ſoleant,iam Agathon ipſe ſibi ingenioſè patrocinatur,atque illud etiam eſſe veriſimile,multa fieri præter veriſimile.quo etiam dicto vtitur in particula CLI.vt quæ contra veriſimile aut ſine ratione fiunt, tueatur: ait enim non eſſe præter rationem aut præter veriſimile vt aliquid præter rationem veriſimiléque contingat. Quã fermè rem in II. quoque Rhetoricorum attigit, Agathonis mentione item facta eiuſdémque verſiculis pſallatis. illud tamen ibi obſeruat,non eſſe καθόλου καὶ ἁπλῶς, vniuerſim ac ſimpliciter veriſimile,ſed aliquo modo;quia ſcilicet in reb. quæ aliter poſſunt ſe habere,vt in rebus humanis,veriſimile eſt aliquando accidere nonnulla præter veriſimile. Sed dubitantur multa;ac primò quia nonnulli exiſtimant Ariſtotelem in hac particula de Admirabili verba facere,ac propterea locum ſic exponũt,vt nihil aliud ſibi voluerit quàm iſtos per admirabile effeciſſe vt in peripetiis & ſimplicibus fabulis id quod ipſi volunt aſſequãtur. Itaque non θαυμαστὰ legunt iſti,quantum quidem intelligere licet, ſed διὰ θαυμαστόν nec quam nos ſententiam retulimus ſed longè diuerſam ſequuntur. Ego vero vel quia cæteri θαυμαστὸν legunt, nec codicem vidi vllum qui διὰ θαυμαστόν habeat, vel quia de admirabili iandiu verba fecit Ariſtoteles, nimirum in particula LVII. vel quia hîc ieiunè nimis hoc reſumeret atque attingeret argumentum; a communi explanatione atque ſententia non recedo. Illud potius dubitabo quo etiam atque etiam commoueor. etenim laudat Ariſtoteles in Tragœdia argumentum improbi viri qui ſiue ad decipiendum ſiue ad vim inferendam paratus ſit; quaſi verò hoc & Tragicum ſit ac φιλάνθρωπον. & tamen in particula LXVIII. & LXIX. iuſſit vt non propter vitium & improbitatem, ſed propter errorem aliquem, is mutet fortunam & in calamitatem incidat, ex quo metus & miſericordia ſit cõcitãda. Et in LXXVII. probos Tragicis perſonis affingendos mores monuit. Denique in LXVI. improbas perſonas idoneas eſſe negauit ex quibus miſericordia excitentur aut metus. Veruntamen vbi non tam ſpectemus quid in Ariſtotelea, hoc eſt omnibus numeris perfecta & abſoluta, exigatur Tragœdia, ſed in trita & vſitata & paſſim apud homines laudata, actio certè quæ Tragicum ſpiret propter acerbitates ac cædes,& verò è ſpectatorum accidat ſententia,qui Tragicam illam vel cædem vel perpeſſionem non inuiti ſed cum plauſu excipiant,non improbanda eſt. Denique ſi non in primis at certè in ſecundis conſiſtere poterit. Vt omittam hîc ab Ariſtotele ex Auditorum plauſu laudari interim Agathonem Agathoniſque ſimillimos,non ex perfecta & omnibus numeris abſoluta imitatione. Vt omittam hoc Ariſtoteli largiendum vt ſaltem ex communi & populari Tragœdia, quoniam grata accideret,amicum optimum hoc eſt Agathonem, commendaret. Iam verò illud poſtremò ſe ſe offert de quo dubitemus. quid per ſimplices res intelligat Ariſtoteles dum ait in his illos aſſequi quod volunt. Et ſanè cùm ſimplex actio ſeu fabula Ariſtoteli interdum id ſignificet quod implexæ opponitur & explicatum eſt, aliquando id quod vnigenam non multigenam refert conſtitutionem & duplicis conſtitutionis opponitur fabulæ,alii priorem, poſteriorem aliqui, ſe-
454 quuntur notionem. Ipſe tamen, quoniam rem ſimplicem opponit peripetiæ quæ plexæ fabulæ eſt vertex ac ſumma, libentiùs iis aſſenſerim qui de ſimplici fabula quæ implexæ opponitur, locum exponunt, & idcirco ea erit ſententia iſtos ſiue implexam aliquã coagmen-

Vide Riccob. pag. 100

Dubitatur. I.

Reſpondetur.

Dubitatur. II.

Reſpondetur.

Dubitatur. III.

agmentent fabulam (deſcribit hanc per peripetiam) ſiue ſimplicem & explicatam, egregiè ſuam operã locare. ex quo fit vt rurſus nihil prohibeat quominus vel ſimplicis (ſimplicem appello quam oppoſuimus duplici: & vnigenam dixeris) adhuc, vel duplicis ſit cõſtitutionis. ſiquidem & cum implexa & cum ſimplici cohærere poteſt vnigena vel multigena conſtitutio. quod ſi Ariſtoteles de ſimplici locutus eſſet quæ opponitur duplici, anguſtioribus quàm par erat coërcuiſſet iſtorum & famam & laudem.

# CAPVT XVIII.

## PARTICVLA XCVI.

KAὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ. τοῖς δὲ λοιποῖς τὰ διδόμενα μᾶλλον τοῦ μύθου ἢ ἄλλης τραγῳδίας ἐστί. διὸ ἐμβόλιμα ᾄδουσι, πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου. καίτοι τί διαφέρει, ἢ ἐμβόλιμα ᾄδειν, ἢ ῥῆσιν ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο ἁρμόττειν, ἢ ἐπεισόδιον ὅλον.

CHori ſummam penes vnum dumtaxat ex hiſtrionibus eſſe oportet, totiúſque partem eſſe: vti autem concertationibus, non ſicut apud Euripidem, ſed ſicut apud Sophoclem. reliquit verò conceſſa potiùs ea ſunt quæ ad ſuſceptam pertinent fabulam, quàm quæ ad aliam Tragœdiam: quapropter intercalare concinunt. Huiuſmodi ſanè rei initium primùm ab Agathone ſumptum. Atqui quidnam differt inter canere intercalare, locutionémue illam, quæ aliud ex alio nectit, integrúmque Epiſodium? *Paccius.*

*ET exiſtimandum eſt chorum eſſe vnum de hiſtrionibus, & partem totius, ac ſimul contendere, non vt apud Euripidem, ſed vt apud Sophoclem. Quæ verò conceduntur alijs, magis ſunt fabulæ, & Tragœdiæ alterius. Quamobrem embolima canunt, cum primus Agathon rem talem inceperit. Atqui quid intereſt, ſi quis embolima canat, vel dictionem ex alio in aliud commodet?* *Riccobonus.*

*COMM. XCVI. De Choro: & cur.*

DE Choro agit Ariſtoteles hoc in loco: cum enim de Tragœdiæ conſtitutione verba fecerit hactenus, atque ad extremùm cauendum monuerit ne Tragœdia polymytha (id in quo lapſus erat Agathon) ſed vnigena conſtituatur; iam poſſet aliquis ſciſcitari, qua ratione interim chorus ſit adhibendus Tragicæ conſtitutioni, vt hæc perfecta ſit vndique: dum enim nõ omnes eodem planè modo vtuntur choro, nec eodem artificio illum in Tragœdiam importarunt, plurimùm ſanè intereſt noſſe qua tandem ratione præſtet eũ vſurpare & retinere. Reſpondet igitur Ariſtoteles, omnino eſſe reputandum, chorum eſſe habendum vnum ex hiſtrionibus; quod eſt choro hiſtrionis munere fungendum eſſe, ita vt fabulæ peragendæ ſe ſe immiſceat, ac propterea non ſit quid à fabula ſeu Tragœdia disiunctum, ſed cum Tragœdia, quaſi commune cum ea munus habeat, coniunctum, & ideò etiam *τοῦ ὅλου μόριον εἶναι ipſius totius partem eſſe*: ita vt Tragicæ perſonæ & actionis munus obire debeat. Et hac de cauſa ſubdit etiam è veſtigio, oportere *συναγωνίζεσθαι*, ſimul inquam cum cæteris hiſtrionibus eniti atque certare. ſi enim vnus ex hiſtrionibus habendus eſt, neceſſe profectò eſt vt aliarum perſonarum inſtar promoueat fabulam, & in ea peragenda conſors ſit cæterorum, ita vt ſimul vrgeant opus. & idcirco admonet interdum, dubitat, admiratur, conſolatur, hortatur, luget, denique, ſi rectè & ex arte ſit conſtitutus, virile officium tuetur, vt ait Horatius: quòd eſt ſeruit honeſtati ac bonis moribus, nec à virtute diſcedit. Itaque egregiè is de quo dicebam, cecinit in ſua Poëtica. 455

*Quibus occupandum cenſeat Chorum.*

*Acto-*

*Actoris partes, Chorus officiúmque virile*
*Defendat; neu quid medios intercinat actus,*
*Quod non propoſito conducat & hæreat aptè.*
*Ille bonis faueatque & conſilietur amicis:*
*Et regat iratos: & amet peccare timenteis.*
*Ille dapes laudet menſæ breuis, ille ſalubrem*
*Iuſtitiam, legéſque, & apertis ocia portis.*
*Ille tegat commiſſa: Deóſque precetur & oret,*
*Vt redeat miſeris abeat fortuna ſuperbis.*

Atqui ſint iſta. Verùm qua planè ratione concertandum eſt choro Ariſtoteles & hiſtrionis munus obeundum? Non quemadmodum apud Euripidem, inquit Ariſtoteles; ſed quemadmodùm apud Sophoclem. obſcurè. præſtaret enim declarare quî apud Euripidem, quî apud Sophoclem hiſtrionis partes ſubeat chorus: inprimis verò in quo peccet vnus, rectè faciat alter. Vt omittam ne illud quidem interim ſatis exponi, an apud Euripidem chorus omnino abſtineat ab hiſtrionis munere, an verò fungatur quidem munere hiſtrionis, ſed aliter quàm apud Sophoclem; ita vt oporteat συναγωνίζεσθαι & chorum inducere non Euripideo modo ſed Sophocleo. Veruntamen hos Tragicos attentiùs peruolutāti conſtare ſatis poteſt apud Sophoclem chorum vrgere fabulam, ſéque illi promouendæ, actioníque peragendæ ſedulò immiſcere: contra verò apud Euripidem aliud fermè agere, víxque aliquandò, ídque ferè ad extremùm, actionem vrgere & adiuuare. Iurè igitur Sophoclem proponit ad imitandum: quandoquidem chorus quò magis inſtituto ac fini ſeruit, quod eſt fabulæ promouendæ, & ad exitum perducendæ, eò magis appoſitè induci dicendus eſt. Contra verò vbi digrediatur ab inſtituta fabula, & in re aliena occupetur, arte careat & alienus videri poſſit. Et ideò pergit. *Quæ verò dantur alijs, magis ſunt fabulæ & Tragœdiæ alterius*: quod eſt ea quæ cæteris Tragicis conceduntur, dum aliena in choro agunt & a fabula digrediuntur, magis ſunt propria certæ alicuius fabulæ vel alterius Tragœdiæ, quàm illius quæ interim agitur. verè enim dum horum chorus non adiuuat fabulam, ſed aliena complectitur, videri quoque poteſt ad alienam Tragœdiam pertinere: & huc aliunde importatus temerè. & ideò ſequitur. *Quapropter embolima canunt*; quod eſt res tractant ab argumento longè alienas. & extrinſecùs deriuatas, quæ intercalares dici poſſunt ſiue interiectæ. Id quod Agathoni acceptum referri ſolet. Siquidem nihil differt ſiue embolima canas, ſiue dictionem diſputationémue aut integrum Epiſodium ex vno ſublatum aptes alteri. quibus verbis indicare videtur factum illud inde probare voluiſſe Agathonem quòd diceret ſe rem intercalarem canere, quaſi verò non tam illud ſpectandum quòd aliena eſſet a fabula quàm quòd noua. Sed Ariſtoteles peccatum ſpectari iubet, quia perinde ac in oratione aut poëmate qui integram aliquam diſputationem aut integrum epiſodium aliunde transferat, laudem meretur nullam, ſic Tragicus qui rem a fabula aliena interponat & canat. Hæc Ariſtoteles. qui ſanè vt alibi abortiuum fœtum appellat embolima, ſic in præſens Agathonis embolima præpoſterum ac veluti abortiuum reijcit ac damnat. Interim tamen pauca quædam occurrunt de quibus non immeritò dubitemus. Ac primò cur obſecro hæc de choro non præcepit in particula LXVI. vbi illum inuenit, & alia de illo docuit multa? præſertim quia cum ibi cæteras quoque proferat atque explicet qualitatis partes, aut deinde fuit rurſus dicendum de ſingulis, quod non facit, aut de choro item ſilendum. Sed fac non alieno id loco præcipiat: verè enim diſtinctis locis de fabula quoque & de moribus egit, prout ſcilicet ferebat occaſio & opportunitas, cum modò rei naturam declararet, modò præcepta quædam vnde res meliùs ageretur, ſubijceret: ita vt ferendum ſit chorum ſeu choricum cantum priore loco inter partes quantitatis numeraſſe, eiúſque vires explicaſſe; poſteriore verò alia quædam conſtitutionis Tragicæ gratia nos de choro admonere. Veruntamē videtur longè abſurdum vt chorus de hiſtrionibus reputetur vnus, ſeu hiſtrionis obeat munus. nam vt vnus de choro dū

456 ſe immiſcet actioni, interroget ſiue reſpondeat ac ſententiam proferat ſuam, vno verbo, loquatur, non eſt a veriſimili alienum, cum humanum ſit ſenſum concipere animo, exprimere, ac cæteris propalare: at ſingulos de choro eandem inter agendum repentè ſententiam & concipere animo & proferre, & ijſdem planè verbis propalare, atque id nō ſemel ſed pluries ac tota fabula euenire, ita vt ne ſyllaba quidem vnius oratio diſſideat ab alterius oratione, id verò non modò abhorret a veriſimili, atque adeò eſt abſurdum, verùm

*Dubitatur I.*

*Lib. 6. de animal. hiſt.*

*Reſpondetur.*

*Dubitatur II.*

*Ita tamen vt res implicetur magis quam expediatur*

etiam

etiam ex ijs eſt quæ fieri nullo modo poſſunt: & ideo dum canitur embolima quod aliũde importatum, ac priùs inter cantores illos agitatum, & choro toti notum, atque adeò memoriæ mandatum, delectationis cauſa interponitur, longe minùs abſurdum videri poteſt quam integrum chorum repentè idem & concipere animo, & iiſdem planè verbis proferre, modis etiam & cantu ad harmoniam accommodato efferre: ita vt minùs ſit reprehendendum embolima. & ideo videmus decurſu temporis factum vt intermedia quæ noſtri appellant Dramaticis (reſpondent hæc embolimis & intercalaribus) vſurpata libenter ac retenta ſint. Et quamuis eò res apud nos adducta eſt vt in dramate, præſertim Tragico, non ſolùm embolima inter actus canatur & muſicus concentus edatur, interdúmque etiam tubis ac tympanis perſonent omnia, verùm etiam ſcena & apparatus illico mutetur, &, quod abſurdius eſt, intermediæ illæ actiones non ſecus ac dramaticæ actitentur in ſcena, verbis etiam & carminibus agantur, quin ſæpè quaternis illis embolimis res ita producatur, vt in tanta rerum varietate vera fabula diſijciatur obſcuretúrque, ac mens auditorum ſeu ſpectatorum mirificè confundatur, denique quantum nouitas illa rerum & varietas ignari vulgi capit oculos, tantum earum rerum inſolentia & artificij peruerſitas eruditas offendat aures, ac ſummatim veriſimile, decorum, artem ipſam perturbet ac violet; tamen quæ choro obijciebamus, ea multò abſurdiora ſunt, cum ex ijs ſint quę a nobis repentè fieri nullo modo poſſint, ita vt imitatio ſit præpoſtera & abſurda. Quapropter (vt ad Ariſtoteleum chorum redeam totus) ſi vnus tantùm ex choro, vt is qui primus incedit, quaſi caput cæterorum ac princeps loqueretur omnium nomine, meliùs aut certè minorem offenſionem res haberet: ſed dum loquuntur ſeu canunt omnes, factum probari aut excuſari nequit. Neque verò mihi reſpondeat quiſquam, Ariſtotelem hoc in loco dum ait τὸν χορὸν ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν, iubere vt vnus ex choro loquatur pro omnibus (ideo enim vulgata editio habet *Chori ſummam penes vnum duntaxat ex hiſtrionibus eſſe oportet*: atque Vtinenſis eandem ſequitur ſententiam) nam germanus ſenſus quem cæteri omnes probant, eſt, exiſtimandum nobis chorum eſſe vnum de hiſtrionibus; & ideo ſubdit & eſſe partem totius; ita vt Ariſtoteles illud vnum ſibi velit, choro non aliquid tractandum a fabula alienum, ſed quaſi vnus ſit de hiſtrionibus, ac vera Tragœdiæ pars, vrgendam illi fabulam & in eodem cum hiſtrionibus argumento verſandum, & hac etiam de cauſa alibi chorum appellat choricum cantum, & choricum cantum, cui ſine dubio multitudo non vnus tantùm adhibetur, facit partem Tragœdiæ. Quid plura? dum Horatius hunc locum explicans, vel ſaltem ſententiam, quiſquis tandem ſit a quo illam acceperit, perſequens ſic canit,

*Actoris partes chorus officiúmque virile*
*Defendat: neu quid medios intercinat actus*
*Quod non propoſito conducat & hæreat aptè.*

de choro loquitur qui ſe actioni immiſcet atque hiſtrionis agit partes: & tamen eodem tempore indicat ſe immiſcere & canere vniuerſum. Sed fac etiam vnus loqueretur pro omnibus, (etſi enim non id ſignificat hîc Ariſtoteles, verè tamen apud Tragicos obſeruatur aliquando) veruntamen ne id quidem ſatis eſſet veriſimili tuendo ac decoro: nam licet non pugnet cum decoro aut veriſimili vt vnus loquatur pro omnibus, pugnat tamen vt cæteri ſileant diu: cum ſatius ſit eos non introducere, præſertim in tanta multitudine (viginti enim erant aliquando) quàm otioſos detinere. Vt omittam Chorum plerunque ex æqualibus hominibus conſtari; (ideò enim a Seruio dicitur coæuorum cantus atque ſaltatio) ita vt minùs adhuc conueniat vnum duntaxat loqui. Quanquam res maioribus
adhuc obnoxia eſt incommodis ac peccatis. nam vt actores in Tragœdia tonum intendãt 457
altiùs atque adeò canánt, cum eſſet communi more ac modo loquendum, id verò a veriſimili abhorret quidem: ſed vt Chorus, qui item hiſtrionem agat, non modò attollat vocem, ſed modulatè ac muſicè canat, (dum enim ſimul proferrent aliquid, non ſine cantu proferebant) nec communi hiſtrionum more ſe ſe actioni immiſceat, eſt longè abſurdiſſimum. Neque verò id contendo quòd carminibus, iiſque elaboratis, loquerentur omnes, ac perpetuò loquerentur, itá vt ſerui etiam & ancillæ excellentes Poëtæ repentè efficerentur, quod item eſt abſurdum (hũc enim morem exagitauimus proprio, quem huic rei dicauimus Commentario, ad quem lectorem reijcimus hac in re) ſed quòd in choro item de quo nunc agimus, magna cum veriſimilis ac decori offenſione actionem peragerent cantu ac muſicis modis: ita vt minùs abſurdum videri poſſit embolima. Tametſi ne-

que

Digitized by Google

que illud eſt prætereundum, abſonum item videri vt dum Rex verbi gratia clam intra ædes (ſcena enim regiam fermè domum aut aulam refert) cum conſiliario aliquo miſcet ſermones; & in vniuerſum de rebus grauiſſimis conſilium capit, Chorus (Chorus inquam: nam ſpectatoribus id tribuit neceſſitas) interſit qui audiat omnia, nec audiat ſolum, ſed interroget, exclamet, vno verbo, interponat ſermonem. ſed quid hac de re ſentiendum ſit, peritiores reputent diligentius. Ego ſanè exiſtimo in veterum drama fuiſſe inuecta non pauca, quæ non tam veriſimili aut decoro aut etiam ſpectatorum vtilitati ſeruirent, ſeu cum ratione conſentirent, quàm intemperanti vulgo accederent periucunda, certè vt in re ſeria ſaltarent, geſticulationéque varia incederent, vario etiam cantu vocem intenderent, voluptati oculorum magis atque aurium, quàm rectæ inſtitutioni ac virtuti accommodatum eſt.

# CAPVT XIX.

## PARTICVLA XCVII.

ΠΕρὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἤδη εἴρηται. λοιπὸν δὲ περὶ λέξεως, ἢ διανοίας εἰπεῖν. τὸ μὲν οὖν περὶ τὴν διάνοιαν, ἐν τοῖς περὶ ῥητορικῆς κείσθω. τοῦτο γὰρ ἴδιον μᾶλλον ἐκείνης τῆς μεθόδου. ἔστι δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ταῦτα, ὅσα ὑπὸ τοῦ λόγου δεῖ παρασκευασθῆναι. μέρη δὲ τούτων τό, τε ἀποδεικνῦναι, καὶ τὸ λύειν, καὶ τὸ πάθη παρασκευάζειν. οἷον, ἔλεον, ἢ φόβον, ἢ ὀργήν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἔτι μέγεθος, καὶ σμικρότητα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἰδῶν δεῖ χρῆσθαι, ὅταν ἢ ἐλεεινά, ἢ δεινά, ἢ μεγάλα, ἢ εἰκότα δέῃ παρασκευάζειν. πλὴν τοσοῦτον διαφέρει, ὅτι τὸ μὲν δεῖ φαίνεσθαι ἄνευ διδασκαλίας, τὰ δὲ ἐν τῷ λόγῳ ὑπὸ τοῦ λέγοντος παρασκευάζεσθαι, καὶ παρὰ τὸν λόγον γίγνεσθαι. τί γὰρ ἂν εἴη τοῦ λέγοντος ἔργον, εἰ φαίνοιτο ἡδέα, καὶ μὴ διὰ τὸν λόγον.

IAm verò cum de his omnibus dixerimus: reliquum eſt, vt de Dictione atque *Paccius.* Sententia agamus? Tametſi de ſententia in iis quos de Rhetorica ſcripſimus, libris: vt quòd eius vitæ & orationis magis proprium ſit diſſeruimus. Ad ſententiam ea omnia pertinent quæcunque oratione adſtruere oportet, cuius partes ſiue oſtendere, ſoluere, perturbationes præparare, ſicuti miſericordiam, timorem, iram, cæteráque huius generis: ad hæc exaggerare, ac diminuere. Conſtat autem ſupradictarum partium rebus accommodata afferre oportere: cum videlicet vel miſerabilia, vel grauia, vel mira, vel veriſimilia adſtruenda ſunt. in quibus tamen hæc habenda diſtinctio eſt; quòd aliqua quidem nullo doctrinæ adminiculo apparere neceſſe eſt: aliqua verò ſermone ipſo dicentem præparari, ac vi etiam ſermonis euenire. Quod enim dicentis munus eſſet: ſi non quidem ſermonis vi, grata eſſe viderentur?

*AC de aliis quidem iam dictum eſt. Reliquum verò eſt de elocutione, vel ſententia* *Riccobonus.* *dicere. Ac quæ pertinent quidem ad ſententiã, in libris de Rhetorica poſita ſunt: hoc enim methodi illius magis eſt proprium. ſunt autem ſecundum ſententiam ea, quæcumque ab oratione paranda ſunt. Et eorum partes ſunt, tum demonſtrare, & ſoluere; tum perturbationes parare, vt miſericordiam, vel metum, vel iram, & quæcũque talia: tum præterea amplificare, & diminuere. Manifeſtum autem eſt, & in actionibus vtendum eſſe iiſdem formis, cum miſerabilia, aut terribilia aut magna, aut veriſimilia parare oportuerit; niſi quod ea ſola differentia eſt, quod hæc quidẽ apparere ſine doctrina opor-*
458 *tet: quæ verò in oratione poſita ſunt, a dicente parari, & per orationem fieri. Quod enim eſſet dicentis munus, ſi apparerent iucunda, & non per orationem?*

RECEN-

*COMM. XCVII. De Sententia: quam tamen ſummatim attingit nos ad Rethoricam, vbi de illa copioſè agitur, reijciens.*

REcenſuerat Ariſtoteles in particula XXXIX. qualitatis partes: inter quas poſt fabulam & mores dictionem numerauerat atque ſententiam. cúmque multa de huiuſmodi partibus vltro citróque ad XLIV. vſque particulam diſſeruiſſet vt de earum ordine, natura, dignitate conſtaret; tandem in ipſa XLIV. & XLV. tertium locum conceſſit ſententiæ, quartum dictioni, quas fabulæ & moribus poſtponens, melodiæ antepoſuit & apparatui; ſimúlque ſingularum eiuſmodi partium officium breuiſſimè perſtrinxit. Ac ſentẽtiæ quidem (de hac enim iam recurrit dicendi locus) proprium eſſe dixit inſita & conuenientia dicere; hoc eſt ea quæ in mente inſita ſunt & concepta, & ad res ipſas de quibus agendum eſt accommodata, efferre poſſe. Interim tamen, quoniam his partibus inuentis, comparatis, diſpoſitis, ac leuiſſimè ſaltem adumbratis, de fabula priùs ac de moribus explicatè dicendum erat, atque adeò latiſſimè diſſerendum, coactus eſt ſententiæ & dictionis explicatum in alium locum reijcere & opportuniori loco reſeruare. Nunc igitur, quoniam de fabula & moribus egit copioſè, quin multa etiam interpoſuit, quæ ad Tragici officium pertinerent dum fabulam conſtitueret Tragœdiámque pertexeret, de dictione & ſententia monet eſſe dicendum. Ait igitur de alijs iam dictum eſſe, ac proptærea ſupereſſe vt de locutione vel ſententia verba faciat. Quibus verbis μεταβάσει ſeu tranſitione vſus, tum quæ dicta eſſent, breuiſſimè indicauit, tum quæ tractare ac ſubijcere moliretur, propoſuit. Ac peralia quidem de quibus ait dictum eſſe, intelligit tum fabulam & mores, tum cætera quæ interim interpoſuerat ſubieceratue. Nam & partes quantitatis interpoſuerat, & pulcherrimæ Tragœdiæ conditiones explicauerat, & de vſu nos admonuerat epiſodiorum, & alia fuerat proſecutus multa, quæ reuera plurimùm conferebant ad pulcherrimam quam animo conceperat Tragœdiæ coagmentationem declarandam. Tametſi ea imprimis intelligere potuit de quibus a particula LXVI. diſſerere cœpit pulcherrimæ Tragœdiæ gratia, nam in LXV. epilogo facto, tranſitione ampliſſima proponit quæ dicenda iam eſſent: ita vt ea propoſitio ad ea videatur ſpectare quæ ad hunc

*Cur nos ad Rhetoricẽ reijciat.*

vſque locum proſecutus eſt. Ita quidem ad Sententiam deſcendit & Dictionem. Quanquam de ſententia ([illegible] hanc appellat) nõ tam agendum ſibi ſtatuit quàm ad Rhetoricen, in qua de ipſa ſententia vberrimè diſputatur, & tota eius vis & natura explicatur, nos reijciendos exiſtimat. Et ideo pergit, *Ac quæ pertinent quidem ad ſententiam, in ijs quæ de Rethorica poſita ſunt & conſtituta.* Vbi ne laborem ſubterfugere ac ſummatim temerè id facere videatur, monet reuera ſententiæ tractationem illius artis ſeu facultatis eſſe magis propriam. & rectè. Nam licet Poëtæ ſit humanas actiones imitari dictione, non ſecus atque Oratoris ſit dictione perſuadere, Orator tamẽ vna dictione vtitur. nam mores etiam & affectus dictione exprimit excitátque. Poëta contra, præſertim Tragicus, rhythmum & harmoniam cum oratione coniungit & adhibet imitationi. Adde quod Poëta cæteris facultatibus vtitur quidem, earúmque decreta vſurpat delibátue paſſim, non verò a Poëticæ magiſtro arripit, qui tantam præceptorum ac doctrinarum molem complecti nec poteſt nec debet. Et ideò Poëta Hiſtoricum agit interdum, Aſtrologum, & (vt cæteros taceam) Oratorem; horum inſiſtens præceptis: ita vt Poëticæ ſit quidem imitationis vim & naturam perſequi, ſententiæ præcepta ex Oratore arripere, qui de ſententia tum vniuerſim tum pro ſingulis cauſarum generibus diſputat: quique dum perſuadet, probare (id quod iam iam admonebit Ariſtoteles) imprimis nititur, refellere, amplificare, extenuare, affectus concitare, & id genus alia peragere, quæ ſunt ſententiæ germanum opus. Quod ſi de elocutione interim verba faciet, quæ item ad Dramaticum Oratorémque pertinet, id efficiet quod perceperit Poëtas elocutione ab Oratore & communibus Grammaticæ præceptis deflectere (id quod non multò poſt demonſtrabitur) ac proptereа hanc partem Elocutionis Poëticæ gratia non poſſe niſi appoſitè atque vtiliter pertractari. Iure igitur quod attinet ad ſententiam, nos ad artem dicendi reiecit Ariſtoteles. Quanquam ne omnino ieiunos hac in re grauiſſima nos relinquat, aliquid de ſententia ſeu ſententiæ ſumma

*Quæ ſit ſententia vis & ſumma.*

refert, quibus faciliorem nobis ad ea intelligenda ſternat aditum quæ in Rhetoricis de ipſa ſententia diſſeruntur. Et ideo pergit. *Sunt autem ſecundùm ſententiam ea quæcunque ab oratione paranda ſunt. Et eorum partes ſunt, tum demonſtrare & ſoluere: tum perturbationes parare; vt miſericordiam, vel iram, & quæcunque talia: tù præterea amplificare, & diminuere;* 459
vbi priùs vniuerſim nos admonet quæ ſint ſententiæ ſubiecta atque eſſe quæcunque oratione expedienda & paranda ſunt. tum ſigillatim ad eas deſcendit, atque has eſſe, demonſtrare, quod eſt ar-

gumentis fidem facere,ſoluere ſeu cõtrarias rationes diluere & refutare; ſimúlque rationem miſcendorum animorum aut etiam amplificandi extenuandique complecti. Licet enim reuera ſententiæ non ſit affectus excitare,cum ſentẽtia quæ eſt pars qualitatis,ſit inditium & imitatio ſenſus animi & intelligentiæ,perinde ac mores ſunt inditium electionis ſeu eligentis vel reſpuentis voluntatis.ſuppeditat tamen ad effectus quoque excitãdos argumentum,ita vt non modò probationibus ſeruiat,verùm etiam alijs multis, vnde res ita eſſe vel nõ eſſe appareat,de quibus omnibus egit in duobus primis (ſed in II. maximè) Rhetoricæ libris:in quos item nos conſcripſimus breuíque edemus Commentarios : de ſententia quoque in Rhetoricæ ac Poëticæ vſum differentes. Nemo autem miretur Ariſtotelem hìc prouocare ad Rhetorice,cum è cõtrario in libris Rhetoricorum ſæpiùs prouocet ad Poëticen: nam præterquam quod hic non ait ſe in Rhetoricis de ſententia egiſſe,ſed ea in Rhetoricis proprium habere locum , profectò Ariſtoteles quippe qui multa priùs & docuit ſuos Auditores , & priuatim ſcripſit ac parauit, quàm ederet, potuit mutuò prouocare ad ſuos libros : quod facit etiam in alijs multis ; ita vt viciſſim ſua ille monumenta appellet . Denique is eſt Ariſtoteles qui non facilè eádem repetit ſæpè : ſed ad eas lucubrationes libenter prouocat, in quibus iam aliquid vel ſcripſerit vel ſibi ſcribendum propoſuerit; ita ſanè proprio quæque loco tractare ſtudet . Et hinc eſt vt in III. libro Rhetoricorum recuſet agere de elocutione ſeu & de varijs nominum formis ac de translationibus. prouocétque ad Poëticen: contra verò in preſens in poëtica recuſet agere de elocutione , nóſque ad Rethoricen reijciat : vt ſcilicet opportuno quæque tractentur loco. Sed redeo ad literam. In qua ſanè quoniam Ariſtoteles ad ea prouocauerat quæ in Rhetoricis præceperat de ſententia,docet adhuc inde omnino eſſe hauriendum,& qua maximè ratione hauriendum:aitque perſpicuum videri poſſe ex iiſdem initiis & quaſi fontibus aut locis tam in Poëmate quàm in Oratione a nobis illa eſſe ſumenda quibus res vel miſerabiles(ſi quando opus ſit)vel attoces,vel magnas,vel paruas,vel etiam veriſimiles efficiamus, & auditoribus obiiciamus , non enim ad hanc rem alii loci ſpectãdi ſunt ab Oratote,alii a Poëta,ſed vtrique communes eſſe poſſunt & commodè inſeruire. Vnum tamen diſcrimen in iſtorum vſu locorum obſeruandum eſt ac diligenter retinendum;vt ſcilicet in Poëſi(id quod Tragica imitatione inprimis conſtare poteſt)non ratiocinationibus ac verbis doceamus res eſſe tales,puta atroces,miſerabiles,amplas,exiguas:ſed efficiamus vt vi ſua ac per ſe tales inter agendum auditoribus videantur, ita vt non tam vſu orationis id declarãtis quàm vltrò ſe ſe pateſaciant:cum è contrario in Oratione ab Oratore ſint vi eloquentiæ ac dicendo tales oſtendendæ. Poëta enim actionis Orator orationis,(& ideò fictoris ille,hic ῥήτορος inuenit nomen ) eſt veluti fabricator : & quamuis in Poëſi verba quoque cum actione coniunguntur,ita vt non poſſit aliquis ſuã aut calamitatẽ verbis interdum non declarare,aut rei alicuius atrocitatem non oſtendere vt cum illud exclamatur,o pater,o patria,o Priami domus ; & illud , Vtinam nullo diſerti in pretio eſſent viri.Quin ſi quis fortè apud Poëtam legatum & Oratorem agat,is debet verbis calamitatem vel atrocitatem ac ſummatim id quod ſibi propoſuit oſtendere,vt egregiè facit Ilioneus apud Didonem,& Drances apud Latinũ, non tamen Poëtæ eſt proprium tam orationis vi quàm re ipſa & facti ipſius calamitoſi vel atrocis oſtentatione id peragere.cum Oratoris,quoniam eloquentiam profitetur,& dictione fidem facit.ac ſummatim actionem niſi verbis,ante oculos auditorum ponere haud valet;germanũ ſit munus ac proprium rerum vel attocitatem,vel magnitudinem,vel paruitatẽ,vel pulchritudinem,vel honeſtatem aut vtilitatem auditoribus vi orationis(ita tamen vt artificium nõ oſtentetur,ſed quoad eius fieri poſſit lateat)oſtendere ac ſuadere. Alioquin ſi in oratoris oratiòne(inquit Ariſtoteles)res ipſæ per ſe ac ſuapte apparerent vel iucundæ,vel atroces,
460 vel amplæ,vel exiguæ in quo obſecro poſita eſſet vis oratoris & eloquentiæ?Hæc vt de diſcrimine conſtet quod intercedit inter Poëtam & Oratorem,dum communiter hauriũt ex illis locis qui ad rem amplificãdam,extenuandam,atrocitatémue aut calamitatem,aut quid ſimile oſtendendum,ſeruiunt ſententiæ.Atque hæc de ſententia interim Ariſtoteles vt ſcilicet intelligenter in Rhetoricis verſemur vbi copioſè explicatur.Et ideò nos etiam rem hanc proſequemur vberiùs:ac priùs quæ γνώμης quæ διανοίας ſit vis,quidque differãt oſtendentes,tum ex ordine cætera explicantes.

*Qui prouocet ad Rhetoricos libros quos vſus eſt poſterius conſcripſiſſe.*

*Qua ratione hauriendũ ſit Poëta ex his quæ in Rhetoricis de ſententia præcipiuntur.*

# CAPVT XX.

## PARTICVLA XCVIII.

Τῶν δ᾽ ἐπερὶ τὴν λέξιν, ἓν μέν ἐστιν εἶδος θεωρίας, τὰ σχήματα τῆς λέξεως, ἅ ἐστιν εἰδέναι τῆς ὑποκριτικῆς, καὶ τοῦ τὴν τοιαύτην ἔχοντος ἀρχιτεκτονικήν, οἷον τί ἐντολή, καὶ τί εὐχή καὶ διήγησις, καὶ ἀπειλή, καὶ ἐρώτησις, καὶ ἀπόκρισις, καὶ εἴτι ἄλλο τοιοῦτον. παρὰ γὰρ τὴν τούτων γνῶσιν, ἢ ἄγνοιαν, οὐδὲν εἰς τὴν ποιητικὴν ἐπιτίμημα φέρεται, ὅτι καὶ ἄξιον σπουδῆς, τί γὰρ ἄντις ὑπολάβοι ἡμαρτῆσθαι, ἃ Πρωταγόρας ἐπιτιμᾷ; ὅτι εὔχεσθαι οἰόμενος, ἐπιτάττει εἰπών. Μῆνιν ἄειδε θεά. τὸ γὰρ κελεῦσαι (φησὶ) ποιεῖν τι, ἢ μὴ ἐπίταξίς ἐστι. διὸ παρείσθω, ὡς ἄλλης, καὶ οὐ τῆς ποιητικῆς ὂν θεώρημα.

Circa dictionem vnum quidem ſpeculationis eſt genus, de figuris videlicet ipſius: quod quidem ad hiſtrionicam, atque ad eum, qui huiuſcemodi arti præſit, pertinet; exempli gratia; quid ſit mandatum, quid preces, quid narratio, quid minæ, quid interrogatio, quid reſponſio, cæteráque id genus. Quandoquidem præter horum peritiam ignorationémue nulla quidem accuſatio, quæ digna ſit ſtudio, ad Poeticam refertur, Nam quis obſecro, in his peccatum eſſe ſuſpicetur, quæ Protagoras accuſat? Si quis videlicet, dum precari ſe exiſtimet, interim præcipiat? hoc pacto; Iram pande Dea. quandoquidem (inquit ille) iubere aliquid fieri vel non fieri, præceptum eſt. Quapropter faceſſat hæc conſideratio perinde ac alterius facultatis, non autem Poëticæ propria. *Paccius*

*Eorum verò, quæ pertinent ad elocutionem, vna ſpecies eſt contemplationis, quæ cõſiderat figuras elocutionis, quas ſcire eſt hiſtrionicæ, & eius qui talem habeat architectonicam, ut quid ſit mandatum, & quid precatio, & narratio, & minæ, & interrogatio, & reſponſio, & ſi quid aliud huiuſmodi. Ab horum enim cognitione, uel ignorantia nulla reprehenſio in Poëticam affertur, quæ curanda ſit. Qui enim fieri poteſt, ut aliquis exiſtimet errorem commiſſum eſſe in ijs quæ Protagoras reprehendit, quòd putans precari, præcipit dicens, Iram Diua cane? Nam iubere, inquit, ut aliquid faciat, aut non faciat, præceptio eſt. Quamobrem omittatur, ut quæ alterius, & non Poëticæ ſit contemplatio.* *Riccobonus.*

*COMM. XCVIII. De elocutione.*

AGgreditur ad quartam, quæ iam poſtrema quoque erit, qualitatis partem, quæ eſt λέξις hoc eſt dictio, ſeu mauis elocutio. Inter cætera verò quæ de elocutione dici poſſent, vnum primò commemorat quod ſibi prætermittendum exiſtimat; nimirũ τὸ σχῆμα. per ſchemata verò in præſentia non intelligit figuras orationis, quibus Poetæ inprimis & Oratores, tum in verbis, tum in ſententijs vti ſolent, quæque præterea figuræ verborum aliæ, aliæ ſententiarum, appellantur, cuiuſmodi in verbis exempli gratia eſt ſynonimia & diſſolutio, aut in ſententijs eſt occupatio & apoſiopeſis; ſed intelligit ac deſignat figuras ac formas pronunciationis. cum enim interdum varijs modis poſſit aliquid pronunciari, vt imperando vel deprecando, aut etiam placida iratáue ſignificatione ac voce (& ideo etiam ſcribit Marcus Tullius vocis mutationes tot eſſe quot ſunt animorum) fit ſanè vt tota hæc pronunciationis varietas, vnde modò hoc modò illo verba pronunciamus tono, ſchematum nomine deſignetur & comprehendatur hoc in loco ab Ariſtotele, atque harum ſanè cognitio figurarum & formarum pertinet (inquit Ariſtoteles) ad hiſtriones: & ad eum qui huic præeſt rei, & habet huiuſmodi architectonicam. debet enim is perſpectum habere qua forma ſeu quo tono & pronunciationis genere vtendum cum aliquid vel imperamus, vel precamur, vel narramus, vel comminamur vel interrogamus, vel reſpõdemus, & ſi quid eſt aliud qđ pronũciatione ſit variãdum. Ita.n. fiet vt deinde cõmodè poſſit Tragicus & hiſtrio recitare: is ẽt qui ijs præeſt, eos inſtituere & erudire. At.n. 461

ſint iſta Ariſt. nemo enim inficias ierit iſthæc hiſtrionū, hiſtrionúmq; inprimis Magiſtro,
eſſe tenenda, vt opportunè debitum adhibeat pronunciationi modum. Veruntamē cur
id nō pertinet ad Poëtam, præſertim verò dramaticum, qui recitatione opus abſoluit ſuū
niſi tamen pronunciationis modum ac formam Poëtæ quoque ſpectandam eſſe ſentis &
cognoſcendam. Docet Ariſtoteles cur non ſit Poëta huius rei cura occupandus (& ideo
munus hoc tantummodo hiſtrionibus hiſtrionúmque Magiſtro fermè ſubeundum ex
Ariſtotele conſtare ſatis poteſt) quia ſcilicet ab huiuſmodi figurarum vel cognitione, vel
(id quod caput eſt) ignoratione, nulla in Poëticam facultatem culpa irrepere poſſit quæ
ſit æſtimanda, ac niſi leuiſſimi ac propè nullius momenti habenda ſit, & rectè. nam fabulę
recitatio & pronunciatio poſterior eſt quā conſtitutio. & ideo poſſet quidem fortè fortu-
na cōtingere vt vocula aliqua eſſet ambigua, & propterea non facilè ſtatim intelligeretur
qui ſit pronuncianda, veruntamen id & perrarū eſſe ſolet & leuiſſimū videri debet, cū re
attentiùs æſtimata, liceat de pronunciationis forma ac tono deliberarę. Id quod Iliadis il-
luſtrat exemplo, vbi cum Iliadem ſic exorſus eſſet Homerus *Μῆνιν ἄειδε Θεά*.

—— *Iram cane Deam* —— Protagoras non dubitauit Poëtam repre-
hendere, quaſi verò imprudenter imperaret Deæ, ſeu Muſæ: & tamen (inquit Ariſtoteles)
facile eſt Protagoram refellere, cū ea verba non quaſi mandet Poëta, ſed deprecantis mo-
re pronuncianda ſint. Itaq; relinquatur tota hæc conſideratio quaſi nō Poëticæ ſed alte-
rius ſit facultatis. Quanquā magnopere ſuſpicor Protagorā non tam eò ſpectaſſe ꝙ oratio
præcipere videretur, quā quòd Homerum dum reprehenderet, (edito enim libro Home-
ri inſimulauit Poëmata) tacitè ſignificare vellet eū minùs proſperam habuiſſe Muſam,
ac propterea per iocum diceret, id ei contigiſſe quòd illi imperaſſet potiùs quàm ſuppli-
caſſet, quod eò tandem ſpectaret, illum inuita Muſa ceciniſſe. Hæc loci huius ſententia. In
qua tamen dubitatur. Num Ariſtoteles per *σχήματα λέξεως figuras dictionis*, intelligat etiam *Dubitatur I.*
oris, vultus ac totius corporis geſtum, motum, ſtatum, cōpoſitionem. cum enim hæc cū
verbis ſint conformanda, & motus geſtúſq; pro verborū & pronunciationis varietate va-
rianda, videri poſſit huius muneris eſſe non modò tonum vocis, ſed formam corporis, ꝑ-
cepiſſe. Et ſanè quid erat cur huiuſmodi tonos *σχήματα*, figuras inquam, appellaret, niſi
quia corporis quoq; figuras ijs cōprehenderet? deniq; hiſtrionis & multò magis eius qui
habet architectonicā, eſt corporis geſtus & motus cōformare ac figuras cōponere, ita vt
cum hiſtrionibus & horū Magiſtro hoc munus attribuat, hinc etiā videatur per dictio-
nis figuras omnes, & vocis, & geſtus, & motus, & ſtatus varietatē intelligere. Veruntamē *Reſpondetur.*
crediderim vnos vocis tonos ac modos intellexiſſe: nam hoc indicat Iliados, quo rē illu-
ſtrauit, exemplū; in quo de ſola pronunciatione hoc eſt de ſolo pronunciationis tono agi-
tur: hæc verba Ariſtotelis, quibus has figuras ad modum imperandi, precandi, vno verbo
pag.194. verba efferendi, reuocat oēs: de geſtu ac motu aut de ſtatu ne verbū quidem, Vt mirū ſit
Victoriū (vt de Madio ſileā q ne ipſe quidē abeſt ab hac culpa) pręſertim dū ſcribit actio-
nem per ſignū dictionis intelligi, hæc confudiſſe, atq; illud ſigillatim ſcriptum reliquiſſe,
*ἐντολὴν*, ſeu mandatū, vocis oríſq; formā referre: ac propterea (id qđ profert cōmentario
hoc extremo) iubere Ariſtotelē ne de his figuris geſtibū ſue præcipiat Poëta. Quā tamen
462 opinionē pleniùs retulerat Vrinenſis dū ſic ſcribere; *σχήματα vocat habitus quoſdā conforma-
tionéſque oris, frontis, oculorū, vultus, geſticulationis, manuū, totius denique corporis*. etſi Auerroës
huc niſi pronunciationē ſeu vocis tonos haud retulit. Quare concesſerim quidē geſtus cū
verbis conformandos, & pro verborū varietate variandos, ita vt geſtus ſint vocū conſortes
& comites, ſed per figuras dictionis intelligi vtrunq. nullo mō conceſſerim: tametſi figu-
ras appellat, eos modos q a ſuo mō variè figurantur atq; formantur. Et hac de cā reijcit in-
primis hanc cognitionē ad eū q hiſtrionibus præeſt. cū.n. huius ſit ea omnia peruidere q̄
pertinēt ad recitationē, ac propterea tonū vocis, motū corporis, pronūciationē actionēq.
vniuerſā cōponere & moderari, res reijcitur in eū, q, vt eſt hiſtrionū Magiſter ac veluti ar-
chitectus, hāc quoq; curā ſuſcipere dēt q̄ oritur ex dictionis pronūcitationíſq; tono. Et id-
circo ēt hunc eſſe Grāmaticū quod aliqui ſuſpicantur, vel Choragum, aut ēt cū qui ſtruit
apparatum, non eſt, vt ſcribit Madius, quod affirmemus. non.n. Grammaticus hiſtriones
inſtruit aut fingit, etſi hiſtrio Grāmaticæ gnarus eſſe debeat: nec Choragus, niſi choro p̄eſt
aut ad ſummum fabulā agit: nec deniq; is qui fabricat ac ſtruit q̄ pertinent ad apparatū, ꝓ-
nūciationis attingit munus: Vt ꝓpterea is q architectonicus cenſetur potiùs hiſtrionum
Magiſter ſit appellandus. Tametſi quoniam de re cōſtat, nihil eſt qđ nos Torqueāt voces.



Digitized by Google

# PARTICVLA XCIX.

*Cum IX. Sequentibus.*

Τῆς δὲ λέξεως ἁπάσης τὰδ' ἐςὶ τὰ μέρη. στοιχεῖον, συλλαβὴ, σύνδεσμος, ὄνομα,
ῥῆμα, ἄρθρον, πτῶσις, λόγος. ςοιχεῖον μὲν ἦν ἐςὶ φωνὴ ἀδιαίρετος. ἐ πᾶσα δὲ, ἀλλ' ἐξ
ἧς πέφυκε συνετὴ γίνεσθαι φωνή. καὶ γὰρ τῶν θηρίων εἰσὶν ἀδιαίρετοι φωναὶ, ὧν ἐδεμίαν
λέγω στοιχεῖον. Ταύτης δὲ μέρη τό τε φωνῆεν, καὶ τὸ ἡμίφωνον, καὶ ἄφωνον. ἔστι δὲ φωνῆεν
C. μὲν, ἄνευ προσβολῆς ἔχον φωνὴν ἀκυστὴν, ἡμίφωνον δὲ, τὸ μετὰ προσβολῆς ἔχον φωνὴν
ἀκυστὴν, οἷον, τὸ σ, καὶ τὸ ρ. ἄφωνον δὲ, τὸ μετὰ προσβολῆς, καθ' αὑτὸ μὲν ἐδεμίαν ἔχον
φωνὴν, μετὰ δὲ τῶν ἐχόντων τινὰ φωνὴν γινόμενον ἀκυστὸν. οἷον τὸ γ, καὶ τὸ δ, ταῦτα δὲ
διαφέρει σχήμασί τε τοῦ ςόματος, καὶ τόποις, καὶ δασύτητι, καὶ ψιλότητι, καὶ μήκει, καὶ
βραχύτητι, ἔτι δὲ ὀξύτητι, καὶ βαρύτητι, καὶ τῷ μέσῳ, περὶ ὧν καθ' ἕκαστον ἐν τοῖς μετρι-
κοῖς προσήκει θεωρεῖν. Συλλαβὴ δέ ἐστι φωνὴ ἄσημος, συνθετὴ ἐξ ἀφώνου καὶ φωνὴν ἔχον-
CI. τος. καὶ γὰρ τὸ γ, ἄνευ τοῦ α, συλλαβὴ, καὶ μετὰ τοῦ α, οἷον, τὸ γρα. ἀλλὰ καὶ τούτων θεωρῆσαι
τὰς διαφορὰς τῆς μετρικῆς ἐστί. Σύνδεσμος δέ ἐστι φωνὴ ἄσημος, ἣ οὔτε κωλύει, οὔτε ποι-
CII. εῖ φωνὴν μίαν σημαντικὴν, ἐκ πλειόνων φωνῶν πεφυκυῖαν συντίθεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἄκρων,
καὶ ἐπὶ τοῦ μέσου, ἣν μὴ ἁρμόττῃ ἐν ἀρχῇ λόγου τιθέναι καθ' αὑτὸν, οἷον, μὲν, ἤτοι, δὴ. ἢ φω-
νὴ ἄσημος ἐκ πλειόνων μὲν φωνῶν μιᾶς, σημαντικὴ δὲ ποιεῖν πεφυκυῖα μίαν φωνήν. Ἄρ-
CIII. θρον δέ ἐςι φωνὴ ἄσημος, ἣ λόγου ἀρχὴν, ἢ τέλος, ἢ διορισμὸν δηλοῖ, οἷον, τὸ φημὶ, καὶ τὸ πε-
ρὶ, καὶ τὰ ἄλλα. ἢ φωνὴ ἄσημος, ἣ οὔτε κωλύει, οὔτε ποιεῖ φωνὴν μίαν σημαντικὴν ἐκ πλειό-
νων φωνῶν πεφυκυῖαν συντίθεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν ἄκρων, καὶ ἐπὶ τοῦ μέσου. Ὄνομα δέ ἐστι
CIV. φωνὴ συνθετὴ, σημαντικὴ ἄνευ χρόνου, ἧς μέρος οὐδέν ἐστι καθ' αὑτὸ σημαντικόν. ἐν γὰρ
τοῖς διπλοῖς οὐ χρώμεθα, ὡς καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ σημαῖναι. οἷον ἐν τῷ Θεοδώρῳ, τὸ δῶρον 463
οὐ σημαίνει.

Ῥῆμα δὲ, φωνὴ συνθετὴ μετὰ χρόνου, ἧς οὐδὲν μέρος σημαίνει καθ' αὑτὸ, ὥσπερ καὶ τῶν
CV. ὀνομάτων. τὸ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, ἢ λευκὸν οὐ προσσημαίνει τὸ πότε. τὸ δὲ βαδίζει, ἢ βε-
βάδικε προσσημαίνει, τὸ μὲν, τὸ παρόντα χρόνον, τὸ δὲ, τὸν παρεληλυθότα.

CVI. Πτῶσις δέ ἐστιν ὀνόματος ἢ ῥήματος, ἡ μὲν τὸ κατὰ τὸ τοῦτο, ἢ τούτῳ σημαίνουσα. καὶ
ὅσα τοιαῦτα. ἡ δὲ τὸ κατὰ τὸ, ἑνὶ ἢ πολλοῖς, οἷον ἄνθρωποι, ἢ ἄνθρωπος. ἡ δὲ κατὰ τὰ
ὑποκριτὰ, οἷον κατ' ἐρώτησιν, ἢ ἐπίταξιν, τὸ γὰρ ἐβάδισεν, ἢ βάδιζε, πτῶσις ῥήματος
κατὰ ταῦτα τὰ εἴδη ἐστί.

Λόγος δὲ, φωνὴ συνθετὴ σημαντικὴ, ἧς ἔνια μέρη καθ' αὑτὰ σημαίνει τι. οὐ γὰρ ἅπας
CVII. λόγος ἐκ ῥημάτων, καὶ ὀνομάτων σύγκειται, οἷον, ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμός. ἀλλ' ἐνδέχεται
ἄνευ ῥημάτων εἶναι λόγον. μέρος μέντοι ἀεί τι σημαῖνον ἕξει, οἷον ἐν τῷ βαδίζει Κλέων, ὁ
Κλέων. εἷς δέ ἐςι λόγος διχῶς. ἢ γὰρ ὁ ἓν σημαίνων, ἢ ὁ ἐκ πλειόνων συνδέσμῳ. οἷον, ἡ Ἰλι-
ὰς μὲν συνδέσμῳ εἷς, ὁ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, τῷ ἓν σημαίνειν.

Ὀνόματος δὲ εἴδη τὸ μὲν ἁπλοῦν δὲ λέγω, ὃ μὴ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. τὸ δὲ διπλ-
CIIX. οῦν. τούτου δὲ, τὸ μὲν ἐκ σημαίνοντος, καὶ ἀσήμου, τὸ δὲ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. εἴη δ' ἂν
καὶ τριπλοῦν, καὶ τετραπλοῦν ὄνομα, οἷον τὰ πολλὰ τῶν μεγαλιωτῶν ἑρμοκαϊκόξανθος.

PART. XCIX. Dictionis vniuerſæ partes hæ ſunt; Elementum, ſyllaba, coniunctio, nomen, *Paccius.*
verbũ, articulus, caſus, oratio. Elementum indiuidua dicitur vox, non quidẽ
omnis, ſed illa tantùm, ex qua ſuapte natura intelligibilis vox conſtitui poteſt, quã-
doquidem & indiuiſibiles ſunt ferarum voces quarũ ſanè nullam elemẽtũ dicimus.

C. HAec vocalis, ſiue ſemiuocalis aut etiam muta appellatur vocalis, quæ ſine vlla
prorſus adiectione ſonũ, qui exaudiri poſſit, reddit, Semiuocalis quæ non ſine
adiectione: vt σ, ρ. Muta, quæ cũ adiectione per ſe nullum oĩno ſonum reddit; adiun
cta verò his quæ aliquã vocẽ reddũt, exaudiri poteſt: vt γ, & δ. Hæc differũt inter ſe
figura oris, locis, aſpiratione, tenuitate, lõgitudine, breuitate, acumine præterea, gra
uitate, iñflexione, de quib. ſanè in his, quæ ad metra pertinẽt, cõſideratio propria eſt.

Syllaba

CI. SYllaba vox eſt nihil penitus ſignificans,compoſita ex muta et vocem aliquo pacto habente: nam γρ etiam abſque α ſyllaba eſt,cum α,veluti γρᾶ. Sed harum differentias examinare,metricæ artis eſt.

CII. COniunctio vox eſt minimè ſignificans:quæ nec impedit,nec efficit aliquam vocem ſignificare, apta quidem ex pluribus vocibus componi, extremo atque medio orationis congruens:quàm quidem in initio orationis ſuapte natura poni minimè conuenit:vt μὲν ἤτοι, δή:ſiue vox per ſe quidem minimè ſignificans ex plurib. vocibus vnam,apta verò vocem vnam ſignificantem reddere.

CIII. ARticulus vox eſt minimè ſignificans,quæ ad principium orationis,vel finem, vel ſeparationem oſtendit,quemadmodum: τὸ φημὶ καὶ τὸ περὶ & alia:ſiue vox minimè quidem ſignificans:quæ nec impedit,nec efficit aliquam vocem ſignificare aptam ex pluribus vocibus componi,tam extremis quàm medijs cohærens.

CIV. NOmen compoſita vox eſt ſignificans ſine tempore, cuius aliqua per ſe pars nihil ſignificet.nam & in compoſitis ſic obſeruamus, vt nullum per ſe ſeparatum ſignificet:vt θεοδῶρον,in quo δῶρον minimè ſignificat.

CV. VErbum compoſita vox eſt ſignificãs cum tempore, cuius(quemadmodum de nomine diximus)nulla per ſe pars ſeparata ſignificat. Etenim homo,ſiue album,nequaquam cum tempore ſignificat:ambulat verò,vel ambulauit cum tempore ſignificat:illud quidem præſens,hoc præteritum.

CVI. CAſuum qui tùm ad nomen,tum ad verbum pertinent, hic quidem ſignificans eſt ſecundum huiusce, vel huic & quæcunque talia: ille verò ſecundum vnum vel plura , vt homines vel homo , itémque alius ſecundum perſonarum modos, quatenus interrogant,ſiue iubent;verbi gratia,ambulauit,& ambula: quæ quidem eiuſdem generis ſunt caſus verbi.

464
CVII. ORatio vox ex ſignificans compoſita;cuius partes quædã ſeparatæ aliquid omnino ſignificant. Quanquam.n.non omnis oratio ex nominibus,& verbis cõſtat,vt hominis ipſius definitio,ſiquidem ſine verbis etiam conſtare poteſt;omnino tamen aliquas ſignificantes partes habebit:vt in hac oratione,ambulat Cleon,illud Cleon,ſignificans eſt. Duobus verò modis vna dicitur oratio. aut enim ſignificans vnum per ſe eſt,aut additis coniunctionibus: vt verbi gratia. Ilias quidem vna erit coniunctionibus oratio;hominis verò definitio vnum ſignificat.

CVIII NOminis generum aliquod eſt ſimplex ; ſimplex autem voco , quod ex minimè ſignificantibus conſtituitur;aliquod duplex, cuius aliud quidem ex ſignificantibus,ac minimè ſignificantibus componitur,aliud ex ſignificantibus omnino. Triplex inſuper,ac quadruplex nomen eſſe poteſt;quemadmodum multa Megaliotorum,ἑρμοκαϊκόξανθος.

XCIX. *IAm verò elocutionis omnis ha ſunt partes,elementum,ſyllaba,coniunctio,nomẽ,verbum,articulus,caſus,oratio. Ac elementum quidem eſt vox indiuidua, non omnis, ſed ex qua naturaliter vox fit qua intelligi poſſit. Etenim beluarum ſunt voces indiuidua,quarum nullum elementum voco.* Riccobonus.

C. *HVius autem partes ſunt tum vocale,tum ſemiuocale,tum mutum. Atque vocale eſt,quod ſine ictu vocem habet,qua audiri poteſt,vt α,& ω. ſemiuocale,quod cum ictu uocem habet,qua audiri poteſt ut σ,& ρ. Mutum quod cum ictu per ſe quidem nullã habet uocem,ſed cum habentibus aliquam uocem fit huiuſmodi,ut audiri poſſit,ut γ,& δ. Atque hæc inter ſe differunt tum figuris oris,tum locis,tum craſſitudine,tum tenuitate tum longitudine,tum breuitate,præterea uerò acumine & grauitate, & medio, de quibus ſingulis in metricis conuenit contemplari.*



Digitized by Google

CI. *SYllaba eſt uox ſignificationis expers, compoſita ex muto, & uocē habente. Etenim γρ ſine α ſyllaba eſt, & cum α, ut γρα: ſed & horum intueri differentias Matricæ eſt.*

CII. *COniunctio eſt vox ſignificationis expers, quæ neque impedit neque facit vocem vnam ſignificatiuam, quæ ex pluribus vocibus componatur. tam in extremis quàm in medio, niſi congruerit in principio orationis ponere per ſe vt μὲν, ἤτοι, δή: vel vox non ſignificatiua ex pluribus quidem vocibus vna, ſed ſignificatiuis idonea quæ faciat vnam vocem.*

CIII. *ARticulus eſt vox ſignificationis expers, orationis initium, aut finem, aut diſtinctionem indicans, vt τὸ φημὶ τὸ περὶ, & alia: vel vox ſignificationis expers, quæ neque impedit, neque facit vocem vnam ſignificatiuam ex pluribus vocibus idoneam, quæ componatur & in extremis & in medio.*

CIV. *NOmen eſt vox compoſita ſignificatiua ſine tempore, cuius pars nulla eſt per ſe ſignificatiua. Nam in duplicibus non vtimur, vt etiam ipſum per ſe ſignificet, veluti in Theodoro illud δῶρον non ſignificat,*

CV. *VErbum eſt vox compoſita ſignificatiua cum tempore cuius per ſe pars nulla ſignificat, vt etiam in nominibus. Illud enim homo, vel album, non adſignificat quādo. At illud ambulas, vel ambulauit adſignificat; alterum quidem præſens tempus: alterum verò præteritum.*

CVI. *CAſus eſt nominis aut verbi vnum quidem ſecundùm id, quod eſt huius uel huic ſignificans, & quæcunque talia; alter uerò ſecundùm id, quod uni uel multis ut homines uel homo: alius autem ſecundum ea, quæ ad geſtum pertinent, vt per interrogationem, vel præceptionem. Nam ambulauit, vel ambulat caſus verbi ſecundum has ſpecies eſt.*

CVII. *ORatio eſt vox compoſita ſignificatiua cuius aliquæ partes per ſe ſignificant aliquid; nec enim omnis oratio ex verbis conſtat, & nominibus, quemadmodum hominis definitio, ſed contingit ſine verbis eſſe orationem. Atqui partem ſemper quampiam ſignificantem habebit, vt in illo, Ambulat Cleon, id ipſum, Cleon. Vna autem eſt oratio duobus modis; aut enim quæ vnum ſignificat, aut quæ ex pluribus coniunctionibus eſt, vt Ilias quidem eſt coniunctione vna: hominis verò definitio eò, quod vnum ſinificet.*

CVIII. *IAm nominis ſpecies, vna quidem ſimplex eſt (voco ſimplicem quæ conſtat ex non ſignificantibus) altera verò duplex: atque hæc partim ex ſignificante & non ſignificante: partim ex ſignificantibus conſtat. poteſt etiam eſſe & triplex, & quadruplex nomen, & multiplex, vt multa Megaliotarum Hermocaicoxanthus.*

*COMM. Particula XCIX & IX. ſequentium.*

QVæ de partibus elocutionis docet Ariſtoteles in præſenti particula ac ſubinde in centeſima & nouem ſequentibus, cum per ſe perſpicua videri poſſunt ac plana, tum ab Interpretibus, maximè verò a Victorio, declarantur accuratè. Ipſe igitur, ne actum agere videar, in ijs quæ ad vna Grammaticæ rudimenta ſeu elementa ipſa pertinent, non immorabor: præſertim verò quia qui Græcis græcè ſcriberet Ariſtoteles, opportunè hæc perſequi potuit, ac rem propemodum neceſſariam illis in mentem reuocare. nos contra, dum latinè 465
diſſerimus ac ſcribimus, ſi hæc perſequamur, rē nō neceſſariam perſequamur. Illi.n. quippe qui linguā cum lacte ſugerent, ac materno idiomate ſcriberent, facilè ad poëmata pāgenda proſilire poterant ijs ferè neglectis quæ ad Græcam linguā ex artis præceptis ac penitiùs (vt par erat) intelligendam pertinebant, quemadmodum Italis euenire ſolet multis qui quòd a pueris Italicæ linguæ aſſueuerint, eius negligunt præcepta, ac propterea labuntur ſæpè. nos verò latinā, niſi Grammaticæ tractatione, ac diligenti ſtudio & exercitatione perdiſcere haud quimus: ita vt nobis, dum interim latinè ſcribimus, atque Auditorib. latinæ linguæ gnaris canimus, non omnino neceſſe ſit Poëticæ dictionis rationem a primis grāmaticæ rudimentis, atque adeò orationis elemētis repetere ac reuocare. Itaq; ipſe hoc

in

Digitized by Google

in loco(vt dicere cœperam)primis iſtis grammaticæ rudimentis atque initijs diſſimulatis
ea libentiùs perſequar quæ mihi cum per ſe tū ad Ariſtotelē in rebus grauiſſimis & cum
Poëtica coniunctiſſimis tuendum neceſſaria videri ſolent idque eò libētiùs faciam,quòd
a cæteris quo pacto prætermittuntur. Ergo(vt hinc incipiam)Franciſcus Patritius in hūc
locū vehemētet inſultat,dum primò elementa Grammaticæ repetit Ariſtoteles:atq. hinc
planè ducto initio Ariſtotelcā Poëticam labefactare ac proterere nititur vniuerſam. Sed
quæſo vt certo ordine & accuſatio progrediatur & defenſio;certis capitibus priùs exare-
mus accuſationem, & vbi opus ſit declaremus & confirmemus: tum eandem ex ordine
quoad opus ſuerit diluamus, Controuerſias interim aliquas tranſigentes de more.

*Ariſtotelis præcepta, nec propria nec vera nec Poemata cōdendo iudicandoue eſſe idonea probatur.*

*Vide libellū qui Trimerō inſcribitur.*

Ergo clamat Pattitius Poëtica Ariſtotelis præcepta non eſſe aut propria aut vera, nec
rurſus eſſe idonea,ex quibus vel nos Poëticam artem diſcamus, vel poëma vllum rectè
condamus aut iudicemus: denique neque cum Poëtatum vſu conſentire ſiue Græcos
ſpectes ſiue Latinos.Quam rem quod pertinet ad præcepta quæ propria eſſe negat, inde
probat primum,quia in hoc libro multa traduntur quæ pertinent ad Grammaticam,cu-
iuſmodi ea ſunt quæ in hoc capite de dictione dictioniſue partibus diſſeruntur. Cū enim
de literis,de ſyllabis,de articulis,déque huiuſmodi alijs verba faciat Magnus hic Author,
quis non videat Grammaticum eſſe totum,ac propterea non proprijs Poëticæ præceptis
nos imbuere & inſtituere? Deinde paulò poſt ad Metaphoras ac varias orationis figuras & I.
ornamenta diuertit,quæ ſine dubio vel Rhetoris ſunt propria,vel certè Poëtæ cum Ora- II.
tore,fortaſſe etiam aliqua ex parte cum Grammatico, ſunt communia; ac propterea ab
eodem Ariſtotele(vt cæteros Rhetores prætermittam)in III. Rhetoricorum explicātur. III.
Ad hæc de moribus egit,ac prolixè,nec vno in loco,egit,in hoc libello, & tamen morum
tractationem cum Ciuilis,tum certa quadam ratione Rhetoris,eſſe compertum eſt. Ita-
que Atiſtoteles in II. Rhetoricorum & in libris de Moribus totum hoc argumentum ꝑ-
ſequitur copiosè, ac propterea quæ hic docet de Moribus a Poëtæ munere longè aliena
videri debent,tantum abeſt vt ſint Poeticæ propria. Quid quod de animi affectionibus IV.
hic interponit multa quæ Rhetoris item ac Moralis vel maximè propria ſunt, & ab eodē V.
Ariſtotele in libris de Moribus & in II. Rhetoricorum explicantur? De ſententia verò
egiſſe quà rebus noſtris probandis amplificandíſque,aduerſarijs reſellendis extenuandiſ-
ue ſeruiunt,tum Dialeticæ proprium,tum Rhetoricæ, quoniam illi affinis eſt, videri de- VI.
bet.Dialetici enim, maximè verò Rhetoris,proprium eſt huc ſententiam referre. Quod ſi
rurſus Ariſtoteles eandem ſententiam a Poëta reuocari iubet ad affectiones, aut virtutes
exprimendas,iā rurſus eloquentiæ morúmque præceptis, non Poëticis, nos imbuit. Ex
quo fit vt dum verba facit de Moribus, Sententia, Dictione,quas ſtatuit Poëmatis ſeu Tra
466 gœdiæ partes quas appellat qualitatis,a poëticis præceptis aberret longiùs. Neque verò VII.
accedit propiùs dum fabulas inter qualitatis partes enumerat, ac primo loco enumerat.
Siquidem fabula cum Ariſtoteli ſignificet rerum conſtitutionem & coagmentationem,
eſt Poëtæ cum Hiſtorico & Oratore communis. Vt omittam fabulam(ſi fortè eò confu-
gias vt Poëticam fabulam dicas non tam ex veris, quàm ex veriſimilibus aut fictis cōflari
actionibus)videri poſſe Poëtæ cum priſcis Philoſophis,addo etiam cum Hiſtoricis quibuſ
dam,cuiuſmodi ſuit Herodotus ac Siculus Diodorus,planè communem.cum illi fabulis
velarent Philoſophiæ myſteria;quod Pythagorici ac Platonici inprimis ſecerunt;ij fabu-
par.124. las etiam ſuis narrauerint monumentis. Ita ſanè quas profert Ariſtoteles qualitatis par-
tes in Tragœdia,hæ nihil minus quàm Poëſis propriæ ſunt. Neque rurſus cum de imita- VIII.
tione præcepit quam tripartitò diſtribuit,quidquam præcepit Poëticæ proprium. Nam
imitatio quam in narratione collocabit,& Epico tribuet paulò poſt, communis eſt Epico
cum Hiſtorico & Oratore,cum ille totus,hic magna ex parte, in narrando verſetur. De-
nique talis narratio vulgi quoque eſt,& a nemine non vſurpatur perinde ac dictio. Quæ
verò imitatio alienam inducit perſonam,ac propterea perſectæ imitationis imaginem re-
fert,Poëtæ cum dialogi ſcriptoribus,qui ex Philoſophorum, Oratorum, Sophiſtarum
ſpatijs fermè exiſtunt,communis eſt.Idem dixerim de tertio imitationis genere, quod ex
imitatione & narratione de qua diximus,conflatum eſt atque mixtum. Nam non modò
dialogiſtas perſonis inductis agere, verùm etiam Oratores cum proſopopoeias frequen-
tant,& Hiſtoricum cum ad conciones deſcendit (id quod vulgus etiam ſępè facit,& quiſ-
quis loquitur) compertum eſt. Sed ſortaſſe vt quid proprium obſerues in Ariſtotelea IX.
Poëtica,ad inſtrumenta conſugies quibus ex Ariſtotele imitatur Poëta,nimirum ad ora-
tionem,

Digitized by Google

tionem, rhythmum & harmoniam. Sed oratio Poëtæ cum omnibus qui loquuntur; har-
monia cum Muſicis etiam extra Poëſim, communis eſt: rhythmus, ſiue in geſtu, ſiue in
cantu modiſq; ſpectetur, Poëtæ item communis eſt cum Oratore, ſed inprimis cum Mi-
mis qui ſolo geſtu imitantur. Hos enim Liuius ex Hetruria aſcitos Romam ait (ludiones
X. appellat) qui ſaltatione ac geſtu ſine oratione (quod apud Græcos etiam vſitatum fuit)
imitabantur. Huc accidit quod quæ præcipit de actionibus quas Poëtæ ſubijcit in mate-
riæ loco, ſunt propriæ Hiſtoricorum a quibus res a mortalibus geſtæ, recenſentur. Nam
qui mores, motus, affectionéſque aut virtutes in materiæ quoque loco haberi velit, is ex
XI. dictis exploſus videri debet: cum hæc aliorum propria eſſe conſtet. Quod ſi energiam illā
& vim vnde aliquid ponitur ante oculos, propriam dixeris Poëtarum (nam hanc quoque
magnopere exigit commendátque in Poëta) hac etiam in re cum Oratore atque Hiſtori-
XII. co conuenire deprehendes. Ad extremùm imitatio, qua Poëtam, non ſecus atque Hercu-
lem Claua, certare iubet Ariſtoteles (quanquam interdum Poëtam ipſum hanc vel abie-
ciſſe vel amiſiſſe cernas) communis eſt Poëtæ cum Pictoribus atque Opificibus multis.
nam ſi imitationem quæ oratione fit, vel rhythmo & harmonia, hanc Pictoribus & huiuſ
modi opificibus conuenire neges, ſaltem Dialogiſtis, Oratoribus interdum & Hiſtoricis
conuenire non eſt quod dubitemus. ita vt Poëtica Ariſtotelis præcepta non propria ſint,
ſed vel communia vel aliena. Atque ex ijs conſtare ſatis poteſt, nec vera eſſe ac germana
poëtices, nec idonea quibus Poëmata vel pangamus vel iudicemus. Tametſi, quoniam
ad hæc duo poſteriora accuſationis capita confirmanda, non pauca rurſus ſubijcit Patri-
*Propoſitis ſiue quere lis ſiue accuſationib. reſpōdetur prius vniuerſim.* tius, hæc etiam infra prout opus fuerit attingemus. Nunc quoniam Patritianæ huiuſmodi
accuſationes longè ac latè manant, ac magnam ne dicam omnem Ariſtoteleæ Poëticæ
partem appetunt atque perſtringunt, ipſe quidem, vt illis qua fieri poſſit breuitate ſatis fa-
ciam, vnam tantùm atque alteram Controuerſiam, ac breuiter, inſtituam. Ac in priore
quidem requiram NVM liceat vniuerſim (ne ſcilicet in ſingulis accuſationis capitibus
inſiſtere cogamur) ac generatim propoſitas compeſcere ac diluere dubitationes. Si enim 467
id fecero, haud ſanè neceſſe erit de ſingulis dicere ac digredi longiùs. In poſteriore verò
*CONTROVERSIA. LXXV. NVM tā ingens argumentorum moles generatim proſterni poſſit, & quomodo.* ea tantum quæ in hoc capite oppugnantur, ſigillatim tuebor. Ac profectò quæ argumen-
ta ſeu capita diſputationum proſequitur Patritius in decem libris diſputatæ quam appel-
lat Decadis, quæque in præſens huc refert ex libris illis, nos partim antea ac ſuo quæque
loco examinauimus, partim in capite de Epopœia de qua paulò poſt dicendum erit, per-
ſequemur, ita vt non neceſſe ſit ad ſingula planè reſpondere. Nunc igitur (vt primæ Con-
trouerſiæ initium faciam) ſic ſtatuo; propoſitam accuſationem generatim euerti poſſe.
Itaque principiò illud obſeruari velim in vniuersùm. Poëſim, etſi inprimis imitetur hu-
manas actiones, nihil tamen cœlo, terra marique relinquere quod non interdum ſuis ille
carminibus exprimat, ac nobis veluti nitidiſſimis coloribus non ante oculos ponat; Deū,
beatáſque mentes, aſtrorum curſus, cœli terrarúmque plagas, maria, flumina, montes,
noctem, auroram, diem, iridem, tonitrua, animantia, plantas & ſexcenta huiuſmodi alia.
quin etiam res quoque artificioſas deſcribit & imitatur, Vrbes, templa, portus, theatra,
ludos, militares acies, prælia, triumphos, & id genus alia. ita vt tum Naturæ tum Artis æ-
mula videri poſſit vel imitatrix. Qua in re nulla rerum cognitio non illi eſt neceſſaria. Etſi
enim non omnino requiritur vt altiùs excultus ſit doctrinis omnibus atque artibus, in
nulla tamen, ex ingenuis præſertim, hoſpes omnino eſſe debet ac peregrinus. Itaq; videas
latinum Poëtā Aſtrologiæ, Eloquentiæ, Hiſtoriæ, Philoſophiæ, Nauticæ, Coſmographiæ,
Rei militaris, Agriculturæ atque aliarum huiuſmodi artium & facultatū cognitione nō
vulgariter fuiſſe imbutum: ita vt nec tot pictor coloribus ſuas ſpargat tabulas, quot Poë-
ta noſter ornat illuſtrátque doctrinarum coloribus ſuum ille Poëma. Ita quidem cæteræ
fermè artes & facultates (niſi fortè Rhetoricam & Dialecticam nonnihil exceperis) certis
quibuſdam ac proprijs finibus circunſcribantur, è quibus rarò egredi coguntur aut nun
quam: bonus Poëta Grammaticæ primùm & metricæ facultati dat operam; tum Elo-
quentiæ, Politicæ, Aſtrologiæ, Geographiæ, ac Philoſophiæ propè vniuerſæ, Hiſtoriæ, Me-
dicinæ quoque & Agriculturæ interdum ac Theologiæ: vel enim iſtarum cognitione re-
rum nonnihil animum imbuat, vel laudati poëtæ nomen deſperet atq; adeò inſenſis Mu-
ſis canat, neceſſe eſt. In quibus omnibus eò etiam iuſtiùs verſatur, quòd in eorum veluti
campos pedem infert alio planè conſilio quàm proprij artifices: nimirum imitationis gra
tia. plurimùm enim intereſt, qua cogitatione aliquid tractes, & ad quem finem tuum ſtu-

dium

dium referas. quare quemadmodum nil prohibet quominus aut Geometra Terræ magnitudinem requirat, cum tamen Terræ cognitio, quoniam eſt Phyſicum corpus, ad Phyſicum pertineat; aut Medicus in corporis humani contemplatione ac tractatione verſetur, quod tamen pertinet ad Phyſicum, idque quia diuerſo conſilio ac nomine quiſq; vel Terram vel hominem ſpectat; ſic de Poëſi statuendum ac ſentiendum eſt: præſertim verò quia proprij artifices certa methodo ac de toto genere agunt & accuratiſſimè agunt; Poëta delibat varia, quibus Poëmata reſpergat moderatè. Atque hæc ſanè rem vniuerſam inde confirmare poſſem quòd rerum cognitio atque tractatio diſciplinæque ipſæ mira quadam inter ſe affinitate coniunctæ ſunt pleræque. ex quo fit vt interdum iudicare aut tractare aliquid nequeas, niſi varia huc ſtudia referas ac multigenam diſciplinam. Et hac etiam de cauſa encyclicæ a priſcis doctrinæ multæ appellabantur, quòd inter ſe veluti in circulum recurrerent, ſéque mutuò complecterentur. Atque hinc etiam factum eſt vt

Lib. 1 de par. anim. c. 1

noſter Author Ariſtoteles virum quendam eruditum protulerit cui pædiam attribuit & multarum rerum non dico perfectam ſed mediocrem cognitionem. vt ſcilicet & iudicare & tractare multa poſſit quæ non vnius artis ac doctrinæ notitia contenta eſſent. id quod in Poëſi inprimis euenit quæ pædiam eámque non vulgarem requirit. itaque nos etiam aliquando Poëſis vim explicaturi. coacti ſumus eam cum Regina conferre, quam in ſublimi collocatam ſolio, ac regio ſceptro, diademate, purpura, auro, gemmiſque conſpicuam, circunſtarent puellæ aliquæ peruenuſtæ, ac matronæ inſuper honeſta forma &
468 liberali, quæ certatim huic Reginæ varia ſuppeditarent dona quibus ſuam illa augeret amplitudinem ac dignitatem: liberalium nanque diſciplinarum chorus Poëſi reuera famulatur, ita vt Poëſis ſine ijs eſſe non poſſit. Quæ cum ita ſint, ſatis, opinor, conſtare poteſt iurè ac meritò potuiſſe Ariſtotelem, immo verò omnino debuiſſe, in Poëticis præceptionibus & morum, & affectuum, & ſententiæ, & totius ornatus atque adeò liberalium diſciplinarum, rationem habere, ne rudem & impolitum Poëtam, ſed perfectum & omnibus numeris abſolutum, fingere videretur. Atque hæc, vt in vniuerſum conſtet Patritianas querelas & accuſationes dilui poſſe. quibus tamen aliquid ſigillatim reſpondebimus in proxima Controuerſia; ſi tamen priùs reliquam Ariſtotelis, quam de Dictione habet diſputationem, ſubiecero.

---

# PARTICVLA XCIX.

*Cum quinque Sequentibus.*

Ἅπαν δὲ ὄνομά ἐστιν ἢ κύριον, ἢ γλῶττα, ἢ μεταφορὰ, ἢ κόσμος, ἢ πεποιημένον, ἢ ἐπεκτεταμένον, ἢ ὑφῃρημένον, ἢ ἐξηλλαγμένον. λέγω δὲ κύριον μὲν, ᾧ χρῶνται ἕκαστοι. γλῶτταν δὲ, ᾧ ἕτεροι. ὥστε φανερὸν ὅτι καὶ γλῶτταν, καὶ κύριον εἶναι δυνατὸν τὸ αὐτὸ, μὴ τοῖς αὐτοῖς δέ. τὸ γὰρ σίγυνον Κυπρίοις μὲν, κύριον, ἡμῖν δὲ γλῶττα. CIX.

Μεταφορὰ δ' ἐστὶν, ὀνόματος ἀλλοτρίου ἐπιφορὰ, ἢ ἀπὸ γένους ἐπὶ εἶδος, ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ γένος, ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ εἶδος, ἢ κατὰ τὸ ἀνάλογον.. λέγω δὲ ἀπὸ γένους μὲν ἐπὶ εἶδος, οἷον, νηῦς δέ μοι ἥδ' ἕστηκε. τὸ γὰρ ὁρμεῖν ἐστιν ἑστᾶναί τι. ἀπὸ εἴδους δὲ ἐπὶ γένος. ἦ δὴ μυρί' Ὀδυσσεὺς ἐσθλὰ ἔοργε. τὸ γὰρ μυρίον πολύ ἐστιν. ᾧ νῦν ἀντὶ τοῦ πολλοῦ κέχρηται. ἀπ' εἴδους δὲ ἐπὶ εἶδος, οἷον, χαλκῷ ἀπὸ ψυχὴν αἰρήσας. Τάμνεν ἀτειρέϊ χαλκῷ. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν αἰρύσαι ταμεῖν: τὸ δὲ ταμεῖν αἰρήσαι εἴρηκεν. ἄμφω γὰρ ἀφελεῖν τί ἐστι. CX.

Τὸ δὲ ἀνάλογον, λέγω, ὅταν ὁμοίως ἔχῃ τὸ δεύτερον πρὸς τὸ πρῶτον, καὶ τὸ τέταρτον πρὸς τὸ τρίτον. ἐρεῖ γὰρ ἀντὶ τοῦ δευτέρου τὸ τέταρτον, ἢ ἀντὶ τοῦ τετάρτου τὸ δεύτερον. καὶ ἐνίοτε προστιθέασιν, ἀνθ' οὗ λέγει, πρὸς ὅ ἐστι. λέγω δὲ, οἷον ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον, καὶ ἀσπὶς πρὸς Ἄρη. ἐρεῖ τοίνυν καὶ τὴν ἀσπίδα φιάλην Ἄρεως, καὶ τὴν φιάλην ἀσπίδα Διονύσου. ἔτι, ὁμοίως ἔχει ἑσπέρα πρὸς ἡμέραν, καὶ γῆρας πρὸς βίον. CXI.

ἐρεῖ

ἐρεῖ τοίνυν τὴν ἑσπέραν, γῆρας ἡμέρας, καὶ τὸ γῆρας, ἑσπέραν βίου. ἢ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου.

CXII. Ἐνίοις δ' οὐκ ἔστιν ὄνομα κείμενον τὸ ἀνάλογον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὁμοίως λεχθήσεται. οἷον, τό, τὸν καρπὸν μὲν ἀφιέναι, σπείρειν: τὸ δὲ τὴν φλόγα ἀπὸ τοῦ ἡλίου, ἀνώνυμον. ἀλλ' ὁμοίως ἔχει τοῦτο πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ τὸ σπείρειν πρὸς τὸν καρπόν. διὸ εἴρηται σπείρων θεοκτίσαν φλόγα. Ἔστι δὲ τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς μεταφορᾶς χρῆσθαι, καὶ ἄλλως: προσαγορεύσαντα τὸ ἀλλότριον, ἀποφῆσαι τῶν οἰκείων τι, οἷον, εἰ τὴν ἀσπίδα εἴποι φιάλην μὴ Ἄρεως, ἀλλ' ἄοινον.

CXIV. *Videtur desiderari particul. CXIII. lacunoſus enim locus eſt.*

Πεποιημένον δέ ἐστιν, ὃ ὅλως μὴ καλούμενον ὑπό τινων, αὐτὸς τίθεται ὁ ποιητής. δοκεῖ γὰρ ἔνια εἶναι τοιαῦτα. οἷον τὰ κέρατα ἔρνυγας, καὶ τὸν ἱερέα ἀρητῆρα. ἐπεκτεταμένον, δέ ἐστιν: ἢ ἀφῃρημένον, τὸ μὲν, ἐὰν φωνήεντι μακροτέρῳ κεχρημένον, ἢ τῷ οἰκείῳ, ἢ συλλαβῇ ἐμβεβλημένῃ. τὸ δέ, ἂν ἀφῃρημένον ἦ τι, ἢ αὐτῇ, ἢ ἐμβεβλημένῃ. ἐπεκτεταμένον μὲν, οἷον τό, πόληος, καὶ τὸ Πηλείδου Πηληϊάδεω. ἀφῃρημένον δέ, οἷον τὸ κρῖ, καὶ τὸ δῶ. καὶ μία γίνεται ἀμφοτέρων, ὄψ. ἐξηλλαγμένον δέ ἐστιν, ὅταν τοῦ ὀνομαζομένου, τὸ μὲν καταλείπῃ, τὸ δὲ ποιῇ, οἷον, τὸ δεξιτερὸν κατὰ μαζόν, ἀντὶ 469
τοῦ δεξιόν.

CXV. Ἔτι αὐτῶν δὲ τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἄῤῥενα, τὰ δὲ θήλεα, τὰ δὲ μεταξύ. ἄῤῥενα μὲν ὅσα τελευτᾷ εἰς τὸν, καὶ ρ, καὶ ὅσα ἐκ τούτων ἀφώνων σύγκειται ταῦτα δέ ἐστι δύο, τὸ ψ καὶ ξ. Θήλεα δή, ὅσα ἐκ τῶν φωνηέντων εἴς τε τὰ ἀεὶ μακρά, οἷον, εἰς, η, καὶ, ω, καὶ τῶν ἐπεκτεινομένων εἰς α. ὥστε ἴσα συμβαίνει πλήθει, εἰς ὅσα τὰ ἄῤῥενα, καὶ τὰ θήλεα. τὸ γὰρ ψ καὶ τὸ ξ ταὐτά ἐστιν. εἰς δὲ ἄφωνον οὐδὲν ὄνομα τελευτᾷ, οὐδὲ εἰς φωνῆεν βραχύ. εἰς δὲ τό, ι, τρία μόνα, μέλι, κόμμι, πέπερι. εἰς δὲ τὸ υ πέντε, τὸ πῶυ, τὸ νάπυ, τὸ γόνυ, τὸ δόρυ, τὸ ἄστυ. τὰ δὲ μεταξὺ εἰς ταῦτα, καὶ ν καὶ σ.

PART. CIX. OMne autem nomen aut eſt proprium, aut ab alia lingua, aut tranſlatio, aut ornatus, aut fictum, aut productum, aut ſubtractum, aut commutatum. Proprium voco, quod omnibus in vſu eſt. Ab alia lingua, quod aliquibus dumtaxat ex quo patet, huiuſmodi atque proprium fieri poſſe, vt in idem quandoque recidant: minimè tamen eiſdem: σίγυννον, ideſt lanceola: quod Cyprijs quidem proprium, nobis verò ab illorum lingua. *Paccius.*

CX. TRanſlatio eſt nominis alieni illatio, vel a genere ad ſpeciem, vel a ſpecie ad genus, vel a ſpecie ad ſpeciem, aut etiam ſecundùm aliquod, quod propor ione reſpondeat. A genere ad ſpeciem voco: vt ſtetit hæc mihi nauis: etenim in portu eſſe, ſtare aliquod eſt. A ſpecie ad genus: vt ipſe decem peperit iam millia commoda Vlyſſes, decem millia enim multa ſunt: quo ſanè vocabulo pro multo vtuntur. A ſpecie ad ſpeciem: Abſtulit ære animam; immiti ære abſcidit. hoc enim loco auferre pro abſcindere, & abſcindere pro auferre, vſurpauit: quod vtrunque ſubtrahere aliquod ſit.

CXI. PRoportione verò reſpondens dixerim, quando aliquod ſecundum ad primum ſimili ratione ſe habeat qua quartum ad tertium. Sumit enim vel loco ſecundi quartum, vel quarti ſecundum, interdúmque addunt pro quo dicitur, ad quod eſt. exempli cauſa: ſimili ratione ſe habet phiala ad Bacchum, qua ſcutum ad Martem. Dicet igitur & phialam ſcutum Bacchi, & ſcutum phialam Martis. Rurſus ad diem veſpera pari ratione ſe habet, qua ad vitam ſenium. itaque dicet veſperam diei ſenium, & ſenium veſperam vitæ: vel ſicut Empedocles, occaſum vitæ.

Licet

CXII. LIcet autem quibuſdam nomen proportione reſpondens inditum non ſit, nihilo tamen ſecius ſimili ratione dicetur: quemadmodum frugem quidem proijcere, ſerere dicimus: proijci verò a Sole flammam, nominis eſt expers: cum tamen ita ad Solis flammam hoc ſe habet, quemadmodum ſerere ad frugem. ideóque Sol dictus ſator diuinitus ignis. Licet autem huiuſmodi translationis modo vti, & alio quoque: cum videlicet nominauerimus alienum quippiam, aliquid eius proprium ab eodem remouentes: vt ſi quis appellare volens phialam, dixerit ſcutum, non Martis ſed Bacchi.

*Deſideratur partic. CXIII. in qua de ornatu.*

CXIV. FIctum eſt, quod a nemine vſurpatum, a Poëta ponitur: cuiuſmodi hæc eſſe apparent; vt Cornua ramos, & Sacerdotem cuſtodem. Productum atque ſubtractum, Productum videlicet quòd longiore vocali vtatur, quàm ſit eius propria, ſiue etiam adiectam ſyllabam aſciuerit. Subtráctum, quod aliquo ſiue peculiari, ſiue adiecto mutilum ſit: exempli gratia: productum πόλιος, πόληος, πηλειάδου πη-
470 ληιάδεω dicimus. ſubtractum, vt κρῖ & δῶ: atque etiam cum vna ex geminis fit, vt pro: ἶης ἧς, ideſt ſuæ.. Commutatum, cuius in denominatione aliqua quidem remanet pars, aliqua verò additur; velut, dexteriorem ſecundùm mammam pro dextram.

CXV. NOminum præterea ſunt aliqua maſcula, aliqua fœminea, aliqua media. Maſcula quæcunque in ς & ρ deſinunt, & in cunctas quæ a π & κ mutis componuntur; ſunt enim omnino duæ, ψ & ξ. Fœminea, quæcunque in vocales ſuapte natura longas quales ſunt η & ω, deſinunt, productas inſuper in ᾱ. quo fit vt hæ numero ſint æquales illis, in quas maſcula & fœminea deſinunt: ψ enim & ξ non diuerſæ ſunt. ſanè nullum nomen in mutam deſinit, ſed nec in vocalem breuem: ι in verò tria tantùm, μέλι, κόμμι πέπερι. in υ quinque πῶυ, νᾶπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. media in hæc. inſuperque in ν & ς.

PART. CIX. *OMne autem nomen eſt aut proprium, aut lingua, aut translatio, aut ornatus. aut factum aut protractum, aut ſubtractum, aut immutatum. Voco proprium, quo vtuntur ſinguli: linguam illud quo diuerſi. Quamobrem apparet fieri poſſe, vt lingua, & proprium ſit idem, non autem ijſdem. Nam Sygynnon Cyprijs eſt proprium, nobis lingua.* *Riccobonus.*

CXI. *TRanslatio eſt nominis alieni illatio, aut a genere ad ſpeciem, aut a ſpecie ad genus, aut a ſpecie ad ſpeciem, aut ſecundùm proportionem. Dico a genere ad ſpeciem, vt Nauis autem mihi hæc ſtetit. Nam in portu eſſe ſtare quoddam eſt. A ſpecie ad genus, Iam decem millia Vlyſſes bona egit. Nam decem millia multa ſunt. quibus nunc vſus eſt pro multis. A ſpecie ad ſpeciem, vt ære animum cum hauſiſſet incidit indefeſſo ære. hic.n. haurire pro incidere, & incidere pro haurire dixit; ambo enim ſunt quoddam auferre.*

CXII. *PRoportionem dico, quando ſimiliter ſe habeat ſecundum ad primum, ac quartum ad tertium. nam dicit pro ſecundo quartum, aut pro quarto ſecundum, & interdum apponunt pro quo dicit, ad quod eſt. Dico autem, vt ſimiliter ſe habet poculum ad Bacchum, & ſcutum ad Martem. Dicet igitur & ſcutum poculum Martis, & poculum ſcutum Bacchi præterea ſimiliter ſe habet veſper ad diem & ſenectus ad vitam. Dicet igitur veſperam ſenectutem diei, & ſenectutem veſperam vitæ; vel vt Empedocles, occaſum vitæ.*

CX. *NOnnullis verò non eſt nomen poſitum eorum, quæ ſunt ex proportione; ſed nihilominus ſimiliter dicetur, vt illud, ſemen quidem iacere, ſerere; flammam verò emittit a Sole ſine nomine eſt. Sed ſimiliter ſe habet hoc ad Solem, & ſerere ad ſemen.* *Græcè etiã deſideratur partic. CXIII.*

*Quam-*

Digitized by Google

*Quamobrem dictum eſt, ferens a Deo conditam flammam. Ac licet vti hoc translationis modo, & aliter, vt, cum appellauerit id, quod alienum eſt, neget aliquid eorum, quæ propria ſunt, vt ſi ſcutum dicas poculum non Martis, ſed ſine vino.*

CXIV. *Factum eſt quod ab aliquibus prorſus, non appellatum ipſe ponit Poeta; videntur enim aliqua eſſe talia, vt cornua ἐρνύταις, & ſacerdotem ἀρητῆρα. Protractum eſt, vel ſubtractum, illud quidem, ſi vocali longiore vſum fuerit, quàm propria ſit; vel ſyllaba inculcata, hoc verò, ſi ſublatum fuerit quippiam vel ab ipſo, vel ab eo, quod inculcatum eſt protractum quidem, vt illud πόλεος πόληος, & illud πηλείαδου πηληϊάδεω. ſublatum verò vt illud κρῖ, & illud δῶ, & μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ. immutatum eſt quod nominati vnam quidem partem reliquerit, alteram verò fecerit, vt illud δεξιτερὸν κατὰ μαζὸν, pro δεξιόν.*

CXV. *Prætereà ex nominibus alia virilia, alia muliebria, alia interiecta. Virilia quidem, quæcunque deſinunt in ν, & ρ, & quæcunque ex aliquo eorum, quæ muta ſunt, conſtant. Atque ea ſunt duo ψ; & ξ. Muliebria verò, quæcunque ex vocalibus in ea, quæ ſemper longa ſunt, vt in η & ω & ex iis quæ producuntur in α. Quare euenit, vt æqualia ſint multitudine, in quæcunque deſinunt virilia, & muliebria. Nam ψ, & ξ eadem ſunt. In mutum autem nullum nomen deſinit, neque in vocale breue. At in ι tria ſola, μέλι, κόμμι, πέπερι. in υ quinque πῶυ, νᾶπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. interiecta verò in hæc, & ν, & σ.*

*COMM. Par. CIX & VII. ſequen.* A Primis grammaticæ rudimentis atque adeò elementis ſenſim ad Orationem deuenit: ſtatimque nomen, vt de hoc ſigillatim ageret, bipartitò diſtribuit: mox verò nomen rurſus (id quod aggreditur hoc in loco) in varias ac varias partitus eſt formas, quas iam declarat ſingulas; translatum im primis, quoniam ad Poëtam maximè pertinet, explanans, atque in varias item formas diſtribuens, quarum vim & naturam declarat diligenter. De qua re tota cum cæteri interpretes, tum maximè Victorius copioſè. Quod argumentum 471 nos etiam in Rhetoricis proſequimur latè. Nunc eò potiùs ſe ſe oratio conuertat noſtra, vt alteram controuerſiam in medium proferentes, Patritio quoad ratio poſtulauerit, occurramus. Id quod efficiam ſi priùs cæteras quæ de Dictione conſequuntur, particulas ſubiecero.

# CAPVT XXI.

## PARTICVLA CXVI.

*Cum VII. ſequentibus.*

CXVI. Λέξεως δὲ ἀρετὴ, σαφῆ, καὶ μὴ ταπεινὴν εἶναι. σαφεστάτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων, ἀλλὰ ταπεινή. παράδειγμα δὲ, ἡ Κλεοφῶντος ποίησις, καὶ ἡ Σθενέλου. σεμνὴ δὲ, καὶ ἐξαλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν, ἡ τοῖς ξενικοῖς κεχρημένη. ξενικὸν δὲ λέγω, γλῶτταν, καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον. ἀλλ᾽ ἄν τις ἅμα ἅπαντα τὰ τοιαῦτα ποιήσῃ, ἢ αἴνιγμα ἔσται, ἢ βαρβαρισμός. ἂν μὲν οὖν ἐκ μεταφορῶν, αἴνιγμα, ἐὰν δὲ ἐκ γλωττῶν, καὶ βαρβαρισμός.

CXVII. Αἰνίγματος γὰρ ἰδέα αὕτη ἐστὶ, τὸ λέγοντα τὰ ὑπάρχοντα ἀδύνατα, συνάψαι. κατὰ μὲν οὖν τὴν τῶν ὀνομάτων σύνθεσιν, οὐχ οἷόν τε τοῦτο ποιῆσαι. κατὰ δὲ τὴν μεταφορὰν, ἐνδέχεται, οἷον, ἄνδρ᾽ εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήσαντα, καὶ τοιαῦτα: ἐκ δὲ τῶν γλωττῶν ὁ βαρβαρισμός. διὸ ἀνακέκραται πως τούτοις.

CXVIII Τὸ μὲν οὖν μὴ ἰδιωτικὸν ποιήσει, μὴ δὲ ταπεινὸν ἡ γλῶττα, καὶ ἡ μεταφορὰ, καὶ ὁ κόσμος, καὶ τἆλλα τὰ εἰρημένα εἴδη, τὸ δὲ κύριον, τὴν σαφήνειαν. οὐκ ἐλάχιστον δὲ μέρος συμβάλλονται εἰς τὸ σαφὲς τῆς λέξεως, καὶ μὴ ἰδιωτικὸν αἱ ἐπεκτάσεις, καὶ ἀποκοπαὶ, καὶ ἐξαλλαγαὶ τῶν ὀνομάτων. διὰ μὲν γὰρ τὸ ἄλλως ἔχειν, ἢ ὡς τὸ κύριον παρὰ τὸ εἰωθὸς γιγνόμενον, τὸ μὴ ἰδιωτικὸν ποιήσει, διὰ δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῦ εἰωθότος, τὸ σαφὲς ἔσται.

CXIX. Ὥστε οὐκ ὀρθῶς ψέγουσιν οἱ ἐπιτιμῶντες τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς διαλέκτου, καὶ διακωμῳδοῦντες τὸν ποιητὴν, οἷον, Εὐκλείδης ὁ ἀρχαῖος. ὡς ῥάδιον ποιεῖν, εἴ τις δώσει ἐκτείνειν ἐφ᾽ ὁπόσον βούλεται ἰαμβοποιήσας ἐν αὐτῇ τῇ λέξει. οἷον, ἤ τίχαριν εἶδον μαραθῶνα βαδίζοντα, καὶ, οὐκ ἄν γεινάμενος τὸν ἐκείνου ἐξελέβορον.

CXX. Τὸ μὲν οὖν φαίνεσθαί πως χρώμενον τούτῳ τῷ τρόπῳ, γελοῖον. τὸ δὲ μέτρον, κοινὸν ἁπάντων ἐστὶ τῶν μερῶν. καὶ γὰρ μεταφοραῖς, καὶ γλώτταις, καὶ τοῖς ἄλλοις εἴδεσι χρώμενος ἀπρεπῶς, καὶ ἐπίτηδες ἐπὶ τὰ γελοῖα, τὸ αὐτὸ ἂν ἀπεργάσαιτο.

CXXI. Τὸ δὲ ἁρμόττον, ὅσον διαφέρει ἐπὶ τῶν ἐπῶν, θεωρείσθω, ἐντιθεμένων τῶν ὀνομάτων εἰς τὸ μέτρον, καὶ ἐπὶ τῆς γλώττης δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μεταφορῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν, μετατιθεὶς ἄν τις τὰ κύρια ὀνόματα, κατίδοι, ὅτι ἀληθῆ λέγομεν, οἷον, τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου, καὶ Εὐριπίδου, ἓν δὲ μόνον ὄνομα μεταθέντος, ἀντὶ κυρίου
472 εἰωθότος, γλῶτταν, τὸ μὲν φαίνεται καλὸν, τὸ δ᾽ εὐτελές. Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ φυλοκτήτῃ ἐποίησε, φαγέδαινα ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός. ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ ἐσθίειν, τὸ θοινᾶτο μετέθηκε. καὶ νῦν δέ μ᾽ ἐὼν ὀλίγος τε, καὶ ἀεικὴς, εἴ τις λέγει τὰ κύρια μετατιθεὶς. νῦν δέ μ᾽ ἐὼν μικρός τε, καὶ ἀσθενικὸς, καὶ ἀειδὴς, καὶ δίφρον ἀεικέλλιον καταθεὶς, ὀλίγην τε τράπεζαν. δίφρον μοχθηρὸν καταθεὶς, μικράν τε τράπεζαν. καὶ τὸ, ἠϊόνες βοόωσιν, ἠϊόνες κράζουσιν.

CXXII. Ἔτι δὲ Ἀριφράδης τοὺς τραγῳδοὺς ἐκωμῴδει, ὅτι ἃ οὐδεὶς ἂν εἴποι ἐν τῇ διαλέκτῳ, τούτοις χρῶνται. οἷον, τὸ δωμάτων ἄπο, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ δωμάτων, καὶ τὸ, σέθεν, καὶ τὸ, ἐγὼ δέ νιν. καὶ τὸ Ἀχιλλέως πέρι ἀλλὰ μὴ περὶ Ἀχιλλέως. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. διὰ γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἐν τοῖς κυρίοις, ποιεῖ τὸ μὴ ἰδιωτικὸν ἐν τῇ λέξει ἅπαντα τὰ τοιαῦτα. ἐκεῖνος δὲ τοῦτο ἠγνόει. ἔστι δὲ μέγα μὲν τὸ ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων πρεπόντως χρῆσθαι, καὶ διπλοῖς ὀνόμασι, καὶ γλώτταις. Τὸ δὲ μέγιστον τὸ μεταφορικὸν εἶναι. μόνον γὰρ τοῦτο οὔτε παρ᾽ ἄλλου ἐστὶ λαβεῖν, εὐφυΐας τε σημεῖόν ἐστι. Τὸ γὰρ εὖ μεταφέρειν, τὸ ὅμοιον θεωρεῖν ἐστι.

CXXIII Τῶν δὲ ὀνομάτων τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις, αἱ δὲ γλῶτται τοῖς ἡρωϊκοῖς, αἱ δὲ μεταφοραὶ τοῖς ἰαμβείοις. καὶ ἐν μὲν τοῖς ἡρωϊκοῖς ἅπαντα χρήσιμα τὰ εἰρημένα, ἐν δὲ τοῖς ἰαμβείοις, διὰ τὸ ὅτι μάλιστα λέξιν μιμεῖσθαι, ταῦτα ἁρμόττει τῶν ὀνομάτων, ὅσοις καὶ ἐν λόγοις τις χρήσεται. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα, τὸ κύριον, καὶ μεταφορὰ, καὶ κόσμος. περὶ μὲν οὖν τραγῳδίας, καὶ τῆς ἐν τῷ πράττειν μιμήσεως, ἔστω ἡμῖν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

CXVI. Dictionis autem virtus, vt perſpicua ſit, non tamen humilis. quæ igitur ex proprijs nominibus conſtabit, maximè perſpicua erit, humilis tamen. exemplum ſit Cleophontis, Stheneliq; Poeſis. illa veneranda, & omne prorſus plebeium excludens, quæ peregrinis vtetur vocabulis. Peregrinum voco varietatem linguarum, translationem, extenſionem, tum quodcunque a proprio alienum eſt. verùm ſi quis hæc omnia ſimul congerat, vel ænigma efficiet, vel barbariſmum: ænigma quidem, ſi translationes: barbariſmum verò, ſi linguas.

CXVII. Enigmatis forma ea erit, oratio ſcilicet, quæ ex minimè congruentibus inter ſe conſtet. hoc itaque per nominum compoſitionem effici minimè poteſt, per translationem verò poteſt: vt vidi igne, atque ære virum, viro inhærentem vnum:



Digitized by Google

cæteráque id genus. Quemadmodum quoque ex linguarum varietate barbariſmus. quapropter aliquo pacto his admiſcetur.

CXVIII Proinde ſicut illud non triuiale, ac minimè humile, lingua, translatio, ornatus, cæteraéque dictæ ſpecies pariunt: ita proprium perſpicuitatem. Cæterùm non minimam conferre videntur partem ad dictionis perſpicuitatem, & ad vulgare excludendum productiones, conciſiones, nominúmque immutationes, quandoquidem id, quod præter vſum communem fit, quatenus a proprio diuerſum eſt, illud minimè plebeium efficit: quatenus verò cum vſu communi conuenit, claritatem.

CXIX. QVapropter errant non parùm, qui huiuſmodi dictioni genus accuſant, quique poëtam ipſum inceſſere audent. Id quod priſcus Euclides fecit. quaſi facilè quis confingat, ſi ei, dum iambos conſcribat, in ipſa dictione nomina quantumlibet extendere liceat: quemadmodum ἠ τὶχάριν εἶδον μαραθῶνα βαδίζοντα, & ὐκ ἄν γεινάμενος τὸν ἐκείνου ἐξελέβορον.

CXX. ITaque ridiculus eſſe apparet. qui hoc dicendi modo vſus eſt. Atqui menſura æquè omnibus partibus regula eſt. nam ſi quis translationibus, linguis, cæteriſque huius generis vel indecenter, vel affectatè vſus fuerit, pari ratione ridicula ſtruxerit. 471

CXXI. QVantum verò concinnitas in carmine polleat, vel ex eo conſideretur, quòd loco nominum ad menſuram in oratione comparatorum a varietate linguarum, translationum, cæterorúmque generis huiuſmodi, ſi quis proprias appellationes poſuerit, veram nos attuliſſe rationem inficias non iuerit. id quod Aeſchyli, atque Euripidis in eodem faciendo iambo pariter verſantium exemplo apparet. nam cum hic vnum duntaxat nomen lingua non trita loco proprij immutauerit, tam pulcher apparuit, quàm ille abiectus eſt viſus. Etenim in Philoctete, Aeſchylus ſic locutus eſt: Mei pedis carnem exedit phagedæna: ipſe verò Euripides, loco exedit, epulatur appoſuit. Ad hæc. Nunc autem paruus me exiſtens turpis ineptus: verbi gratia: ſi quis afferens magis propria, id ineptus immutauerit in hoc pacto: Debilis informis me exiſtens, exiguuſque: itemque, Indignum currum & exiguas dapes: dicátque currum prauum, & prauas dapes; rurſuſque pro Iones vociferantur, Iones clamant.

CXXII. ARiphrades præterea carpebat tragœdos, perinde ac in Tragœdijs ſuis his vterentur, quæ in communi ſermone diceret nemo; vt δόμων ἄπο, pro ἀπὸ δόμων: ideſt domibus ab, pro ab domibus; & σέθεν pro σῦ, ideſt ſui; & νὶν pro αὐτὸν, ideſt ipſum; & Ἀχιλλέως πέρι, pro πέρὶ Ἀχιλλέως, ideſt Achille de, pro de Achille, cæteráque huiuſmodi; prorſus ignoras, quod hæc omnia dum proprium vitant, plebeiam interim dictionem effugiunt. Cæterùm magni negotij eſt in ſupradictis ſingulis a decenti non diſcedere; minimeque abuti compoſitis nominibus, linguiſque cum primis verò decenter vti translationibus, maximè eſt arduum. id quod vnum non aliunde quæſitum ſit oportet, verſatiliſque ingenij indolem præ ſe ferat, etenim rectè quidem quid transferre, ſimile aliquod illius contemplari eſt.

CXXIII DVplicia verò nomina vt maximum in modum Dithyrambis quadrant, ſic Heroicis linguarum varietas, Iambiciſque translationes. quanquam Heroicis quidem ſupradicta omnia valde vſui ſunt, Iambicis verò, quod maximè colloquia æmulentur, cuncta illa conueniunt nomina, quibus ritè quis in ipſo ſermone vtatur. ſunt autem hæc, propria, metaphorica, ornata. De Tragœdia igitur, deque ad actionem accommodata imitatione, ſatis hactenus a nobis hæc dicta ſunt.

CXVI. *E Locutionis autem virtus eſt, vt perſpicua, & non humilis. Ac maximè quidem perſpicua eſt, quæ ex proprijs nominibus conſtat, ſed humilis. Exemplum eſt Cleophontis* Riccobonus.

Digitized by Google

*phontis poeſis,& Stheneli. At grandis & immutant id quod vulgare eſt,quæ peregrinis vtitur. Peregrinum autem voco linguam,& translationem, & protractionem,& quicquid præter proprium eſt . Sed ſi quis ſimul omnia talia fecerit,aut ænigma erit aut barbariſmus,ſi igitur ex translationibus,ænigma: ſi ex linguis,etiam barbariſmus.*

CXVII. A*Enigmatis autem forma eſt, vt qui dicit copulet ea,quæ fieri non poſſunt at ſecundum compoſitionem quidem nominum id fieri non poteſt,verum ſecundum translationem contingit,vt Virum vidi igne as viro agglutinantem.& talia. Ex linguis verò barbariſmus. Quamobrem aliquo modo his temperatur.*

CXVIII A*C non vulgare quidem efficiet,neque humile lingua & translatio,& ornatus , & aliæ formæ quæ dictæ ſunt: perſpicuitatem verò proprium. At non minimam partem conferunt ad perſpicuam elocutionem & non vulgarem protractiones, & ſubtractiones, & immutationes , nominum . Nam quoniam hoc aliter ſe habet,ac proprium: quod factum eſt præter conſuetum , vulgare efficies. quoniam autem communicat cum eo quod eſt conſuetum,erit perſpicuum.*

CXIX. Q*Vare non rectè vituperant qui reprehendunt talem modum locutionis, ac maledictis Poetam inſectantur,vt Euclides ille antiquus:quod facile ſit Poeticè agere,ſi quis conceſſerit protrahere,quantum velit,eum qui iambis vſus ſit in eadem elocutione , vt* ἠτίχαριν εἶδον μαραθῶνα δὶ βαδίζοντα , *&* οὐκ ἄν γεινάμενος τὸν ἐκείνου ἐλλέβορον.

CXX. A*C cum appareat quidem aliquo modo,aliquem ſequi hunc ipſum vſum, id ridiculũ eſt. Menſura verò communis: eſt omnium partium. etenim qui translationibus, & linguis,& alijs formis vteretur indecorè,& ſtudioſè ad ridicula idem efficeret.*

CXXI. I*D autem quod congruit quantum excellat in heroico carmine, conſideretur, iniectis nominibus in metrum. Et certè in linguis,& in translationibus,& in alijs formis, ſi quis poſuerit propria nomina,videbit a nobis dici ea,quæ vera ſunt,vt cum eundem iambicum fecit Aeſchylus,& Euripides,& vnum ſolum nomen immutauit . & poſuit linguam pro proprio conſueto. Atque vnum quidem apparet pulchrum : alterum verò humilem . Nam Aeſchylus in Philoctete fecit* φαγέδαινα ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός: *Phagedæna quæ mei carnes comedit pedis. hic verò pro* ἐσθίει *poſuit* θοινᾶται, *epulatur. Et* Νῦν δέ μ' ἐὼν ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς καὶ ἀειδής. *Nunc autem me qui eſt paruuſque & nihili,& indecens. Si quis dicit poſitis proprijs,* Νῦν δέ μ' ἐὼν μικρός τε καὶ ἀσθενικὸς καὶ ἀειδής. *Nunc autem me quis eſt paucuſque,& imbecillis, & deformis. Et* Δίφρον ἀεικέλιον καταθεὶς ὀλίγην τε τράπεζαν. *Sedile non conueniens cum poſuiſſet, paucamque menſam. & illud* ἠϊόνες βοόωσιν. ἠϊόνες κράζουσιν: *littora vociferantur , littora clamant.*

CXXII. P*Raterea verò Ariphrades Tragœdijs maledicebat quod quæ nemo diceret in ſermone,ijs vterentur,quale illud eſt* δωμάτων ἄπο,*domibus ab ſed non* ἀπὸ δωμάτων, *a domibus:& illud,* σέθεν, *ſui:& illud,* ἐγὼ δέ νιν,*ego autem ipſam; & illud ;* Ἀχιλλέως πέρι *Achille de, ſed non* περὶ Ἀχιλλέως, *de Achille;& quæcunque alia talia. Namque quoniam non ſunt in proprijs, faciunt id, quod non vulgare eſt hæc omnia in elocutione,ille verò hoc neſciebat. Iam magnum eſt vti congruenter vnoquoque de ijs,quæ dicta ſunt, & duplicibus nominibus,& linguis;at maximum eſt,metaphoricum eſſe:ſolum enim,hoc neque ab alio licet aſſumere.& boni ingenij ſignum eſt , benè enim transferre eſt ſimile intueri.*

CXXIII E*X omnibus autem duplicia quidem maximè conueniunt dithyrambis , lingua verò heroicis,at translationes Iambicis. Et in heroicis quidem omnia vtilia, quæ dicta ſunt;verùm in iambicis,quia quã maximè collocutionẽ imitantur,ex nominib. illa con-*



Digitized by Google

*gruunt, quibuſcumque etiam in ſermonibus aliquis vteretur . ſunt autem talia proprium, tranſlatio, & ornatus. Ac de Tragœdia quidem & de imitatione, quæ in agendo poſita eſt, nobis ſatis ſint, quæ expoſita ſunt.*

COMM. *Particula. CXVI. & VII. ſequẽtium.*

DE Dictione qualem eſſe oporteat, docet. Nos tamen vel quia Interpretes locum hunc vniuerſum explicant accurate, vel quia de Dictione multa diximus antea, plura etiam in libris de Hiſtoria, ex quibus etiam ſigillatim deriuari poſſunt multa ad Poëticam dictionem agnoſcendam ac fingendam, vel quia idem argumentum proſequimur in Ariſtoteleæ Rhetoricæ Commentarijs, de Dictione ſilebimus in præſentia: atque alteram quam

CONTROVERSIA. LXXVI. *Qui ſigillatim dilui poſſint propoſita accuſationes.*

propoſuimus Controuerſiam, quoniam magni momenti eſt diſceptabimus. Quærimus igitur qui tandem ſingulatim etiam Patritianæ accuſationes & ſi quæ his ſimiles afferri ſoleant, refelli poſſint ac dilui. Ergo, quoniam nos & dilui poſſe iudicamus, & iam eas diluere conſtituimus, rei a Grammaticis ducemus initium: atque ex ordine ad poſtremã vſque progrediemur. Principiò igitur ex dictis conſtare ſatis poteſt non temerè Grammaticæ rudimenta, idque vel a primis elementis attigiſſe Ariſtotelem cum de Dictione poëtica eſſet ei diſputandum. cum enim Grammaticam hanc tractationem ſenſim ad

*Ad primũ*

Poëticum vſum referat, non verò in grammatica præceptione perſiſtat, nihil eſt quod reprehendat Patritius. plurimum enim intereſt ſiue per ſe hæc tractentur & grammaticæ cognitionis gratia, ſiue ad Poëſim referantur. Quid quod grammatica ipſa ex notatione profecta eſt vocum & ſententiarum ſeu dicendi formarum quæ in Oratoribus, Hiſtoricis, ſed Poëtis maximè reperiuntur? Sanè hinc quoque efficitur hæc non Poëtam aut Poëti-

*Ad ſecundum.*

cæ magiſtrum ex Grammaticæ arte deriuaſſe, ſed è contrario Grammaticum ex Poëta artis conficiendæ grana deſumpſiſſe. Ita vt ſuo iure Poëta interim hæc de nominibus & oratione, orationiſque initijs commemoret Poëmatis cauſa: cum hoc ab ipſis initijs, vt ſcilicet Dictionis quoque ratio conſtet, fingat, perinde atque ædificator ab imis ad ſummas domum extruit partibus. Atque hinc multò magis conſtat, nõ temerè egiſſe de metaphoris ac figuris orationis atque huiuſmodi alijs quibus Poëſis maximè variatur. Etſi enim hæc in Hiſtorico etiam & Oratore obſeruantur interdum, tamen in Poëta, quoniam & varietatis & delectationis, & neceſſitatis gratia orationis figuris et tropis vtitur, frequentiſſimus eſt vſus: ita vt ſcitè hic commemorentur. Et hinc eſt vt quæ ad ſententiam pertinent, non grauatè reiecerit ad Rhetoricen, cum de illa pauca quædam admonuiſſet Poëtam: de metaphoris verò & ornamento dictionis hic dicendum iudicauerit. Et ideo in Rhetoricis quod pertinet ad metaphoras & huiuſmodi alia, huc nos reijcit Ari-
ſtoteles. Denique cum hæc omnia referat ad Poëticum vſum, quemadmodum ſatis con- 475
ſtat ex particula CXXII. & CXXIII. nihil eſt quòd Patritius Ariſtotelem carpat: niſi for-

*Ad tertiũ. & quartũ.*

tè diligentiam & induſtriam ſuperuacaneam exiſtimet. Atque hæc de iis quæ in hac diſputatione quam de Dictione habuit Ariſtoteles, reprehendit Patritius. Nam quod pertinet ad mores & affectus de quibus Ariſtoteles egit ſupra, ſat ſit illud ſigillatim monuiſſe, poëtæ, quoniam humanas actiones imitatur quæ affectibus & moribus implicitæ ſunt totæ, affectus & mores cognoſcendos & ſpectandos vel maximè: quod tamen dum non doctrinæ quemadmodum Moralis, ſed imitationis gratia, efficit, ſuo iure (id quod paulò

*Ad quintum, & ſextum.*

poſt declarabitur vberiùs) & opportunè facit. Idem dixerim de ſententia: quam non poteſt non vſurpare imitationis gratia. ita vt potiùs breuiloquus hac in re, aut labore ſuperſediſſe (iurè tamen, quòd in Rhetoricis opportuniorem haberet locum) dicendus ſit noſter Author, quàm ad aliena confugiſſe. Quod ſi rurſus ſententiam affectionibus & virtutibus exprimendis referri iubet, non idcirco Orator erit aut Philoſophus, cum id imitationi ſeruiat, & vnius imitationis gratia in qua maximè flos ac vis Poëſis reſidet, id obeat

*Ad ſeptimum.*

munus. At enim fabula Ariſtoteli rerum ſignificat conſtitutionem: ita vt hiſtorico communis ſit cum poëta; nam hiſtoricus et res geſtas & humanas actiones aſo priùs coagmentat, quàm narret, non ſecus ac Poëta. Acutè. Sed tamen definitiones & doctrinæ non generib. & rebus cõmunibus explicantur ſatis, ſed differẽtiis ac priuatis documẽtis additis. alioquin nec leo, ſi cõmunia ſpectẽtur ſolùm, ab hoĩe, nec homo ab equo, differret, cũ vterq; ſit aĩal. quapropter quemadmodũ vbi homini rationẽ, equo ac leoni differẽtias alias, attribueris, diſſociãtur, ita vt iſtorũ natura, definitio, doctrina diſtinguatur, ſic fabulas ſeu cõſtitutio Poëtica ab Hiſtorica eſt diſiũgẽda. Fac igitur Hiſtoricus rerũ cõſtitutionẽ ex veris rebus geſtis

quo-

quoad eius fieri poſſit conſtet, & huc ſtudium conferat totum: Poëta contra veriſimilia
ſpectet. atque ita ſpectet, vt præ veriſimili ſpernat verum, iam magnum in conſtitutione
rerum incurrit diſcrimen. Fac rurſus Poëta vel perpetua imitatione vt in Dramate, vel
mixta vt in Epopœia, humanas concludat actiones: Hiſtoricus ſimpliciter narret, ac vix &
ne vix quidem attingat imitationem; iam rurſus diſcrimen interuenit magnum; ita vt to-
to cœlo Poëtica conſtitutio differat ab Hiſtorica. Quid quod Poëtica conſtitutio eſt ma-
gis philoſophica, cum res vniuerſim complectatur magis; ac propterea ideas rerum fin-
gat in quibus a rebus ſingulis auocat ſtudium? Et tamen Hiſtoricus rebus ſingulis adſtri-
ctus eſt ac ne nomen quidem alicuius ſine vitio mutare poteſt. Vt omittam ex Ariſtotele
*Vide li. 1.* a Poëta vel rhythmo & harmonia, vel ſaltem metro aut nuda imitatione, res coagmenta-
ri, quæ in Hiſtoricam dictionem niſi temerè non inducantur. De qua re memini me in li-
bro de Hiſtoria verba feciſſe. vbi ab Hiſtorico non modò carmen ac metra ablegauimus,
niſi vitioſa futura ſit & præpoſtera, verùm etiam imitationem & perſonarum loquẽtium
inductionem ægrè omninò excepimus: quin fidem Hiſtoriæ adimere demonſtrauimus.
Ita quidem conſtitutio hiſtorica abhorret a Poëtica, Poëtica ab Hiſtorica, tantùm abeſt
vt vna eádemque ſit vtrique. Nam ſi Poëſis rurſus (quod tu, Patriti, pugnas, & nos Platoni
conſentaneum eſſe non diffitemur) carmen ſibi vendicat, & hoc ab Hiſtorico inprimis
differt, iam Poëticæ fabulæ conſtitutio ex tua quoque ſententia mirificè ad extremum va
riabitur. Et idem certa quadam proportione dixerim de Oratore, dum res coagmentat
animo, quas ſubinde narret, nam & imitatione & aliis huiuſmodi carere debet: ita vt in
vniuersùm habeat quidem rerum conſtitutionem cum Poëta communem, (tametſi in-
terdum non actiones humanas coagmentet, quemadmodum neceſſariò coagmentat
Poëta) ſed differentiis accedentibus diſſocietur longè. Quæ cum ita ſint, iam de imitatio-
ne rurſus quam Patritius communem facit Poëtæ cum Hiſtorico & Oratore, nihil atti- *Ad octa-*
net dicere: hanc enim pernegamus, niſi ægrè ac frigidè, in Oratorem & Hiſtoricum con- *uum.*
uenire: quin affirmamus huius fidem imminuere, illum in Poëtam conuertere; vtrunque
demum a decoro ac proprij muneris perfectione abducere: de qua re haud ſauè faciã lon-
giùs, quòd totam hanc rem explicauerim cum in libro de Hiſtoria, tum iam antea in
476 ijs ipſis Commentarijs: in quibus etiam docuimus quid de lyrico Poëmate ſit ſentiendũ,
quod reuera aut minùs coniunctum videri poſſet cum imitatione, aut imitatione ab Hi-
ſtorico & Oratore diſſidere, tantùm addo, dialogum ob imitationem ex Ariſtotele pro-
piùs ad Poëſim accedere, ita vt in Peripatetica ſchola imitatio faciliùs Oratorem & Hiſto-
ricum in Poëtam conuertat, quàm Poëtæ cum Hiſtorico & Oratore conciliet affinitatẽ:
Iam verò harmonia & huiuſmodi Poëtarum nonnullorum inſtrumenta, vbi dictio & imi-
tatio retineatur, ſine dubio diſſociant, potiùs Poëtam a Mimis qui ſolo geſtu imitentur, & *Ad nonũ.*
ab alijs imitatoribus qui dictione careant, quàm ſimilitudinem aut coniunctionem pa-
riant. Nam Cythariſticam, Auleticam, & ſi quæ eſt huiuſmodi facultas imitatrix, quæ non
vtatur dictione, hanc docuimus ab Ariſtotele non quaſi Poëſis formam & ſpeciem (id
quod decepit Patritium dum hinc Poëticam imitationem & Poëſis ſpecies ac formas
exagitat in Ariſtotele) proferri, ſed tanquam Muſicæ in qua cum Poëſi conuenit vniuer-
ſim. De qua re ab initio diximus copioſè. Quod ſi quas actiones in materiæ loco Poëtæ ſu- *Ad deci-*
bijcit Ariſtoteles, has cenſet Patritius communes eſſe Poëtæ cum Hiſtorico; nos contra *mum.*
quæ paulò ante de fabulæ conſtitutione diſſeruimus, obijcimus Patritio. inde enim ſatis
conſtat aduenientibus differentijs materiam variari ac diſſociari. Atque idem dixerim de
Moribus, Affectibus, Virtutibus, quæ Poëtæ ſubijciuntur. Siquidem (id quod paulò ante
indicare cœperam) multò aliter quàm aut Rhethori aut morali Philoſopho ſubijciuntur.
Moralis enim eorum vim declarat vt mores & affectiones temperemus & virtutem adi-
piſcamur: Orator vt animorum motus concitemus aut reſtinguamus, & moratam ora-
tionem exprimamus fidei faciendæ cauſa: Poëta vt imitatio actiones exprimat ac veluti
ante oculos ponat. Quanquam ſi quis energiam, vnde aliquid ponitur ante oculos, Poëtæ *Ad vnde-*
propriam exiſtimet, is energiam illam intelligat oportet quæ in imitatione poſita eſt, non *cimum.*
quæ ſimplici oratione paratur, & in Oratorem quoque cadere poteſt. ita vt energia nõ ſit
in præſens Poëtæ cum Oratore communis. Denique noſtram de imitatione ſententiã ian- *Ad duode*
diu habes in hoc Commentario, ſiue præſtet Ariſtotelem aut deſerere aut ſequi, ſiue rur- *cimum.*
ſus Patritius, quoniam in hac Platonem ſequi videtur, non facilè ſit contemnendus. Hæc
XII. illis Patritianæ accuſationis capitibus, ex quibus omnibus fit, vt iurè egerit Ariſtote-

*Cæteræ accuſationes attingũtur & vbi aut quatenus reiectæ ſint indicatur.*

les in Poëticis & de fabula, & de moribus, & de ſententia (hanc enim imitationis quoque gratia huc reuocat vt electio vel fuga pelluceat in Poëmate) & de Dictione. Nam dum rurſus clamat Patritius Ariſtoteleæ Poëticæ præcepta non eſſe idonea ſiue ad Poëticam artem fingendam ſiue ad Poëmata condenda aut iudicanda; ac propterea adhuc pugnat tum imitationem ac formas Poëſis confundi, tum Epicum Poëma non definiri, Tragicũ verò definiri minùs rectè, tum Epopœiam variè & obſcurè vſurpari, falsò etiam huic imitationem neceſſariò attribui, varias etiam poëſis formas præteriri, ſpurias contra, quales ſunt Cythariſtica, Auletica & id genus aliæ, introduci, dum inquam hæc & alia quædam clamat aduerſus Ariſtotelem, ego ſanè quoniam vniuerſum hunc dubitationum campũ peragraui, eorum etiam rationem habui quæ Patritius decẽ libris diſputat aduerſus Ariſtotelis Poëticam (& ideo ad libros iſtos prouocat Patritius in Trimerone iſto ſuo) haud longiùs hic faciendum, ſed ad Epopœiam ſine cunctatione progrediendum exiſtimo. De qua præſtat iam Ariſtotelem audire, qui Tragica Tractatione perorata, ad Epicam his ſtatim aggreditur verbis.

# CAPVT XXII.

## PARTICVLA CXXIV. 477

### PARS PRIOR.

*Περὶ δὲ τῆς διηγηματικῆς καὶ ἐν μέτρῳ μιμητικῆς, ὅτι δεῖ τοὺς μύθους καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις συνιστάναι δραματικούς, καὶ περὶ μίαν πρᾶξιν ὅλην καὶ τελείαν, ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τέλος, ἵν' ὥσπερ ζῷον ἓν ὅλον ποιῇ τὴν οἰκείαν ἡδονήν, δῆλον.*

De narratiua verò, & per numeros imitatione, quòd ipſæ quoque fabulæ, non ſecus ac in Tragœdijs actus, conſiſtere debeant, paritérque circa vnam eámque integram atque perfectam actionem verſari, principio ſcilicet medio fineque conſtantem, a qua ſanè velut ab integro quopiam animali, voluptas quædam peculiaris proficiſcatur, omnino manifeſtum eſt. Paccius.

*De narratiua autem & in metro imitatione oportet fabulas conſtituere, quemadmodum dramaticas in Tragœdijs, & circa unam actionem, totam & perfectam habentem principium, & medium & finem; ut quemadmodum animal unum totum efficiat propriam uoluptatem.* Riccobonus.

COMM. CXXV. *Continuatur locus cum superiore.*

Perorauit Ariſtoteles Tragicam tractationem vniuerſam: idque verbis illis. *De Tragœdia itaque ac de imitatione quæ in agendo poſita eſt, ſatis a nobis ſit diſputatum.* quaſi diceret. Docui quid ſit Tragœdia, illius definitione allata & explicata: expoſui quæ ſint illius partes, ſiue qualitatis partes velis, ſiue magnitudinis, ac de ſingulis diſſerui fusè. declaraui etiam quæ ſint cõditiones pulcherrimæ Tragœdiæ, atque alia ſubinde non pauca explicaui quæ inſtitutæ rationis videri poſſent ac temporis. Nunc igitur, quoniã iandiu Epopœiam poſt Tragœdiam ſignificauerat explicandam, ad Epopœiam pergendũ erit. & ideò ſubdit, *De narratiua autem & in metro imitatione, oportet fabulas, quemadmodum in Tragœdijs, dramaticas conſtituere.* Vbi ſanè non proponit agendum de Epopœia (credo quòd ſatis videri poterat id propoſuiſſe in particula XXXIII. vbi ſibi de Tragœdia primùm tũ de Epopœia dicendũ ſignificauerat) nec proœmio vllo ſibi ad Epicam tractationẽ ſternit aditũ, ſed omni cunctatione abiecta, quaſi moræ impatiens, rẽ ipſam aggreditur, docétq; oportere Epicã fabulam eſſe dramaticã. de qua re tota nos paulò poſt. Nunc lubet potiùs vnũ ſiue dubitare ſiue explicare atq; adeò, quoniã oratione latiùs excurrendũ erit, de more ad Cõtrouerſiam referre: quod ab Interprete non ſine crimine prætermitteretur; Cur. ſ. Ariſtoteles nõ priùs egerit de Comœdia quàm de Epopœia. certum eſt. n. Comœdiã eſſe Tragœdiæ quãſimillimam: nã útraq; eſt dramatica: cum tamen Epopœia re vera ex ſe nõ ſit dramatica. útraque eaſdẽ planè & qualitatis & quãtitatis ſeu magnitudinis partes habet; nimirũ fabulã, mores, ſententiã, dictionẽ, melodiam & apparatum (hæ. n. ſunt partes qualitatis) prologum inſuper, choricũ, exodũ, epiſodium (hæ nanque ſunt partes magnitudinis) cũ tamen Epopœia nec

*CONTROVERSIA LXXVII Cur a Tragœdia ad Epopœiam progrediatur: & an ordinẽ perturbauerit. Dubitandi ratio.*

chori-

choricum habeat,nec melodiam,nec apparatum.vtraque vnico Solis peragitur ambitu: Epopœia certis nullis temporis finibus circumſcribitur.útraque iambo fermè gaudet: epopœia hexametro: illæ denique tripartito imitantur inſtrumento, rhythmo ſcilicet, harmonia & metro:hæc ſolo metro, cur igitur poſt Tragicam tractationem non ſtatim aggreſſus eſt ad Comicam quæ tanta affinitate attingit Tragœdiam, atq; ex his ferè quæ de Tragœdia dicta erant,inſtitui ac declarari poterat? certè leui veluti flexu ad Comœdiam explanandam ſeſe recipere potuiſſet, cum Tragica præcepta in Comœdiam tantopere conuenirent.

Ego verò,ſi Ariſtoteles poſt Tragicam tractationem ad Comicam eſſet aggreſſus, pfectò factum non modò non reprehenderem ſed probarem.Comœdia enim tanta affinitate attingit Tragœdiam, vt paucis quibuſdam variatis quæ ad materiam pertinent,Tragica præcepta conueniant in Comœdiam.Imò verò ſi priore loco egiſſet de Comœdia,
478 tum de Tragœdia,ad extremùm de Epopœia, ne id quidem reprehenderem, quin magnopere commendarem.ſiquidem Comœdia,quippe popularis & ex medio vulgo deriuata,non omnino difficilem habet coagmentationem & explicatum;quin,ſi cũ Epopœia comparetur,facilem:Tragœdia contra paulò eſt operoſior,fortaſſe etiam ardua & perdifficilis. Epopœia verò eſt operoſiſſima,quæque ſumma eget induſtria,ac Delium requirit natatorem. Et ideo cum & docendi & intelligendi ratio poſtulet vt a facilioribus incipiamus,iure primo loco Comœdia, tum Tragœdia, poſtremò Epopœia fuiſſet explicata.certè Natura,quæque Naturam imitatur Ars,ab imperfectis ad perfecta,a minùs operoſis ad operoſa,vno verbo a facilioribus ad difficilia,progrediuntur. Vt propterea ſatius videri poſſet a Socco ad Cothurnum,a Cothurno ad Tubam, a Comœdia, inquam, ad Tragœdiam, a Tragœdia ad Epopœiam ſeſe attollere. Verùm quoniam contrario planè ordine progredi libuit,requirenda eſt & excogitanda ratio vnde Ariſtotelem excuſemus,ac,ſi fieri poſſit,tueamur.An igitur dicendum eſt ſequutum eſſe ordinem nobilitatis? ſanè Ariſtoteles in ea fuit ſententia vt crediderit & copioſè diſputauerit Tragœdiam Epopœiæ præſtare; atque ideò Tragœdiæ primum inter poëmata deberi locum: Epopœiam in ſecundi conſiſtere: Comœdiam ad extremùm conijciendam eſſe. quid igitur prohibeat quominùs ordinẽ nobilitatis ſpectarit Ariſtoteles? Ego verò ſat ſcio Epopœiæ Tragœdiam ab Ariſtotele anteponi:cum tamen longè aliter docuiſſet Plato. ſed tamen haud veriſimile eſt nobilitatem ſpectaſſe,doctrinæ ordine ſpreto & violato:atque id,ne ſi quidem Platoni de more repugnandum cogitaret.neq; enim Ariſtoteles, hoc eſt homo callidiſſimus, Platoni vt conflaret inuidiam,tam facilè doctrinæ deſeruiſſet ordinem:vnã ſeſe interim maiori obiiciſſet crimini qui doctrinæ leges pertubaſſet. Quid igitur dicendum? nam id caſu contigiſſe nullo modo credendum eſt, cum Ariſtoteles eum planè ſequatur ordinem quem in particula XXXIII.propoſuit:ac tractatio conſtanter propoſitioni reſpondeat. Comicæ quoque præceptioni iandiu ſatisfeciſſe (id quod pugnant aliqui) atque adeò ſeſe hoc labore exemiſſe vbi Comœdiam & ridicula definire & cum Tragœdia conferre viſus eſt,haud amplius (ſi quæ hac de re docuimus vera ſunt) ſuſpicari licet. Mihi igitur in hanc rem attentiùs intuenti tres ſeſe offerunt rationes quibus ſatis defendi poſſit noſter auctor. Ac primùm materiæ affinitas requirebat vt epica tractatio Tragicæ continenter ſubijceretur.nam intercedit quidem non exigua ſimilitudo inter Tragœdiam & Comœdiam, cum útraque ſit dramatica: iiſdem vniuerſim conſtet partibus: vnico Solis ambitu peragatur: iambo quinetiam tripartita inſtrumentorum varietate gaudeat. ſed tamen illud etiam eſt veriſſimum, materia mirificè diſſidere. Comœdia enim actiones imitatur humiles,populares,ridiculas: Tragœdia illuſtres, regias, graues: cum tamen Epopœia illuſtres item & graues actiones imitetur: ita vt ex eodẽ veluti fonte manet aut ſtipite propagetur. dum igitur in materia conueniunt vnde rei natura magna ex parte conflatur,quid ni Epopœiam continenter explicet poſt Tragœdiam? Comœdiã verò,quæ materia diſſidet toto cœlo,ad extremùm reijciat? Deinde ſatis conſtat Comœdiam ridiculis contineri, ita vt ab Ariſtotele eius natura ridiculis concludatur: etſi enim vetus Comœdia probroſa fuerat & contumelijs plena,media tamen ac poſtrema contu-
479 melias in ridicula planè conuerterat. itaque neceſſe habuit Ariſtoteles de ridiculis copioſiſſimè diſputare. quanquam enim diſputatio iſta deſideretur, certum eſt tamen ab eo (id quod docuimus alibi) fuiſſe conſcriptam & vnius Comœdiæ explicandæ gratia. ſatiùs itaque fuit vt Comœdiam propter ridicula conijceret ad extremum,quàm vt ſeueram &

grauem

*Explicatur res tota: ac tribus rationibus præſens ordo defenditur triplici prius ſuſpicione reiecta.*

*I. Suſpitio.* *II.* *III.*

*Vide Com. pa. 29. & 33*

*I. Ratio.*

*II.*

*In Com. proœmij.*

grauem Tragœdiæ & Epopœiæ doctrinam & tractationem leui ac ridicula interpellaret. Ad extremum, fateor quidem Epopœiam apparatu carere & melodia; choricum item ab Epica imitatione abeſſe: quin prologo etiam magnopere diſſidere (longè enim alio prologi genere vtitur quàm dramaticus) ſed tamen fabula, moribus, ſententia, dictione gaudet: atque ita gaudet vt in his Tragœdiæ maior cum Epopœia quàm cum Comœdia intercedat ſimilitudo. Comœdia enim ridiculam fabulam, plebeios mores, popularem ſententiam atque dictionem ſequitur, a quibus abhorret Tragœdia: Epopœia contra illuſtrẽ fabulam, graues mores, nobilem ſententiam atque dictionem amplectitur, in quibus Tragœdiæ ſimillima eſt. & ob id fortaſſe Ariſtoteles in particula XXXII. cum de partibus hiſce verba faceret, ſcriptum reliquit fore vt qui cognitionem habuerit Tragœdiæ bonæ & malæ, habuerit etiam Epicorum; nam quæ inſunt Epopeiæ, inſunt etiam Tragœdiæ; quæ verba, niſi magnam illam partium affinitatem ſpectaſſet, a qua tamen Comicas partes abeſſe docui, haud fortaſſe tam facilè pronunciaſſet. Ita quidem & propter materiam & propter partes conueniens videri poſſit Epopœiam commenter poſt Tragœdiam explicaſſe: tametſi alioquin alijs de cauſis Comœdia id ſibi vindicare viſa ſit. Hæc de ordine. Nunc ad diſputationem ipſam. In cuius initio ſtatim illud ſciſcitetur aliquis, cur Ariſtoteles Epopœiam ſic deſcribat vt eam appellet narratiuam & in metro poſitam imitationem. Cum enim poſſet apertè & explicatè ſcribere ſibi iam dicendum de Epopœia, quemadmodum ſe de Tragœdia dixiſſe monuerat, quorſum Epopœiam obſcuris hiſce deſignare ne dicã obſcurare verbis? Certum eſt enim alia quoque poëmata quædam narratione & metro contineri, ac propterea vix ac ne vix quidem hinc niſi obſcurè atque adeò præpoſterè Epopœiam ſeu heroicum poëma deſignari. Sed de hac re tota ibi opportuniùs vbi Epopeię definitionem requiremus & explanabimus. Quapropter tantiſper interim concedamus narratiuæ & in metro poſitæ imitationis nomine heroicum poëma intelligendum, & ad ipſius Epopeiæ leges agnoſcendas progrediamur. Etenim videtur noſter author nonnullas veluti leges aut præcepta proferre quas Epopœiæ adhiberi velit vt pro dignitate conſtituatur. Prima eſt *δεῖν τοὺς μύθους καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, συνιστάναι δραματικούς*. hoc eſt *oportere fabulas perinde atque in Tragœdijs, dramaticas conſtituere*. De qua ſanè lege, quoniam miras habet dubitationes, dicam vberiùs paulò poſt. Altera eſt oportere item vt ſint vnius actionis ita vt Epicum poëma vnica planè actione contineatur. Tertia vt hæc actio ſit tota atque perfecta. Poſtrema, quæ tamen cum tertia fortaſſe cohæret; vt habeat initium, medium, & finem: idque vt quemadmodum animal vnum ac totum, propriam gignat voluptatem. Has principiò leges atque præcepta tradit de Epopœia: quæ omnia perſpicua eſſe monet, ea opinor, de cauſa, quòd de illis in Tragica præceptione conſtare facilè poſſit.

*Deſcenditur ad literã: & Epica præcepta proponuntur.*

*I. Epicũ præceptum. II. III et IV. Propoſita præcepta iã examinantur ac primò primũ: de quo ſequens inſtituitur Controuerſia.*

CONTROVERSIA LXXVIII.

*Qui Epopœia ſit Dramatica conſtituenda.*

Nunc propoſitas leges ſingulas examinemus: idque a prima incipientes. De qua ſanè vſque adeò ingentes nobis dubitationes creauit Ariſtoteles, vt propriam & benè longam Controuerſiam inſtituere cogamur. Quæritur igitur qui fieri poſſit vt Epopœia ſit dramatica conſtituenda. Et quidem ſi de Comœdia loqueretur, res eſſet perſpicua, cum in Comœdia perinde atque in Tragœdia actores inducantur & in ſcena aliquid agentes & molientes detineantur: ſed in Epopœia lõgè alter accidit, in qua poëta ipſe hiſtorici more loquitur ac narrat: & ideò Epopœia narratione non dramate & actione continetur. Nã 480
quòd Poëta non raró alios loquentes faciat, id verò nihil prohibet quominùs intra narrationis fines contineatur adhuc, cum reuera non ſuam ille perſonam celet atque alios agẽtes inducat, quemadmodum Tragœdia & Comœdia in qua poëtæ perſona latet atque abeſt penitùs, ſed oratione orationẽ referat alienã. Atq; eæ Poëtæ voces, *Sic fatur, Tum ille, Hic contra*, & ſimiles, quibus ſibi viam ſternit vt aliorum dicta exprimat ille quidem & imitetur ſed narratione non actione, ac voce non perſonis alienis inductis. Itaque Ariſtoteles ipſe in particula XVII. ad drama Comœdiam eiuſdémque ſimilitudine Tragœdiam reuocat, Epopœiam nullo modo, & in particula LXXXX. dum docet Epiſodia in dramate eſſe concisa, in Epopœia produci, dramati Epopœiam opponit, quin hac etiam de cauſa in particula CLV. Tragœdiam anteponit Epopeiæ quòd actuoſa ſit & perſpicuitatem agendo referat. Quid plura? conferas particulam CXXIII. cum CXXIV. quam in præſens explicamus, & intelliges Epopœiam ideò appellari *διηγηματικήν*, ſiue (vt verbum verbo reddam) narratiuam, quia opponitur dramaticæ in qua res non tam narratur quã agitur. Imò verò ſi Epicum poëma dramaticum cenſeatur, Hiſtoria quoque dramatica cenſenda eſt, cum Hiſtoricus partim narret, partim aliorum nomine verba faciat Epici more ac modo. Nã quod

rarius

rariùs alterius nomine loquatur Hiſtoricus quàm Epicus; id verò parum intereſt, Vt
omittam Thucididem, Liuium & alios quoſdam Hiſtoricos frequentes eſſe in con-
cionibus atque alienas perſonas paſſim inducere: Orpheum contra atque alios Poëtas
nonnullos perrarò alienas perſonas imitari. Denique quod nullo modo fieri poteſt vi-
detur hîc præcipere Ariſtoteles. nam vt Epopœia quæ ſcriptis & narratione contine-
tur, actuoſa & dramatica conſtituatur, intelligi ac fieri nullo modo poteſt: niſi tamen
velis vt Poëta vno eodémque tempore ſuam ille perſonam & proferre poſſit & abſconde-
re. Ergo hæc dubitatio mirificè ſemper torſit Interpretes ita vt Mutinenſis quem ſequu-
tus eſt Riccobonus, Græca verba immutarit, ne dicam peruerterit. docent igitur iſti vo-
cem *δραματικοὺς* nullo modo cum altera voce *μύθους* eſſe iungendam, ſed ad Tragœdias
481 pertinere, quæ reuera ſunt dramaticæ. quare Mutinenſis loci huius ſententiam his coag- *Mutinẽſis & Riccobonus.*
mentat verbis *δεῖ τοὺς μύθους ἐν ταῖς ἐποποιίαις συνιστάναι διηγηματικοὺς καθάπερ δεῖ τοὺς μύθους*
*ἐν ταῖς τραγῳδίαις συνιστάναι δραματικούς oportet fabulas in Epopœijs conſtituere narratiuas, quemad-*
*modum oportet fabulas in Tragœdijs conſtituere dramaticas.* & hac de cauſa Riccobonus vertit,
*oportet fabulas conſtituere quemadmodum dramaticas in Tragœdijs.* vbi illud *συνιστάναι* hoc eſt *con-*
*ſtituere*, ad ſuperiora refert verba ac loco mutat egregie. ita ſanè, ſi iſtos audias, hîc nullum
aliud præceptum tuliſſet Ariſtoteles niſi Epicam fabulam perinde ac Tragicam eſſe con-
ſtituendam. ita nimirum vt circa vnam actionem totam & perfectam habentem princi-
pium medium & finem verſari debeat. Quæ ſententia vt hinc erui poſſet, optandum eſſet *Reijcitur*
cum Ariſtoteles has planè conditiones requirat in Tragica fabula. Sed tamen quoniam
cum verbis omnino pugnat, explodenda eſt. Et ſanè ſi voces tanta libertate commutare,
addere, variare liceat, facilè eſſet nodos paſſim omnes ſoluere, ac dubitationes diluere. vt
omittam & in Riccoboni interpretatione interim *dramaticas aut in Tragœdijs* abundare (ſa-
tis enim erat dixiſſe quemadmodum in Tragœdijs aut quemadmodum in dramaticis) &
in græca Mutinenſis lectione præpoſterè collocari multa: nam ad eam ſententiam expri-
mendam qua iubent, vt narratiua fabula ex actione tum vnica tum tota atque perfecta cō-
ſtituatur, quemadmodum in dramatica, dicendum fuiſſet *δεῖ τοὺς μύθους ἐν τοῖς διηγηματι-*
*κοῖς συνιστάναι, καθάπερ ἐν τοῖς δραματικοῖς.* non enim iuberet Ariſtoteles Epicas fabulas con-
ſtitui narratiuas quemadmodum perperam legit Mutinenſis, ſed ſumeret Epopœiam eſ-
ſe narratiuam, & doceret fabulam in narratiuo poëmate conſtituendam eſſe vnius actio-
nis & perfectæ quemadmodum in dramatica. Iam vero Robortellus, Madius & Lom- *Robortellus, Madi⁹, Lõbardus.*
bardus qui fatentur Epopœiam non eſſe dramaticam, ſed tamen facilè ad dramaticā for-
mā traduci poſſe, atque hoc vno nomine dici dramaticā, quia ſcilicet in ſcenā deduci poſ-
ſit, quàm aberrent nemo non videt: ſiquidem fabulas conſtitui dramaticas ſic præcipit *Reijcitur.*
Ariſtoteles vt dramaticæ omnino cenſeatur: nec quia fieri dramaticæ poſſint, ſed vt ſint
dramaticæ, dramaticas conſtitui iubet. Deinde quamplurima narrat Epicus Poëta ex pro-
pria perſona, & Hiſtorici planè modo ac more, hæc verò apta non ſunt quæ inducantur in
ſcenam, in qua ipſi actores loquuntur & hiſtriones, poëta nullo modo. Quin ea etiam quæ
alieno nomine proferuntur, difficilè, imò verò nullo planè modo in ſcenam deduci poſ-
ſunt. ſiquidem in Epopœia niſi poëta ipſe ſeſe primùm prodat, & ſubinde huc illuc oratio
nem referat interponatque ſuam qua hunc vel illum loquentem faciat, nullus induci po-
teſt. Ita vt vel poëta atque adeò narratio ſit retinenda quæ dramaticæ imitationi opponi-
tur, vel Epicū poëma concidat neceſſe ſit. Ita quidem ſi ea ſuſtuleris quæ ipſe narrat poë-
ta, (nam ſat ſcio Robortellum & Alexandrum ea præcludi iubere quæ a poëta narrantur)
Epicum poëma non tam conſtitueris (& tamen de vna conſtitutione loquitur Ariſtote-
les) quàm mutilaueris ac funditus propè euerteris, neque enim reliquæ partes inter ſe
cohærere aut intelligi, ſed ne formari quidem poſſunt, niſi (vt dicebam) huc illuc poëtæ
ipſius inſeratur oratio, denique vt omittam ea quæ ex aliena perſona narrat poëta, ea etiā
de cauſa interdum ſcenam refugere, quòd ſcenæ aptari nequeant (qui enim multorum
annorum errores aut actiones ſcenæ aptentur, in qua ægrè diurnum factum integrum *Alexander Piccolomineus.*
exprimas?) ſanè Ariſtoteles eam actionem iubet eſſe dramaticam, quam totam etiam eſſe
iubet atque perfectam, ſimúlque initium, medium, ac finem habere. talis verò nullo mo-
*In fin p. 124. par. 13.* do illa fuerit in qua (quod iſti volunt) bonam partem, ea ſcilicet in qua poëta loqui-
tur, ſeiungas. Iam verò de Alexandro nihil attinet dicere: etſi enim hac in re pauca *Refellitur*
quædam excogitarit quæ ad bonas fruges poſſint reuocari (hæc nos paulò poſt comme-
morabimus) nutat ille tamen: modò enim in Robortelli ſententiam vtcunque inclinat ac

dela-

delabitur:modò hac repudiata,dramaticam facit Epopœiam, quod inde veri dramatici,
Comici,inquam & Tragici,dramaticam formam hauſerint: quo fit vt Epopœia ipſa re-
uera haud poſſet conſtitui dramatica, propterea que id temerè præciperet Ariſtoteles)iu-
Authoris ſententia. bétque dramaticam appellari quòd viam ad germanum dramaticum poëma oſtenderit:
modò ſimilitudine quadam(quod tamen minùs tutum reputat) dramatici referat poë-
matis formam.Sed iam rationem aperiam quam vnam huic rei explanandæ accommo-
datam cenſeo:tametſi rem cogor paulò altiùs repetere. Ad memoriam igitur eſt reuo-
candum heroicis temporibus priſcos poëtas ſimplici quadam ratione heroica poëmata
condidiſſe;ita vt hiſtorici ferè more ac modo texerent actionem, ac nullis ferè vnquam
inductis perſonis,cum ecce tibi Homerus perſonas frequenter inducere cœpit, atque ha-
rum varietate illuſtrare & variare Epicum poëma. id quod Ariſtoteles non obſcurè te-
ſtatus eſt in Particula CXXXI.vbi, *ſolus (inquit) inter poëtas Homerus id non ignorat quod facere
illum oportet.ipſi enim poëtæ quam pauciſſima dicenda ſunt.* & rurſus, *Alij quidem poëtæ per totum
in actione verſantur.at hic cum pauca præfatus ſit,ſtatim inducit virum aut mulierem.* Atque hoc
ſcribendi genus in quo perſonæ introducuntur,ab Ariſtotele dramaticum cenſetur & ap-
pellatur.Quare in particula XXIII.cum de Iliade loqueretur & Odyſſea, *ſolus enim Home-
rus*(inquit)*maximè Poëta fuit cum nõ ſolum benè,ſed etiam dramaticè imitationes fecerit.* vbi pro-
pter Iliadem & Odyſſeam in quibus poëmata perſonis variantur, dramaticè ſcripſiſſe di- 482
citur.& hoc nomine(ſi me audias)iubet hoc in loco Epicam fabulam conſtitui dramati-
cam,quod eſt a ſimplici illo veterum ſtylo qui Hiſtoriam redolet,perſonarum vſu ad dra-
maticum reuocari. Nec tamen ſecum ipſe pugnat dum narratione cõcludit Epopœiam,
atque hanc rurſus dramatico opponit poëmati. nam quemadmodum viridis color dum
extremis colorib.,albo ſcilicet & nigro,interijcitur,geminã veluti ſpeciem inducit ac for-
mã,albi ſi cum nigro,nigri ſi cum albo,cõferatur;ita Epopœia narratiui Poëmatis,ſi cum
Tragœdia & Comœdia;dramatici,ſi cum ſimplici illo Priſcorum Epicorũ ſtylo ac poë-
mate comparetur. quanquam non eſt quod inficiemur actionem in Tragœdia & Co-
mœdia ſplendidiſſimè elucere,in Epopœia minùs ſplendidè,ſed elucere tamen; in priſcis
illis poëmatis quin etiam in hiſtorijs ipſis obſcurè,ſiquidem iſthæc etiam humanas actio-
nes ſi non imitantur,certè inferunt ac narrant. Quid igitur prohibeat iſthæc omnia ſal-
tem propter huiuſmodi actiones actuoſa & dramatica, etſi diſpari modo appellari? quo
tempore nec temerè epica imitatio, quippè actuoſior quàm hiſtoria, dramatica cenſea-
tur,tametſi hac in re a Tragœdia & Comœdia ſuperetur: nec rurſus Tragœdia inprimis
& Comœdia dramaticum nomen non optimo iure obtineant.Denique bifariam contin-
gere poteſt vt poëma dramaticum in morem & actuoſum conſtituatur. vno modo quia
perſonæ agentes inducantur:alio, quia agentes dicendo exprimantur. primus modus eſt
Tragœdiæ,Comœdiæ & eorum Dialogorum in quibus authoris perſona latet perpetuò.
alter Epopœiæ & eorum Dialogorum in quibus minimè latet authoris perſona. noſtis e-
nim Dialogos modò Comicum modò epicum referre ſtylum. ex quo fit vt quemadmo-
dum Dialogus,quacunque fingatur ratione, dramaticus eſt, ita dramaticum ſit, heroi-
cum poëma. Et ſanè perſonæ agentes ſi non re inducuntur, verbis ſaltem exprimuntur:
ita vt hoc quoque ſit dramaticum & actuoſum.tametſi in Tragœdia & Comœdia oculis,
in Epopœia auribus,obijcitur drama, ita vt epopœia aurium, Tragœdia & Comœdia o-
culorum,drama cenſeri poſſit & appellari. Quanquam optimi poëtæ induſtria fit inter-
dum vt actiones ipſas quaſi cernere videamur. ego ſanè dum illud apud Virgilium
perlego.

*Dulces exuuiæ dum fata Deúsque ſinebant,*
*Excipite hanc animam méque his exoluite curis,*

videor mihi non tam Virgilium loquentem audire, quàm Didonem iam iam in ferrum
incumbentem cernere.ſic etiam dum audio

*Aſt ego quæ Diuûm incedo Regina Iouisque*
*Et ſoror & coniux,vna cum gente tot annos*
*Bella gero,& quiſquam numen Iunonis adoret?*

videor mihi Iunonem ira ac furore percitam nõ audire ſolùm ſed præſentem intueri.At-
que ex his conſtare ſatis poteſt cur hoc in loco epopœia,& narratiua & dramatica nuncu-
petur:aut etiam cur interdum dramatico poëmati opponatur aut etiam ψιλαπαγγελία
illi tribuatur, cum tamen aliquando etiam inter dramatica poëmata numeretur. nam
quòd

Digitized by Google

quòd iubeat Epicam fabulam conſtitui dramaticam *ὥσπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις quemadmodum in Tragœdijs*, quæ tamen omni ex parte carent narratione, nihil refert. vt enim hoc eodem in loco iubet vt fabula gignat voluptatem *ὥσπερ ζῷον, quemadmodum animal*, (quod eſt, vt ſicut animal in ſuo genere delectat ſi vnum ſit totum atque perfectũ, ita fabula conſtituatur vna, tota atque perfecta vt voluptatem afferat) eodem planè modo præcipit vt Epica fabula conſtituatur dramatica quemadmodum Tragica; vt in ſuo quæque genere actuoſa ſit & pro naturæ conditione & capacitate. alioquin vbi requiratur vt Epopœia perinde omnino ac Tragœdia conſtituatur dramatica, aut peruertatur oportet & corrumpatur, aut in Tragœdiam ipſam conuertatur. Itaque ij qui Iliadem (id quod ſcribit Euſtathius) vel potiùs aliquas Iliadis partes in ſcenam traducerent aliquando, aut etiã (quod Ariſtot. de Soſiſtrato ſcribit) notis quibuſdam poſitis perſonas loquentes diſtinguerent, profectò præterquã quod interim poëtæ narrationem aut tollere cogebantur aut alteri perſonæ affingere vnde item peruertebatur Epopœia; perſonas nullo modo loquentes inducere poterãt, quin carmina vtcunque mutarent & variarent. neque. n. fieri poteſt vt id efficias niſi

483 multa paſſim carmina in aliam redigas formã. Atque hæc in re propoſita mea ſit opinio. Quam ſanè Alexandro quoque tribuerem dum monet poëtã alienas perſonas voce quodammodo exprimentem dramaticam referre imaginem, niſi interim tot in partes ſe verteret, ac modò hanc modò illam huic nodo ſoluendo rationem adhiberet nutarétque perpetuò. Haud tamen nutat Victorius qui in argumento quoque epico perſonas fingi ait agentes aliquid, quamuis non inducantur vt in Tragœdia. ſed tamen optandum fuit vt quoniam ſecũ Ariſtoteles pugnare videtur, ac res ſummatim ſalebroſa eſt tota & dubitationibus inuoluta, latiùs atque in primis contrarijs locis explanatis rem declararet. Hæc de prima veluti lege. Quanquam ne laborem ſubterfugere videar, ac veſtræ vtilitati minùs proſpicere, non committam vt alteram hac de re Controuerſiam atque illam quidẽ cum propoſito decreto coniunctiſſimam, non in medium adducam, ac pro virili mea dirimam. Quid enim ſi quis quærat num Ariſtoteles in propoſita lege audiendus ſit? profectò cum ad eam confirmandam rationem attulerit nullam, noſtrarum eſt partium an id iurè præceperit inueſtigare. Age dum igitur requiramus Num præſtet Heroicum poëma Dramaticũ conſtituere, hoc eſt in eo perſonas loquentes inducere, præſertim frequẽtes; ita vt poëta ex propria perſona non frequentiſſimè loquatur ſed raro. Quia in re varia mihi occurrunt argumenta quibus Ariſtoteleum præceptum labefactetur. Ac primùm fac poëta alios, quantum tamen Epico licet, loquentes inducat. iam ſic loquẽtes illos inducet vt illorum dicta aut orationem commemoret. Sic Virgilius vbi in 1. Aeneidos propoſuit, inuocauit, cauſas propter quas Iuno Aeneam perſequeretur expoſuit, ac Troianos è Sicilia ſoluentes fecit; ac denique pergens cecinit,

*CONTROVERSIA. LXXIX. NVM reuera præſtet Heroicum Poema ad dramaticũ ſtylum reuocare quemadmodũ cenſet Ariſtoteles. Diſputatur prius cõtra Ariſtotelẽ I.*

*Cum Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus,*
*Hæc ſecum.*

continenter eam loquentem fecit his verbis,

*——Mé ne incœpto deſiſtere victam?*
*Nec poſſe Italiã Teucrorum auertere Regem?*

hæc & alia id genus multa tum hîc tum alibi loquentem facit Iunonem; ita vt præter eius dicta referat nihil. Idem dixerim dum rurſus tum Aeolum inducit, tum Aeneam tũ alios ſubinde multos: eos enim loquentes inducit, agentes, nullo modo. contra verò dum ipſe poëta loquitur ac ſuo ſeſe pandit ſermone, facta fermè refert aliena & res geſtas; vt Iunonem poſthabita Samo Carrhaginem coluiſſe: ibi arma ibi currum collocaſſe: atque vt Terrarũ orbis Imperium obtineret cupidiſſimè contendiſſe. quo fit vt dum res poëta commemorat, plenior ſit oratio ac nobilior: quantum enim res verbis, tantũ poëtæ narratio aliorum narrationi, antecellit. Nam ſi obijcias eũ etiam quem loquentem facit poëta, poſſe interdum facta percenſere ac rerum geſtarum commemoratione delectare nõ minùs quàm delectet poëta, vt cum Aeneas Sinonis factum artémque percenſet, iam ſatis conſtat hoc tempore Aeneam (idem dixerim de cæteris qui ſic inducantur aut ad res ẽt commemorandas deſcendant) poëtæ more ac modo loqui, huiúſque induſtriã æmulari: ita vt hac in parte poëtæ veluti perſona aut eius imago recurrat. Vt propterea non neceſſe ſit ad dramaticum ſtylum confugere in Epopœia ſed *διηγηματικὸν* retinere & colere ſit quam tutiſſimum. Deinde nemo non intelligit vbi perſonæ inducantur loquentes, ve-

*II*

riſi-

Digitized by Google

riſimile multò minùs cuſtodiri. ſi enim poëta narret Iunonem ab Aeolo, cum ſuum illa dolorem & ſolicitudinem commemoraſſet, multis precibus contendiſſe vt Troianorum claſſem demergeret aut ſaltem diſijceret, & hac de cauſa pulcherrimam illi Deiopeiam fuiſſe pollicitam, veriſimile tueatur. idem dixerim dum hiſtorico more ac modo alia ſexcenta referre ſolet. Verùm dum perſonas loquentes facit, atque illarum planè verba ad vnum commemorat, quaſi verò interfuerit omnibus, éaque memoriæ mandauerit diligenter, id verò a veriſimili abeſt procul. certè dum Thucydides atque alii quidam eum imitati, perſonas loquentes inducunt, & concionibus complent hiſtorias, minùs laudantur quòd fidem hiſtoriæ adimant. Vnde enim reſciuit Thucydides Corinthiorum legatum ea planè oratione atque illis planè verbis compellaſſe Athenienſes? Cum igitur Ariſtoteles tam frequenter nobis reuocet in memoriam in poëmate ſtudendum veriſimili diligenter, ſatius eſt vt Poëta quid quiſque dixerit ſummatim commemoret ipſe, quàm vt alios concionibus ac longiore oratione id referat imitantes quemadmodum dramaticum requirit poëma. Nam qui id in Epico excuſant quòd Muſam inuocet quæ non modò res illi verùm etiam verba poſſit ſuggerere & inſpirare, iis videndum eſt ne licentiùs abutantur Muſa. nam nec id poſtulare planè ſolent poëtæ ac petere vt ne verbum quidem illos effugiat quod ingenti illi ſit actioni adhibitum: nec poëtæ grauitas patitur vt dicta etiam ad vnum vſque verbum ſint ei ſuggerenda: nec niſi ea quæ in Propoſitione ponuntur vel certè in Inuocatione requiruntur a Muſa expectanda ſunt: cum tamen in Propoſitione quæ propria ſunt fabulæ proponantur non Epiſodia: & tamen in Epiſodijs maxi-
III. mè alios faciat loquentes poëta. Quin Virgilius ab initio vix cauſas Iunonis iræ ſibi poſtulauit a Muſa memorari. Ac profectò ſi quid eſt cur dramaticus adamandus ſit ſtylus in Epopœia, illud certè eſt quia, quemadmodum obſeruat Ariſtoteles, tunc ſolùm imitatur Epicus cum alieno nomine verba facit: cum enim proprio, non imitatoris ſed Hiſtorici ſtylum refert. Sed hoc nihil eſt: quandoquidem magnus author Plato docet è contrario non vbique imitatorem eſſe Poëtam, ſigillatímque Epopœiam ex narratione & imitatione conflatam eſſe; ita vt dum narrat & ex perſona propria loquitur poëta, a ſuo non diſcedat munere. Quin etiam, ſi Platonem in conſilium adhibeas, ſentias apud hunc, vt imitatio magnopere illi ſuſpecta eſt, Epopœiam maiorem habere dignitatem cum poëta proprio quàm cum alieno loquitur nomine. Vt propterea nil mirum ante Homerum poëtas dramaticum dicendi genus non facilè coluiſſe, id enim natura ipſa docere viſa eſt ne veriſimile perturbetur aut nimio artificio in ſuſpicionem vocetur. Sed tamen Ariſtotelis quoque ſentẽtia ſuas habet rationes quibus ſuaderi poſſit & comprobari. Ac primò poëtæ eſt non quidem hiſtoriam ſcribere ſed fabulam: ac propterea ſatius eſt ſtylum fabulæ accommodatum deligere, quàm hiſtoriæ. cum igitur dramatica oratio poëſim ab hiſtorico disiungat ſtylo, ac fabulæ ſit idoneum & accommodatum, dramaticus quidem ſtylus colendus ac retinendus eſt in Epopœia. Et quidem imitatio vel, quemadmodum diſputat Ariſtoteles, eſt propria ſeu mauis neceſſaria poëtæ, vel Poëmati conflando aptior, quàm narratio ſimplex: ídque vel quia hinc poëſis mirificè illuſtratur, eiúſque efflorescit oratio: vel quia admirationem quoque faciliùs conciliare licet ac voluptatem. Quis igitur dramaticum ſtylum, vnde imitatio retinetur, non libentiſſimè ſequatur & amplectatur? Iam verò ſatietati varietate occurrendum nemo eſt qui non intelligat: id quod dramatico ſtylo aſſequimur: nam a dramatico ſeu narratiuo Epopœiam omnino ſeiungi haud
IV. poſſe certum eſt, ac propterea hac ſatietati eſt varietate occurrendum. Denique perſona- 485
rum vſu id aſſequitur poëta vt res maiore exprimat perſpicuitate, nec tam narrare, quàm ante oculos ponere videatur. Itaque agnoſco equidem egregiam Virgilij induſtriam dũ verbi gratia Venerem Aeneæ filio venatricis habitu ac forma occurrentem his verbis deſcribit.

*Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua,*
*Virginis os habitúmque gerens, & virginis arma*
*Spartanæ: vel qualis equos Threiſſa fatigat*
*Harpalice, volucrémque fugâ præuertitur Hebrum.*
*Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum.*
*Venatrix, dederátque comam diffundere ventis*
*Nuda genu, nudóque ſinus collecta fluentes;*

Sed tamen cum Didonis perſonam ſubiit lecho proximæ canitque

*Dul-*

*Dulces exuuiæ dum fata deuſque ſinebant;*
*Accipite hanc animam, méque his exoluite curis!*

videor mihi Didonem ipſam iam iam morientem intueri. vt propterea ad afficiendos animos & capiendos dramatico ſtylo nil excogitari poſſit accommodatiùs. Quis igitur dramaticum ſtylum Poëtæ colendum negerit? Hæc pro Ariſtotele. Sed clauſula hæc ſit,

*Quid ſentiẽdum ex poetur.*

pro varietate rerum quæ ſiue geri ſiue proferri memorantur, modò vnum modò alterū dicẽdi genus videri poſſe aptius. nam res geſtas poëta ex propria perſona, dicta & ſermones ex aliena, exprimat commodiùs. licet enim is quem inducit poëta ſeu verbis æmulatur, ipſe quoque ad res geſtas commemorandas deſcendere poſſit, quemadmodum Aeneas facit qui tum ſua tum paſſim Sinonis aliorúmque multorum facta commemorat, ſermonis tamen habendi cauſa inducitur: & ideo ſemper verbis illis, Sic fatur, Talia dicta dedit, & conſimilibus tanquam in Theatrum deducitur a Poëta. contra verò Poëta, etſi aliorum quoque dicta ſermonéſque Hiſtorici more ac modo referre poſſit, rebus tamen, præſertim verò quæ in præſentia gerantur (neque enim hæc ab alio nobis ſubijciuntur) perſequendis deſtinatus eſt. Ita ſanè ſi cohærenter requiras num, quoniam ex Poëtæ voluntate pendet, vt in Fabula & actione poëta ipſe vel ex propria vel ex aliena perſona prolixiùs immoretur, vtra ſit ratio ineunda, rem ex dictis dijudicari velim. etſi enim Ariſtoteles præcisè ac ſine exceptione vlla negare videtur Poëtæ ex propria perſona niſi quam pauciſſima loquendum, id tamen quam vim habeat, & an verè hoc præceptum quod Ariſtoteles tam aſſeueratè dat Epicis, Homerus coluerit, videbimus non multò poſt. Fortaſſe enim, ſi cum alijs conferatur Homerus, videri poſſit alienas perſonas frequenter in-

486 duxiſſe: at quam pauciſſima omnino, ex propria perſona, contra verò quamplurima alieno nomine, ceciniſſe Homerum, id verò nec cum Odyſſea conſentit in qua multa profert Poëta, multò verò minùs cum Iliade, vbi reuera plura ex propria quàm ex aliena perſona decantat; tantum abeſt vt in Iliade quampauciſſima loquatur Poëta. Venio ad ſecundam legem: in qua iubet noſter author vt fabula *περὶ μίαν πρᾶξιν circa vnam actionem* verſetur.

*Iam II. Epicū præceptum examinatur.*

Quo in loco miretur facilè quiſpiam cur de actionis vnitate, hoc eſt de re qua Poëma vniuerſum continetur; tam breuiter atq; vnico ferè verbo præcipiat: præſertim verò quia dum rem nec ratione confirmat, nec exemplis illuſtrat, ſed ne verbis quidem vllis declarat, plurima ſunt quæ dubitari poſſent. Rectè. Sed tamen vel quia pauca quædam (id quod paulò ante ſignificare cœperam) hac de re ſcripſit in Tragica tractatione dum Tragœdiæ quoque vnicam actionem tribueret, vel quia ſaltem in reliquo monumento veluti ſemina ſpargit, aut oſtendit initia, vnde plurima colligamus, vel quia ſibi ac Muſis hoc eſt ingenioſis canere ſolet, ferenda eſt eius breuiloquentia: nobiſque interim conandum vt quæ ad vnigenæ actionis doctrinam pertinent eruamus, explanemus, dilatemus. Lubet itaque decem ſiue theoremata explicare ſiue præcepta aut effata in medium afferre, vt de hac ſecunda lege conſtet planiùs.

*QVAE ad II. Epicum præceptum, hoc eſt ad Epica actionis vnitatem pertinent, X. effatis explanantur.*

Primum itaque effatum illud ſit; ita in Epopœia vnigenam actionem requirere Ariſtotelem, vt multas in ea partes admittat. Tametſi enim *πρᾶξιν πολυμερῆ* actionem inquam multarum partium reprehendet paulò poſt, *πολυμερῆ* tamen vocat quæ plurimis & immoderatis, non multis & moderatis, conſtet partibus. Et ſanè cum Tragœdiæ coagmẽtationi partium varietatem adhibeat, has multò magis Epopœiæ cõcedat oportet, quàm ampliſſimis Epiſodijs donat ac nullis temporum concludit anguſtijs. Et huc pertinere vtcunque poteſt quòd Epopœiam quoque pulcherrimi animantis explanat exemplo. animal enim ita vnum eſt, vt innumeris propemodum conſtet partibus. Illud tamen prouidendum eſt diligenter, vt in Actione partes ad vnitatem conſpirent *I.* omnes, quemadmodum conſpirant in animante. quæ res quod attinet ad partium multitudinẽ vſque adeò eſt obuia tum in Iliade & Odyſſea, tum in Aeneide, vt ſuſpicari quidem licet ne multis interim actionibus ea poëmata variẽtur: quin autem partes illi inſint permultæ, dubitare nullo modo liceat. Alterum illud ſit, in Heroico poëmate actionis (a- *II.* ctionis dico non partium) multitudinem non conſentire cum Ariſtotele quemadmodū tum hîc tum in particula L. perſpicuè monet. Quanquam hîc rem non tam probat quàm arripit tanquam certam, aut quaſi in Tragica diſputatione (propterea enim ad hanc nos reijcit paſſim in Epica) explicatam. Et tamen in Tragica diſputatione videtur hoc arripere non probare. ſiquidem in particula L. *fabula* (inquit) *eſt vna non quòd circa vnum ſit*. quod eſt quia Actio vnius ſit perſonæ, ſed quia ſit (id verò ſcribit in L1.) *circa vnam actionem*. vbi ſa-

nè ſumit non probat actionem debere vnigenam eſſe. Quanquam colligi id quoque po-
teſt & comprobari tum quia in particula XLVIII. & CXXIV. ex vnius animantis pulcri-
tudine ducit argumentum & ſimile, vt doceat qualis conſtituenda ſit actio & fabula, tum
maximè ex particula LI. in qua argumentũm ducit ex reliquis artibus imitatricibus, cũ
ait, vna imitatio vnius eſt, ſcilicet rei: ac propterea colligit fabulam, quoniam actionis eſt
imitatio, vnius actionis eſſe debere. Cum igitur re vera docuerit Ariſtoteles oportere fa-
bulam eſſe vnigenam & ſingularem (quanquam an eius ratio & fundamentum firmita-
tem habeat, alibi diſputaui) conſtat Paniaſis Heracleidem, Theſeidẽ, quiſquis huius fue-
rit author, Statij Achilleidem, etſi hanc inchoatam reliquit; Claudiani etiam opus quo v-
niuerſa Herculis celebrat facta, aut apud noſtros Ludouici Dulcis qui item tum Achillei-
dem tum Aeneidem, ſingulorum facta omnia perſequens, cecinit, atque id genus poë-
mata, non conſentire cum hoc Ariſtotelis præcepto. tametſi vtrum ſaltẽ in ſecundis con-
III. ſiſtere poſſit, multigenæ actionis poëma, inueſtigabimus poſtea. Tertium non ſtatim con-
ſtare, num ſaltẽ vnius Actionis quæ tamen a multis geratur aut proficiſcatur, ſit excipien-
da poëſis, cuiuſmodi eſt Statij Thebais quæ vnius actionis eſt illa quidẽ; ſed tamen a mul-
tis qui peræquè præſunt, proficiſcitur. ſed tamen coniectare licet ex Ariſtotele retineri
haud poſſe. licet enim ex particula L. colligatur nihil prohibere quominus vnigena actio
poſſit a multis oriri, tamen perpetuò ijs exemplis vtitur in quibus ab vnico heroë di-
manat actio, quemadmodum ex particula L. LI. LXXXX. CXXIV. CXXV. & CXXVI.
conſtare poteſt. Quæ cum ita ſint, non modò Thebais Statij, verùm Argonautica tum
Orphei, tum Epimenidis, tum Apollonij minùs probanda eſſet cum multi duces actioni-
bus præſint illis. niſi tamen Iaſonem dixerit Principem conſcendere; Herculem, Theſeũ
IV. ac reliquos in ſociorum habendos loco: Tamiræ tamen & Melampi Titanes dum horum
bellum in Iouem canitur, hanc non effugerent reprehenſionem. Sed quid ſi multæ mul- 487
torum actiones in vno eodémque poëmate celebrentur? ſanè huiuſmodi poëma maximè
omnium a perfecto abeſſet, ſiquidem nec Actionis nec Herois tueretur vnitatem. itaque
Ouidij Metamorphoſis in qua multæ multorum decantantur actiones, nõ abeſſet ab hoc
crimine. niſi tamen dicamus) id quod ipſe omnino crediderim) ibi Ouidium nihil planè
de heroico poëmate cogitaſſe; ſed tantùm varias illas formarum mutationes ſibi canen-
das propoſuiſſe; quale quale tandem inde exiſteret poëmatis genus ac forma. apud nos ta-
men Ludouicus Arioſtus haud eximendus videretur hac culpa, dum ſine dubio multas
multorum canit actiones. Quanquam num monſtrum propterea hinc exiſtat, an verò in
V. *Vnde oritur.* ſecundis vel tertijs collocari poſſit, alibi diſputamus. Atqui eſto vnius Actionis, vniúſque
Herois fabula ſit probanda; verùm quid ſi quis quærat vtrum vnius qui ſolitarius, an qui
CONTROVERSIA LXXX. *Num ſolitarius, qui que ꝓpria tantùm induſtria peragat egregium facinus, ſit fingendus Heros: an Dux multorum.* ſocijs adminiſtris ve aut militibus ſtipatus, peregerit heroicum facinus, actio ſit deligen-
da? profectò puderet me id in Controuerſiam reuocare niſi animaduerterem viros alio-
quin induſtrios & eruditos pugnare ſolitarium deligendum eſſe Heroëm, quíque nõ mi-
litum aut adminiſtrorum opera ſed ſolus ac propria tantùm induſtria egregium opus
peregerit: quemadmodum Herculem legimus, & Lernæam Hydram & Nemæum leo-
nem ſtrauiſſe, & id genus alia ſtrenuè perfeciſſe. Tuentur verò hanc ſententiam (ne vos
fugiant authores) Mutinenſis Interpres in ſua Poëtica, Speronus in Dialogo de Hiſtoria,
Mazzonius in Aldigherij Defenſione, Iaſon Noreus in ſua Poëtica, nec repugnat Ricco-
bonus in Ariſtoteleæ poëticæ paraphraſi. Hi inquam, omnes propoſitã opinionẽ tuentur.
quorum rationes percenſere lubet ac, ne quidquam diſſimulare videar, aliquot etiam ar-
gumenta ex noſtro veluti penu proferre quibus tãtiſper iſtis faueamus. Ac primùm ſatis
conſtat, in poëmate admirationem excitandam eſſe; idque in Epico vel maximè. quamuis
*Solitariũ eſſe fingendum ſuadetur:* enim admirationem Ariſtoteles in Poëſi requirat vniuerſim, ſigillatim tamen hãc exigit
in Epopœia. At quæ obſecro ingens admiratio excitabitur ſi Heros multo milite ſtipatus
bellum confecerit è ſententia, aut in egregij alicuius facti adminiſtratione optimorum Par.132
I. conſiliariorum ac ſociorum vtatur opera? ſanè hoc pacto nec magnam ſibi laudem con-
ciliarit, nec admirationem excitarit. cõtra tamen, ſi ſolitarius illuſtre aggreſſus fuerit pere-
geritque opus, ſanè vt Gottiphredus multo milite atque adeò florenti exercitu munitus
Vrbem expugnauerit, haud mirum: at Herculem tot egregia facta ſolitarium perfeciſſe, id
II. verò ſummam admirationem habet ac laudem. Huc Homeri iudiciũ accedit & authori-
tas qui in Odyſſea ſic Vlyſſem inducit ſuum, vt ſolus perueniat Ithacam, ac ſolus Procos
omnes enecet, indéq; fortunas, patriam, vxorem, parentem ac liberum fœliciter recupe-
ret. Atque

ret. Atque hoc eſt quod inprimis ſub Eupitis perſona extollit Homerus dum ſic canit.

*Ὦ φίλοι, ἦ μέγα ἔργον ἀνὴρ ὅδε μήσατ' Ἀχαιοὺς*
*Τοὺς μὲν σὺν νήεσσιν ἄγων πολέας τε καὶ ἐσθλὰς*
*Ὤλεσε μὲν νῆας γλαφυρὰς, ἀπὸ δ' ὤλεσε λαούς.*
*Τοὺς δ' ἐλθὼν ἔκτεινε Κεφαλλήνων ὄχ' ἀρίστους.*

hoc eſt.

*O amici, certè magnum opus hic vir operatus eſt Achiuorum:*
*Hos quidem cum nauibus ducens multóſque & bonos.*
*Perdidit quidem naues concauas, perdidit autem populos:*
*Hos autem veniens interfecit Cephallenorum longè optimos.*

Nec verò hac laude ſpoliauit Achillem, quandoquidem in Iliade eum inducit ſolitarium
Troianos aggredientem, atque Hectorem, in quo tota Troianorum ſpes erat poſita, &
Par. 51. vnde victoria pendebat, ſuperantem: ita vt Græcum quoque exercitum abſtinere iuſſerit III.
a pugna. Quidquod Ariſtoteles ipſe ſignificare viſus eſt fabulam vnius eſſe debere atque
adeò vnigenæ Herois factum imitari? Quid plura? in particula nonageſima ſic tãdem ſcri-
488 bit Ariſtoteles dum Odyſſeæ complectitur argumentum. *Odyſſeæ* (inquit) *longus ſermo eſt;*
*de peregrinante quodam annos multos & obſeruato a Neptuno, & dum ſolus exiſteret & præterea ſic* IV.
*ſe habentibus domeſticis rebus vt fortunæ ipſius a procis conſumerentur. & filius inſidijs peteretur, ipſe*
*venit tempeſtatibus perturbatus, & cum agnouiſſet quoſdam, ipſos decipiens, ipſe quidem ſeruatus eſt,*
*inimicos verò perdidit.* Hæc Ariſtoteles: quibus cum moneat Odyſſeæ argumentum eſſe
*ἀποδημοῦντος τινὸς, peregrini cuiuſdam,* vnde ſolitarius deſignatur Vlyſſes, addátque *μόνου ὄντος*
*ſolo exiſtente,* quis non intelligat de induſtria, vt ſcilicet debita heroici Poëmatis Heroiſque
forma deſcribatur, ſolitarium proponi & appellari? Qua in re mirificè etiam conſentire V.
videtur Homerus dum in Odyſſeæ propoſitione aliud nihil ſibi canendum propoſuit
quàm *πολύτροπον* virum. Hæc pro iſtis. Qui tamen, mea quidem ſententia, quam longiſſi-
me aberrant ac neſcio etiam an labantur pueriliter. Etenim certum eſt heroico Poëmati *Propoſita*
illud eſſe propoſitum vt Herois alicuius & ducis egregium aliquod celebret factum, in *ſententia re-*
quo Idea quædam & exemplum exprimatur fortitudinis ac militaris ciuiliſque pruden- *pellitur,*
tiæ: vt ſcilicet qui vel Rempublicam aut Regnum adminiſtrant, aut exercitui præſunt & *cõfirmatur*
bello, ac ſummatim mortales domi foríſve regunt, ad propoſitum exemplum vitã actio- *que contra-*
néſque componant. quis igitur ſummis huiuſmodi ducibus qui adminiſtris vtuntur paſ- *ria.* I.
ſim, exemplo eſſe poſſit, dum nihil ſociorum adminiſtrorúmve ope gerat aut cõſilio, ſed
per ſe ac ſolitarius moliatur omnia? ſanè hinc intelligitur Heroëm ac ducem ſic eſſe fin-
gendum, vt actio vnius ſit illa quidem, ſed qui multorum ſit caput ac princeps, quíque pro
opportunitate tum ſocijs ac militibus tum conſiliarijs ac ſummatim adminiſtris vtatur.
ſic Camerinus teſte Euſtathio Troianum cecinit bellum, Agamemnonem efficiens mul-
torum caput: ſic alij innumeri apud Græcos: ſic Virgilius apud Latinos alíque multi: ſic II.
Torquatus apud Italicos. Et ſanè cum oporteat huiuſmodi fabulam & actionem eſſe ve-
riſimilem, immo verò niti in hiſtoria, vix ac ne vix quidem inueniri poteſt quiſpiam qui
planè ſolitarius ſiue Vrbem expugnauerit, ſiue bellum cõfecerit, ſiue facinus vllum egre-
gium ex ijs peregerit quæ bello aut pace obiri ſolent ac peragi a ſummis viris. Quapropter III.
fateor quidem Herculem cum exercitu expugnaſſe Troiam, atque hoc factum heroica
tuba fuiſſe dignum: cætera quæ ſolitarius patraſſe fertur, præterquam quod fabulæ imagi-
nem referunt, ægrè Epico carmini præbeant argumentum: neque enim qui aut Hydram,
aut Aprum, aut Ceruam, aut Leonem, aut etiam ruſticum furem ſuperauerit, is ſtatim he-
roico poëmati ſuppeditet argumentum, ſed qui aut bellum graue feliciter peregerit, aut
quid non diſſimile obierit, in quo cæteris ducibus ac mortalium principibus multis ac
magnis præluceat virtutibus. Itaque erunt quidem idonei Alexandri, Scipiones, Traia-
ni (dum tamen pro dignitate formentur) Theſei, Aeneæ, Gottifredi & ſimiles, ſolita-
rij certè viri non erunt. Neque verò horum facta carebunt admiratione: ſiquidem vbi *Diluuntur*
noſtro huic duci aut heroi qui ſocijs ac militibus vtatur, florentem exercitum munitiſ- *aduerſariæ*
ſimáſve Vrbes oppoſueris in quibus omnibus tolerantiæ, fortitudinis, prudentiæ exi- *rationes.* I.
mium ſpecimen præbeat, eximiam quoque admirationem concitabis. Cuius rei adeo
luculenta tum in Virgilio tum in Torquato extant exempla, vt non neceſſe ſit ea re-
petere longiùs. Neque verò Homerus Achillem aut Vlyſſem eo conſilio induxit vt II.
ſoli ac ſocijs remotis omnibus propoſitum poëmati opus peragerent: etenim Vlyſ-

ſes multo militie ſtipatus diſceſſit Ilio vnde duodecim nauibus ſoluit: iiſdem ſocijs ac militibus varias depopulatus eſt regiones ac periculis perfunctus eſt multis ita vt Cicones, Lotophagos, Ciclopes, Aeolios, Leſtrigones prætervectus ſit. quæ omnia ob exantlata pericula & res præclarè geſtas Homero in argumenti fuere loco. Quod ſi tandē naues amiſit ac ſocios, ita vt a Caliпſo ad Pheacos, a Pheacis Ithacam ſolus tranſmiſerit (quanquam a Pheacis non ſolus tranſmiſit, ſed instructa Alcinoi vectus eſt naui) id verò vt viginti circiter diebus perfectum eſt, pars quidem atque illa exigua erit decantati argumenti, non illud explebit totum. nam ſolum interfeciſſe procos vnde patriam fortunáſque omnes recuperauit, falſum eſt. itaque Eupites, qui id de Vlyſſe protulerat, a Medonte & Amphimedonte qui pugnæ interfuerant, coarguitur. cum & Telemachus, & Philetius, & Eumeus, & ipſa exercituum domitrix Minerua (ſic enim ab Homero appellatur) auxilio fuerint decertantes. imò verò Laërtes quoque cum alijs multis Vlyſſi præſidio fuit. quare ſic canit Homerus. 489 L. b. vlt. p. 337.

Κέκλυτε δὴ νῦν μευ Ἰθακήσιοι. οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς
Ἀθανάτων ἀέκητι θεῶν τάδε μήσατο ἔργα.
Αὐτὸς ἐγὼν εἶδον θεὸν ἄμβροτον ὅς ῥ' Ὀδυσῆϊ.
Ἐγγύθεν ἑστήκει καὶ Μέντορι πάντα ἐῴκει.
Ἀθάνατος γὰρ θεὸς τότε μὲν προπάροιθ' Ὀδυσῆος
Φαίνετο θαρσύνων, τότε γὰρ μνηστῆρας ὀρίνων
Θῦνε κατ' μέγαρον. τοὶ δ' ἀγχηστῖνοι ἔπιπτον.

hoc eſt.

*Audite iam nunc me Ithacenſes, non enim Vlyſſes*
*Immortalibus ſine Dijs hæc operatus eſt opera.*
*Ipſe ego vidi Deum immortalem qui Vlyßem*
*Prope ſtetit, & Mentori per omnia ſimilis fuit.*
*Immortalis autem Deus aliquando quidem ante Vlyſſem*
*Apparebat, audaciam acuens.; aliquando Procos turbans*
*Currebat in domum, hi autem confertim cadebant.*

ſic Homerus. ita vt Vlyſſem tanquam multorum ducem propoſuerit nobis. Id quod de Achille non eſt quod dubitemus, cum Troiam ingenti Mirmidonum acie nauigauerit, quibus apud Ilium præfuit ſemper. quid plura? cum ad pugnam deſcendit, Græcum exercitum in aciem deduxit, ad pugnam cohortatione incendit, ſéque ante illos pugnaturum promiſit, ita vt ſimul omnes in Troianos erumperent, vt mirum ſit aduerſarios ſolitarium feciſſe Achillem. nam quòd nutu Græcis militibus indicarit vt conſiſterent dum cum Hectore congrederetur, nihil prohibet quominus ſiue ipſe ſiue Agamemnon præeſſet multis. etenim eo conſilio ſolus aggreſſus eſt Hectorem vt ſolus ac veluti ſingulari certamine Patroclum vulciſceretur, quemadmodum & Aeneas Turnum, & Tancredus Argantem (nam hac de cauſa Tancredus etiam ſocios arcet longiùs

III. ne Argantem inuadant) aggreſſus eſt:. cum tamen nec Virgilius nec Torquatus heroëm niſi multorum conſtituat caput. Turpiſſimè verò labitur Mazzonius dum Ariſtotelem ſcripſiſſe ait oportere fabulam vnius eſſe, hoc eſt vnius herois ac ducis: nam vnius actionis intelligit, interpretibus fatentibus omnibus. vt omittam ne ſi quidem v-

IV. nius ſcripſiſſet ducis (quod eſt falſiſſimum) prohiberi quominus fabula eſſet vnius ducis qui tamen præſit multis. Quod ſi in Odyſſeæ argumento viſus eſt Vlyſſem ſolitarium proferre, quam quæſo ea Ariſtotelis verba vim habeant, diligenter inueſtigemus. verba hæc ſunt, *Odyſſeæ enim longus ſermo eſt: de peregrinante quodam annos multos, & obſeruato a Neptuno, & dum ſolus exiſteret, & præterea ſic ſe habentibus domeſticis rebus vt fortuna ipſius a procis cōſumerentur, & filius inſidijs peteretur, ipſe venit tempeſtatibus perturbatus, cum agnouiſſet quoſdam, i ſos decipiens, ipſe quidem ſeruatus eſt, inimicos verò perdidit. Ac proprium quidem eſt hoc: alia vero epiſodia.* hæc Ariſtoteles. Ex quibus licet animaduertere nihil minùs cogitaſſe quàm quod autumant iſti. nam ſi quæ ſolitarius geſſit Vlyſſes, ea ad heroicum pertinent poëma & in argumenti loco habenda ſunt, perperā ac falsò dixiſſet Ariſtoteles Odyſſeam longū eſſe ſermonem, aut eius eſſe qui multos annos peregrinatus eſt: ſiquidē quę ſolitarius geſſit, paucis obiuit diebus: cum tamen multos annos cum ſocijs longè latéque errauerit. Ad hæc niſi eorum habeatur ratio quæ vnà cum ſocijs errādo perpeſſus eſt aut peregit, nihil 490

erat quòd

erat quòd magnopere illum peregrinantis nomine appellaret non modò multorum an-
norum peregrinum faceret: quandoquidem vnicum fretum traiecit ſolus, vt propterea
vniuerſa peregrinatio quam Ilio ſoluens ſuſcepit Ithacam vſque, ſiue quæ interim illi to-
ta hac peregrinatione contigere, ſint argumentum: quæ tamen maxima ex parte atq; in
ipſa fortunæ commutatione, multorum peregit ope non ſolitarius. Denìq; Homerus ap- *VI.*
pellauit quidem Vlyſſem πολύτροπον, & callidum virum, & huius viri errores ſibi decantā-
dos propoſuit, ſed quos fermè cum ſocijs obiuiſſet: & hac de cauſa in propoſitione ipſa ſo-
ciorum quoq; mentionem fecit luculētam. Atq; hæc de quinto effato ſeu Theoremate. *Iam affertur Effatũ*
Iam verò ſextum illud ſit. Reuera Homeri Iliadem nec actionis vnitate gaudere, nec vni-
genam Heroëm habere, ſed vtrinque multitudinem referre, idque Ariſtotele ipſo tandē *VI.*
non obſcurè fatente, de qua re & nos multa diximus tum in Comparatione, tum in par-
ticula LI. aliqua etiam attingere cogemur in CLVI. Vt non neceſſe ſit id hoc in loco pluri-
bus agere. Tantum dicam in Iliade tum duas Achillis iras decantari longè diſtinctas ac
varias; ita vt priore, qua in Agamemnonē ob Briſeidem Achilles exarſit, veluti extincta,
mox ferè ob Patroclum exarſerit in Hectorem altera, tum Troianum bellum, etſi nō pla-
nè abſoluatur, concini. Atque eodem nomine hinc Agamemnon, illinc Achilles, ſeſe Prin
cipem offert ac ducem. Ex quo fit vt multæ multorum aut duorum Actiones cōtinean-
tur in Iliade: tametſi duces non ſolitarios ſed adminiſtris rem peragere non eſt quod infi-
ciemur. Sed & Septima propoſitio colligi poteſt; nimirum Odyſſeam quoque eiuſdem *VII.*
ordinis cenſeri poſſe, quòd hinc Telemachi peregrinatio, illinc Vlyſſis errores & reditus
decantentur: ita vt minimùm duæ Actiones ac duo Duces, cum aliquibus ſocijs tamen, in *VIII.*
ea ſine vlla dubitatione occurrant. de qua re in recitatis locis egimus copioſè. Porrò iam
poſtularet ratio vt eadem de Aeneide requireremus. ſed hoc etiam diſceptauimus in Cō-
paratione. Nunc itaque tantùm dicam Virgilium, quoniam in Aeneide tum errores tum
bellum canere, ac tam Odyſſeam quàm Iliadem imitari, conſtituerat, non potuiſſe iſthæc
ita aptè præſtare, quin duæ ſeſe nobis obijciant Actiones. præſertim cum ſex prioribus li-
bris errores, ſex poſterioribus bellum propria vtrobique propoſitione & inuocatione v-
ſus, cecinerit. Quanquam ſi quis pugnet Aeneidis argumentum eſſe quicquid paſſus eſt
geſſitque Aeneas, donec Vrbem condidit in Latio, ac Romani Imperij iecit fundamen-
ta, ac propterea Actionis vnius eſſe, non magnopere repugnarim, præſertim quia propo-
ſitio generalis eſt, atque errores bellùmque complectitur, poſterior bellum tantùm, ita
vt dici poſſit Inuocatio ob rerum magnitudinem (vt fit) inſtaurari. Denique peripetia re-
uera in fine habetur, non verò gemina nobis obijcitur: vt propterea vel defendi vel excu-
ſari poſſit Virgilius. Nam Ducem eſſe vnigenam vt patet, & multorum ducem, dubita- *IX.*
re haud licet. Nunc (vt perfecta eius rei de qua agimus extet imago) proferenda & com-
monſtranda eſſet Heroici poëmatis Actio aliqua & fabula in qua cōſtaret vnicam Actio-
nem atque vnicum Ducem, & hunc multorum caput, ſine vlla dubitatione decantari.
quam rem in Comparatione item demonſtrauimus copioſè. quamobrem in præſentia
tantùm dicam Heroicum Torquati Taſſi Poëma vſque adeò præclarè atque perſpicuè
exemplum referre, in quo vnica Actio, atque hæc vnius Ducis huiuſque multorum, cer-
natur, vt nullo modo vereri, ſed ne ſuſpicari quidem liceat offenſionem vllam ex ijs quæ
in cæteris, præſertim verò in Iliade & Odyſſea, ſatis ſupérque in promptu ſunt. Poſtrema *X.*
illa ſit, Actionum multitudinem, vbi tamen Dux vnus ſit & multorum, mea quidem ſen-
tentia non facilè in monſtri habendam eſſe loco: quin ſi cætera non requirantur, poſſe tu-
tò in ſecundis conſiſtere. Id quod nos copioſè diſputauimus in particula LI. & rurſus in
*In Cōp. Diſput. 6.* Comparatione. Vt propterea non neceſſe habeā hîc rem proſequi: præſertim verò quòd
ibi Peripateticorum argumentis ſatisfecimus. Nam fabulam ſeu Poëma multarū actio-
491 num & ducum ego quidem non facilè patiar in ſecundis conſiſtere, niſi fortaſſe in cæte-
ris magnopere excellat ac præſtet. Quòd ſi in illis quidem Authoris probetur induſtria;
verendum erit ne monſtrum videri poſſit. Hæc ad ſecundam Ariſtotelis legem vberiùs
explanandam dum tam mira ille gaudet breuiloquentia.

Venio ad tertiam legem: in qua iuber Ariſtoteles vt hæc actio ſit tota atque perfecta: *TERTIVM Epicum præceptũ examinatur: quo cũ iungitur Quartum.*
quæ duo videtur hîc promiſcuè vſurpare & ad rem ſignificantiùs explanandam coniun-
gere. Id quod tum ex hac particula licet agnoſcere dum animalis vnius ac totius exēplo
docet quomodo fabula ſit vna, atque perfecta: tum maximè ex Tragica tractatione. cum
enim in particula XXXIII. Tragœdiam definijſſet imitationem actionis probæ & per-

fectæ, ecce tibi in XLVII. monebat ſe jam antea docuiſſe Tragœdiam eſſe imitationem actionis totius atque perfectæ; cum tamen perfectam tantummodo illã appellaſſet. Eodem etiam in loco declarauit quid eſſet totum ac proinde perfectum, nã totum, inquit, eſt quod habet principium & medium, & finem. ac principium eſt (hinc verò intelligere licet quartam veluti legem ad tertiam pertinere atque illi explicandæ adhiberi) quod nõ neceſſario poſt aliud eſt; contra verò aliud poſt illud naturaliter eſt aut fit: finis verò id quod poſt aliud naturaliter eſt, nihil tamen poſt illud. Medium quod medio ſe habet modo, ita vt & poſt aliud ſit, & poſt aliud conſequatur. quibus omnibus addebat oportere bene compoſitas fabulas non vndelibet incipere, nec vbilibet terminari, ſed dictas formas colere, ita vt ſuum illæ principium, medium, finem retinerent, ac naturalem ordinem p̃ſeferent. quam rem in particula XLVIII. pulchri animantis explanabat exemplo in quo hæc collocata eſſent, & caput pro initio, pedes in finis loco, intericcta membra in media veluti ſede collocarentur. & hoc eſt quod hic etiam pauciſſimis indicat, ac nobis in memoriam reuocat: nimirum perfectam, ac proinde initio, medio & fine conflatam, eſſe debere Epicam fabulam, vt quemadmodum animal vnum ac totum propriam gignat voluptatem. Sic Ariſtoteles. Quæ tamen mirum eſt quàm multas habeant dubitationes. nã nec tam facilè arripiendum videbatur id eſſe perfectum quod habet initium, medium & finem (Deus enim maximè omnium perfectus eſt, immò perfectio ipſa, cum tamen initio careat, medio & fine: Cœlum etiam & ſphæra aut globus figuram obtineant maximè omnium perfectam, nec tamen in eis facilè ſit initium, medium, finem agnoſcere) nec ſi arripi tutò potuiſſet, ſatis adhuc idoneum videri poterat actionis perfectioni declarandæ, nam in animali & huiuſmodi alijs rebus facilè eſt initium, medium & finem intueri: at in humanis actionibus ſecus accidit, præſertim ampliſſimis & Heroico poëmate dignis: hæ enim tum propter partium multitudinem aut etiam diſſimilitudinem varietatémue, in quin per ſe non ſub aſpectum cadunt quemadmodum animantes, ita vt initium, mediũ, finis ſeſe ipſa in conſpectum dent, tum quia dum epiſodijs huc illuc interpellantur & variantur, naturalem illum partium ordinem difficile referunt. Itaque mirum eſt quã varie aut bellum Troianum, aut Oedipi calamitas, aut Herculis furor deſcriptus fuerit & imitatione comprehenſus. Quanquam illud præcipuam habet dubitationem quod pertinet ad ordinem naturalem: quandoquidem is in actione pertexenda videtur Hiſtorici proprius, non poëtæ. Quapropter & Homerus & Virgilius a medijs rebus duxerunt initium, primas in medium conijcientes: & Horatius, Macrobius, aliique plurimi hunc plane ordinem Poëtæ attribuunt. Hæc inquam & conſimilia ſeſe obijciunt quæ videntur totam hanc Ariſtotelis præceptionem euertere. Quã tamen in re haud immorabor quod totum hoc argumentum proſequutus ſim copioſè tum in tertia Comparationis Diſputatione, tum vero in hoc ipſo Commentario in XLVII. particulæ explanatione & Controuerſijs: ad quas ſanè, quoniam nihil fortaſſe dubitari aut aſſerri poterat quod non cõ cõtulerim, Poëticæ artis vel ſtudioſos vel curioſos conſugere iubeo. Nunc dum Ariſtoteles pergens diſcrimina quædam obſeruat quæ inter Poëtam & Hiſtoricum intercedant, & in quibus Epicæ actionis cõſtitutionem ab Hiſtorica diſcedere iubet, nos cunctantes adhuc, atque iſthæc ad inſequentem particulam reijcientes, requiremus Epopœiæ definitione. Turpe enim eſſet de Epopœia diſputare, atque eius leges examinare, Epopœiæ definitione ac natura ignorata. Principio verò requiramus. Quid cauſæ ſit cur Ariſtoteles Epopœiam non definierit, præſertim verò quia Tragœdiæ definitionem & diligenter propoſuit & quàm diligentiſſimè explanauit. An igitur ideo contigit quia ex Tragœdiæ definitione pauciſſimis mutatis colligi facilè poſſit, ac leui veluti flexu a Tragica quæ explicata eſt apud eum & perſpicuè, ad Epicam conuolari? Equidem id non omninò ſtatuerim: tũ quia liceret fortaſſe id omninò de Comœdia ſuſpicari, ſi de illa cõtinẽter, vt de Epopœia, egiſſet, & eius definitionem prætermiſiſſet. ſiquidem materia variata & fine, cætera in vtriuſque conuenire poſſunt definitione. Atque id cõ etiam iuſtiùs ſuſpicaremur, quòd iã antea in particula XXIX. de materiæ diſcrimine, ac materiam Comicam eſſe ridicula, nos admonuerat ſatis, ſtatuens Comœdiam non ſtudioſorum ſed peiorum imitari actiones, ac ſummatim ridicula; vnde finis etiam agnoſci poterat. Sed faciliùs dicitur de Epopœia, eius definitionem ex Tragica deriuari facilè poſſe, quàm commodè omnino & ſine hæſitatione deriuetur. nam quemadmodum conſtabit paulò poſt, licebit quidem in Epopœiæ definitione artificium & ſectam imitari qua in Tragœdiæ definitione vſus eſt: multa etiã

Dubitatur

Reſpondetur.

CONTROVERSIA LXXX.

QVID CAVSAE ſit cur Ariſtoteles Epopœiæ definitionem prætermiſerit, cum Tragicam tã accuratè cõſtituerit. Et quã tandem ratione ſit definienda.

492

inde haurire in quibus conuenit cum Tragœdia; ſed tamen multa quoque ſunt aliunde haurienda quibus maximè continetur Epica definitio. An igitur hoc in loco verbis illis, *De narratiua autem & in metro imitatione* deſcribitur, aut etiam in cæteris illis, *circa vnam actionem & totam*, & in ſequentibus, eius veluti imago adumbratur? Sic exiſtimāt aliqui. Qui propterea hanc ex tota hac particula Epopœiæ proferunt definitionem, *Epopœia eſt imitatio per enarrationem in metro, vnius actionis, totius & perfectæ, cui non ſunt ſimiles Hiſtoriæ conſuetæ*. Quæ ſanè & finem deſpicit Epicæ imitationi propoſitum, quem tamen in Tragicæ definitione Ariſtoteles expreſſit diligenter; & cum Ariſtotele pugnat qui per enarrationē quidem ſed dramaticam peragi iubet imitationem; &, ne hic multa dicam, in multis diminuta eſt ac præpoſtera quemadmodum in progreſſu cōſtabit ſatis. Illud igitur ſtatuamus, Ariſtotelem hic breuiloquentiam adamare; nauum & induſtrium auditorem requirere, quique veluti ex ſeminibus quæ iecerit, aut quæ indicarit initiis, multa colligat atq; deriuet. Id quod eò minore inuidia facere potuit in præſentia, quòd diligens indagator ex Tragica præceptione ad quam propterea nos amandat, aliqua colligere poſſit: cætera ex his quæ hic præcipit decerpere. Itaque licet ipſe cōceſſerim ex Tragica definitione Comicam omnino deriuari poſſe ac facilè deriuari, improbo tamen labore multa illinc, reliqua rurſus ex aliis locis, maximè verò ex hac ipſa diſputatione colligi poſſe crediderim, quæ optatæ definitioni ſeruiant. Iam igitur definitionem quam Ariſtoteleam ſeu Ariſtotelis initiis conſentaneam iudicauerim afferam, ſi tamen monuero nō eam a nobis expectandam eſſe definitionem, quæ Mathematicam acribologiam aut etiam Phyſicæ ſubtilitatem referat, ac genus ſtatim & differentiam vno atque altero verbo commonſtret, ſed prolixius manet, quemadmodum Tragica etiam quam Ariſtoteles ipſe tulit, non ſanè perbreuis eſt ſed manat latius. plurimum enim intereſt ſiue res naturales aut Mathematicas ſiue humanas deſcribas & definire moliaris. Ipſe igitur Epopœiam ſic definierim. *Epopœia eſt imitatio actionis illuſtris, perfectæ, magnitudinem habentis, hexametro per dramaticam enarrationem facta, ita vt ſummam admirationem pariat ac voluptatem, atque eos qui mortalibus præſunt ad egregias virtutes & præclara facta ac beatam denique vitam inſtituat.* His, meâ quidem ſententia, definiri Epopœia poteſt ex Ariſtotele. Nunc particulas ſingulas explicemus. Ac primum illud conſtet, Epos, vnde Epopœiæ manauit nomen, teſte Euſtathio atque aliis a priſcis pro nomine ſeu vocabulo paſſim vſurpatum fuiſſe, ita vt *ἔπος ἔργῳ* i. operi inquam, opponeretur, hinc apud Homerum *ἔπος καὶ ἔργον* dicta factaque denique quod cæteris valet *ῥῆμα*, id priſcis illis valet *ἔπος*, atque hinc *ἔπεα πτερόεντα*; *verba alata*; quod eſt illi aſſimile, *volat irreuocabile verbum*. & quanquam Poetarum ferè propria eſſet vox, haud tamen ab Hiſtoricis ſpreta. Itaque Thucydides *ἔπη καὶ ἔργα*, inquit, *verba & facta*, & *λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες*, *orationes verbis ornata*. Iam verò quia his carmen conflabant, hinc interdum carmē ipſum Epos appellabatur, quemadmodum apud Latinos epiſtola litterarum inuenit nomen, quòd litteris conflata ſit. ſic Plato ſæpè Epos pro carmine vſurpat. & hoc fortaſſe nomine dixit Ariſtophanes *ἔπος πρὸς ἔπος*, hoc eſt carmen aduerſus carmen. Cum verò verſus hexameter diu apud priſcos, vt fuit primò inuentus, non Heroicis factis ſolùm verū etiam aliis multis eſſet adhibitus, factum eſt decurſu temporis, vt cæteris carminum generibus inuentis, hæc partim Tragœdiæ & Comœdiæ, partim amoribus ac manſuetioribus Muſis, tranſmiſſa ſint, hexametro in primis bellicis actionibus & heroicis factis reſeruato. Ita quidem, licet Epopœia perinde atque Epos multa ſignificat; Ariſtoteles tamē in præſentia Epopœiæ præcepta tradit quà Epopœia hexametrum ſignificat heroum facta celebrantem & continentem. Et idcirco cum in particula XXXII. imitationem quæ fit hexametro, & in CXXIV. narratiuam & in metro poſitam imitationem, appellaſſet hanc Poeſis formam, tandem in CXXVII. atque aliis ſubinde multis ad finem vſque, quoniam de illa conſtare iam ſatis poterat, Epopœiæ nomen ſine tergiuerſatione vlla vſurpauit. Et hac fortaſſe de cauſa non Epopœiam (Epopœiam inquam expreſſo nomine) declarare ac fingere aggreſſus eſt hoc in loco, ſed narratiuam & in metro poſitam imitationem; vt ſcilicet inchoatam quandam & rudem Epopœiæ, quoniam ambigua erat vox, notionem afferret: quam deinde, eiuſdem conditionibus paulatim deſcriptis, Epopœiam, vt dicebam perpetuò appellauit. præſertim verò quia interim in Ariſtotelis ſchola reuera per narratiuam & in metro poſitam imitationem aliud nullum Poëmatis genus deſignaretur quā Epopœia; cum cæteræ quas ab initio commemorauerat imitatrices formas, alio imitationis genere continerentur quàm Epopœia, quemadmodum paulò poſt conſtabit planius.

Atque

Riccob. c.37.

Cur factū ſit vt eam prætermiſerit.

405

Iam ex Ariſtotelis Principijs definitur.

Examinatur per partes ſingulas.

Atque ex his conſtare ſatis poteſt quo nomine Epopœia in præſens a nobis definiatur, q́d
eſt pro Heroico poëmate. Hæc igitur Epopœia dicitur primò imitatio, vt genus exprima-
tur in quo alijs imitatricibus artibus multis & facultatibus atque inprimis cum reliquis
poëmatum formis conſentit. etſi enim Plato quippe qui aliquas poëſis formas ac partes
non neceſſariò imitatione ſed tantùm narratione concludit, ac propterea Epopœiæ imi-
tationem pro genere haud concederet, ſed potiùs narrationem quæ modò ſimplex & Hi-
ſtoricorum more, modò cum imitatione procederet, Ariſtoteles tamen quem nos ſequi-
mur in præſentia, nullam poëmatis formam (id quod alibi docuimus) exemit imitatione:
ita vt imitatio apud illum ſit germanum Epopœiæ genus. Quod ſi obijcias Epicos quoq;
paſſim carere imitatione, ita vt cum Poëta ipſe loquitur ex propria perſona, narratio (q́d
non minore Poëmatis parte cernitur) ſit expers imitationis, iam hac de cauſa iuſſit Ari- 494
ſtoteles vt poëta ex propria perſona loqueretur quam pauciſſima, vt Epopœia a ſimplici
narratione ad imitationem traduceretur & perfectè imitaretur. Iure igitur in Ariſtotelis
ſchola imitationis genere definitur Epopœia. Additur in definitione *Actionis*, vt primo
loco diſſocietur Epopœia ab ijs imitatricibus artibus & facultatibus quæ non imitantur
actiones. Actio enim Ariſtoteli ſignificat factũ conſilio & electione geſtum. itaq; ſi quis
ære exprimat cœleſtes orbes, aut coloribus equum, plantam, montem, aut voce galli can-
tum, aut motu tonitruum (idem tu de alijs ſexcentis imitatorum facultatibus colligas) is
ab Epico eo etiam diſſideat quòd actionem non imitatur. Neque verò interim ab vlla
poëmatis forma diſſociatur, nam poëma in vniuerſum ex Ariſtotele actionis eſt imitatio.
ſed iam iam a poëticis quoq; formis diſſociabitur. quare dum ſubditur *Illuſtris*, diſtingui-
tur Epopœia a Comœdia, etſi quod eſt aliud poëmatis genus quod humiles imitetur a-
ctiones. Additur *Perfecta*, vt ab ijs carminum formis diſtinguatur in quibus aliqua actio-
nis illuſtris pars decantaretur nõ actio tota ac perfecta. Hæc enim carminum genera ſunt
Ariſtoteli inchoata quædam poëmata & rudia, nõ germana poëmata. vt enim Ζωγράφος,
animantium inquam pictor, apud Græcos Zoographi ſiue pictoris haud mereatur nomẽ
dum in brachij aut capitis ſeſe exerceat imitatione, ſed tunc ſolùm cum abſolutum expri-
mat animal; ita apud Ariſtotelem qui verbi gratia aut Veris deſcribat aduentum, aut por-
tum, aut vrbem, aut colloquium, aut breuem contentionem & pugnam, nondum Poëtæ
mereatur nomen, ſed tum demum cum actionem integram perfectámque carmine imi-
tetur ac celebret. Itaque qui aut epigrammate, aut ode vel alio eiuſmodi carmine aliquid
complexus ſit in quo perfecta non appareat actio, quæque naturali initio, medio ac fine
conſtet, nondum germanum poëma cenſebitur ex Ariſtotele. & hinc eſt vt nil vel de Epi-
grammate, vel de Ode, vel de Satyra, vel de Elegia etſi quid huiuſmodi dicendum pro-
poſuerit Ariſtoteles quòd eiuſmodi carmina in perfecti poëmatis haud haberet loco. Im-
mo verò ſi fortè cõtigerit vt quis Elegia, vel Ode integram actionem decantauerit, quæ-
que reuera naturali conſtet initio, medio, & fine, ne tum quidem poëmatis nomine cen-
ſebitur ab Ariſtotele, niſi magnitudinem quandam & amplitudinem habeat: & ideo quẽ-
admodum ipſe in Tragœdia requirit actionem non modò perfectam verùm etiam ma-
gnitudinem habentem, ita nos potiore iure magnitudinem ex eius ſententia in Epopœia
requirimus. Et ſanè Ariſtoteles is fuit qui voluptatem ex poëmate manare voluit, id
quod fieri nullo modo poſſe cenſuit niſi ſit pulchrum: pulchrum eſſe non poſſe niſi ha-
beat magnitudinem. & hac de cauſa exiguum aut animantem aut hominem docuit ele-
gantem quidem eſſe poſſe & venuſtum, pulchrum nullo modo. hac igitur de cauſa dixi-
mus magnitudinem habentis. Quanquam hactenus a Tragœdia non diſſociauimus Epo-
pœiam, & ideo addendum fuit *hexametro per dramaticam narrationem facta*: ſic enim tum a
reliquis imitatricibus facultatibus quæ actiones imitantur quidem, ſed orationis expertes
ſunt; tum a cæteris illis inchoatis poëmatum formis diſtinguitur altiùs, tum ſigillatim a
Tragœdia Comœdiáque rurſus diſtinguitur: neque ab his ſolùm verùm etiam a Dithy-
rambica & legum poëſi: quæ ſanè ſic ab Ariſtotele concluduntur imitatione, vt non per
enarrationem aut Bacchi Deorúmque illorum ſacra referrent aut leges celebrarent, ſed
dramatica planè imitatione in qua rhythmo, harmonia & metro ſimul imitarentur. De-
nique nos dramaticæ enarrationis nomine intelligimus hoc in loco id quod inter hiſto-
riam & drama medium obtinet locum: quod eſt proprium illius Epici qui perſonas di-
cendo non agendo imitatur: ita vt dum perſonas inducit, ab hiſtoria, dum loquendo non 495
agendo eas refert, a perfecto dramate, cuiuſmodi eſt Tragœdia & Comœdia, diſtermine-
tur.

Digitized by Google

tur. Addidi *ita vt ſummam voluptatem admirationémque conciliet*, quia Ariſtoteles in particula CXXIV. monet voluptatem eſſe gignendam, tum in CXXXII. & ſequenti iubet vt iucunditas & admiratio vel maximè excitetur, quòd huius poëmatis maximè propria videri poſſit. Et ſanè nulli poëmati ad iucunditatem & admirationem aditus patet latiùs, quẽadmodum animaduertere liceat ſi Epopœia, quæ omnia orationis lumina & ornamenta, omnium virtutum ſpecimen & fortunæ commutationem egregiam offert, cum Comœdia & Tragœdia conferatur; ex quibus illa riſum inprimis captat & popularem vitam inſtituit; hæc ſic inſtituit Reges vt admirationem miſericordia & metu ſuperet, voluptatem etiam luctuoſa fortunæ commutatione minuat. & ideo cum Tragici quidam ad voluptatem in Tragœdia conciliandam ad melodiam confugerent & apparatum, hos reprehendit Ariſtoteles quòd voluptas ex fabula quærenda eſſet qualis qualis Tragica imitatio pateretur. ita vt dum dicimus ſummam voluptatem & admirationem epica imitatione concitandam, id exprimamus quo tum Epopœiæ vis & natura perficitur: tum a cæteris poëmatum formis diſtinguitur. Ad extremùm addidimus eos qui mortalibus præſunt ad egregias virtutes præclaráq; facta, beatam denique vitam inſtituendos, tum quia Heroicum poema ſummis vitis inſtituendis vel maximè eſt comparatum; quemadmodum Comœdia popularibus: tum quia Epopœia non tam perpurgatis animis & affectibus moderandis, quemadmodum Comœdia & Tragœdia, (quanquam id etiam præſtare poteſt) quàm eorum qui cæteris præſunt, quóſque ad egregia facta aſpirare par eſt, virtutes augendas inſtituitur; idque e illuſtris Herois exemplo, vt in hunc intuentes, tum bello tum pace præclarè ſe gerant, & eximiam virtutem oſtendant in mortalium gubernatione, & ad beatam vitam quoad eius fieri poteſt contendant. Nam humanæ artes & facultates Ciuili ſeruiunt omnes vt pro ſuis quæque viribus & induſtria mortalibus proſit, vt commodè, honeſtè & cum iuſtitia degant, ac benè beatéque viuant. quod tamen aliquæ artes illiberales quam longiſſimè ſpectant, liberales propiùs, Philoſophia proximè; Epopœia ſigillatim propter excellentium virtutum exemplum excellenter & accommodatè. Hæc, mea quidem ſententia, ex Ariſtotelis initijs ſtatuenda eſt Epopœiæ definitio. Quod tum ex ijs quæ diximus conſtare poteſt, tum verò ex his quæ ſiue Ariſtoteles docuit in particula XXXI. de Tragœdiæ & Epopœiæ conſenſione & diſcrimine, ſiue nos in hoc capite fuſiùs declarauimus. Ad quam rem plurimum etiam conducet ſi quis Tragicam Ariſtotelis definitionem & explicationem cum epica hac contulerit: intelliget enim nos conuenientijs & differentijs notatis Ariſtoteleum planè artificium coluiſſe. Atque ex his liceat cuique quadripartitam illam cauſarum varietatem agnoſcere in hac definitione; idque ea planè ratione qua cernuntur & obſeruantur in Tragica: vt non neceſſe ſit in hac re immorari.

*Colligitur propoſitã Definitionem conſtare ex omnibus cauſis.*

---

## 496 PARTICVLA CXXVI.

## PARS POSTERIOR.

KAὶ μὴ ὁμοίας ἱςορίας τὰς συνήθεις εἶναι, ἐν αἷς ἀνάγκη οὐχ μιᾶς πράξεων ποιεῖσθαι δήλωσιν, ἀλλ' ἑνὸς χρόνου, ὅσα ἐν τούτῳ συνέβη περὶ ἕνα ἢ πλείους ὧν ἕκαςον, ὡς ἔτυχεν, ἔχει πρὸς ἄλληλα, ὥσπερ γὰρ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἥτ' ἐν Σαλαμῖνι ἐγένετο ναυμαχία, καὶ ἡ ἐν Σικελίᾳ Καρχηδονίων μάχη, οὐδὲν πρὸς τὸ αὐτὸ συντείνουσαι τέλος, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς χρόνοις ἐνίοτε γίνεται θάτερον μετὰ θατέρου, ἐξ ὧν οὐδὲν γίνεται τέλος.

*Paccius.*

ITémque quòd hiſtorijs vſitatis diſſimiles eſſe debeant, quæ quidem non vnius tantùm actionis præbeant notitiam, neceſſe eſt: ſed temporis vnius, omnium ſanè quæcunque in eo tam circa vnum quàm plures contigere, eodem ſcilicet modo quo ſingula quæque inter ſe (vt caſu euenit) ſe habent. verbi cauſa circa idem tempus nauale bellum in Salamine, præliúmque Carthaginienſium in Sicilia, quæ minimè

nimè quidem in eundem exitum ſpectant: ita quoque in ſequentibus temporibus, dum alterum interdum poſt alterum fit quibus vnus non eſt exitus.

*Riccobonus.* *NEc ſimiles eſſe hiſtorias conſuetas, in quibus neceſſe eſt non vnius actionis efficere expoſitionem, ſed vnius temporis, quæcunque in eo euenerunt circa vnum vel plures quorum vnumquodque vt ſors tulit, alterum reſpicit. Quemadmodum enim ſecundùm eadem tempora & in Salamine facta eſt naualis pugna, & in Sicilia Carthaginienſium pugna, nequaquam ad eundem tendentes finem. Sic & in temporibus conſequentibus aliquando fit alterum cum altero ex quibus non eſt unus finis.*

*COMM. CXXIV. Poſterior.* IN Poſteriore hac CXXIV. huius particulæ membro monet Ariſtoteles (etſi breuiter ille quidem & obſcurè; de qua re poſtea) oportere conſuetas hiſtorias ab Epicæ actionis cõſtitutione differre: ita vt dum Epica narratio vnius eſt actionis, hiſtoria vnius ſit temporis, ex quo fiat vt Hiſtoricus ſiue vnam ſiue multas, ac rurſus vel vnius vel multorum, narret actiones, Epicus contra vnam vnius actionem rantummodo complectatur. Ita ſanè Epopœia vnicam decantabit actionem quam ſibi Poëta delegerit: Hiſtoria contra vnam, aut multas quas ſors obtulerit ac tempus. quod ſibi quis hiſtoriæ ſcribendæ aſciuerit. Quam rem exemplis etiam illuſtrat Ariſtoteles, quæ ex ſeptimo Herodoti libro deſcripta ſunt dum ſexageſimæquintæ Olympiadis res geſtas narrat. Ergo Hiſtoricus, inquit Ariſtoteles, vno eodémque opere & naualem Themiſtoclis, & terreſtrem Carthaginienſium narrauit victoriam: illam propè Salaminam de Xerſe & Perſis, hanc in Sicilia de Gelone Siculíſque relatam. nam vnum idémque tempus duas haſce victorias, etſi inter ſe minimè cohærentes, ſed loco, perſonis, actione longè diſſitas, ſors obtulit, & idcirco addit has pugnas non ſpectaſſe eundem exitum & finem, quod eſt, eas, quippe quæ non vno eodémque conſilio gerebantur; nec vnum propter alterum inſtituebatur, non vnum eundémque finem ſpectaſſe ſed diuerſum, quaſi diceret in Epopœia res geſtas vnum eũdémque ſpectare finem, & ideo vnam eandémque actionem conflare; in hiſtoria diuerſas. Denique id quod de duobus iſtis bellicis factis dictum eſt quæ in idem inciderint tempus, de iis etiam dici poſſet quæ conſequentibus occurrant temporibus: cum vnum poſt alterum contigerit quidem, non tamen vnum manet ex altero: ita vt non vnus ſit

*Dubitatur. I.* vtriuſque finis. Hæc Ariſtoteles. In quibus multæ ſeſe obijciunt dubitationes. Ac primùm quia cum præceperit vt Epica narratio quoad eius fieri poſſit dramatica conſtituatur, hoc ſanè diſcrimine requiri maius poteſt nullum. Siquidem hiſtorica narratio a dramatica longè abhorret, & ideo Thucydides reprehenditur quòd cum multus ſit in concionibus, & ad eloquentiam oſtentandam perſonas frequenter inducat loquentes, in dramaticum atque adeò Poëticum incurrit ſtylum, contra verò Cæſar magnopere laudatur, qui a perſonis inducendis perpetuò ferè abſtinuerit. Cum igitur perſonarum introductio & concionum fidem adimat Hiſtoriæ, ac ſummatim hiſtoria ſimplici ſtylo miniméque fucato dicendi genere gaudeat, ſatis Epica narratio ab Hiſtorica fuit ſeiugata, cum dramaticus illi ſtylus iniunctus eſt. quid erat igitur cur Epicam narra-

*Reſpõdetur* tionem rurſus diſtingueret ab Hiſtorica? Sed reſpondeo. Epica narratio diſſociati poteſt ab hiſtorica tum narrandi modò, tum rebus ipſis quæ narrantur ac veluti materia. ſupra igitur diſſociauit quidem Ariſtoteles Epicam narrationem ab hiſtorica quod attinet ad narrandi modum: nunc verò eas diſſociat materia: quia iubet vel certè latiùs do-

*Dubitatur. II.* cet Epico in vna & vnius actione nitendum: Hiſtorico in vnico tempore, ac proinde vnam vel multas actiones illi narrandas prout tempus obtulerit. Sed ſit iſtud, at perperam rurſus iubere videtur ne Hiſtoria ſit ſimilis Epicæ narrationi aut conſtitutioni. etenim de Epica actione præcipiebat Ariſtoteles non de Hiſtoria; ac propterea nihil erat quòd iuberet ne hiſtoria ſimilis eſſet Epicæ conſtitutioni: ſed potiùs è contrariò iuben-

*Reſpondetur.* dum fuit ne Epica narratio ſimilis eſſet hiſtoricæ; ac propterea non vni tempori ſed vnigenæ actioni obſtringeretur. Sed iam antea vos admonui obſcurum videri hunc locum: cum ea verba καὶ μὴ ὁμοίας ἱστορίας τὰς συνήθεις εἶναι) ſic enim ex codice calamo exarato legit Victorius)

ctorius) propter illud τὰ συνήθη adhuc longè obſcura. fortaſſe etiam mendoſa, ſint. Quare dum Paccius vertit, *Itémque quòd hiſtorijs vſitatis diſſimiles eſſe debeant*, quaſi non μηδεμίας ſeu *nullius* legendum ſit ſed *μὴ ὁμοίας diſſimiles*; & rurſus (id quod longiùs intereſt) non τὰς συνήθεις ſed τὰ συνήθη ſubiungendum ſit, quaſi Ariſtoteles iubeat vt Epopœia ſit diſſimilis vſitatæ hiſtoriæ, non vt vſitatæ hiſtoriæ ſint diſſimiles Epopœiæ, quemadmodum ſentit Madius, non ſpernendus eſſet. cum reuera Ariſtoteles (vt dicebam) de Epopœia percipiat non de hiſtoria. Quæ lectio eò fortaſſe[ius]tiùs retineatur quòd vix tribus literulis in græco vulgato codice immutatis confirmetur: nimirum ſi pro ὁμοίας legamus ὁμοίως, & pro τὰς συνήθεις reponamus τὰς συνήθους. adderet enim Ariſtoteles τοὺς μύθους ſeu fabulas, de quibus interim præcipiebat, non debere eſſe ſimiles hiſtoriæ conſuetæ quod cum antecedentibus & conſequentibus cohæreret (id quod illæ quoque particulæ καὶ μὴ apertè indicant, ex quibus conſtat hæc de fabulis item præcipi) & dubitationem aut ſcrupulum relinqueret nullum. Sed quicquid ſit, ſenſum teneamus, præſertim cum res in eandem tandem recidat ſententiam, ſiue de Hiſtoria (id quod ſentit Madius) ſiue de Epopœia (quod ſentit Victorius) id primò præceperit. non enim poteſt vna differre ab altera, quin inter ſe differant mutuò. Iam verò illud etiam perturbet aliquem quòd con- *Dubitatur.*
ſuetas introducat hiſtorias. nam quæ ſunt, obſecro, conſuetæ hiſtoriæ? vel quæ è con- *III.*
trariò ſunt hiſtorie a conſuetudinæ remotæ? temerè enim conſuetarum mentionem faceret, niſi deſuetæ quoque & a conſuetudine alienæ indicari poſſent aliquæ. Certè vitas aut Annales deſignare haud potuit, quaſi verò a conſuetis diſcedant hiſtorijs. nam vitæ Ariſtoteli germanæ ſunt hiſtoriæ. ſiquidem in particula L11. eam narrationem in qua quid Alcibiades aut geſſerit aut paſſus ſit, exponatur, hiſtoriam appellat. Et hoc in loco (ne longiùs argumenta petam) inter conſuetas hiſtorias eam quoque numerat narrationem quæ circa vnum ſit vitum, ita vt vita Alcibiadis aut Theſei conſueta illi ſit hiſtoria. Annales verò deſuetæ hiſtoriæ nomine ineptè deſignaſſet ſeu a conſuetis hiſtorijs tacitè excluſiſſet. nam cum Annales nitantur tempore, & actiones complectantur multas, temerè eos excluſiſſet, cum peræquè atque hiſtoriæ conſuetæ opponi poſſent vnius actionis fabulæ, ac proinde aptiſſimi eſſent, quos fabulæ quam vnius actionis ſtatuebat, opponeret. Sed fortè in eas quoque ſpectabat hiſtorias quæ minùs propriè hi- *Reſponde-*
ſtoriæ nomine appellarentur. talis eſt Hippocratis hiſtoria (ſic enim ſuam is vocat tra- *tur.*
ctationem quandam) in qua quærit quatenus homo conſeruari poſſit incolumis: talis etiam (ne longiùs petantur exempla) Ariſtotelis ipſius ac Theophraſti de animalibus hiſtoria & de plantis. nam generum & formatum ſcribunt hiſtoriam: cum tamen conſueta hiſtoria actiones ſingulas eáſque humanas perſequatur. certè cum Herodoti, cuius affert exemplum, tum Thucydidis hiſtoria eſt huiuſmodi. Et his hiſtorijs quæ varias narrant actiones, quæque a tempore vnitatem deriuant ſuam, iubet vt diſſimilis ſit epica actio & fabula. Niſi fortè conſuetas hiſtorias vocat ille quidem ordinarias ac tritas, ſed quæ tamen a veris item quæque in rebus ſingulis verſantur, hiſtorijs quibuſdam differant. quaſi verò vel exiſteret vel confici poſſet hiſtoria quæ eſſet vnius actionis, vt fabula & poëſis. Certè qui olim Troiæ excidium aut ſuperiore ſeculo Columbi nauigationem hiſtoriæ prodiderunt, ij vnius actionis hiſtoriam confecerunt. Sed trita hiſtoria eſt quæ hærens tempori, quas ſors intra præfinitum temporis ſpatium actiones
498 obtulerit, has perſequitur omnes. Adde quod nihil prohibere videtur quominus condatur hiſtoria in qua nulla temporis habeatur ratio, quemadmodum paſſim haberi ſolet: & hac de cauſa conſuetarum hiſtoriarum inijcere mentionem potuit quòd his diſſimilē eſſe vellet Poëſim: de his verò quæ fortè non niterentur in tempore, neq; hinc vnitatem deriuarent (talis fortaſſe apud nos Salluſtij Iugurtina, talis etiam Appiani, videri poteſt hiſtoria: nam ille temporis vix vllam habet rationem: hic locis ſingulas variat hiſtorias) nihil ſtatueret. Sed ſint iſthæc, at dũ iubet vt hiſtoria ſit vnius temporis,
vel certè ſumit hiſtorias conſuetas eſſe vnius temporis, quale, obſecro, eſt vnum hoc *Dubitatur*
tempus? diurnúmne an menſtruum, an annuum, an ſeculare, an magno deniqueac *IV.*
Platonico anno continetur? obſcurum certè & tempus & præceptum intruditur. Ego
verò crediderim iubere vt hiſtoria ſit vnius temporis, hoc eſt non interpellati; vt ſi quis *Reſponde-*
rebus narratis quæ octogeſima Olympiade geſta ſunt, ad octogeſimæ quartæ verbi gratia *tur.*
aut nonageſimæ facta conuolaret. debet enim certum ſibi tempus præfinire hiſtoricus

vt annum,

vt annum, vel Olympiadem, vel ſeculum, certum denique tempus non interruptum, atque huius facta narrare. ſic enim vna erit hiſtoria ex vnitate temporis, licet hæc vnitas epicæ fabulæ vnitatem æquare haud poſſit, quæ vt ex vnica actione petitur nec multas actiones admittit quemadmodum facit hiſtoria, vnitatem refert perfectiorem. Quanquam obijciat ſtatim aliquis hiſtoriæ vnitatem non tam ex vnitate temporis quàm ex vno aliquo rege aut duce aut vrbe vna vel regione, aut bello, memorabilive facto vno, eſſe petendam. Certè Curtius ex vno Alexandro, Plutarchus & Tranquillus in Vitis ſingulis ex ſingulis Imperatoribus aut ducibus ſeu viris illuſtribus, ducunt vnitatem. Liuius ex vna Vrbe Roma, Thucydides ex vno Peloponneſo, Pauſanias ex vna Græcia vnigenam ducit hiſtoriam. ſic Salluſtius ex vno Iugurtino bello, ac rurſus ex vna coniuratione petit vnitatem. Et huc pertinent hiſtoriæ quæ vnius aut alterius Mundi partis aut etiam totius Mundi texunt narrationem. Immo verò nihil prohibet quominus temporis filo relicto poſſit conflari hiſtoria. Certè Iuſtinus (vt de Salluſtio & Appiano nihil repetam) omnium propè Regnorum facta perſtringit, cum tamen ordinem temporum ac filum vix ac ne vix quidem præferat vllum. Atque idem de Trogo iudicandum, cuius hiſtoriam compendio retulit Iuſtinus. Sed fac tempus ab induſtrio Hiſtorico & nauo contemnendum non ſit, immo illi tanquam rerum cuſtodi inhærendum, veruntamen locorum, finium, populorum, inprimis verò actionum magis quàm temporis adhuc habenda eſt ratio. Etenim tempus vltrò ſeſe offert, & conſuetudine quadam rebus narrandis adhiberi ſolet, ita vt hiſtoria ſuoptè quodammodo aut natura ferè ipſa duce in vnitate inſiſtat temporis, præſertim verò quia nemo non videt vitioſum eſſe & monſtroſum vt hiſtoria diſtectorum temporum & longè inter ſe diſſitorum res geſtas coniungat ac texat. At certi locorum regionúmque fines definitáque populorum facta ſpectanda eſſent vel maximè, ne in infinitum manaret hiſtoria. quis enim Hiſtoricum illum non rideat qui eodem opere præſentes Germanicos tumultus ac Iaponiorum facta concludat quòd eodem tempore geſta ſint? aut quis ferat vt qui Henrici IV. Galliarum Regis vitam ſibi ſcribendam proponat, ſimúlque Turcarum defectiones aut Perſicum bellum perſequatur quòd in idem tempus inciderint? Quin etiam ſi propoſitum Ariſtotelis præceptum ſequatur Hiſtoricus, infinitam ferè amplitudinem eius habebit hiſtoria. fac enim aliquis certum ſibi præfinierit tempus cuius res geſtas perſequatur, nec potiùs certis regionibus, perſonis, actionibus concludat hiſtoriam, atque hinc vnigenam eam efficiat, iā huic res geſtæ omnes quæ toto terrarum orbe & ab omnibus gentibus toto illo tempore profectæ ſint, erunt narrandæ: cui rei nullius hiſtorici induſtria ſit par. Iuſtiùs igitur a loco, perſonis, actionibus, certiſque regionibus quàm a tempore hiſtoriæ vnitas deriuetur. Adde quod fieri adhuc poteſt vt qui vnum ſibi tempus præfinierit cuius res geſtas complectatur, ineptè adhuc deliberet. fac enim aliquis ſui temporis res geſtas ſibi proponat ſcribendas, at quid ſi interim non commodè ordiaris hiſtoriam, quòd in medicem rerum geſtarum veluti æſtum ætas inciderit tua? Vt enim Epicam fabulam non vndelibet auſpicari licet nec vbilibet terminare, ſed debito initio & fine inſtruenda eſt, ac muniendа, ſic Hiſtoria. Ac profectò vt animal certo conuenientique initio & fine, capite ſcilicet ac pedibus, conſtat, ita hiſtoria initium rerum geſtarum tanquam naturale caput exprimat, finem inſtar pedum referat, neceſſe eſt. Et quanquam ea quæ in hiſtoriam, etſi alioquin vnam, cadere ſolent, ſæpè inter ſe nec perſonis, nec regionibus, nec fine cohærent, quin toto diſſident cœlo, cum tamen in Epica fabula, cuius vnitas ex actione pendet, partes cohæreant omnes, enitendum tamen eſt vt initium veluti naturale, naturalémque finem (quicquid de interiectis partibus ac veluti membris ſit) quoad eius fieri poſſit obtineat. Itaque a primis belli verbi gratia aut ſeditionis motibus eorúmque cauſis (niſi tamen alterius Hiſtorici ſit continuanda hiſtoria) ac ſummatim ab actionis rerúmque primordijs ducat initium: quibus finem item commodum (commodum appello in quo ſeditiones aut prælia vno verbo motus illi ac rerum ſeries terminari aut veluti ſtationem quandam nanciſci videantur) imponas ac ſtatuas. Hinc mirum eſt quantopere Dionyſius Halicarnaſſeus hac in re Thucydidis iudicium requirat: Herodoti contra laudet induſtriam, quòd ille minùs aptè, hic appoſitiſſimè, hiſtoriam & inchoarit & clauſerit. Ego verò non negarim hiſtoricos pleroſque hiſtoriæ vnitatem ex perſonæ, vrbis, gentiſve vnitate hiſtoriam quoque vnam efficere potuiſ-

Dubitatur.
V.

V.

499

VII.

VIII.

IX.

Iam Reſpondetur.
Ad V.

ſe: ſed

ſe: ſed tamen adhuc tempore innituntur quoque. itaque Liuius ſeptingentorum anno-
rum facta ſibi propoſuit deſcribenda: Plutarchus Theſei vel Romuli, vel aliorum in ſin-
gulorum ætatem ſpectans. ſic fermè cæteri qui accurati videri velint. nam tempus eſt cu
ſtos hiſtoriæ: & ideo temporis filum conſectari debet hiſtoricus: præſertim verò quia v-
nitas temporis ſemper occurrat, quam ſequaris, & vnde hiſtoriam vnigenam facias: vnitas
rei vt perſonæ, vrbis, regionis, non ſemper, quemadmodum in Herodoti Hiſtoria. Itaque
qui vnitatem a regione fortè petat, temporis vnitate neglecta, vel merus Geographus ſit
aut Coſmographus (quo tempore propriè non ſit hiſtoricus cuius eſt res geſtas ac mor-
talium facta narrare) vel ſi cum Terrarum deſcriptione facta miſceat, vt Strabo, Diony-
ſius, & Pauſanias; iam huic quoque temporis habenda erit ratio, niſi imprudens & igna-
rus videri velit; humana enim facta temporis requirunt lumen. Et hinc conſtat perpe- *Ad VI.*
ram Iuſtini afferri exemplum, cum is ob neglectum tempus reprehendi ſoleat. Sallu-
ſtius verò quippe qui vnigenam ferè actionem deſcribit, fortaſſe tempus vniuerſim ſat *Ad VII.*
habuit notaſſe. Idémque Appianus dum locis diſtinguit hiſtorias: tametſi an muneri
planè ſatisfecerit, alij viderint. Quòd ſi ferè vltrò ſeſe obijcit tempus, adhuc arripien-
dum eſt, & vnicum, quod eſt vnum idémque ac certis finibus terminatum rebus
narrandis adhibendum: præſertim verò vt ſeries partium rerum ſeriei conſenſiat.
tametſi nos non negamus locorum, perſonarum, actionum habendam eſſe rationem,
ne vel amplitudine vel ſucceſſione rerum & locorum hiſtoria manet latiùs quàm mo-
deratio ferat. Sed tamen Ariſtoteles interim, quoniam Epicæ actionis vnitatem de- *Ad VIII.*
clarabat, (nam hac de cauſa vnitatis hiſtoriæ mentionem fecit) ſat habuit monere vt Epo-
pœia ſit vna ob vnitatem actionis, non autem hiſtorici more actiones multas complecta-
tur, qui propterea vnitatem non tam ab actione quàm a tempore deſumere ſolet. Quo
in loco haud tulit occaſio vt Ariſtoteles de temporis vnitate turſus certis perſonis, lo- *Ad IX.*
cis, actionibus limitandis admoneret. nam non hiſtoriæ ſcribebat leges ſed Epopœiæ. Et *Iā quæ De*
hinc factum eſt vt non docuerit vnum hoc tempus cum delectu adhuc conſtituendum; *Hiſtoria*
vt commodum hiſtoriæ initium præberet ac finem. Tu tamen ſi totum hoc argumen- *vel dubitā-*
tum quod attinet ad hiſtoriam cognoſcere atque adeò hiſtoricæ præceptionis campum *da vel de-*
peragrare cupias, habes noſtrum de Hiſtoria monumentum: in quo ſigillatim ea perſe- *claranda*
quimur (reperias hæc in ſecundo libro) quæ ad tempus, locum, perſonas, actiones, atque *videretur*
adeò omnes hiſtoriæ leges pertinent. Vnum tamen interim hîc admonebo, poſſe ex hoc *adhuc, ad*
loco Ariſtotelis ſententiam erui de hiſtoriæ natura quæ nullo modo eſt prætermittenda. *Cōmenta-*
Ac primùm hiſtoria erit narratio; cum enim Epopœiam narratione concluſiſſet, mo- *rium De*
nuiſſétque hanc narrationem ſeu expoſitionem hiſtoricæ diſſimilem eſſe conflandam, *Hiſtoria*
hinc intelligitur hiſtoriam quoque ſub narratione tanquam ſub genere contineri. rurſus *reijciuntur*
dum exemplis docet quæ narret hiſtoria, ſatis indicat humana facta & res geſtas narrare: *Ariſtotelis*
ita vt hiſtoria ſit narratio ſeu expoſitio rerum geſtarum. quæ definitio ex Herodoti, Thu- *de Hiſtoria*
cydidis veterúmque hiſtorijs & ſcriptis agnoſcitur: ita vt Lucianus in libro de Hiſtoria ex *colligitur*
priſcis tanquam certum arripuerit hiſtoriam eſſe narrationem rerum geſtarū. Quāquam *ſententia.*
addit Lucianus, quatenus geſtæ ſunt. ſed ne id quidem non elicitur ex Ariſt. cum enim in
particula LII. & LV. docuiſſet poëtæ quoque licere facta ac res veras narrare quemadmo
dum hiſtoricus ſolet, addebat eo tamen differre quòd Poëta non tam pro vt geſtæ & veræ
ſunt, quàm pro vt ſunt veriſimiles, eas narrat ac perſequitur: Hiſtoricus contra pro vt ve-
ræ ac geſtæ ſunt. ita ut ea definitio, hiſtoria eſt narratio rerū geſtarum pro ut geſtæ ſunt (id
quod adderetur vt hiſtoria clariùs a poëſi diſtingueretur) Ariſtotelea cenſeri poſſit. Ta-
metſi vel quia cæteri non tam ſubtiliter rē peragunt (& ideo Lucianum hac in re ſectatur
nullus) vel quia dum hiſtoria dicitur narratio rerum geſtarum, nemo niſi excors fortaſſe,
nō ſentiat rerum geſtarū nomine non fictas ſed veras eſſe intelligendas, vel quia Epica nar
ratio imitatione inuoluitur, præſertim ex Ariſtotele, nihil eſt quòd a trita nos definitio-
501 ne Lucianus quicquam abducat. Nec cum Ariſtotele non conſentit tempus maximè
cuſtodiendum in hiſtoria & hiſtoriæ cuſtodem habendum, cum tempus hiſtorico ſpe-
*Prob. 9.* ctandum atque vnigenæ hiſtoriæ conflandæ adhibendum ſignificauerit. Sed & tempus
*ſect. 10.* perſonis & actionibus ac proinde locis limitandum quoquomodo indicauit in Proble-
matis cum moneret vnigenam hiſtoriam iucundiorem accidere quàm multigenā quòd
commodiùs intelligeretur: multigena cōtra intelligentiā memoriámque fatigaret. Quòd
ſi te illud fortè perturbet hærentémque habeat quòd Ariſtoteles hiſtoriam de animali-

bus ſcripſit, nec tamen in rebus geſtis ſed ne in rebus ſingulis quidem perſtitit; iam hiſtoriæ nomen non propriè omnino hîc vſurpari, ſed paulò manare latiùs, nihil eſt quod dubitemus. itaque in particula LI. ſatis ſupérque confirmauit hiſtoriam eſſe rerum ſingularum, nam hiſtoria (inquit) ſingularia dicit, vt quid Alcibiades fecerit aut paſſus ſit. ita vt rerum geſtarum nomine res ſingulas a mortalibus geſtas ſine dubitatione intelligat. Atque hinc intelligere quoque licet illuſtrium virorum vitas ex Ariſtotele eſſe germanā hiſtoriam, cum ſi quis ſcripſerit quid fecerit Alcibiades id hiſtoriam cenſeri & appellari iubeat. Id quod ex hoc quoque loco animaduertere licet, in quo hiſtoriæ nomine ſine diſcrimine vllo ea comprehendit quæ περὶ ἕνα ἢ πλείους, circa vnum (virum ſcilicet vnde fit vt vita Ariſtoteli germana ſit hiſtoria) vel multos contigere. Hæc colligere libuit ex Ariſtotele vt aliquid ex eius præceptis atque ſententijs liceret de hiſtoria commemorare & cōſtituere. Quæ omnia eò libentiùs obſeruauimus quòd noſtro De hiſtoria monumento ſeruiant. nam cum reuera hiſtoriæ ſcribendæ ratio difficilior ſit quàm vt non multis & magnis præceptis egeat; præſtat ſummorum authorum iudicium obiter etiam conſulere & obſeruare.

## PARTICVLA CXXV.

Σχεδὸν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ποιητῶν τοῦτο δρῶσι. διὸ, ὥσπερ εἴπομεν ἤδη, καὶ ταύτῃ θεσπίσιος ἂν φανείη Ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους. τῷ μηδὲ τὸν πόλεμον καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν, καὶ τέλος, ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον. λίαν γὰρ ἂν μέγας, καὶ οὐκ εὐσύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἢ τῷ μεγέθη μετριάζοντα καταπεπλεγμένον τῇ ποικιλίᾳ. νῦν δ' ἓν μέρος ἀπολαβὼν ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῶν πολλοῖς, οἷον, νεῶν καταλόγῳ, καὶ ἄλλοις ἐπεισοδίοις διαλαμβάνει τὴν ποίησιν.

*Paccius.*

ID quod ferè poëtarum non pauci efficere ſolent. Quamobrem, quemadmodum ſuperiùs diximus, ob id etiam præ cæteris diuinus Homerus videri debet, quòd bellum quidem alioqui principio, medio finéque conſtans, totum ſcribere minimè eſt aggreſſus: ſiquidem vel nimis magnum euaſurum atque adeò perceptu difficile exiſtimauit; vel ſi ad iuſtam magnitudinem perſtrinxiſſet, inculcatum nimia varietate futurum. Nunc verò eius rectè vna duntaxat parte ſuſcepta, pluribus in ea Epiſodijs vſus eſt, ſicuti nauium catalogo, aliiſque Epiſodijs, quibus Poëſim ipſam locupletiſſimam reddit.

*Riccobonus.*

*AC fermè id faciunt Poëtarum multi. Quamobrem, ut iam dicebamus, & in hac parte diuinus apparere Homerus præter cæteros poteſt, & quia neque bellum, quamuis habens principium & finem, aggreſſus eſt verſibus totum deſcribere; ualde enim magnum, & quod non facilè conſpici poterat, euaſurum erat, uel magnitudine ſe modicè habens intertextum uarietate. nunc autem cum abſtuliſſet unam partem Epiſodijs uſus eſt ipſorum multis, ut nauium catalogo, & alijs Epiſodijs quibus diſtinguit Poëſim.*

*Homerum celebrat quòd aptū vnitati argumentum ſeelegerit in Iliade.*

CVm nobili exēplò docuerit ab hiſtoricis plures actiones percenſeri, idē fermè Poëtas multos feciſſe ait. Atque hinc occaſione arrepta tū ad Homeri laudationem tū ad aliorum Epicorum criminationem (id quod facit in ſe- 502
quenti particula) tanquā digreditur. In hac igitur Homerum laudans, Quemadmodū in alijs inquit, vt iam antea monui, ita hac in re admirabilis & diuinus videri poteſt Homerus præter cæteros: ſiquidē nec Troianum bellū, quāmuis haberet principiū & finem, aggreſſus eſt canere totum (cum enim eſſet valde magnum

gnũ, non facilè potuiſſet vndique perſpici & agnoſci vniuerſum vel certè, vbi ad modera-
tã magnitudinem quoquo modo redactum eſſet nimia illa rerũ varietas nimis conferta
& inculcata euaſiſſet) ſed vnam partem inde arripuit atque deſumpſit, quam Epiſodiis
multis, iiſque ex belli ipſius partibus deſumptis, diſtinxit & variauit: nam & nauium ca-
talogo & epiſodiis alijs locupletauit poëma. Hac inquam de cauſa laudat Homerum ita
vt diuini quoque nomen illi tribuere audeat. Id quod alibi etiam ſe perſecutum dicit; in-
telligens, opinor, particulam L I. vbi cum reprehenderet Theſeidem & Heraclei-
dem in quibus multæ vnius canerentur actiones, hinc occaſione ſumpta, Homerum
laudauit quòd quemadmodum in alijs excelleret, ita illud præclarè vidiſſet (ſiue pro-
pter artem hoc ei contigiſſet ſiue propter naturam ) in vna actione perſiſtendum eſſe,
quam rem tum Odyſſeæ tum Iliadis confirmauit exemplo. Sed ad præſentem locum re-
deamus: qui ſanè dubitationes habet multas eáſque grauiſſimas. Ac primùm demon- *Dubitãtur*
ſtrandum erat non ſumendum tanquam certum, vitium eſſe multas, præſertim vnius, a- *multa.* I.
ctiones vno eodémque poëmate canere: ſi enim hiſtorici paſſim vnius actiones multas
aut omnes cum laude narrant & complectuntur, vt Plutarchus Theſei, Romuli, Numæ;
Curtius, Alexandri; Tranquillus, Cæſaris, Auguſti & aliorum; cur id vitio vertendum ſit
Poëtæ? Imò verò cum iſtorum hiſtoria futura fuiſſet manca & vitioſa, niſi iſtorum actio-
nes narraſſet, omnes, cur, obſecro, non idem dicendum de poëmate? nam dicere poëma-
tis naturam eam eſſe quæ vnicam requirat actionem, id verò præterquam quod propter
allatam cauſam falſum videri poteſt, adhuc indiget probatione; ita vt non tam ferendum
quàm perſpicuis argumentis confirmandum eſſet decretum iſtud. Deinde afferendi erãt
in medium ij poëtæ qui multas vnius actiones eodem ceciniſſent poëmate: præſertim vt II.
quod hac in re inter iſtos & Homerum intercedit obſeruatúrque diſcrimen, agnoſcere-
tur planiùs & confirmaretur exemplis. Quin debuiſſet etiam eos commemorare qui v-
nicam ceciniſſet actionem. nam illud *fermè multi*, indicat non defuiſſe ſaltem perpaucos III.
qui vnam actionem ceciniſſent. Itaque illos proferre debuiſſet vt vnigenæ quoque actio-
nis & fabulæ extaret exemplum ex priſcis illis, nec debita eos fraudaret laude. Ad hæc non
probat quod debuit: nimirum Homerum præ cæteris abſtinuiſſe a multigena actione: IV.
ſed tantùm declinaſſe immoderatæ magnitudinis actionem. aliud eſt enim nimis longam
actionem vitare: aliud non multas ſed vnam canere, quod erat probandum. Et eodem
ſpectat quod ait neque magnam illius belli partem ceciniſſe, quòd item nimis magnum V.
adhuc extitiſſet poëma. nam id etiam probat longitudinem vitaſſe actionis, non actio-
num multitudinem. Præterea quæ magna laus fuit declinaſſe immoderatæ magnitudi-
nis ſcopulum, & in alterum magis ſalebroſum ac periculoſum incidiſſe? nam dum totum VI.
bellum vitabat, quod tamen habebat ſuum initium & finem, videtur non potuiſſe partẽ
tantùm canere, quin expertem aut initij aut finis, aut etiam vtriuſque, actionem delige-
ret. vt enim pars aliqua hominis aut leonis, quæ ex toto animante dempta ſit, debito ini-
tio & fine aut vtroque iam careat neceſſe eſt; ita ſi ex belli Troiani actione quæ ſuum
haberet initium & finem, particula ſcindatur aliqua quæ decantetur, poëma initio aut
fine carebit ſuo, aut etiam vtroque. Multò autem portentoſius eſt ſuo carere initio & fi-
ne quàm nimis longum eſſe. Huc accedit, quòd nihil minùs ſpectaſſe videtur Home- VII.
rus in ſua Iliade quàm quod illi tribuit Ariſtoteles: nimirum vt immoderatam longitu-
503 dinem declinaret: nam longiſſima ſupra quàm ferri poſſit eſt Homeri Ilias. ita vt hac de
cauſa in prouerbium abierit Iliade longius: & huc etiam pertinet quòd Arabiæ Cantor
dictus eſt Homerus ac verboſus: quia ſcilicet prolixior ſit quàm par erat, atque adeò nũ-
quam finẽ dicendi faciat. Sed & vitioſum potiùs eſt quàm laudabile tot támque longis E-
piſodijs referſiſſe Poëma. nam de ira Achillis in Agamemnonem & Græcos concepta, vix VIII.
pauca quædam in primo & IX. ac neſcio quæ in XI. & XVI. ac, ſi placet, in XIX. vbi ira depo-
ſita, in gratiã redit cũ Agamemnone: reliqua nihil ad iram illam. itaque magnopere verẽ-
dũ eſſet ne Achillis ira non eſſet particula illa ex vniuerſo dempta Troiano bello, niſi Ho-
merus ipſe ad initium bicubitalibus verbis Achillis iram Muſæ canendam propoſuiſſet.
Quin etiã in eo quoq; Homeri iudicium requiritur quòd cum in promptu haberet am-
pliorem actionẽ, nimirum Ilij expugnationem, quæ non immoderatis indigeret Epiſodijs, IX.
Epiſodiis indigere voluerit quibus Poëma continuaret ac fere conflaret totum. Mitto X.
autem iram illam nõ fuiſſe accommodatum heroici poëmatis argumentum. in heroico

Nn 2 nam-

namque poëmate factum illuſtre ac multis & magnis virtutibus plenum & imitatione
XI. digniſſimum celebrari debet, non barbaricus furor & effrenata ira quæ vitioſa eſt & fugienda. Quanquam illud etiam Ariſtoteli (vt ad eum redeam totus) faciendum fuit vt
declararet quæ fuiſſet iſta particula Troiani belli. nam de germano & proprio Homericæ Iliadis argumento opiniones extitere variæ. licet enim in propoſitione reuera perſpicuè ſatis iram propoſuiſſet Achillis, ea tamen quæ continentur in tractatione repugnant.
Itaque alii, vt Stoici, Deorum hominúmque diſcordias & facta, alij Troianum bellum,
quod tamen ſine catuiſſet, (expugnatio enim prætermittitur tota) alii Obſidionem Ilii,
alii iſthæc ferè omnia, faciunt argumentum. Quid quod catalogus nauium non videtur
ad Epiſodia pertinere? ſiquidem non catalogus nauium fit quæ ſoluerant ex Græcia, qua-
XII. ſi aliquid repetatur quod Achillis iram fuerit antegreſſum, & huc tanquam Epiſodium
inuectum, ſed earum nauium quas in ipſo belli æſtu atque adeò nono obſidionis anno
vna cum exercitu Troiano ſtarent in littore, quarum nauium catalogus fit vnà cum exer
citus deſcriptione. Ita vt obſidio quoque, prælia bellúmque ipſum, ne dicam Ilias penè
vniuerſa in Epiſodij loco habenda ſit, ſi nauium exercitúſque deſcriptio pertineant ad E-
piſodium: & ideò Epiſodia quoque debuiſſet planiùs attingere Ariſtoteles, vt quod præ-
XIII. texebat planius vel certè minus obſcurum eſſet. Quapropter hæc omnia Ariſtotele &
Homero obijci poſſunt dum diuini nomen huic tribuitur interim ab Ariſtotele: nimirum Iliadis argumentum eſſe longè obſcurum, incertum, diſſentiens a tractatione, quin
ex multis actionibus (id quod Ariſtoteles ipſe non potuit non fateri ad extremùm) conflatum eſſe: nam & Achillis iram in Agamemnonem cõtinet: & Ilii obſidionem, & Græci exercitus cõgreſſum cum Troiano: ita vt hinc Agamemnon, Diomedes, Vlyſſes, illinc
Hector & Aeneas ſtrenuè gerant multa, quæ ad Achillem nihil attinent, & verò Heroica tuba digna ſunt. Ita ſanè, quæ illi ex vnius actionis electione tribuebatur diuinitas (etſi
multò plura medius fidius requiruntur ad diuinitatem conciliandam; ita vt ipſe toto cœlo differam in hoc ab Ariſtotele) merum ſomnium videri poſſit. Imò verò, dum in eodem poëmate reuera multas actiones canit Homerus, neceſſe profectò eſt vt tandem in
eius caput ea recidat culpa quam in priſcos contulit Ariſtoteles. Idémque de Odyſſea
doceri poſſet. de qua tamen in particula ſequenti. Hæc in propoſita particula. Quibus
Reſpondetur. tamen nitendum eſt reſpondere, vt ſi non vndique diluantur dubitationes & crimina,
minuantur ſaltem ac leniantur. Ac primò vnigenam actionem multigenæ anteponendam eſſe, docuimus nos cum alibi tum in proxima ſuperiore particula. quòd ſi ibidem
Ad I. multigenam non omnino reprehendimus, vnigenæ ſaltem eam poſthabendam docuimus. quare vtcunque reprehendere potuit Ariſtoteles priſcos illos, ſaltem quia abe- 504
rant a perfecto. Eos verò qui multas aut omnes vnius actiones cecinerant, vel ſaltem
Poëmata in quibus id obſeruare liceret, indicauit in particula L I. vbi Theſeidem &
Heracleidem huius generis eſſe monuit. quibus in C X X V I. ſubijcit Cypria & par-
Ad II. uam Iliadem. his verò & Perſeidem Muſæi, & Bacchicham Orphei, & (ne longum faciam) ſexcenta eorum, qui tum ante Ariſtotelem ſcripſerunt, tum poſtea (idque ſiue
Græcos velis ſiue Latinos.) Heroica poëmata addas licet quæ ſunt in promptu. neque enim Ariſtoteleum præceptum iſtud de actionis vnitate niſi pauciſſimi coluere. Quod
Ad III. ſi aliquem commemoraſſet, præſertim primum, qui inter Epicos vnigenæ actionis condidiſſet poëma, nobis certè meliùs conſuluiſſet. Sed quoniam illum reticere (credo vel
quòd per idẽ tempus aliqui etſi non multi, in promptu eſſent, qui vnicam cecinisſet actionem, vel quod in Homero hanc enitere magis cuperet,) ſeu præterire placuit, conquirẽdus nobis eſt. crediderim igitur & Muſæi Leandrum (etſi hoc Poëma ægrè inter heroica
cõmemoretur) & Argonauticam Orphei, & ſi quid huiuſmodi, intellexiſſe. Difficilius eſt
quod quarto obiiciebatur loco, nimirũ non quod debuit probaſſe: Homerum .ſ. vnicam
Ad IV. celebraſſe ſeu decantaſſe actionem, ſed tantùm longiorem declinaſſe. Sed fortaſſe dicendum eſt vnũ ſumere interim, aliud refellere, quod quis obijcere potuiſſet: ſumere Achillis iram ſeu particulam quam ex toto bello Troiano deſumpſit, eſſe vnicam actionem, (id
quod pertinebat ad Homeri laudẽ dum vnigenam actionem ſelegiſſe diceretur) refellere
eos qui interim culpare potuiſſent Homerum, quòd Troianum bellum non decantaſſet
totum, quandoquidẽ adhuc vnigena inde extitiſſet actio. his inquã occurrit vt intelligamus iram potiùs Achillis aut particulam illam delegiſſe ad vnam conflandã actionem &
fabu-

Digitized by Google

fabulam, quàm Troianum bellum totum, quòd hoc, etſi vnum, in longitudinis vitium compuliſſet Homerum. itaque videtur tacitè id quoque probaſſe vel commonſtraſſe quod debuit. Et eodem pertinet monuiſſe neque magnam aliquam Troiani belli partem fuiſſe decantandam vt adhuc prolixitas vitaretur: id enim ſcribit vt intelligatur actionis vnitatem ex Achillis ira tutiùs ductam eſſe quàm ex maiore aliqua Troiani belli parte vt longitudo declinaretur adhuc. Quanquam Victorii & aliorum quorundam pace magnopere verendum eſt ne illa verba ἢ τῷ μεγέθει μετριάζοντα καταπεπλεγμένον τῇ ποικιλίᾳ, *vel magnitudine moderatum nimia varietate conſertum eſſet*, cum Paccio & Robortello ſignificent neque etiam totum illud bellum potuiſſe moderata quadam magnitudine concludi, quin facta nimis inculcarentur, ac preſsè ſtrictímque attingerentur. Et quidem cum dixiſſet Ariſtoteles bellum illud, quippe nimis longum, non potuiſſe iuſto poëmate ac ſine immoderatæ longitudinis vitio decantari; potuiſſet quis obijcere id falsò dici, cum licuiſſet Homero totum illud bellum perſtringere ac moderata quadam ſeu potiùs breui narratione complecti hiſtorici more ac modo. reſpondet igitur Ariſtoteles ne id quidem potuiſſe ſine vitio fieri, cum Poëtæ ſit res ornare ac dilatare, non preſsè ac ſtrictim attingere, aut ingentem rerum varietatem in vnum congerere & inculcare: & ideo partem illam fuiſſe ex bello toto veluti decerpendam. Ita ſanè argumentum rueret totum. Et huic quidem explanationi mirificè fauet id quod ſubdit ſtatim, Epiſodijs nimirum diſtinxiſſe Poëſim: quod eſt non inculcaſſe, aut etiam in vnum congeſſiſſe partes & rerum multitudinem: quod tamen faciendum fuiſſet ſi bellum totum accepiſſet potiùs quàm partem aliquam. Neque verò interea principio, aut fine, aut vtroque caret actio quòd particulam quandam ex medio Troiano bello tanquam euulſerit quæ capite aut fine caret ſuo. nam vt in Vrbe forum pars quædam eſt, templum item, etſi minor pars, domus quoque multò minor: ſed tamen ſi non tam cum vrbe conferatur, cuius eſt particula, quàm per ſe ſpectetur, verum initium habet medium & finem, nimirum fundamentum, parietes, tectum: ita Achillis ira ſi non tam cum Troiano bello toto cuius fuit particula, quàm per ſe ſpectetur, habuit ſuum initium nimirum Agamemnonis iniuriam ob ademptam Priſeidem, medium, iræ ſcilicet progreſſum cum in ea perſeuerauerit diu, pacis legatis repulſis: finem, reconciliationem ſcilicet cum Agamemnone: ex AdV.

AdVI.

505 quo fit vt vnica ſit quoque actio. Poëtæ verò licet particulam aliquam pro actione quemadmodum Architecto domum pro ædificatione ſeligere licuit vnitate quoque retenta. quin membrum etiam ex toto euulſum animante, ſi per ſe ſpectetur, dici poteſt totum & vnum, dum tamen ſuis partibus conſtet omnibus. Nam ſi rurſus obijcias poſt Achillis reconciliationem cum Agamemnone nouam Achillis iram nouúmque dolorem propter Patroclum ſtrui, ac longè produci & decantari, ita vt duæ iræ ac dolores duo inter ſe diſtincti ſeſe offerant in Iliade, quorum prior prioribus libris, poſterior poſteribus, decantetur, iam hoc ad poſtremam dubitationem rejciatur vbi adhuc Homerus oppugnatur. Nunc ſat ſit docuiſſe Achillis iram nec initio caruiſſe nec fine: ac propterea Homerum dum immoderatam declinaret longitudinem, non hac vna de cauſa in maiorem incidiſſe ſcopulum aut magis portentoſum edidiſſe monſtrum. Iam verò Homerum vnam Achillis iram eo conſilio ſelegiſſe quòd immoderatam magnitudinem vereretur ſi bellum illud decantandum ſuſcepiſſet totum, equidem Ariſtoteli ne iuranti quidem crediderim: nam vbi Homerus longitudinis vitium ſatis æſtimaſſet, ac, prout debuit, timuiſſet, non in talem ac tantam longitudinem incidiſſet, qualem & quantam in Odyſſea multò verò magis in Iliade retulit: nec tam facilè crimen ſubijſſet verboſi & immoderati. Nam ſi dicas Homerum illud ſaltem vidiſſe, futurum fuiſſe vt Troianum bellum totum ne viginti quidem Iliadibus poſſet pro dignitate decantari, cũ vna Achillis ira, hoc eſt perexigua eius belli particula, tam ingens requireret Poëma, ac proptera, ſi non omnem, ſaltem ingentem illam quaſi ſexcentorum iugerum longitudinem declinaſſe, & in hoc Homeri iudicium ab Ariſtotele commendari; equidem ægrè aſſenſerim. nihil enim prohibebat quominus interim Homerus ipſummet Troianum bellum minore poëmate concludere poſſet quàm concluſerit Achillis iram, ac totum bellum Troianum iuſto poëmate caneret non immoderato, quódque veluti ſexcentorum iugerum longitudinem occupaturum eſſet. an non Virgilius XII. libris, hoc eſt moderata longitudine, Odyſſeam & Iliadem, octo inquam & quadraginta librorum, proindéque longè immoderatum opus, eſt imitatus, & magna cum laude expreſſit? AdVII.

ſic ſanè. quantò magis igitur potuiſſet Homerus Iliade vnum bellum decantare ac moderatæ longitudinis Poëma efficere? Nam ſi quis obijciat Virgilij Aeneidem, dum iuſtæ ferè magnitudinis poëmate tot tántaque perſequitur, maiore quàm par erat rerum mole refertam eſſe; ego ſanè conceſſerim facilè nihil redundare, at preſſa nimis & inculcata eſſe facta, cum alioquin omnino ſint perſpicua, ornata, iucunda (ſecus enim acciderit ſi preſſæ nimis & inculcatæ res eſſent) vix ac ne vix quidem conceſſerim. Sed ſint paulò interdum preſſa, ac minùs quàm par eſt dilatata, at aliud eſt ſex moderatis libris bellum, illudque integrum, complecti, & decantare quod fecit Virgilius, aliud quatuor & viginti libris, quod Homero contigiſſet ſi in Iliade Troianum bellum ceciniſſet, actionem explicare: quî enim res inculcare coactus eſſet vbi tot libris bellum perſequi inſtituiſſet? Quid? nónne ab alijs ac ſigillatim in minore Iliade (quisquis eius fuerit author) Troianum bellum totum fuit decantatum? Ergo prouidendum ſolum fuerat Homero vt quam propoſuerat iram, minore Epiſodiorum copia concineret: ita longitudinis vitium ac crimen declinaſſet, & minùs aliena fuiſſet a propoſitione tractatio. tametſi plura adhuc de 506
Achillis ira fuiſſent excogitanda vt non otio & luctu conſumeretur, ſed clarioribus factis illuſtraretur. denique non torpor ac deſidia quibus intra naues detinebatur, ſed egregia facta heroica ira fuerunt digna: ita vt commodiùs deligendum eſſet argumentum, & heroicæ dignitati accommodatius: id quod feciſſet ſi Troianum bellum ceciniſſet, atque, immoderata illa epiſodiorum copia reiecta, ſe Atticum potiùs quàm Aſiaticum oſtendiſſet. Ipſe igitur vnde huic dubitationi ſatisfaciam non habeo: quin ſatis intelligo Ariſtotelem vel quia Platoni de more ſibi repugnandum putaſſet, a quo multis exagitatus fuerat Homerus, vel quia tempori ſeruiendum putaret, & Græcis qui Homerum, hoc eſt ſuarum laudum præconem, adamarent conniuere; non verò Calliſthenis inſtar aut Socratis periculoſam ſubire auderet aleam; vel quia reuera Homerus antiquiores Poëtas viſus erat elegantia & venuſtate (de hac nos in ſequenti particula) ſuperare, & Epicæ imitationis illuſtriorem imaginem referre, fidentiùs quàm par erat, ne dicam audaciùs Homero diuini nomen tribuiſſe: quin ſi voluiſſet ſuum illud præceptum colere, quo veritatem Socrati & Platoni vno verbo amicitiæ anteponendam monuerat, atque adeò Homeri monumenta diſcutere & notare, nemo id perfectiùs efficere potuiſſet. quam enim ſibi pepereat famam Homerus, vulgaris erat, nec Ariſtoteli æſtimanda: præſertim quòd Græcos, maximè verò ignaros inde inprimis delectaret, quòd facile eſſet Athenis Athenienſes laudare. Ex his conſtat quid de Epiſodijs Iliadis. verè enim hoc inprimis nomine

*Ad VIII.* Epiſodium dici Ilias debet cum ira Acchillis ſit argumentum, de qua & pauciſſima & futilia ac leuiſſima. Itaque ipſe non ſatis mirari valeo quid Homero in mentem venerit vt Achillis iram Muſæ canendam atque adeò in argumenti loco Poëmati proponeret; cum deinde in progreſſu nihil minùs quàm de ea cogitauerit: vel certè illud vnum ſpe-

*Ad IX. & X.* ctarit vt eum intra naues otio, luctu, mœrore conficeret. Atque idem dixerim dum obijciebatur temerè Ilij expugnationem deſeruiſſe, quæ epiſodijs præſertim emendicatis, non eguiſſet; ac neſcio quam barbaricam iram, hoc eſt heroico indignam poëmate, delegiſſet, quàm Ilij expugnatione, hoc eſt germaniſſimo heroico argumento, ſpreta, Muſæ canendam proponeret. Nec fortaſſe non callidè prætermiſit Ariſtoteles expli-

*Ad XI.* care quæ ſummatim & cuius argumenti fuerit particula illa quam ex toto Troiano bello deſumpſiſſet Homerus: quandoquidem tractatio (vt docuit) cum propoſi-

*Ad XII.* tione conſentit in paucis. Vt minimè mirum ſit de catalogo quoque nauim dubitari, num in Epiſodij loco habendus ſit.

Ad extremum qui ea diluī cupiat quæ poſtremo

*Ad XIII.* loco obiecimus, meliorem quàm mea adeat conſultorem. interim enim fateor me Dauum eſſe non Aedipum.

PAR-

507 # PARTICVLA CXXVI.

ΟΙ δ' ἄλλοι περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα χρόνον καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ, οἷον, ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. τοιγὰρ οὖν ἐκ μὲν Ἰλιάδος, καὶ Ὀδυσσείας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατέρας ἢ δύο μόναι. ἐκ δὲ Κυπρίων πολλαὶ καὶ ἐκ τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος πλέον ὀκτὼ οἷον Ὅπλων κρίσις, φιλοκτήτης, Νεοπτόλεμος, Εὐρύπυλος, Πτωχεία, Λάκαιναι. Ἰλίου πέρσις, καὶ Ἀπόπλους, καὶ Σίνων, καὶ Τρῳάδες.

ALij verò circa virum vnum, tempuſque duntaxat vnum verſantur: ſed actionem ipſam multimembrem conſtituunt: quemadmodum qui Cypria, & Iliadem paruam conſcripſit. Verùm enimuerò Ilias ſimul atque Odyſſea vna tantùm Tragœdia, duabus ad ſummum claudi poſſunt: contra Cyprica non niſi pluribus, cum parua Ilias ex octo ampliùs conſtat, vt ſunt armorum iudicium, Philoctetus, Neoptolemus, Eurypilus, Emendicatio, Lacæna, Ilij excidium, Reditus, Sinon, Troiades. *Paccius.*

*ALij verò circa vnum canunt, & circa vnum tempus, & vnam actionem multarum partium, vt qui Cypria fecit & paruam Iliadem. Igitur ex Iliade & Odyſſea vna Tragœdia fit ex vtraque, vel dua ſola. at ex Cyprijs multæ, & ex parua Iliade plus quam octo, vt Armorum iudicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypilus, Mendicatio, Lacæna, Ilij direptio, & Reditus claſſis, & Sinon & Troiades.* Riccobonus.

COM. CXXVI

ANtequam noſter authot in ſuperiore particula celebraret Homerum, perſtrinxerat reliquos Epicos fermè omnes, ſed paucis; idque cum diceret; *fermè autem multi Poetarum hoc faciunt*: quod eſt hiſtorici more ac modo narrant, omnia quæ ſors intra præfiniti alicuius temporis fines obtulerit facta decantantes: quamuis hæc inter ſe nec ſine cohæreant, nec mutuò ſint nexa, ita vt vnum ex altero pendeat. Nunc igitur vel id quod paucis verbis ibi notauerat, ex politione illuſtrat exaggerátue altiùs, vel certè Epicos illos cum aliis quæ diximus tum in alijs ſugillat ac notat, tria ſummatim illis obijciens crimina. Primò igitur eos reprehendit quod *περὶ ἕνα ποιοῦσι circa vnum faciunt*: quod eſt vnum aliquem canunt. At enim quæ obſecro reſidet culpa in hoc facto? an non Homerus in Odyſſea vnum Vlyſſē, in Iliade vnum inprimis Achillem, Virgilius etiam in Aeneide vnum Aeneam, celebrauit? Rectè. Sed tamen (ne nos Ariſtotelis fallat breuiloquentia) eos reprehendit quòd ſic vnum celebrent Heroëm vt omnia illius facta vel pleraque vno eodémque poëmate decantarent: quaſi verò liceret ſine crimine facta multa Epico poëmate complecti dum tamen ea ad vnum pertinerent: quod tamen iandiu exploſum fuit ad Ariſtotele qui vnicam Actionem Epopœiæ iuſſit commendari. Sed & illos ſecundo loco reprehendit quòd item circa vnum tempus verſarentur, quod ſanè ea etiam de cauſa reprehenditur, quia dummodo in vno eodémque tempore perſiſterent, putabant ſibi licere actiones multas vno eodémque poëmate canere: quod item Ariſtoteles improbauerat. Denique eos reprehendit quòd vnam actionem πολυμερῆ hoc eſt multimembrem (atque huiuſmodi Cypria & paruam Iliadem fuiſſe dicit) ſeu multarum partium canerent. Quo in loco miras
508 nobis creat anguſtias: quandoquidem non modò Aeneis verùm etiam Ilias & Odyſſea multarum partium videtur actio, ita vt iſtos hac in re arguere haud poſſit quin Homero etiam magnam conflet inuidiam. Age dum igitur rem, quoniam diligenti eget meditatione, ad Controuerſiam reuocemus: atque illud diſputemus. NVM fabulam multarum partium reuera interim damnet Ariſtoteles: & ſi damnet, num id iurè faciat. Multa verò ſunt quibus ſuadeamur nullo modo multarum partium fabulam reprehendi ab Ariſtotele. Ac primùm quia non modò Homerum argueret verùm etiam ſecum ipſe pugnaret.

*Laudato Homero, ea profert quibus cæteros Epicos reprehendit.*

CONTROVERSIA LXXXII. *Num fabulā multarum par*

dum

*tium reuera interim damnet Ariſtoteles. Et ſi damnet, num id iure faciat. Probatur prius non damnari.*

dũ enim paſſim actionis partes neceſſaria aut veriſimili ratione inter ſe necti iubet, ac rurſus ex permutatione paſſim cognoſci num benè ſit coagmentata, ſinè vlla dubitatione cõcedit ac ſumit actionem multis conſtare partibus. Huc accedit quòd reprehendit quidem ſæpè fabulam multarum actionum, at multarum partium nunquam; quod tamen omnino facere debuiſſet ſi huic ſubſit vitium. Ad hæc qui fieri poteſt vt Epica fabula ſeu actio nõ habeat multas partes? aut quis Heroicum poëma non multis ac varijs partibus inſtructum & conflatum vidit vnquam? profectò ſiue fabulam vniuerſim, ſiue tum Epiſodia, tum fabulam ſeorſim ſpectes, multis has partibus inſtructas videas. Sed & illud magnopere obſtat, quòd interim damnaſſet, tacitè ſaltem, Iliadem & Odyſſeam: cum has per-
I. multis conſtare partibus vix quidem inficiari liceat. Ex quo fieret vt Aeneis quoque eſſet
II. reprehendenda. Itaque Victorius vſque adeò commotus eſt cum videret multarum par-
III. tium actionem in promptu, vt omnino exiſtimauerit hoc in loco πολυμερῆ valere πολύμυθον
IV. quaſi verò non multas vnius actionis partes ſed multas actiones & fabulas reprehendat.
V. quam rem inde probat quod antea πολύμυθον quidem non verò πολυμερῆ, vt dicere cœperã, reprehenderit. Sed Victorium ipſum audiamus qui rem ſic explicat. *Eoſdem labi dicit qui vnam actionem præditam multis partibus argumentum faciunt ſui poëmatis. πρᾶξιν πολυμερῆ ipſe appellauit. videtur autem πολυμερῆ dicens, intelligere quam ſupra iuncto itidem verbo vocauit πολύμυθον vbi Tragicos admonuit vt ſummo ſtudio cauerent, ne coagmentationem Epicam caperent, ex eáque cõficerent Tragœdiam: quæ nanque ſit rerum coagmentatio Epico poëtæ apta oſtendere volens ἐποποιϊκὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον. partes igitur illæ, quas nunc intelligit, ſunt fabularum inſtar,* ſic iſte. cui adſtipulatur Alexander Piccolomineus, qui ſine vlla dubitatione per multas partes multas actiones ſeu multas fabulas intelligi iubet. Ego verò magnopere vereor vt ijs aſſentiri poſſim. etſi enim neminem habeo qui iſtam refellat ſententiam (nam apud Robortellũ,

*Contraria ſententia defenditur multis.*

Madium, Riccobonum altum hac de re ſilentium. ita vt dubitationem, etſi vltrò occurrẽtem, diſſimulent egregiè) mihi tamen videor exploratis illam argumentis poſſe refellere. Ac primùm qui fieri poteſt vt affirmet hos *μίαν πρᾶξιν vnam actionem* ceciniſſe. & tamen hanc vnam actionem multarum actionum ſeu fabularum efficiat? vt enim actio vna ha-
I. beat multas partes fieri optimè poteſt: vt habeat multas actiones, nullo modo. ne igitur tã pueriliter & ſentire & loqui videatur Ariſtoteles, nullo modo per actionem multarũ par-
II. tium, multarum fabularum actionem intelligit. Deinde Epopœiam multarum actionũ ſeu fabularum modò reprehenderat dum diceret alios circa vnam verſari, quod Victorio ipſo fatente, eſt omnia quæ vni alicui perſonæ contigiſſent, canere. quid eſt igitur quod è veſtigio ſubiungat iſtos Epopœiam multarum actionum confeciſſe? Denique quis Victo-
III. rio crediderit vel iuranti Ariſtotelem, cum in promptu haberet tritam, propriam ac ſignificantiſſimam vocem πολύμυθον, pro hac obſcuram atque adeò longè diuerſæ notionis
IV. ac propterea obſcuriſſimam & alienam vſurpaſſe? Adde quod Ariſtoreles ipſe ſeſe continenter explicat ſatis, cum doceat Iliadem & Odyſſeam tanta partium ſimplicitate conſtare, vix vt vna ant altera Tragœdia inde poſſit deriuari: cum tamen Cypria & parua Ilias 509
mira partium varietate conſtent, ita vt ex vna minore Iliade decem fluxerint Tragœdiæ. Fateamur igitur id quod eſt, Ariſtotelem, eos tertio loco reprehendere qui licet non multas actiones vno eodémque poëmate concluſiſſent, ſed vnicam, inde tamen lapſi eſſent quòd hanc vnam actionem permultis ac varijs partibus cumulaſſent. Et ſanè quemadmodum gemina apparebat in Homero virtus; vna, quòd non multas actiones, ſed vnam, altera quòd ſimplicem non multiplicem decantaſſet actionem, cum vnam tantùm particulã Troiani belli non multas ſibi canendum propoſuiſſet, ita è contrariò cæteros arguit Epicos, quòd vel multas actiones vni Poëmati commendaſſent, vel, ſi vnam, non ſimplicem ſed permultis oneratam partibus. Itaque loci huius ſententia hæc eſt. Alij autem circa vnũ faciunt vt author Theſeidis vel Heracleidis. qui tamen labitur dum vnius non vnam ſed multas canit actiones: alii circa vnum tempus, vt qui multorum canunt actiones, quòd in vnum idémque tempus inciderint (atque hoc pacto priores imitantur hiſtoriam quæ plura vnius, poſteriores quæ multa multorum, narrat facta) alii denique conſeruant quidem actionis vnitatem, ſed eam tam multis onerant partibus, vt eas non poëtico more, ſed hiſtorico veriùs complectantur: preſsè ſcilicet & variam illam partium multitudinem

*Aduerſaria diluuntur rationes.*

inculcantes, & perſtringentes cum dilatandæ eſſent & ampliandæ quemadmodum fecit Homerus qui vnam Achillis iram deligens, eam mirificè dilatauit, reprehendit igitur Ariſtoteles partium non actionum multitudinem. Nec obſtat quòd alibi concedit partium multi-

multitudinem,nam moderatam concedit non immoderatam:quare hanc iure potuit reprehendere. *Ad Primum.* Quod ſi fortè antea dum ageret de Tragœdia nuſquam reprehendit actionẽ multarum partium,ſed tantùm multarum fabularum,neque illam probauit vſquã. *Ad ſecundum.* quin etiam quo iure reprehendit in Tragica fabula epiſodiorum multitudinem,intelligi poteſt caueri voluiſſe ab ingenti partium multitudine.nam vtrinque Tragica fabula produceretur longiùs quàm temporis quo Tragœdia premitur,ferant anguſtiæ. *Ad tertiũ.* Denique de Epopœia id prohibet hoc in loco. *Ad quartum.* itaque non negamus Epopœiam conſtare partibus, ſed contendimus numeroſiores quàm par erat arcendas lõgiùs. Ex quo etiam fit vt nullo modo aut Homerum aut cohærenter Virgilium reprehendat,niſi fortè ſupra quàm ferri poſſit, Odyſſea vel Aeneis abundet partibus,de qua re poſtea. *Ad quintum.* Quod ſi in particula XCIV. caueri iubet Epopœiam cuius σύστημα ſit πολύμυθον, conſtitutio, inquam, ſit multarum fabularũ, de fabula multarum partium (vt dicebam) ne verbum quidem.cum tamen fuiſſet vitanda ſi vitioſa ſit;profectò veriſimile eſt Ariſtotelem ſpectaſſe in conſuetas Epopœias quæ, quod paulò ante indicauit,pleræque eſſent quidem vnius viri aut temporis, ſed multarũ actionum: vel certè, quoniam Iliadis continenter meminit, id dixit propter partes quæ quoquo modo ad iuſtas fabulas accedunt ſingulæ: ſeu fabulis conflandis aptæ ſunt (talis enim fuit ira Achillis,etſi pars eſſet) ſingulæ. Et hinc eſt vt continenter Iliadem faciat πολύμυθον propter partes:ita vt πολύμυθον recidat quoquo modo in πολυμερῆ hic πολυμερῆ propriè & pro multitudine partium ſumatur,ac propterea Victorij pace iuſtiùs πολύμυθος πολυμερῆ quam è contrario πολυμερῆ πολύμυθος, ſignificaret Ariſtoteli. Sed de hac re fuſius in particula clvi. *Examinatur poſterior Controuerſiæ Pars.* Nunc, quoniam oſtendimus Ariſtotelem reuera actionem reprehendere quæ multis ac variis conſtet partibus, ad alteram Controuerſiæ partem deuenio, in qua videndum eſt,num iure talem reprehenderit multitudinem. *NVM iure talẽ partium multitudinem in Actione reprehendat.* Et ſanè temerè id feciſſe videatur.etenim ſatis conſtat Iliadem permultis conſtare partibus: ſiquidem fatetur Ariſtoteles nauium catalogo & alijs huiuſmodi multis, quæ ſine dubio plurima & in promptu ſunt,diſtinctam & variatam fuiſſe Iliadem ab Homero. Nam ſi dicas hæc fermè eſſe Epiſodia non partes fabulæ,fabulam contrà nimirum Achillis iram,non permultis conſtare partibus,iam quid intereſt, obſecro, ſiue epiſodicis ſiue proprijs Poëma oneres partibus? *Oppugnatur Ariſtoteles.* certè vtrinque inculcatum Poëma exiſtat neceſſe eſt. Sed fac etiam partes fabulæ non Epiſodia ſpectanda ſint. iam quis inficietur Odyſſeæ fabulam mira & nauigationum & rerum geſtarum perpeſſarúmque varietate eſſe refertam? Id quod multò magis de Aeneide ſtatuendum eſſet, quæ ſex prioribus libris Odyſſeam, ſex poſterioribus Iliadem refert & imitatur. ſiquidem Aeneis in anguſtum quaſi gyrum duo veluti Theatra ampliſſima concluſiſſe, ac propterea preſsè admodum ſcripſiſſe, partésque plurimas inculcaſſe, viſa eſt. Ita demum vel fatendum interim Iliadem, Odyſſeam, Aeneidem Ariſtotelis iudicio, quod attinet ad partium multitudinẽ,improbandam,vel certè Ariſtotelem falli qui multis partibus actionem inſtrui vetat. Ego verò quicquid ſit de Iliade & Odyſſea, aut etiam de Aeneide (proprio enim loco harum magnitudinem ac partium varietatem expendimus) *Defenditur.* omnino crediderim iure ab Ariſtotele πρᾶξιν πολυμερῆ, quæ, inquam, ingenti partiũ conſtet multitudine (non enim πολυμερῆ hoc in loco quamlibet,ſed ingentem partiũ deſignat multitudinem) improbari ac reprehendi: ídque vel quia Poëma longiùs manet neceſſe eſt ſi partes iſtæ non preſsè ſed ſplendidè ac magnificè & ornatè prout poëtica dignitas poſtulat,explicentur,ac propterea tum intelligentiæ & memoriæ tum vtilitati & iucũditati peſſimè conſulatur; vel quia quo maiore partium varietate cumulatur Poëma, eò magis ab actionis vnitate recedat. Atque hoc eſt quod ipſemet docet Ariſtoteles in particula CLVI. vbi propter hãc partium varietatem tandem aliquando fatetur Iliadẽ quoque & Odyſſeam minùs vnam eſſe. Atque hac etiam de cauſa cauendum ne Epiſodijs quoque abundet actio; quò enim plura fuerint,eò magis a re ipſa digreditur fabula. fabulæ namque explendæ & ornandæ aſſumuntur Epiſodia, non vt quem ingentis partium multitudinis vitaueris ſcopulum,in hunc epiſodijs rurſus incurras.

Sed iam ad Ariſtotelis litteram redeo. in qua ſubdit, *Igitur ex Iliade & Odyßea vna Tragœdia fit ex vtraque vel duæ ſolæ.* *Reditur ad Ariſtotelis litterã.* quæ omnia eo conſilio proferuntur ab Ariſtotele vt intelligamus Iliadem & Odyſſeam nõ eſſe πολυμερῆ ſed vel ſimplices videri poſſe, vel certè ex duabus fermè integris at paulò maioribus partibus ac variis conſtare ſingulas; cum tamen Cypria & parua Ilias tot támque varias ſuppediter partes quæ integræ in ſuo quæque poëmate deliteſcunt, vt inde Tragœdiæ multæ deriuari poſſint ac fingi. Hoc verò in loco non

eſt

eſt quòd cũ aliquibus vnam planè aut duas conflari dicamus ex Iliade & Odyſſea ſimul. qui enim ad vnam eandémque Tragœdiam conflandam coire poſſunt tam diſſitæ fabulæ, quæque perſonis, locis, temporibus, actionibus tantopere varientur? Neque rurſus eſt cur ex Iliade Troiæ excidium proferamus ex quo altera confici potuerit Tragœdia; ſiquidem Troiæ excidium non attingitur in Iliade, cum Hectore extincto ac patri reſtituto cõquieuerit Homerus. Vt mirum ſit aliquos excidium Troianum alteri Tragœdiæ ex Iliade deriuandæ proferre. Igitur omnino ſtatuendum Hectoris necem vni, Patrocli etiam, ſi placet, mortem, alteri ſuppeditare argumentum. Ex Odyſſea verò procorum interfectio miniſtrat argumentum. quod ſi Cyclopem quoque excæcatum non ineptum putes Tragœdiæ, alteram quoque hinc deriuare poſſis. Certè Euripides hinc argumentum ſumere non dubitauit. Contra verò ex Cyprijs & parua Iliade multas, inquit Ariſtoteles, Tragœdias colligas: ac ſigillatim ex parua Iliade pluſquam octo, vel potiùs decem; tot enim continenter enumerantur; ex quibus tamen pleræque interciderunt, ita vt vix duæ extent, quemadmodum egregiè admonent Interpretes ſingularum veſtigia perſequentes. Quãquam an ſibi conſtet Ariſtoteles hac in re, infra in particula CLVI.

# PARTICVLA CXXVII. 511

Ἔτι δὲ τὰ εἴδη ταυτὰ δεῖ ἔχειν τὴν ἐποποιίαν τῇ τραγῳδίᾳ. ἢ γὰρ ἁπλῆν, ἢ πεπλεγμένην· ἢ ἠθικὴν, ἢ παθητικὴν δεῖ εἶναι, καὶ τὰ μέρη ἔξω μελοποιίας, καὶ ὄψεως ταυτά. καὶ γὰρ περιπετειῶν δεῖ, καὶ ἀναγνωρίσεων, καὶ παθημάτων ἔτι τὰς διανοίας, καὶ τὴν λέξιν ἔχειν καλῶς. οἷς ἅπασιν Ὅμηρος κέχρηται καὶ πρῶτος, καὶ ἱκανῶς. καὶ γὰρ καὶ τῶν ποιημάτων ἑκάτερον συνέστηκεν· ἡ μὲν Ἰλιὰς ἁπλοῦν, καὶ παθητικόν, ἡ δὲ Ὀδύσσεια, πεπλεγμένον ἀναγνώρισις γὰρ διόλου, καὶ ἠθική. πρὸς δὲ τούτοις, λέξει καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβληκε.

Iſdem prætereà generibus Epopœia quibus Tragœdia conſtet eſt neceſſe. etenim vel ſimplicem vel complicitam, vel moralem vel patheticam hanc eſſe oportet. Cui totidem eædémque partes præter harmoniam & apparatum reſpondent; vt quæ peripetijs, agnitionibus, affectibus, adhuc etiam ſententia & dictione egregijs quidem omnibus indigere videatur. quibus ſanè cunctis & ante alios, & pleniſſimè Homerus vates vtitur. ſiquidem vtroque poëmate hæc omnia complexus eſt. Vt enim Ilias ſimplex, atque patheticum continet genus, ſic Odyſſea complicitum, vt quæ agnitionibus conſtet, & per totum morata ſit; ad hæc quoque dictione atque ſententia cæteris mirum in modum vatibus antecellit. *Paccius.*

*PRæterea verò Epopœiam oportet habere formas eaſdem cum Tragœdia aut enim ſimplicem, aut implexam, aut moratam, aut affectam oportet eſſe. Et partes extra Melopœiam, & apparatum eaſdem. etenim ei opus eſt peripetijs, & agnitionibus & affectibus prætereà ſententias & elocutionem rectè habere. quibus omnibus Homerus vſus eſt primus & ſatis. etenim poematum vtrumque conſtitutum eſt. Ilias quidem ſimplex & affectum, Odyſſea verò implexum, agnitio enim per totum & moralis eſt. Ad hæc dictione, & ſententia omnes ſuperauit.* Riccobonus.

*COMM. CXXVII Oportere Epopœiam eaſdem habere formas cũ Tragœdia, & quæ ſint.*

PRoſeqnitur noſter author ea quæ adhuc Epopœiæ communia ſunt cum Tragœdia: atque ait oportere item Epopœiam habere eaſdẽ formas quas habet Tragœdia: ac propterea conflandam eſſe vel ſimplicem, vel implexam, vel moratam vel affectam. conſtituerat verò hæc de Tragœdia in particula XCII. vbi quatuor, inquit, ſunt Tragœdiæ εἴδη ſeu ſpecies, quas etiam enumerat ſimúlque declarat & illuſtrat exemplis, & quamuis ibi ſimplicem haud commemoret de nomine, quemadmodum facit alias, ex contraria tamen, nimi-

Digitized by Google

mirum ex implexa, quam profert, intelligendam relinquit. Hac igitur de cauſa ait in præ-
ſentia oportere Epopœiam habere *τὰ εἴδη ταυτά*, eaſdem ſpecies ſeu formas cum Tragœ-
dia. At enim cur quatuor planè ſunt Tragœdiæ ſpecies & formæ, non verò aut plures aut
pauciores? docuit hoc ibidem Ariſtoteles, idque quia Tragœdiæ *τὰ μέρη*, partes inquam,
quatuor planè ſunt, de qua re diſſeruimus eo in loco. Atqui ſit iſtud; verum quæ obſecro
eſt implexa aut ſimplex forma? Implexam, quoniam paulò obſcurior quàm cæteræ vide-
ri poterat, declarauit eo in loco cum diceret, implexam eſſe illam quæ omnino conſtat ex
peripetia & agnitione, de quibus etiam diſſeruimus copioſè multa, aliquid etiam ſubijcie-
512 mus paulò poſt non inopportunè. De cæteris verò formis tum ex vocibus ipſis, tum ex ijs
quæ recitato in loco diſſeruimus, tum denique ex his quæ iam iam de Iliade & Odyſſea
dicemus, conſtare poterit. Etenim Ariſtoteles paucis interiectis quæ nos explanabimus
paulò poſt, ad Homeri laudes deflectit rurſus, atque ita deflectit vt doceat Iliadem & O-
dyſſeam formis iſtis Epopœias variaſſe. nam Ilias, inquit, ſimplex eſt, & pathetica ſeu affe-
cta: quod eſt non habet peripetiã & agnitionem, vnde ſit implexa: ſed illis caret, ita vt ſim-
plex cenſenda ſit: contra verò affectibus ſeu potius doloribus, cruciatibus, gemitibus, cæ-
dibus referta eſt, vnde pathetica ſit appellanda: nam pathetica illa eſt quæ ijs inſtructa eſt.
Sed iam vrgeat aliquis ac flagitet vt aliquid de implexa & ſimplici ac proinde de peripe-
tia & agnitione hic quoque dicatur, cum alioquin Ariſtotelea ſententia perobſcura ſit
Part.59. adhuc quod attinet ad implexam & ſimplicem fabulam. Ergo peripetia (ſi Ariſtoteli cre-
dimus) eſt rerum quæ geruntur mutatio in contrarium. quare dum Oedipus ex nuntij
aduentu non modò non afficitur lætitia (renunciatur enim Corinthiorum rex) aut libe-
ratur metu inceſtandæ matris (ob id enim Corintho diſceſſerat) verùm etiam, vbi de na-
talibus fit certior, in ſummam calamitatem incidit, dicitur fieri peripetia, quia res planè in
Part.60 contrarium mutatur. Agnitio verò eſt (inquit Ariſtoteles) cum ex ignoratione in cogni-
tionem (id quod nomen indicat) fit mutatio: idem dixerim dum qui proſperæ fortunæ
aut aduerſæ deſtinati ſunt, ad amicitiam aut inimicitiam reuocantur. Quæ cum ita ſint, iã
licet etiam animaduertere quæ ſit fabula ſimplex: eſt enim ea quæ, quoniam agnitione ca-
ret & peripetia, planum habet progreſſum ac ſimplicem: & ideo dicitur ſimplex. Ilias igi-
tur (vt ad rem redeam) ſimplex eſt (inquit Ariſtoteles) non implexa. Sed qui, obſecro, cum
etiam Hector & Patroclus ex proſpera in aduerſam, contrà verò Achilles & Agamemnon
ex aduerſa in proſperam demigrent fortunam? quid? non ne inter Diomedem & Glaucũ
mutua contingit agnitio, ac talis etiam, vt inimicitia abiecta, arctiſſimam contrahant ami-
citiam? Acutè. ſed fortaſſe Hectoris & Patrocli calamitas & interitus non habent peripe-
tiam, quia hæc & repentina eſſe debet & præter opinionem, immo contra expectatio-
nem omnem quemadmodum Oedipus repente & præter omnem expectationem ex sũ-
Comm. ma proſperitate in ſummam incidit calamitatem. Certè Victorius eo in loco, *Non quævis,*
pe.59. inquit; *varietas quæ gignatur in fortunis alicuius, nec puſilla mutatio, rectè poteſt appellari peripe-
tia, ſed quæ naturam illarum valde variet, contrariáque ijs quæ ante fuerant reddat*. quibus addo
ego repentinam eſſe debere. Atque hinc fit vt fabula ſimplex, etſi alioquin habeat muta-
tionem (in omni enim fabula ex aduerſa in proſperam, vel ex proſpera in aduerſam aliqua
fit fortunæ mutatio, immo in Epopœia contingit útraque) dicatur carere peripetia. de
qua re nos, quoniam aliqui aliter ſentiunt, diſputauimus copioſè in controuerſiã particu-
læ LIX. Nam qui fortunæ mutationis planè expertem eſſe voluit fabulam vt ſimplex di-
ci poſſit, ij ſanè Ariſtoteli aduerſantur qui Iliadem facit ſimplicem: cum tamen fortunæ
mutatione, eáque tum in ipſius Achillis perſona, tum in ijs qui Achilli è regione opponũ-
tur, Troianis, non careat. Quanquam ſi quis hoc in loco eo confugiat vt dicat Iliadem di-
ci ſimplicem quia peripetia ex præcipua perſona fabulæ ſubiecta (talis eſt Achilles in Ilia-
de) vel ſolùm vel maximè ſpectanda ſit: ac propterea vna ferè Achillis ira peripetiam gi-
gnere potuerit, non repugnarim. quo tempore Achillis ira, etſi eius fiat mutatio, ſimplici
potiùs quàm implexæ fabulæ aperit aditum, quòd non repentè nec aut contra opinionem
& expectationem (ideo enim ad reconciliationem ſollicitabatur a Græcis) nec in contra-
riam omnino partem cadat. Et hinc conſtat Iliadem agnitione quoque carere, ac proin-
de ne hac quidem de cauſa implexam eſſe, cum agnitio Diomedis & Glauci non ex Achil-
513 le ac ſummatim ex perſonis petatur quæ implexæ fabulæ gignendæ ſint idoneæ. Iam verò
Iliadem è contrario eſſe patheticam ex cædibus ſatis conſtat. Adde quod nihil prohibet
quominus vna eádémque fabula poſſit eſſe & ſimplex & pathethica & morata: aut etiam
imple-

*De implexa forma ſigillatim, ac propterea de Peripetia & agnitione vnde conflatur implexa.*

*Ex dictis colligitur quæ ſit ſimplex Epopœiæ forma.*

*Qui Ilias ſit ſimplex.*

*Qualis requiratur fortunæ cõmutatio in implexa fabula.*

*An & quales requiratur in ſimplici? & de Iliade ſigillatim rurſus.*

implexa, morata & pathetica (ſola enim fabula ſimplex cum implexa non ſociatur quòd mutuò pugnant) tametſi fabula dicatur aut implexa, aut pathetica aut morata, quia vel peripetia aut agnitio, vel πάθος, vel ἦθος in ea dominetur; & ideo ab ea quæ in fabula dominatur forma, deſumit nomen. Et hinc animaduertere licet cur Odyſſea dicatur implexa & morata, licet aliqua etiam ex parte ſit pathetica, nimirum propter procorum necem. cum enim Vlyſſis agnitionibus ſparſa ſit fabula, & mores in eâdem dominentur, morata potiùs dicitur quàm pathetica quemadmodum implexa cenſetur non ſimplex.

*Qui Odyſſea ſit implexa, & morata.*

Nunc redeo ad Ariſtotelis verba: cum enim quadripartitam hanc fabulæ varietatem agnouiſſet in Epopœia, ac docuiſſet quatuor illas fabulæ conditiones ſiue affectiones eſſe illi communes cum Tragœdia, addebat in partibus qualitatis etiam conuenire, melodia exceptâ & apparatu, & ſanè cum Epopœia contineatur narratione, apparatu & melodia non indiget. nam ſi quando in Scenam (quod Euſtathius ſcribit) Ilias & Epopœia traducta eſt, id contigit alicui parti, nec ſine aliqua, imò longe varia & perampla, mutatione: ita vt dramatica efficeretur, ijs quæ a Poëta dicerentur, reiectis, ex quo fit vt germana Epopœia apparatu aut melodia non indigeat. Et hinc quorundam pace conſtat iurè a nobis apparatum & melodiam cenſeri partes dramatico poëmati neceſſarias: quamuis enim minùs neceſſariæ ſint quàm fabula & partes reliquæ, neceſſariæ tamen ſunt quemadmodum diſputauimus in particula XLVI. Denique ſi (quod multi pugnant) non ſint partes propriæ & neceſſariæ, nihil erat cur hoc in loco ſcriberet Ariſtoteles apparatum & melodiam non eſſe communem Epopœiæ cum Tragœdia: nam ne Tragœdiæ quidem aut dramatici poëmatis eſſent propriæ: cum illis (quod iſti cenſent) carere poſſit. Sed cur addit Epopœiam indigere peripetijs & agnitionibus & affectionibus? ſi enim ſimplex conſtitui poteſt, & talis eſt Ilias, neceſſe quoque eſt vt peripetijs etiam & agnitionibus carere poſſit. Idem ferè dixerim de affectionibus; licet enim vt omnino affectibus careat vix ac ne vix quidem concipi poſſit, nil tamen prohibet affectus in fabula non dominari, quemadmodum (ſi Ariſtotelem ſequamur) accidit in Odyſſea. An igitur ſtatuendum eſt Ariſtotelem cum diceret Epopœiam indigere peripetijs, agnitionibus, & affectibus, Epopœiam vniuerſim vſurpaſſe, ac totam eius varietatem ſpectaſſe? certè hoc pacto res eſſet perſpicua: nam ſi non ſimplex, implexa ſaltem iſthæc habere poſſet omnia. itaque ſupra etiam cum diceret Epopœiam eſſe vel ſimplicem, vel implexam, vel moratam, vel affectam, Epopœiæ nomẽ vniuerſim arripuit: cum ſimplex & implexa in vnam eandémque Epopœiam cadere nequeat forma. Sic ſanè tutò omnino ſtatuas, niſi tamen te illud perturbat quod paulò ante disiunctim Epopœiæ indicauerit conuenire illas formas: hîc coniunctim. Quamquam ibi disiunctim loqui oportuit quòd implexæ forma in vnam eandémque Epopœiam non conueniret: hîc coniunctim quòd ſimplicem prætermiſerit, cum peripetia & agnitio pertineat ad implexam. Sed clauſula hæc ſit, ibi Epopœiam vniuerſim planè, hîc minùs fusè arripuiſſe; quaſi diceret Epopœiæ conuenire etiam peripetiam, agnitionem & affectus, licet Epopœia quædam interdum ijs aut omnibus aut pleriſque careat, quemadmodum apud rudes Poëtas quoſdam, quorum Poëmata ſimplicem formam vſque adeò referunt vt peripetiam, agnitionem, affectúsque ipſos præſertim præclarè expreſſos ne agnouerint quidem. Hæc in re perobſcura. Nam affirmare peripetias, agnitiones, affectus occurrere in Tragœdia quæ ſparſa ſint poëmate ferè toto, atque hæc diſſidere a peculiari fabulæ peripetia, agnitione, & affectu, cum non in Heroëm præcipuáſque fabulæ perſonas cadant, rem in magnas adducit anguſtias. quandoquidem de ijs formis loquitur Ariſtoteles prout fabulam ipſam conſlant perficiúntque, non quatenus interdum peripetiæ quædam, agnitiones & affectus minùs fabulæ intimi, ſeſe offerunt in Poëmate. Iam verò faciendum quoque iubet Ariſtoteles vt ſententia & elocutio, quæ duo ſunt item Epopœiæ cõmunia cum Tragœdia, rectè ſe habeant; de quibus etiam ſuperſedet diſputare quòd eâdẽ fusè complexus ſit Tragica diſputatione. ibi enim egit tum de ſententia (nimirum in particula XXXVII. vbi inuenitur, & aliquibus ſequentibus, præſertim verò in XXXIX. vbi definitur, & in XLIV. vbi explanatur, & in XCVII. vbi eius munera declarantur) tum de elocutione, quemadmodum videre licet in XXXVI. & XLV. vbi inuenitur ac definitur, & in XXXIX. vbi certa ei ſedes inter fabulæ partes tribuitur, eiúſque vſus oſtenditur, & in XLI. & XLII. vbi cum cæteris partibus comparatur ac tandem a centeſima ad CXXIV. vbi de eâdem copiosè diſſeritur. Et quamuis Tragœdiæ gratia diſputentur illa, tamen Epopœiæ aptari certa proportione poſſunt: præſertim quæ de elocutione traduntur. quemadmodum Ariſtoteles ipſe 114

*Epopœiam item in qualitatis partibus cum Tragœdia conuenire, Apparatu tamen excepto & melodia.*

*Quo loco habendus ſit apparatus, quo habenda melodia in dramatico poemate.*

*Dubitatur. Cur addat Epopœiam indigere peripetijs, agnitionibus, & affectibus: & qui non ſecum pugnet. Reſpondetur.*

*De ſententia & elocutione: quid præcipiat vt Epopœia rectè ſe habeat.*

nos

hos admonuit in particula CXXIII. Nam quæ ſcribit de ſententia, conueniunt illa quidem aliqua ex parte Epopœiæ, præſertim ſi analogia quadam & proportione a Tragœdia ad Epopœiam referantur, ſed tamen rem non explent omnem, nec Epopœiæ vſum complent, cum nos quod attinet ad ſententiæ præcepta ad Rhetoricen reijciat. Atque in his omnibus formis & partibus commendat Homerum quòd & primus & ſatis ſit ijs vſus: qua ſanè laude neſcio an hoc tempore potuerit maior excogitari. nam & primum & in omnibus, & ſatis ac pro dignitate iſtis vſum eſſe, id verò in cæteris artibus & facultatibus conceditur nemini. Vt minimè mirum ſit aliquos de re hac tota diſſentire, atque Homerum in ijs formis ac partibus non rarò carpere.

# PARTICVLA CXXVIII.

Διαφέρει δὲ κατά τε τῆς συστάσεως τὸ μῆκος ἡ Ἐποποιία, καὶ τὸ μέτρον, τοῦ μὲν οὖν μήκους ὅρος ἱκανὸς ὁ εἰρημένος. δύνασθαι γὰρ δεῖ συνορᾶσθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ τέλος. εἴη δ' ἂν τοῦτο εἰ τῶν μὲν ἀρχαίων ἐλάττους αἱ συστάσεις εἶεν, πρὸς τὸ πλῆθος τῶν τραγῳδιῶν τῶν εἰς μίαν ἀκρόασιν τιθεμένων παρήκοιεν.

Differt autem Epopœiæ contextus a Tragico longitudine, metróque. itaque longitudinis præfinitio ſit, de qua a nobis ſatis eſt dictum, vt principium ſimúlque finis conſpici queat. hoc autem fuerit ſi contextus ipſi veteribus quidem minores erunt: plures verò Tragœdias ad vnam auditionem diſpoſitas complectentur. *Paccius.*

*Differt autem Epopœia & conſtitutionis longitudine & metro. ac longitudinis quidem terminus ſufficiens dictus eſt. Debet enim eſſe huiuſmodi vt ſimul conſpici & principium & finis poſſit. id ſanè eſſet ſi priſcis minores conſtitutiones eſſent, & peruenirent ad multitudinem Tragœdiarum quæ in vnam ponerentur auditionem.* *Riccobonus*

COM. cxxviij. CVM ea protulerit Ariſtoteles in quibus conuenit Epopœia cum Tragœdia; & per hanc occaſionem Homerum laudauerit, cæteros Epicos inſimulauerit; nunc ea profert in medium in quibus differunt, ſimúlque Homeri laudandi, cœteros Epicos inſimulandi, occaſionem captat. Igitur in hac particula Epopœiam ait tum conſtitutionis & coagmentationis longitudine tum carminis genere differre a Tragœdia: quia nimirum Epopœiæ narratio & longè latéque manet & hexametro conſtet; Tragœdia anguſtis finibus concludatur ſi conferatur cum Epopœia, ac iambico aut etiam tetrametro vtatur. Atenim qualis tandem & quanta eſt longitudo Epopœiæ? Longitudinis, inquit, ſufficiens terminus dictus eſt. & rectè. nam totam hanc rem complexus eſt in particula XLVIII. & XLIX. cum de Tragœdia loqueretur. ea enim præcepta in Epopœiam certa analogia & proportione conueniunt. quanquam hic breuiſſimè ſummam attingit dum ſubdit oportere Epopœiæ longitudinem eſſe talem vt ſimul conſpici poſſit illius initium & finis. & hoc eſt quod ibi docuerat pulchri animalis exemplo quod nec exiguum ſit nec mole vaſtum; ſed eiuſmodi vt vno eodémque tempore conſpici poſſit totum: ac propterea fabulam quoque & Poëma non exiguum ſed magnum eſſe debere, ita tamen vt animo comprehendi ac veluti conſpici poſſit vniuerſum, ac memoria retineri. Vnum tamen addebat eo in loco quod ſigillatim fermè ad Tragicis Poëmatis magnitudinem pertinere videbatur: nimirum ex accommodata fortunæ commutatione tempus ac longitudinẽ æſtimandam. etſi enim hoc Epopœiæ vtcunque aptari poteſt, cum fortunæ commutationem habeat; tamen cũ Epopœia non arctetur tempore quemadmodum Tragica commutatio, minus in eam conuenit. Verum enim verò vnum ſubijcit in præſentia quod eſt Epicæ longitudinis proprium: nimirum tum demum fore vt magnitudo commodè conſpiciatur ſeu animo & mente retineatur, cum priſcis Epopœijs conſtituatur breuior, ac ſummatim æquet Tragœdias vnius auditionis: quod eſt tanta ſit eius longitudo, quanta obſeruaretur

515

*Quæ ſint è contrario quibus Epopœia differt a Tragœdia.*

*De longitudine ſigillatim.*

in multis illis Tragœdijs quæ in olympicis aut panegyricis cõtinenter vna eadémque alicuius diei auditione recitarentur. cum enim Tragœdijs certarent olim in publicis conuentibus, fiebat vt multæ Tragœdiæ certatim, continenter tamen recitarentur. cum igitur vno eodémq; die vnica auditione Tragœdiæ recitari ſoleret, quantũ temporis in ijs cõſumeretur, tantum temporis ait fore conſumendum in vnius Epopœiæ lectione ſeu auditione, ita vt vnius longitudo Epopœiæ Tragœdiarũ illarum omniũ, ſeu vnius illarum omniũ ſeu vnius illarũ auditionis, æquet tempus ac longitudinem. Quo in loco quemadmodũ iudicat quæ ſit immoderata longitudo, & ideo iubet vt minor ſit priſcis Epopœijs, ita perſpicuè docet oportere eſſe Tragœdia longiorẽ & ad multarum longitudinẽ accedere. Tametſi vel quia ſatis cõſtaret quã multæ Tragœdiæ recitarẽtur vnica auditione, & quot horarũ eſſet vnica iſta auditio, vel potiùs quia nolit rem ad vnguẽm præfinire, cũ non expediat omnino certum ac definitum, quóque nihil variari poſſit, præfinire Epopœiæ tẽpus, abſtinet a temporis definito ſpatio ſtatuendo. De qua re tota nos egimus copiosè in Controuerſijs particulæ xlviii. & xlix. vbi quæ docet explanatis, quæſiuimus num probanda ſint: ac multis hinc inde diſputatis, diſceptauimus rem vniuerſam: & ad extremum, vt diſputatio eſſet, abſolutior, ea etiam complexi ſumus quæ ſigillatim pertinent ad Epicam longitudinem, Tu, ſi placet, ea conſulas. Quod ſi illa quoque iuuet percurrere, quæ eadem de re copioſiùs adhuc ſcripſimus in quarta comparationis Diſputatione, multa offendas vnde hac in re inſtructior euadas. Atque hîc ſanè, quoniam Epopœiæ eaſdem cum Tragœdia formas attribuit, requirat aliquis num et quantitatis attribuat formas perinde ac qualitatis, vna enim aut altera excepta, viſus eſt qualitatis formas Epopœiæ communes facere cum Tragœdia. Sed de hac re opportuniùs infra, nunc quæ nobis obijcit Ariſtoteles perſequamur & explicemus.

# PARTICVLA CXXXIX.

516

Ἔχει δὲ πρὸς τὸ ἐπεκτείνεσθαι τὸ μέγεθος πολύ τι ἡ Ἐποποιία ἴδιον διὰ τὸ ἐν μὲν τῇ τραγῳδίᾳ μὴ ἐνδέχεσθαι ἅμα πραττόμενα πολλὰ μιμεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, καὶ τῶν ὑποκριτῶν μέρος μόνον. ἐν δὲ τῇ Ἐποποιίᾳ διὰ τὸ διήγησιν εἶναι, ἔστι πολλὰ μέρη ἅμα ποιεῖν περαινόμενα, ὑφ' ὧν οἰκείων ὄντων αὔξεται ὁ τοῦ ποιήματος ὄγκος. ὥστε τοῦτ' ἔχει τὸ ἀγαθὸν εἰς μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ μεταβάλλειν τὸν ἀκούοντα, καὶ ἐπεισοδιοῦν ἀνομοίοις ἐπεισοδίοις. τὸ γὰρ ὅμοιον ταχὺ πληροῦν, ἐκπίπτειν ποιεῖ τὰς τραγῳδίας.

QVippe proprium Epopœiæ eſt poſſe plurimum in magnitudine excreſcere: id quod aſſequi Tragœdia non poteſt; quandoquidem hæc plura ſimul facta imitari nequit, ſed id ſolummodo, quod in ſcena tunc, atque adeo penes hiſtriones eſt: contra in Epopœia, vt quæ mera enarratio ſit, plures veluti partes tranſactas conglutinari permiſſum eſt; quibus ſanè perinde ac ſibi proprijs, poëmatis ipſius quaſi grauidus augetur vterus. quapropter hac prærogatiua cum polleat: tum facilem ad magnificentiam aditum habet, tum ad auditorem ſubinde leuandum, neque non diſſimilibus Epiſodijs cuncta ad peragendum. Etenim Epiſodiorum vniformitas, vt quæ citò ſatietatem afferre ſoleat, in cauſa eſt cur Tragœdia ad finem feſtinet. Paccius.

*HAbet verò multum quiddam Epopœia, & quidem proprium vt extendere magnitudinem poſſit. Propterea quòd non contingit in Tragœdia imitari multas partes quæ eodem tempore geruntur, ſed eam ſolam, quæ geritur in ſcena & hiſtrionum eſt. At in Epopœia, quia narratio eſt, licet efficere vt ſimul multæ partes ad finem perducantur, quæ cum propriæ ſint, augent poëmatis molem. Quare hoc habet quod* Riccobonus.

bonum

*bonum eſt ad magnificentiam & ad mutationem audientis, & ad incrementum quod fit diſsimilibus Epiſodijs. Simile enim, quod citò ſatietatem affert, efficit vt Tragœdiæ diſpliceant.*

COM. CXXIX

*Cur Tragœdia longitudo ab Epica ſuperetur: curue Epopœia ſuam tantopere longitudinem extendat.*

SCISCITARI potuiſſet aliquis vnde fiat vt Epopœia Tragœdiam ſuperet longitudine, cum vtriuſque fabula ex rerum geſtarum veluti campo deſumatur. Alter etiam vniuerſim requirere potuiſſet vt doceret quî iandem fiat vt Epopœia tantopere ſuam narrationem extēdat, vt per multas æquet Tragœdias Ariſtoteles; igitur vt tum id aperiat, tum alia Epopœiæ commoda & bona continenter patefaciat, *Habet*, inquit, *Epopœiæ multum quiddam proprium ad magnitudinem extendendam*: ex quo fit vt cum id ſit Epopœiæ proprium, non poſſit Tragœdiæ conuenire. At enim quid tandem iſtud eſt vnde magnitudinem extendat Epopœia? Explicat id Ariſtoteles, *nam in Tragœdia (ſubdit) non contingit multas, quæ ſimul geruntur, imitari partes*: ſed illam tantùm quæ ab hiſtrionibus agitur & in ſcena actitatur. quo in loco omnino ſignificare videtur Tragœdiam, quippe quæ dramatica eſt, non poſſe vno eodémque tempore multas partes imitari, ſed eam vnam ad exitum perducere quæ geritur in ſcena, & hinc eſt vt continenter doceat, Epopœiam, quia non eſt dramatica ſed narratione continetur, id bonum habere vt multas partes ſimul imitari & ad exitum perducere poſſit. atque hinc fit vt ab huiuſmodi partibus cum eius ſint propriæ, mirificè augeatur Epica narratio & moles, & hinc fit etiam vt multū habeat vnde tum magnificentiam & dignitatem referat, tum in auditoribus mutationem gignat, ita vt eos cum variè afficere tum maximè delectare poſſit ac recreare: quemadmodum etiam diſſimilibus epiſodijs fabulam auget extenditque. quibus ſanè commodis caret Tragœdia: cum fabulæ Epiſodiorúmque longitudine & varietate ſit deſtituta. ita fit vt ſimilitudo ſatietatem gignat ac citò expleat: quæ ſanè ſimilitudo ac ſatietas Tragœdiæ laudem cadere facit. cum faſtidiū omni illam auditorum fauore priuet ac plauſu. Hæc Ariſtoteles in hac particula. Vbi ſanè, quoniam, quemadmodum mox conſtabit, παράδοξον ac dictu abſurdum videri poteſt Epopœiam, quippe quæ continetur narratione, poſſe plures partes ſimul aut vno eodémque tempore ad exitum perducere Tragœdiam verò hoc carere bono, ea proponitur Cōtrouerſia, NVM iure affirmauerit Ariſtoteles Tragœdim vnam tantùm partem, Epopœiam multas ſimul, poſſe ad exitum perducere. verendum eſt enim ne, res è contrario planè fuerit ſtatuenda, ac Tragico quidem concedendum & dramatico vt multas ſimul partes ad exitum perducere poſſit, Epico nullo modo. Sed rem argumentis oſtendamus. Ac primùm quidem certum eſt Epicum dum vnum narrat, non poſſe non ab alijs superſedere omnibus & abſtinere. itaque dum Virgilius Didonis narrat querimonias, aut eam querimonias fundentem facit, cætera reticet omnia. eodem modo cum Aeneæ diſceſſum ac fugam refert, vel nauigationem proſequitur, Didonis querimonias non imitatur aut refert. Denique, quo tempore rogum ſeu pyram conſcendit, ac ſibi mortem conſciſcit Dido, nauigat quidem Aeneas, ac piræ flammas ex alto ſpectat, ita vt hæc ſimul gerantur omnia, ſed vt eadem ſimul complectatur Epicus fieri nullo modo poteſt. quî igitur dicitur Epopœia multas partes ſimul ad finem perducere? Imò verò quæ in præſens & Epico tribuitur laus, & adimitur Tragico, Epico iuſtiùs adimenda, Tragico reddenda videretur: quandoquidem Tragœdia, quippe dramatica, imitari partes ſimul poteſt multas, ac multa eodem tempore ad finem perducere, quid enim prohibet quominùs I.
117 [?] in Orcheſtra ex hiſtrionibus aliquis ſuos exponat aut lamentetur amores: alter ſeorſim II.
tacitus expediat arma quibus hoſtem quem præſtolatur inuadat: tertius item ſcalas admoueat domui vt clam conueniat amicam: quartus etiam ebrius prodeat vel quieſcens ſtertat altiùs? en Tragœdiam aut Comœdiam poſſe multas ſimul partes imitari & ad exitum perducere: quod tamen Epopœiæ, quoniam narratione non actione continetur, præſtare haud licet. quapropter id planè vnde Ariſtoteles hoc bono ſpoliare viſus eſt Tragœdiam, (quia ſcilicet dramatica ſit) vt eo gaudeat, efficit. contra verò Epopœiæ cui, quippe in narratione poſitæ, hoc bonum conceditur, hac ipſa de cauſa illo ſpolianda eſt. Et ſanè Tragœdia, quoniam actione continetur, poteſt non verbis III
ſolùm ſed mutis actionibus aliquid peragere, ita vt vno eodémque tempore vnus dicendo alter agendo imitetur: eſt enim ſpectaculum oculorum non minùs quàm

*CONTROVERSIA. lxxxiij. NVM Tragœdia vnam tantùm partē imitari & ad finē perducere poſſit: Epopœia multas ſimul.*

*Id verò falſo dici probatur multis.*

 aurium.

auribus: atque hinc eſt vt mutis etiam ſit in Tragœdia locus. Nec aliunde vſu venire ſolet vt quæ literis commendetur Tragica aut Comica fabula (id quod in particulæ X L V I. Controuerſia docuimus) hærentem ſæpè habeat lectorem, cum non ſatis intelligat fabulæ œconomiam ac vim. quod ſanè inde accidit, quia nonnulla deſiderantur quæ quoniam agendo potius quàm loquendo ſeu geſtu quàm dicto gerebantur, hærere cogunt; ita vt niſi illa quoquo modo coniectura informes, ac iudicio ſuppleas, fabula mendoſa & manca videri poſſit. Quod ſanè (vt id obiter obſeruem) argumento eſt actionem ac proinde apparatum & ſcenam eſſe dramatico poëmati neceſſariam, nec poſſe ab Ariſtotele a perfecto dramate ſeiungi; quamuis minus quàm fabula & mores apparatus ſit neceſſarius: cũ ſine fabula exiſtere nullo modo poſſit, ſine apparatu interdum ſcriptis exprimere illam vtcunque liceat. Ex quibus omnibus (vt ad rem redeam) facilè intelligitur paradoxon videri poſſe atque adeò abſurdum dictũ Epopœiam multas ſimul, Tragœdiam vnam tantùm, partem imitari poſſe. Neque verò mihi reſpondeat quiſpiam Epicum cum res anteactas narrare ac longiùs etiam repetere, tum preſentes imitari ac perſequi, ita vt hinc iure dicatur varias ſimul ad exitum perducere partes: nam præterquam quod nõ idcircò multas ſimul eodémque tempore ad finem partes deduceret, ſed modò vnam modò alteram, id etiam & poteſt & debet & ſolet Comicus ac Tragicus. Itaque apud Terentium Cremes ſtatim filij vitam & res anteactas narrat Soſiæ: nuntij etiam atque alij in Oedipo Laij cædem & anteactos euentus multos repetunt ex cæteris temporibus. denique his narrationibus plenæ ſunt fabulæ Comicorum & Tragicorum; ſiue enim nectant fabulam, ſiue ſoluant, ſiue rerum actioniſque intelligentiæ ſternant aditum ac fabulam introducant, res præteritæ cõmemorantur paſſim. Imò verò rerum geſtarum commemoratio vſque adeò vſitata eſt & trita in primis Tragœdiæ congreſſibus vt primus actus ſeu prologus (ſic enim Græci primum appellant actum) rebus anteactis commemorandis fermè deſtinatus videatur: idque iure etiam: cum inde res præteritæ cum præſentibus nectantur ac fabulæ tum aditus tum progreſſus fiat planior. Neque rurſus eò confugiat quiſpiam quod Epicus quædam narratione (cum ſcilicet Poëta loquitur, quædam imitatione (dum ſcilicet Poëta alios loquentes facit) ad exitum perducit Tragicum contra; quoniam eius imitatio actuoſa eſt tota, nec Poëtam narrantem habet, hoc narrationis bono carere: atque hinc planè ſtatui ab Ariſtotele Epopœiam multas, Tragœdiam vnicam tantùm, partem ad finem perducere; nam præterquam quod dum partim Poëta loquitur, partim alter introducitur, non multæ partes ſimul ſed ſeorſim perducuntur ad finem, profectò Tragicus etiam id præſtat cum & nuntios habeat & alios qui res geſtas narrẽt Poëtæ more. Vt propterea res ſit dubitatione pleniſſima. Et tamen Interpretes, quotquot ante Victorium extitere, rem diſſimularunt egregiè. Victorius tamen viſus eſt dubitationem vidiſſe atque illi occurriſſe verbis illis. *Naſcetur huius mali vitatio* (faſtidij ſcilicet ac ſatietatis quæ ex ſimilitudine progigni ſolet) *ex diuerſarum rerum narratione, quæ ſimul fit: ſimul autem hoc pacto, quia è media alicuius rei expoſitione tranſitur in aliam:* vbi tamen magnopere verendum eſt ne dubitationem augere potiùs quàm tollere videatur: quia is qui è media alicuius rei expoſitione in aliam tranſit, non modò ſimul atque vno eodémque tempore non perducit ad exitum multas partes, ſed ne vnam quidem; cum eam priùs intermittat quàm abſoluat. Atque in eâdem fermè haud eſt Piccolomineus: qui Victorium ſecutus ait pertranſitum ab vna actione in aliam hoc bonum Epopœiæ ineſſe: vt cum Virgilius bellico Aeneæ apparatu commemoraro, ad bellicum Turni apparatum conuertit ſtylum; quod (inquit) Tragœdia nequit efficere, quippe quæ actuoſa eſt ac propterea actionem niſi vnicam eodem tempore imitari haud valet. Sed num rectè philoſophetur iſte ex ſuperioribus argumentis conſtat ſatis, nam præterquam quod non pugnat cum dramatico ſtylo vt nuntius aut alter hiſtrio narret continenter aliqua quemadmodum facit Epicus, immo id (breuiter tamen) factitari in dramate animaduertitur, profectò in dramate liceat vno eodémque tempore duo diſtincta facta ante oculos ponere (præſertim ſi oratione vnum, alterum actione exprimatur) quod Epico nullo modo conceſſum eſt. Igitur tum his de cauſis, tum quia ſtatuit Epopœiam ex Ariſtotele commemorare poſſe res varias eodem tempore. diuerſis geſtas locis, (quod tamen partim ad rem non eſt, dum ſcilicet diuerſis locis res geſtas ſtatuit deſignari; partim falſum videri poteſt, cum adhuc non doceat quomodo multa & varia eodem tempore narrentur ab Epico) rem haud expedit. Nec fœlicior eſt Mutinenſis Interpres, qui

518

519

519

*V. In quo aliquorum reſponſio ſeu tergiuerſatio exploditur.*

*Deſcēditur ſenſim ad rem explicandam.*

ſcribit

ſcribit Ariſtotelem docere multa perducere Epicum ad finem; non quidem ſimul & eodem tempore ſed continenter ac ſucceſſiuè: dicere autem eodem tempore, quòd res illæ diuerſæ eodem tempore geſtæ ſint, & tamen nec ex Ariſtotelicis verbis colligi poteſt ſententia iſta, nec quicquam intereſt ad rem ſiue multa illa facta eodem vel diuerſo contigerint tempore; ſiquidem narratio excreſceret quocunque modo ac tempore geſta eſſent. Vt omittam res iſtas vno eodémque tempore geſtas æquè adhuc a Tragico commemorari poſſe atque ab Epico, ſi non ſimul ſed continenter ac ſucceſſiuè narrandæ ſint. Ipſe igitur crediderim primùm Ariſtotelē vel non reputaſſe Dramaticum poſſe multa ſimul; hoc eſt vno eodémque tempore, imitari quemadmodum docuimus: vel ſi id reputauit, rem minuā illi viſam eſſe, cum haud ſolemne ſit & paſſim in tota fabulæ coagmentatione vſitatum vt geſticulatione & motu citra ſermonem fiat imitatio. Quamuis enim hac in re plurimum ſtudij veteres collocarent, ita vt interdum integras fabulas geſticulatione ac motu tantùm imitarentur; id tamen curioſorum erat mimorum & otioſorū non poëtæ, ac germanam dramaticæ imitationis rationem ſectantium. Deinde crediderim etiam Ariſtotelē, dum Epico multarum ſimul rerum concederet narrationē, eò intendiſſe animum quòd Epicus res multas anteacto tēpore geſtas ſiue vno eodémque tempore, ſiue ſucceſſiuè & continēter, ſiue ſparſim ac diſiectis interuallis contigiſſent (id enim nihil ad rem de qua agitur) vnico quaſi contextu narraret, quemadmodum Vlyſſes verbi gratia apud Pheacos errores ille ſuos & nauigationes continenter perſtrinxerat. & idcirco ea verba, *in Epopœia verò, quia narratio eſt, ἐν πολλὰ μέρη ἅμα ποιῶν περαινόμενα*, libentiùs cum Paccio verterim, *Plures partes tranſactas conglutinari permiſſum eſt*, quàm cum Victorio & cæteris *licet multas partes ſimul ad finem perducere*. nam hoc modo illud *ἅμα* ad ſucceſſionem partium referentes quæ non diſiectæ ſed continenter ſimul coniunctæ ſint, iure hoc bonum concedamus Epopœiæ: quemadmodū in Odyſſea & Aeneide animaduertitur, vbi ſimul continenter multæ nauigationes & perpeſſiones ac res geſtæ commemorantur. quo bono ideo carere dicitur Tragœdia (nam illud, *non contingit in Tragœdia imitari ἅμα πραττόμενα πολλὰ μέρη ſimul multas geſtas partes*, ſic item interpretor quia è contrario ne cōtinenter quidem multas res geſtas, imitari liceat Tragico) quia licèt aliquo modo poſſet, imò breuiſſimè interdum ſoleat, aliquas ſaltem partes ſeu res anteactas breuiſſimè attingere; tamen non è re Tragica eſt id ſæpè & longa oratione facere vnde excreſcat Tragœdia, quemadmodum è re Epica eſt id facere & copioſè vt excreſcat Epopœia, & idcircò eas voces *non contingit*, & *licet* ſeu *fieri ſolet* vſurpat Ariſtoteles vt intelligamus id non efferri tanquam impoſſibile Tragœdiæ aut neceſſarium Epopœiæ, ſed conueniens aut non conueniens, vſitatum aut non vſitatum: ſiquidem dramatico, quoniam vrgetur tempore, non expedit res anteactas multas imitari; quod tamen Epico (ſi quis attentiùs æſtimet) omnino expedit: & ideo hîc augere poteſt commodè fabulæ molem, admirationémque faciliùs excitare, ac ſatietati occurrere vſu tot tantarúmque partium: quod Tragico non ſanè facilè licet. Atque ex his quiſque poſſit argumenta diluere quæ aduerſus Ariſtotelem allata ſunt ad Controuerſiæ initium. quandoquidem tum demum vrgerent, cum Ariſtoteles vno eodémque tempore concederet Epico multarum partium imitationem, non quæ continenter ſimul conglutinatæ ſint. eodémque modo reprehendendus eſſet ſi geſtu & ſermone ſimul id in Tragœdia ac dramate negaſſet fieri poſſe; (nam huius rei rationem habuit nullam) ac tandem non tam vſum ſpectaſſet & quid expediret & oporteret quàm quid poſſibile eſſet vel impoſſibile. Hæc in propoſita Controuerſia: de qua pauca etiam ſcripſimus in quarta Comparationis diſputatione.

*Iā explicata authoris ſententia ſubijcitur.*

*Ad argumenta.*

## PARTICVLA CXXX.

ΤΟ' δὲ μέτρον τὸ ἡρωϊκὸν ἀπὸ τὸ πείρας ἥρμοσεν. εἰ γάρ τις ἐν ἄλλῳ τινὶ μέτρῳ διηγηματικὴν μίμησιν ποιοῖτο, ἢ ἐν πολλοῖς, ἀπρεπὲς ἂν φαίνοιτο. τὸ γὰρ ἡρωϊκὸν στασιμώτατον, καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστί. διὸ καὶ γλώττας, καὶ μεταφορὰς δέχεται μάλιστα. περιττὴ γὰρ καὶ ἡ διηγηματικὴ μίμησις τῶν ἄλλων. τὸ δὲ ἰαμβικόν, καὶ τετράμετρον κινητικά, τὸ μὲν ὀρχηστικόν, τὸ δὲ πρακτικόν.

HEroicum verò carmen ex ipſa quidem experientia congruens eſſe apparuit. Etenim ſi quis alio quolibet metri genere pluribúſve inter ſe mixtis, enarratiuam facere imitationem aggreſſus fuerit, præter ipſum decens factum videri poterit: quandoquidem numerorum omnium ſtabiliſſimum atque turgidiſſimum heroicum eſt: quo ſanè fit vt linguas atque translationes potiſſimùm admittat. nam motus ipſe enarratiuus præ cunctis alijs excellens eſt. iambi verò atque octonarij mobiles quidem ſunt. verùm, vt hi ſaltationibus ſic agendis rebus illi aptiſſimi ſunt. *Paccius.*

*METrum autem heroicum ex experientia quadrauit: namſi quis aliquo alio metro narratiuam imitationem efficeret aut multis, indecorum certè appareret, heroicum enim firmiſſimum & tumidiſſimum eſt metrorum. quamobrem & linguas & translationes maximè recipit. Superuacanea enim eſt narratiua motio aliorum. Iambicum verò & Tetrametrum mobilia ſunt; hoc quidem ad ſaltationem accommodatum, illud verò rebus gerendis idoneum.* *Riccobonus.*

*COMM. CXXX. De metro Epopœiæ accommodato.*

QVEMADMODVM Epopœia cum Tragœdia generatim conuenit quia útraque vtitur metro (& ideo in particula XXXI. metrum fecit vtrique commune) ita in particula CXXVIII. propter metri varietatem diſcrimen inter eas obſeruauit: atque hoc diſcrimen proſequitur hoc in loco. docet igitur heroicum metrum διηγηματικῇ μιμήσει conuenire ſeu imitationi narratiuæ, vt ita dixerim, & Epicæ imitationi mirificè quadrare: idque experientia compertum eſſe. itaque ſi quis alio quàm hexametro Epopœiam conſlet, atque Heroum facta imitetur, carmine; aut etiam non vno ſed multis carminum generibus illam variet, res ſanè ſtatim appareat indecora: ſiquidem heroicum metrum eſt metrorum omnium firmiſſimum & tumidiſſimum. ex his autem intelligitur olim tentatum eſſe Epopœias & heroum facta alio verſu quàm hexametro comprehendere; ita vt miſcerentur etiam in ea varia metrorum genera; atque inde experientia duce compertum eſſe, heroicum vnum bellè adhiberi Epopœiæ. Sed quî obſecro experientia id docuit, aut qua id cõfirmari ratione poteſt? ea, quia cum heroicum metrum ſit firmiſſimum, vt dicere cœpit, & tumidiſſimum, tum linguas, peregrinas inquam voces, tum metaphoras quæ tum verbis tum ſententijs adhiberi ſolent, recipit percommodè; ſiquidem περιττὴ ἡ διηγηματικὴ μίμησις τῶν ἄλλων, *eximia & præſtans eſt narratiua imitatio inter alias* vel (ſi te illud perturbet 521 quod interim Epicam imitationem Tragicæ anteponeret) *ſuperuacanea & otioſa eſt narratiua motio* (& ideo pro μίμησις reponendum eſſet cum aliquibus κίνησις) *aliorum carminum*: ita vt non neceſſe ſit alia Epopœiæ adhibere metra: vel, ſi mauis, retinenda eſt vox μίμησις & interpretandum, ſuperuacaneam eſſe imitationem aliorum carminum, cum grauitatem firmitatémque ex heroico ſic conſequatur Epopœia, vt otioſum videri poſſit aliud carminum genus heroicis factis adhibere. Cõtra verò Iambo facta imitatio vel Tetrametro ea eſt vt hæc quidem motioni & ſaltationi ac ſcenæ, illa verò agendis rebus & colloquijs accommodata ſit. Hæc Ariſtoteles in præſentia. Paucis verò de Iambo agit & de Tetrametro, tum quia hîc de vno Epico metro erat agẽdum, ita vt de Iambo & de Tetrametro Epici tantùm cauſa mentionem fecerit, nec de illorum motione ac vi nos admonere opus fuerit, niſi vt de hexametri motione & vi conſtaret magis: tum quia de eiſdem metris iam antea cum alibi tum maximè in Tragica diſputatione diſſeruit ſatis: quo in loco nos etiam de illorum vi & natura verba fecimus: tum quia, ſi quid forte ſupereſſet, id opportunè reſeruaret Comicæ tractationi; in qua, quoniam eam confecit, veriſimile eſt docuiſſe qitale nam inter Tragœdiam & Comœdiam intercedat diſcrimen in Iambi ac Tetrametri vſu. vt enim Comicus ſtylus eſt pedeſtris admodum & vulgi aptandus ſermoni, Tragicus contra nobilior & grauior, par eſt vt dictionis quoque ratio non nihil variet. Tametſi nos omnino ſentimus, (id quod integro libello demõſtrauimus) ſolutam orationem Tragicis & Comicis colloquijs multò aptiorem eſſe. ita vt Ariſtoteles qui metrũ illis attribuit, non tam eò coniecerit mentem vt exploraret ac doceret quæ maximè omnium dramati apta eſſet oratio, quàm vt, quoniam vnum metrum adhibebatur Tragœdiæ, & Comœdiæ, quale nam ex metris opportunius eſſet, pateſaceret. alioquin ſi non tam

in

Digitized by Google

in vſum ac morem vel in cantum ſpectaſſet quo fermè dramatica fabula pro recepta cō-
ſuetudine veluti condiebatur, facilè animaduertiſſet, dramaticæ fabulæ colloquia multò
conuenientiùs ſoluta oratione pertexi. Tu, ſi placet, quæ de hac re tota diſſeruimus in eo
libro perlegas ac boni æquique conſulas. Nunc ad ea redeo quæ de hexametro ſcribit no-
ſter author. De quibus cum multa ſint quæ dubitentur & requirantur, cogor inſtituere *CONTROVESIA LXXXIV*
Controuerſiam: in qua perueſtigandum eſt Num rectè ſtatuerit Ariſtoteles hexametrū *NVM iure ſtatuatur heroicum Epopœia atq; Heroicis factis quadrare.*
Epopœiæ atque heroicis factis quadrare. Ac primùm qui obſecro factum eſt vt experien-
tia docuerit heroicum Herou m factis accomodatum eſſe? nam etſi conijcere ſatis licet &
animaduertere huiuſmodi factis varia carminum genera cum ſeorſim ſingula, tum per-
mixta variè fuiſſe a priſcis adhibita, qui tamen ex huiuſmodi vſu cognitum ſit hexametrū
planè illis conuenire, non intelligitur. itaque faciliùs dici quàm demonſtrari videatur hoc
de hexametro experientia compertum eſſe. Præſertim verò ſi hexameter ſeu heroicū me-
trum inflatum ſit & turgidum, id enim efficeret potiùs longè abeſſe vt ſit idoneum, niſi *Ariſtotelis ſentētia oppugnatur.*
tamen vitioſum condi oporteat Epicum carmen. Nam eſſe ſtabiliſſimum cum ratione
ſupra quàm dici poſſit, pugnat, cum eo nomine pedes illi aſcribantur quòd mobilitatem
referat. Quid quod verēdum eſt ne interim aut negligens fuerit Natura quæ hexametrū I.
heroicis factis canendis portenderit Græcis, vel Græci ipſi Naturæ voluntatem aut ſigni- II.
ficationem non commodè perceperint? certum eſt enim Græcorum hexametrum (de III.
hoc enim loquitur Ariſtoteles) quoniam pedes cum accentu minùs fœliciter iungit, atq; IV.
522 adeò carmen aliter pronunciat, aliter dimetitur, carmen iis qui vacuas aures atque inte-
grum iudicium non verò occupatum gerant, non poſſe niſi inſulſum videri ac frigidum;
ita vt Latinos meliorem hexametrum docuerit Natura, quique, vt pronunciationem cū
pedibus ac metris non ſine magna ſuauitate atque aurium approbatione coniungit, Græ-
co hexametro iucunditate & grauitate multis partibus antecellat. Id quod poſteriores
Græci aliqui perſenſerunt, qui cum verba delegiſſent in quibus cum metro conſentiret
accentus ac ſonus, miram inde harmoniam gigni atque auribus multò meliùs quàm an-
tea conſuli experti ſunt. quamuis, quoniam difficile eſt in Græco carmine incommodum V.
illud vitare quod ex accentus & metri diſſidio gignitur, hac in re Græca Muſa ſubleuari
ſatis nequit. Ad hæc certum eſt apud Italicos heroica facta hexametro niſi ineptè com-
prehendi non poſſe; ita vt qui rem tentarunt, facilè ab incepto deſtiterint, quòd ſe ludi-
brio eſſe animaduerterent, tantum abeſt vt fauorem ac gratiam inirent hexametrum in
heroicam Muſam importātes. Contra verò noſtrum endecaſyllabum ita quadrat heroi-
cis factis, vt ſiue propter ſimiles quaſdam terminationes (rimas appellant Itali) ſiue quia
tum moderatè fluit, tum conſiſtit percōmodè, ſiue alia de cauſa, nihil dulcius, nihil opta-
tiùs, excogitari poſſit. Ex quo fit vt nihil minùs cogitaſſe Natura videatur quàm vt Græ-
cum hexametrum heroicis dicaret factis: ac potius vel latinum ac multò magis Italicum
carmen probaſſe, vel certè vſui atque arti vno verbo hominum iudicio heroici poëmatis
condendi rationem integram reſeruaſſe. Vt propterea iis qui a Natura Græcum hexame- VI.
trum commonſtratum iactant, proferendi ſint & indices vnde cognitum fuerit hexame-
trum Heroicis quadrare factis, & teſtes qui inde hoc didicerint, ac ſummatim propoſitis
dubitationibus omnibus ſit occurrendum. An igitur a Natura dicitur cōmoſtratus he-
xameter quia noſter animus quibuſdam veluti numeris conflatus ſit vnde ſimilia ſimili- *Reſponſionis quæritur ratio.*
bus cognoſcat ac propterea ſentiat hexametrum heroicis quadrare factis? ſic ferè Plato-
nici reſponderent: quibus equidem cur aſſentiam non habeo, niſi analogia quadam & p- I.
portione ii numeri ac metrorum proinde ratio, quod aliqui faciunt, aſſingamus animo:
cuius ſane rei fides, quoniam altioris eſt contemplationis, ſit interim apud authores. An II.
rurſus auribus ipſis id acceptum eſt referendum, quarum & ſenſus faſtidioſiſſimus eſt, &
iudicium (vt ait M. Tullius) ſuperbiſſimum? Ne id quidem. nam belluæ multæ hoc nobis
præſtant ſenſu: cum tamen earum aures metris ac numeris vel delectari vel offendi ſuſpi-
cetur nemo, niſi tamen id aurium noſtrarum iudicio tribuas, quòd homo per eas, vt no-
bis non modò ad vitam commodiùs traducendam, verùm etiam doctrinæ & voluptatis
gratia tributæ ſunt, numerorum ac metrorum dignoſcat conuenientiam. Id quod appo-
ſitiſſimè admonuit M. Tullius in Oratore cum ſcriberet Poëticam & verſum inuentum III.
eſſe terminatione aurium & obſeruatione prudentium, idque natura ipſa admonente. Ita *Quæ approbatur, & hinc ad*
vt & auribus noſtris & animo inprimis tribuenda ſit hæc laus. Quanquam ne hinc quidē
indices ac iudices apparent ſatis. itaque tum demum id cognitum crediderim & animad- I.
uerſum,

uerſum, cum obſeruatum eſt dactyli & ſpondei viciſſitudinem multiplicémque admixtionem certa illa & definita pedum comprehenſione aures cum pulſat, nobis accidere periucundam: præſertim verò quia non ſolùm varietate illa delectat, verùm etiam animo in rebus pangendis mirificè ſeruit, cùm hexameter proferendæ ſententiæ ac dilatandæ ſit perquam idoneus, nec celeritate præceps, aut humilitate vulgaris, ſed magnificentiæ & grauitate accommodatus ſit. & idcirco obſeruatione & experientia diſcere licuit heroicis factis quadrare. Tametſi non eſt quod inficiemur maius quid a nobis perſentiri in metro, quàm vt declarari ſatis poſſit cur iucundum aut iniucundum afferat ſenſum. Id quod M. Tullius indicare viſus eſt cum moneret non difficile percipi in oratione quendam eſſe numerum: atque hunc a ſenſu indicari, In quo iniquum ſit quod accidit non agnoſcere, ſi cur id accidat nequeamus. Denique nonnullos carminibus aut muſicis quibuſdam concentibus percelli & ad iram ármaque prouocari, aliquos ad manſuetudinem mœrorémque interdum reuocari, ita vt ſiue Doricum ſiue Phrygium canas, huc illuc im- 523
Ad II. pellaris, maius eſt quàm vt admiratione careat, At enim ſit iſtud? verùm quid cauſæ eſt vt Ariſtoteles laudi vertat hexametro quòd ſit tumidus? An id affirmat quia res bellicas paſſim tumultu plenas & affectibus canat hexameter? fortaſſe. Tametſi ipſe quidem crediderim germanam eſſe cauſam quòd ab Iambi conſimiliúmque metrorum humilitate aſſurgat; ita vt comparatè (& ideo dicitur ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων, turgidiſſimum metrorum) turgidus atque altiùs exageratus videri poſſit. alioquin eſt grauis ille quidem, ſonorus, plenus, amplus, ſtabilis, ſed tamen apud bonos Poëtas non facilè turgidus & inflatus videri debet: niſi magnificentiam & granditatem quæ rebus ipſis conueniat, turgidum ſpiret. Quare quemadmodum in libro III. Rhetoricorum ὄγκος in bonam partem, ita in præſentia ὀγκωδέστατον in optimam partem & ad magnificentiam declarandam eſt vſur-
Ad III. pandum. Et hinc etiam licet animaduertere cur στασιμώτατον, ſtabiliſſimum inquam, appelletur heroicum metrum: comparatè enim dicitur ſtabiliſſimum, quia ſcilicet minimè omnium metrorum mobilitatem referat, imprimiſque a Tetrametro quod velociſſimũ eſt differat. & ideo quemadmodum iambo propter granditatem, ita tetrametro propter conſtantiam opponitur. etſi alioquin tum mobile ſit tum apud bonos poëtas in ſuo genere moderatum ſit nec turgidum ſpiret, ita demum & pedibus conſtat vt mobilitas deſignetur, & firmiſſimum eſt ſi cum alijs metris comparetur.

# PARTICVLA CXXXI.

Ἔτι δὲ ἀτοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτά, ὥσπερ Χαιρήμων. διὸ οὐδεὶς μακρὰν σύστασιν ἐν ἄλλῳ πεποίηκεν, ἢ τῷ ἡρῴῳ· ἀλλ' ὥσπερ εἴπομεν, αὐτὰ ἡ φύσις διδάσκει τὸ ἁρμόττον αὐτὸ διαιρεῖσθαι. Ὅμηρος δὲ ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν. αὐτὸν γὰρ δεῖ τὸν ποιητὴν ἐλάχιστα λέγειν. οὐ γάρ ἐστι κατὰ ταῦτα μιμητής. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι αὐτοὶ μὲν δι' ὅλου ἀγωνίζονται, μιμοῦνται δὲ ὀλίγα, καὶ ὀλιγάκις. ὁ δὲ ὀλίγα φροιμιασάμενος, εὐθὺς εἰσάγει ἄνδρα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄλλο τι ἦθος, καὶ οὐδὲν ἄηθες, ἀλλ' ἔχον ἦθος.

AD hæc, Illud etiam magis abſurdum ſi quis vt ipſe Chæremon, hos miſcuerit, Paccius.
Quare longum contextum alio quàm heroico metro ritè pugnet nemo, nimirum id congruere (ſicut diximus) Natura docet. Proin vates Homerus in hoc quoque quemadmodum & in cæteris, præcipua laude dignus eſt. quandoquidem omnium vnus quid ipſum deceat poëtam, minimè ignorat. Decet autem hunc ex perſona ſua pauca dicere: quòd in eo imitator non ſit. itaque veteres alij dum hoc ſtudio ſemper certant, pauca interim paucíſque in locis imitatione aſſequuntur. contra Homerus pauca admodum præfatus, modò virum, modò mulierem interdum mores aliquos inducit. nihil enim vnquam non moratum: at ſemper moribus præpollens, quodcunque confingit.

*Qvamobrem nemo fecit longam conſtitutionem alio, niſi heroo. ſed, vt diximus, ipſa* Riccobonus.
524 *docet natura, & illud ipſum partiamur quod coarguit. Homerus autem & in alijs multis dignus eſt, qui laudetur, & in hoc etiam, quòd ſolus inter poetas id non ignorat, quod ipſum facere oportet. ipſi enim poeta quampauciſſima dicenda ſunt. etenim ipſe non eſt ſecundum hæc imitator. Ac alij quidem ipſi per totum in actione verſantur, & pauca imitantur & paucis in locis. At hic cum pauca præfatus ſit, ſtatim inducit virum aut meliorem aut aliquos alios mores, & nihil morum expers, ſed habens mores.*

COM. CXXXI ETSI paulò ante ſignificauerat Ariſtoteles varia metrorum genera Heroicis factis decantandis non quadrare, imò decorum violare, hic tamen rem cõfirmat vel exaggerat altiùs: & idcircò ait varia metrorum genera heroico Poemati adhibentem, quemadmodum Chæremon ea in dramate fecerat permiſcens carmina, longiùs peccare quàm qui vnum aliquod metri genus præter hexametrum vſurpet. Sed cur, obſecro, id ſit abſurdius, cum interim talis ac tanta carminum varietas & ingenium referat, & ſatietati occurrat, & nouitate delectet? non explicat id Ariſtoteles: ſed tamen id explent interpretes aliqui. Quamobrem Vtinenſis egregiè ſcripſit, *Nimirum autem miſti verſus multi ridiculi ſint oportet, multúmque præferant leuitatis. Adde quod legentes nunquam ſatis eodem veſtigio mentem ſiſtere poſſent. Quid quod cum alij mobiliores, alij tardiores ſint, alij rotundiores, alij minùs volubiles exiſtant, neceſſe eſt ex tali verſuum varietate ſumma confuſio?* Sic Vtinenſis. nec ſpernendus Madius qui ea de cauſa magis peccari ait, quòd hi qui miſcentur verſus, inter ſe diſpares adeò & inæquales ſint, vt Poëmati, ſi illis veluti cruribus incedat, omnino claudicandum ſit. Quare ingenium quod interim oſtẽtatur in tanta carminum varietate, opportuniori loco ac tẽpori reſeruandum: ſatietas etiam rerum varietate & nouitate delenda & concilianda voluptas. De Chæremone verò mentionem fecerat Ariſtoteles in particula IX. vbi item ſcripſit rapſodiam ex omni verſuum genere compoſuiſſe, quam Centaurum appellauit. vt propterea longè ſit veriſimile Ariſtotelem hoc etiam in loco in Centaurum ſpectaſſe qui planè ingenti illa carminum varietate contineretur, ac fortè ea de cauſa Centaurum inſcripſit opus, quod inſtar Centauri, aut, quod legunt alij, Hyppocentauri, qui non vnius refert animantis formam, conflatum eſſet. de quo tamen, quoniam plura ſcripſimus in ea particula IX. nihil addam, niſi Victorij ſententiam mihi nõ probari qui Tragœdiam fuiſſe ſcribit Chæremonis Centaurum. nam a Suida, Athenæo & alijs inter Comicos numeratur paſſim: quin etiam dum octo illius Comœdiæ de nomine recenſentur, inter has Centaurus numeratur non obſcurè. Ex quibus omnibus licet animaduertere multigenã illam metrorum varietatem non in Epopœia ſolùm verùm etiam in Comœdia atque adeò in quocunque poëmate reprehendi. quod tamen eo conſilio dixerim vt qua Tragici, præſertim in Choris, vtuntur varietate metrorum, hanc, ſi moderata ſit & opportunè Poëmati inſeratur, excipiam æquo animo: cum præſertim Ariſtoteles hexametrum quo-
pa.155. que Tragœdiæ adhiberi poſſe affirmet. Ita demum Ariſtoteles concludit neminem fuiſſe qui longam conſtitutionem ſeu amplam fabulam alio elaborauerit carmine quàm hexametro; quaſi verò Natura ipſa docuerit quid Epopœiæ & longiori Poëmati conueniat, inprimiſque hexametrum ijs Poëmatis reſeruandum ac tranſmittendum eſſe. His verò
525 poſitis & conſtitutis rurſus Ariſtoteles in Homeri laudes digreditur, quem ait cum ob alia multa dignum eſſe qui laudetur, tum verò quòd ſolus inter Poëtas non ignorarit id quod Poëtam facere oporteat. qua ſanè laude an maior illi tribui potuerit, haud ſcio. illud certè affirmauerim eum qui nihil ignoret ex ijs quæ Poëtam decent, Poëtarum veluti Deum habendum: nam nuſquam hærere non hominis eſt ſed Numinis. Sed num Ariſtoteli aſſentiendum hac in re, paulò poſt. Nunc illud potiùs requirendum eſt, Cur in Homeri laudes digrediatur hoc in loco. An quia Homerus aut primus, aut maximè omnium, Dubitatur.
hexametro vno retento, metrorum varietatem illam declinaſſet, aut certè hexametrum vnum Epopœiæ adhibendum monſtraſſet? ſic enim bellè & appoſitè, fateretur Ariſtoteles ſe ad Homerum celebrandum rurſus adduci. Ita quidem ſtatuendum videtur, ſi Horatium in conſilium adhibeamus, dum in ſua Poëtica ſic canit,

*Res geſtæ, Regúmque Ducúmque, & triſtia bella,*
*Quo ſcribi poſſent numero monſtrauit Homerus.*

Sed

Sed profectò cum ſatis compertum ſit hexametrum verſum eſſe Homero multò, antiquiorem (multò enim antea ab Oraculo atque ab alijs multis vſurpatus eſt & cultus) nihil eſt quod eum ab Homero inuentum aut ab alijs carminibus ſeiugatum excultúmque fuiſſe aut propagatum ſuſpicemur. Itaque potuit cenſeri fortaſſe Homerus docuiſſe quæ planè hexametro digna eſſent ac ſummatim res à ſummis viris geſtas ac bella eſſe hexametro commendanda (atque id, mea quidem ſententia, ſibi voluit Horatius) at hexametri author ſeu cultor & propagator nullo modo. Quanquam nec reuera primus docuit bella & illuſtria facta hexametro eſſe canenda, cum ante Homerum res illuſtres Orpheus Linus, Muſæus, Piſander atque alij hexamero cecinissent multi: itaque nec Ariſtoteles hanc ei laudem tribuit. Quare affirmare quidem liceat ex Ariſtotele Homerum maximè omnium excelluiſſe hexametro, ita vt (ſi ei credas) monſtrarit quo pacto cani poſſent pro dignitate, at illuſtria facta primum cecinisse, atque hæc hexametro illiganda docuiſſe, non eſt quod affirmemus. Quanquam ne huc quidem ſpectat Ariſtoteles in præſentia dum in Homeri laudem rurſus digreditur: quandoquidem eum ex alio commendat capite. Statuamus igitur Ariſtotelem, quaſi nouum ſeſe argumentum ac veluti campus offerat, decreuiſſe Homericum factum illud laudare, quo factum eſt vt cum Epopœia apud alios ſimplici quodam dicendi genere contineretur, ita vt ferè ad Hiſtoriam accederet, ad dramaticum proximè euecta ſit. Hoc igitur nomine laudaturus Homerum, a generali laudatione orditur. Ait igitur Homerum, cum in alijs multis dignum eſſe qui laudetur, tum verò quòd ſolus inter Poëtas id non ignoret quod Poëtam facere oporteat: At quid eſt hoc tandem, vnde eximia hac laude & penè diuina cumulatur Homerus, quaſi verò nihil planè eum latuerit, imò vnus omnia nouerit quæ poëtam decent, cæterique proinde dormitarint altiùs? Ea planè, quia reuera Poëtæ (ſubdit Ariſtoteles) quampauciſſima dicenda ſunt: quandoquidem dum ipſe ex propria loquitur perſona, reuera non eſt imitator. & idcirco dum alij Epici in actione verſantur tota, ita vt perpauca & rarò alijs affingant, ſed ipſi narrent ferè perpetuò, Homerus contra alios loquentes faciat, vixque pauca quædam, vt ſcilicet præfetur & modò virum modò mulierem ac ſummatim modò vnū modò alium introducat, ex propria perſona loquatur. Hæc in præſens propria Homeri, ad quam a generali illa deſcendit, laus. Quæ omnia me quidem omnino cogunt vt Controuerſiam inſtituam in qua requiratur: NVM iure affirmarit Ariſtoteles Epico poëtæ quampauciſſima eſſe dicenda. & Num hæc laus Homero debeatur. Qua in re quod attinet ad priorem partem nihil eſt quòd vos morer quandoquidem iam antea diſceptauimus num poëtæ ſint dicenda quampauciſſima. Quare in præſentia tantùm dicam, extare quidem Heroico Poëmata in quibus perpauca cætera, nulla verò in qua quampauciſſima poëtæ canant ac narrent: ita vt ſi exemplis & authoritate certandum ſit, Ariſtoteli Epopœia ſuffragetur nulla; præſertim verò dum indicat Poëtæ dicta eſſe reuocanda ad proœmia quibus alios introducunt ac loquentes faciunt; quaſi verò Poëtæ ea tantùm conueniant dicta ſiue illæ ſententiæ, quibus aliæ introducuntur perſonæ, vt cum dicitur, 526

*Ad quem tum Iuno ſupplex his vocibus vſa eſt.*

&, *Aeolus hæc contra:*

aut ad ſummum, ſi plenior introductio requiratur.

*Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra:*
*Ingemit & duplices tendens ad ſydera palmas,*
*Talia voce refert.* 252

vel rurſus —— *Nec plura querentem*
*Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt,*

cætera omnia alijs ſint demandanda. quod tamen fieri vix ac ne vix quidem poteſt. Vt propterea ſi comparatè æſtimetur hoc Ariſtotelis dictum, poſſit vtcunque ad bonas fruges

II. reuocari; cum reuera cæteri Epici quamplurima ex propria perſona loquerentur ipſi: ita vt è contrario videri poſſit quoquo modo quampauciſſima poëtæ eſſe dicenda, quòd multis partibus pauciora dicenda ſint quàm alij fecerint. alioquin præciſè ac ſimpliciter Poëta loqui pauciſſima nec poteſt nec debet, cum non modo alios dicentes introducat proœmijs quibuſdam eius, verùm etiam longè ac latè res narret quæ non proœmijs ſed narrationis eæque ampliſſimæ obtinerent locum. Certè dum Virgilius in 1. Aeneidos (huic verò loco alia ſexcenta inuenias conſimilia) ex propria perſona verba faciens narrat tum qua Aeolus ratione ſedauerit tempeſtatem, tum quid defeſſi Aeneadæ fecerint,

*Explicatur dubito.*

*CONTROVERSIA. LXXXV. NVM iure affirmet Ariſtoteles Epico quampauciſſima dicenda; & Num hæc laus Homero debeatur.*

rint, quid molitus ſit Aeneas. non modò copioſè narrat ac longa & cõtinuata carminum ſerie proſequitur hæc omnia, verùm etiam eadem Comparationibus, Deſcriptionibúſq; pulcherrimis exornat illuſtrátque mirificè. Vt propterea longè abſit vt ſolis procemijs cõtentus fuerit. Quanquam non in Virgilium (dicat aliquis) ac poſteros Epicos intuetur III.
Ariſtoteles ſed in præſentes: & in Homero inprimis hæret quem ait ſtatim atque pauca quædam præfatus ſit, alios introducere loquentes. Ergo de Homero agamus. De quo illud veriſſimè affirmari poteſt, in Iliade Homerum multò plura ex propria quàm ex aliorum omnium perſona fundere carmina, ita vt ipſa (curioſam rem dicam ſed veram) poëtæ carmina ducentis circiter carminibus ſupra mille ea ſuperent carmina quæ a reliquis omnibus pronunciantur: tantum abeſt vt loquatur pauciſſima. nam affirmare ea tantùm cecinisſe quæ in Procemiorum eſſent loco, dum hunc vel illum loquentem faceret ac tãquam conciliaret, ſeu in arenam deduceret imitatores, falſum eſt quàm quod falſiſſimũ. niſi tamen dicas Poëtam in propoſitione tantũ loqui: cætera verò, neſcio, quo pacto aut conſilio a Muſa, (id nos alibi obſeruauimus ac docuimus) proferri omnia: quod cum Ariſtotele ſaltem pugnaret, qui, quaſi Poëta ipſe alia proferat multa quæ alioquin videri poterant decantari a Muſa, ait Homerum modò virum, modò mulieres, introducere: quod eſſet non ab initio tantùm ſed ſparſim in toto poëmate præfari, ídque non modò ſemel ſed ſexcentis vicibus. Vt propterea in Iliade longè aliter accidat quàm ſtatuat Ariſtoteles. Id quod in Odyſſea etiam compertum eſt: nam licet Poëtæ carmina non ſuperent aliena, multa tamen carminum millia ex propria perſona fundit Homerus. Quapropter mihi quidem ad Ariſtotelem hac in re planè tuendum ratio ſuppetit nulla. Nam ſi eò cõfugias vt dicas Epicum in ijs quæ ipſe loquitur, non eſſe imitatorem, ac propterea ſaltem fuiſſe Homero faciendum vt procemijs illis tantùm vteretur, profectò ne id quidem vllo modo concedendum eſt, cum vberior adhuc a Poëta expectanda ſit oratio, vt de præſentibus factis conſtet quos vnus Poëta narrare poteſt. Iam verò eam quoque laudem Homero tribuit, quòd perſonas non ſine moribus, iiſque ſingularum proprijs, inducat. ita vt ſiue inducat virum, ſiue mulierem, ſuos cuique mores affingat, ac ſummatim nihil inducat quod morum expers videri poſſit. id quod ſortè pronunciauit ad extremùm, quòd nõ
527 homines modò verùm etiam numina paſſim ab Homero in poëmata introducerentur, quæ item mores referrent. Quanquam an rectè Homerus affinxerit mores ſiue hominibus ſiue cœleſtibus, & iam nos antea non vno in loco indicauimus, & infra, vbi Poëtarum accuſationes & excuſationes proſequitur, docebimus copioſè. Interim ſat ſit monuiſſe Dijs humanos mores ac vitia plurima tribuiſſe, ita vt Plato in eum hac maximè de cauſa exarſerit. nam in libris De Republica multa longo pertexit ordine in quibus circa Deos Heroëſque, quod pertinet ad mores, lapſus eſſet turpiter. Itaque M. Tullius etiam conqueritur quòd humana ad Deos trãſtulerit: nam mallem (inquit) vt diuina ad nos. Atque hinc factum eſt, vt Plutarchus. Proclus, Euſtathius ſæpè ad allegorias ne dicam ad nenias aniléſque fabulas confugiant vt Homerum in hac re tueantur. Quod quàm temerè faciãt vel ex eo compertum eſſe poteſt ac planum quòd Ariſtoteles qui ſæpè tanquam pro aris & focis decertat pro Homero, atque omnes explorauit vias vnde ſolutiones ille conflaret ſuas atque Homericas accuſationes eleuaret, de allegoria, qua tamen multis occurrere potuiſſet accuſationibus, ac multa in commodiorem partem deflectere, ne verbum quidem.

*Reditur ad Ariſtotelem.*

# PARTICVLA CXXXII.

Δεῖ μὲν οὖν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ποιεῖν τὸ θαυμαστόν, μᾶλλον δ᾽ ἐνδέχεται ἐν τῇ ἐποποιΐᾳ τὸ ἄλογον. δι᾽ ὃ συμβαίνει μάλιστα τὸ θαυμαστόν, διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν εἰς τὸν πράττοντα. ἐπεὶ τὰ περὶ τὴν Ἕκτορος δίωξιν ἐπὶ σκηνῆς ὄντα, γελοῖα ἂν φανείη, οἱ μὲν ἑστῶτες, καὶ οὐ διώκοντες, ὁ δὲ ἀνανεύων. ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι λανθάνει. τὸ δὲ θαυμαστὸν ἡδύ. σημεῖον δέ. πάντες γὰρ προστιθέντες ἀπαγγέλλουσιν ὡς χαριζόμενοι.

Sane

Paccius. SAnè conuenit Tragœdiæ ipſum præbere mirandum; magis autem Epopœiæ: quòd videlicet proportione reſpondeat. ideóque mirandum maximè huic cõuenit, quoniam in ea ad ipſum agentem minimè reſpicimus. Porrò ſi quis illa quæ de perſecutione in Hectorem ſunt, in ſcenam afferat, vtique ridicula apparere fecerit. nam & illos ſtare & hunc abnuere videre eſſet, id quod prorſus in ipſis carminibus latet. Cæterum mirandum ipſum per ſe eſſe gratum, argumento ſit, quod omnes huiuſmodi aliquod dũ nunciant, veluti dicturi in gratiã, id ſemper exaggerant.

Riccobonus. *AC oportet quidem in Tragœdijs efficere id quod admirabile eſt: ſed magis in Epopœia conſiſtit, id quod ratione vacat. Quamobrem contingit maximè id quod admirabile eſt, quia non ſpectant in agentem. Quoniam quæ euenerunt circa Hectoris inſectationem in ſcena certè apparerent ridicula, hi quidem ſtantes & non inſectantes, hic verò renuens. At in Epicis latent. Iam admirabile iucundum eſt. Ac ſignum eſt quòd omnes addentes nunciant tanquam gratificantes.*

COMM. CXXXII. DIgreſſus eſt rurſus Ariſtoteles in Homeri laudes: nũc redit ad inſtitutum, & ea perſequitur in quibus Epopœia diſſidet a Tragœdia. ait igitur oportere quidem in Tragœdijs ciere admirationem, ſed tamen in Epopœia id magis requiri. Ex quo fit vt admirationem in Epopœia maximè oporteat dominari. Quæ res tamen facilè admirationem habeat, ac propterea Contro- 528.

CONTROVERSIA LXXXVI. NVM iure excitetur Admiratio in Epopœia. Non rectè excitari. I. uerſia ſit digna in qua diſceptetur NVM iure Admiratio excitetur in Epopœia. Ac primò cum admiratio ex ignoratione proficiſcatur, nec poſſit Epicus admirationem in nobis excitare quin ignoratione quoque mentem inuoluat noſtram, quæ magna fuerit Epici poetæ laus, admirationem eámque ingentem excitaſſe, vnde ignoratione penitus inuoluamur? Nam cum admiratione ignorationem eſſe coniunctam non eſt quod dubitemus. hinc enim Deus admirationis dicitur expers, quòd cũ excellat ſapientia, nulla in eum ignoratio cadere poſſit. eodémque modo viri ſapientes ac prudentes perbeati cenſeri ſolent, quòd nulla illos attingat admiratio aut ignoratio. hinc Flaccus

*Nil admirari, prope res eſt vna Numici,*
*Solaque quæ poſſit facere & ſeruare beatum.* Libr. 1.
*Hunc Solem & Stellas & decedentia certis* epi. ep.6.
*Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla*
*Imbuti ſpectent. quid cenſes munera terræ?*
*Quid maris extremos Arabas ditantis, & Indos?*

atque hinc illud etiam

*Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.*

qui enim cauſas rerum cognouerit, is ignoratione & admiratione tangitur nulla; ita vt fœlix videri ſoleat. Et huc etiam pertinet quod Philoſophia Platone teſte in Cratylo & Ariſtotele in 1. Diuinæ Philoſophiæ libro ab admiratione profecta eſt, quia nimirum mortales cum ob rerum ignorationem admiratione afficerẽtur, hinc ad cauſas rerum peruestigandas atque ignorantiam admirationémque pellendam excitati pepererunt Philoſophiam. Quid eſt igitur quod Epicus nos in admirationem rapere ſtudeat qua ad ignorationem quoque compellamur?

II. Huc accedit quod admiratio, Ariſtotele ipſo fatente, ex rebus abſurdis oritur maximè, quæque ratione careant. quæ igitur magna debetur Poëtæ laus qui ad ciendam Admirationem incumbat, cum ad res abſurdas tum confugere tũ alios impellere cogatur? Quid plura? cum Ariſtoteles eo nomine reprehendat Epiſodicas

III. fabulas quòd in illis Epiſodicæ partes veriſimili ratione haud ſint inter ſe nexæ & copulatæ, ac ſummatim in ſua Poëtica paſſim iubeat veriſimile cuſtodiri, atque hac de cauſa in poetica imitatione haud dubitet veriſimile anteponere veritati, quid obſecro admirationem quærere vnde veriſimile profligetur? certè aut veriſimile deſerendum in Epopœia, ſi admirationi ſtudendum eſt maximè aut certè ne fabula veriſimili ac tanquam anima ſpo-

Reſpondetur Ad I. lietur, admiratio abijcienda eſt. Ego verò non inficior ignorantiam cum admiratione permixtam eſſe, ita vt hæc ex illa oriatur. ſac enim ignorantia pellatur ex animo, cõtinuò admiratio extinguatur. Sed tamẽ illud quoque veriſſimè affirmari poteſt, cum admiratione

præter

præter ignorationem coniunctam eſſe rerum, quas admiramur, excellentiam & dignitatem, ſiquidem res excellentes inprimis atque præſtantes afferunt admirationem. atque hinc fit vt Diuinum Numen maximè omnium ſuſpicere & admirari iubeamur ab Ariſtotele quòd ſit natura omnium præſtantiſſima: eodémque nomine virtutem & eos qui hac excellenter præditi ſunt, admiramur. Itaque M. Tullius, *Admirantur* (inquit) *communiter illi quidem omnia quæ magna & præter opinionem ſuam animaduerterunt; ſeparatim autem in ſingulis ſi perſpiciunt nec opinata quædam bona. itaque eos viros ſuſpiciunt maximiſque efferunt laudibus in quibus exiſtimant ſe excellentes quaſdam & ſingulares virtutes perſpicere.* & rurſus, *Admiratione quadam afficiuntur ij qui anteire cæteros virtute putantur*. ſic M. Tullius vt doceret eximiam virtutem ac res excellentes nobis eſſe admirationi. *Libr. 2. de Offic.*

529 miam virtutem ac res excellentes nobis eſſe admirationi. Nec alia de cauſa Ariſtoteles in 1. Rhetoricorum eum qui admirationi ſit, honorari etiam ſcribit, ſcilicet propter virtutem. Quæ ſanè virtus aut dignitas & ſplendor ſiue ex doctrinis & ſapientia, ſiue ex rebus gerendis & prudentia, ſiue, quod apud vulgus fit, ex pulchritudine externiſque bonis oriatur, tunc maximè affert admirationem, cum expectationem aut opinionem ſuperat: cum repentè ſeſe in conſpectum dat; cum noua, ardua, inaudita videri ſolet. Et hinc eſt vt Iris dicatur Thaumantis, hoc eſt Admirationis, filia: ob pulchritudinem enim in admirationem rapit mortales. Ex quibus omnibus efficitur omnino enitendum Epico vt excitet admirationem; De qua tamen re paulo poſt copioſiùs. Iam verò quod obiicitur admirabile ἄλογον eſſe & abſurdum; turpe autem exiſtimandum ad res abſurdas vel confugere vel alios impellere, ex dictis dilui poteſt. nam fatendum eſt quidem admirabilia, vt noua fermè ſunt & inaudita, ſic ἄλογα videri, incredibilia & abſurda. non enim communia, plena, trita, veriſimilia, credibilia, gignunt admirationem, ſed noua, ardua, inſueta, incredibilia. ex quo fit vt ἄλογα videantur & abſurda. & ideo etiam videas, ἄτοπα ſeu abſurda non rarò pro admirabilibus a Græcis vſurpari. ita vt aliquando reciprocari videantur. ſed tamen quia res admirabiles, vt dicebam, nouæ atque præſtantes eſſe ſolent, pulchræ item atque iucundæ ac pleniſſimæ dignitatis, fit ſanè vt pulchrum videri poſſit ac pleniſſimũ dignitatis admirationem excitare. Quod ſi res admirabiles cum veriſimili ferè pugnant, quod tamen in Poëſi colendum eſt, iam incredibilia purgãtur admiratione. ſi enim veriſimile violandum eſt, admirationis excitandæ cauſa violandum eſt. Itaque Ariſtoteles, vbi in res incidamus apud Poëtas quæ incredibiles videantur & abſurdæ, tum demum excuſari iubet cum ſint admirabiles. ferendum itaque eſt, immo verò iubendum vt Epicus admirationem excitet: præſertim verò quia dum res non exponit oculis, quemadmodum Tragicus, minùs apparet veriſimile violari quàm in Tragœdia. Tametſi, vt verè fatear, longiùs præſtat admirabile factis arduis & per quã difficillimis excitare, quibus leuiter, interdũ etiam nihil, violetur veriſimile, quã rebus quæ fieri nequeũt & abſurdis. de qua re nos in Cõparatione copioſè; vbi ſigillatim oſtendimus qui admirabile cũ veriſimili interdũ concilietur ac magna cũ laude cõiungatur. Sed ſint iſta. at adhuc docendũ eſſet planiùs cur tã ingens ſit ab Epico excitanda admiratio. Mihi verò in hanc rem intuenti tres ſeſe offerũt cauſæ. Prima eſt quia cũ Epopœia illuſtrẽ planè & excellentẽ requirat fabulã, tum demum intelligere liceat talem eſſe, cũ ingens excitetur admiratio. admiratio enim eſt tanquã tecmirion & propria nota factorũ illuſtrium & præſtantiſſimorũ. Altera quia cũ admiratio ab excellentis virtutis ac pulchritudinis ſplendore manet, facilè in eius herois æmulationẽ & imitationem rapiat qui tanquã virtutis Idea profertur ab Epico: nã reuera non per ſe admiratio quæritur ſed æmulationis gratia & imitationis. Poſtremò qa (vt mox docemus ex Ariſtotele) admirabile ſit iucundum & voluptatem afferat: iucunditas verò & voluptas non poſtremo loco quærenda eſt in Epopœia. quanquã de voluptate quã parit admiratio, paulò poſt. Ita demũ habemus Epicũ non modò poſſe ſine crimine, ſed debere etiã admirationẽ excitare atq; illam ingentem. Quòd ſi illud requirat aliquis, cur in Epopœia magis quàm in Tragœdia ſeſe offerat locus vnde ingens gignatur admiratio, declarat hoc Ariſtoteles tum ratione tum exemplo. ratione quia qui Epopœiã perlegunt, non ſpectant in agentẽ cum Epicus narret, vel ſi imitatur oratione imitetur non

*Ad III.*

*Ad III.*

*Dubitatur rurſus. Reſpondetur.*

*Redi tur ad Ariſtotelem.*

530 actione. contra verò qui Tragico interſunt ſpectaculo, agentes ipſos ſpectant. quapropter vt oculi rẽ admirabilẽ hauriunt altiùs quã aures, atq; afficiendo animo ampliorẽ aperiũt aditum, res abſurdas & incredibiles faciliùs perſentiũt quàm aures: ita vt præſter Tragicũ a rebus planè incredibilibus temperare. contra verò Epico liceat ſectari incredibile paulò liberiùs, cum minùs agnoſcatur in Epopœia. ex quo fit vt nulla aut minor excuſatio in

promptu ſit Epico, vnde non conciliet ingentẽ admirationem. Et ſanè cum Tragœdia ſit poëſis oculorum, Epopœia verò aurium, nemo non videt in has faciliùs ſeſe inſinuare res incredibiles quàm in oculos, & hac de cauſa Homerus fortaſſe vera ſomnia corneæ concedebat portæ, quia ſcilicet oculi difficiliùs fallantur: falſa tribuebat eburneæ quæ auribus deſignetur. Hæc ſit ratio, Exemplum ex libro XXII. Iliados ducitur, vbi Achilles, dum inſectaretur Hectorem, (communem explanatorum ſequor ſenſum) nutu imperauit militibus vt ne Hectorem telis appeterent aut inſectarentur. id quod frigidè omnino cecidiſſet atque adeò riſum mouiſſet in theatro, in quo facilè eſt perſentire fieri nullo modo poſſe vt aliquis nutu exercitum ſiſtat, præſertim in æſtu belli ac pugnæ: in qua etiam Græcis haud erat integrum conſiſtere, cum Troiani contra certarent. itaque riſum mouiſſet Homerus, ſi quid tale in Tragœdia imitatus eſſet; præſertim verò ſi ter quatérve circa mœnia tum Hectorem fugientem tum Achillem inſectantem feciſſet; contra verò in Epopœia a qua, vt eſt aurium tantùm, abeſt oculus, minùs patuiſſet riſui ac reprehenſioni locus: Itaque factum hoc ex Tragicis nullus imitatus eſt; ex Epicis Principes, Virgilius ac Torquatus. quanquam mirum eſt quàm accuratè illa declinarint, quæ reprehenſioni obuia eſſent apud Homerum: etſi enim nequaquam obuia eſſent oculis, cordati tamen viri & ingenioſi (huic enim vel maximè canit Epicus) non effugiunt animum ac iudiciũ. nam nec è dignitate eſt fortiſſimorum ducum vt ter quatérue quaſi curſores ingens illud ſpatium peragrent; nec ad Achillis virtutem celebrandam accommodata eſt Hectoris fuga, quem fortiſſimum præſtitiſſet efficere vt admirationem haberet Achillis fortitudo; nec niſi Achillis virtuti detogat quòd Hectorem nunquam aſſequi potuerit ſatis: cũ præſertim ea inprimis laude ab Homero cumuletur quòd pedibus eſſet velociſſimus; nec vſum repetita iſta inſectatio habet vllum, cum non inde oriatur congreſſus atq; concilietur certamen vnde Achilles victor exiſtat; ſed potiùs Hectore dimiſſo alia vincendi ineatur ratio, quæ etiam ratio indignitatis eſt pleniſſima; cum Pallas, hoc eſt ſapientiæ Dea, Deiphobi ſpeciem induens, Hectorem quaſi fratrem ad pugnam cohortetur opémque illi polliceatur; cum tamen mox eum ad pugnam reuocatum turpi proditione deſerat; ita vt Numen & fidem frangat & ad necem virum fortem turpi adigat proditione. certè dum tot mendacijs decipit Pallas Hectorem, ac fidifragi proditoríſque artes exprimit omnes, eámque (ſi Deo placet) indignum hoc facinus gloriantem, barbaros ſanè mores & immanes illi affingit per imprudentiam. Denique nihil non Achillis dignitati officit, cum non propria virtute ſed aliena infamia victoriam referat. Aliter ſanè Virgilius; qui optante Turno ſingulari certamine congredi cum Aenea, ſic canebat.

*——Diſiecta per agmina Turnus*
*Sic Vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuſo*
*Sanguine terra madet, ſtridéntque haſtilibus auræ;*
*Significátque manu, & magno ſimul incipit ore.*
*Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini:*
*Quæcunque eſt fortuna, mea eſt: me veriùs vnum*
*Pro vobis fœdus luere & decernere ferro.*

vbi non nutu ſolùm aut manu ſed magno ore ac generoſis dictis & argumentis efficit vt conſiſterent communémque pugnam ſingulari certamine dirimi paterentur. itaque appoſitè ſtatim pergit Poëta,

*Diſceſſere omnes medij, ſpatiúmque dedere,*

ita quidem nec mendacia Numini affingit vlli, nec fraude rem peragit, & verò fortem 531
inducens Turnum, victoris Aeneæ conſulit gloriæ, non aliena, aut propria ignominia eũ victorem facit. Denique ſi Iunonem inducit quæ imaginem Aeneæ referat Turnúmque deludat id profectò nõ ad proditionem ſpectat aut fraudem, ſed potiùs vt eum morti ſubtrahat. Ita demum ſatis indicauit Virgilius quæ minùs rectè cecinìſſet Homerus, dum Hectorem fugientem, Achillem inſectantem, ſingulari demum certamine congredientes illos, feciſſet. Nam dum Homerus Hectorem inducit, qui tam longos cum Achille ſermones miſcet certaturus, quin iaculo appetitus, verba diu pro ferro quod manu geſtabat, reddit, ac nenias texit, quàm temerè id faciat, nemo non videt. Quapropter Virgilius verbis valere iuſſis ſic in Turni aduentum de Aenea cecinit,

*At pater Aeneas, audito nomine Turni,*
*Deſerit & muros & ſummas deſerit arces,*

Præci-

*Præcipitátque moras omnes, opera omnia rumpit,*
*Lætitia exultat, horrendúmque intonat armis.*

& idcirco confeſtim ruunt ad pugnam. quare ſic pergit Virgilius.

*Atque illi vt vacuo patuerunt æquore campi,*
*Procurſu rapido coniectis eminus haſtis,*
*Inuadunt Martem clipeis atque ære ſonoro;*
*Dat gemitum tellus: tum crebros enſibus ictus*
*Congeminant. fors & virtus miſcetur in vnum.*

ſic Latinus Poëta vt Græci redundantiam vitaret & decori ac veriſimilis offenſiones. Inter quos tamen ſic Italici Poëtæ enitet Muſa, vt hac in re mihi quidem Virgilium æquaſſe fortaſſe etiam ſuperaſſe videatur. dum enim Tancredus cum hoſte audaciſſimo congreditur, ac ſocios arcet longiùs ne hunc tantillum lædant, paucis quibuſdam ſeſe illis verbis, hoſtili nimirum more, laceſſunt non ſine decoro admirabili & venuſtate. de qua re nos in poſtrema Comparationis parte egimus opportuniùs.

*Vide in fine part. 10. Compa.*

# PARTICVLA CXXXIII.

Δεδίδαχε δὲ μάλιστα Ὅμηρος καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν, ὡς δεῖ. ἔστι δὲ τοῦτο παραλογισμός· οἴονται γὰρ ἄνθρωποι ὅταν τουδὶ ὄντος, τοδὶ ᾖ, ἢ γινομένου, γίνηται, εἰ τὸ ὕστερόν ἐστι, καὶ τὸ πρότερον εἶναι, ἢ γίνεσθαι: τοῦτο δέ ἐστι ψεῦδος. διὸ δή, ἂν τὸ πρῶτον ψεῦδος, ἄλλου δὲ τούτου ὄντος, ἀνάγκη εἶναι, ἢ γίνεσθαι, ἢ προσθῆναι. διὰ γὰρ τὸ εἰδέναι τοῦτο ἀληθὲς ὄν, παραλογίζεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ πρῶτον, ὡς ὄν.

HOmerus verò præcipuè alios docuit quo pacto mendacium ipſum dici oporteret; quod profectò paralogiſmus eſt, Exiſtimant enim homines eum hoc ipſo exiſtente, ſiue facto, hoc ipſum fiat, ſi poſterius ſit, etiam prius eſſe, vel fieri; quod quidem mendacium eſt. Sed ob id ſanè mendacium primum eſt, quod alio quopiam exiſtente, hoc idem eſſe, vel fieri neceſſe ſit. ſiquidem cum hoc eſſe verum ſciat, anima noſtra paralogiſmo colligit etiam primum eſſe verum. *Paccius.*

*ET docuit maximè Homerus alios falſa dicere vt oporteret. Atque hoc naturam habet paralogiſmi, exiſtimant enim homines quando dum vnum eſt aut factum eſt, al-*
532 *terum ſit, ſi poſterius eſt etiam prius eſſe vel fieri. hoc autem mendacium eſt, idcirco primum iam certè mendacium eſt, ſed neceſſe non eſt, dum vnum eſt vt alterum ſit vel fiat vel apponatur. Namquia ſcit hoc verum eſſe, falsò ratiocinatur animus noſter etiam primum tanquam id quod ſit.* *Riccobonus.*

COM. CXXXIII.

QVID doceat Ariſtoteles hoc in loco non eſt obſcurum: cur autem & an rectè, obſcuritatem habet. docet enim Homerum monſtraſſe qua ratione mendacium dicendum ſit vt oportet: quod eſt deceptio quædam & paralogiſmus. cur autem obſcurum eſt, vt dicebam. Interpretes igitur ſic introducunt ſententiam, vt velint Ariſtotelem ab admiratione quam Epico ingentem concitandam eſſe decreuit, ad iucunditatem deueniſſe quæ ex admiratione oritur, & cuius gratia ſolerent homines aliquid iis quæ narrant addere. Nunc igitur (inquiunt iſti) vel quia admirabile ſit ἄλογον ac ratione careat vnde ad mendacium acceditur, vel quia qui aliquid adderent factis quæ narrarentur, mendacium dicerent, hinc Homeri laudandi arripit anſam quod rectè mentiendi artem docuerit. Ego verò crediderim Ariſtotelem dubitationi occurrere quæ eſt in promptu. ſi enim admiratio fermè oritur ex iis quæ ſunt ἄλογα quod eſt ex rebus abſurdis & (quod patebitur etiam paulò poſt) quæ fieri nequeunt, qui non perturbatur veriſimile? nam veriſimile colendum eſſe, ſupra docuit paſſim. Reſpondet igitur Ariſtoteles Homerum nos docuiſſe qua ſit mentiendum ratione, vt, prout oportet, mentiamur: quaſi diceret ex Homero percipi poſſe nihil prohibere quominus ἄλογα & rationis expertia aut etiam quæ fieri nequeunt imitemur, cum tamen veriſimile non violemus. ſi enim mendacium

*Homerum maximè omnium docuiſſe qui falſa dicenda ſint ac paralogiſmum.*
*Quo id conſilio doceat Ariſtoteles.*

prout oportet & in Epopœiam conuenit Homeri inſtar dixerimus, rem falſam quidem dixerimus ſed quæ tamen veriſimilis videatur & fidem pariat. At enim qui tandem hanc Homerus docuit artem? ſi enim id rectè docuerit, iam quoniam in re poëtica & fabula verſamur in qua mentiri licet; haud ægrè feremus hac etiam in re Homerũ laudari. Agedum igitur Controuerſia inſtituatur, atque illud quæratur. Qua tandem ratione Ariſtoteles probet Homerum mentiri docuiſſe prout oportet, num iurè id Homero tribuat. Ergo ſi ab Ariſtotele ſciſciteris id quod primo loco poſitum eſt, reſpondet Homerũ mentiri docuiſſe prout oportet, dum vſus eſt paralogiſmo. Putant enim homines, imperiti maximum ac rudes, cum vno exiſtente aut fiat vel exiſtat aliud, fore etiam vt cum id factum ſit, vel eſt, quod eſt poſterius; factum quoque ſit vel fiat quod eſt prius: quod ſanè mendacium eſt, ita vt prius ac poſterius nõ ſine mendacio colligatur. quamuis enim in iis quæ vltrò citroque meant id verè dicatur, vt ſi ſol ortus eſt, dies eſt; & è contrario: aut ſi pater eſt, filius eſt; & contra; in iis tamen quæ non ſimul ac neceſſariò ponuntur, aliter accidit. quapropter poſito ſole ponitur quidem lux; non tamen luce poſita, ponitur ſol: ſic etiam poſita febre ponitur ægrotatio: non tamen poſita ægrotatione ponitur febris ſiquidem nihil vetat quominus podagra laboret quiſpiam, vel calculis aut alio morbo qui febrem adhuc non attulerit. Sic Ariſtoteles, colligit Homerum eo paralogiſmi genere vſum eſſe qui dicitur Conſequentis. Quanquam an idcirco ſequatur Homerum mentiri docuiſſe prout oportet, iam iam videbimus. Et quidem ſi paralogiſmis & captioſis argumentationibus aptè eſſet vſus & ad aſſenſum captãdum accommodatè, nihil eſſet fortaſſe quod ei poëtici mendacij laudem concedere cunctaremur; at quid ſi vrgeam vt oſtendat Ariſtoteles quomodo & vbi paralogiſmus ſit vſus, atque ad fictam gignendam congruenter & accommodatè ſit vſus Homerus, ſanè hanc dubitationem minimè expedit: tantum enim commemorat (etſi vbi id effecerit Homerus non oſtendit) vſum eſſe fallacia conſequentis, quaſi verò Homeri mendacia hac vna paralogiſmi forma nitantur omnia. Etenim paralogiſmus & captioſa ratiocinatio manat quam latiſſimè & ex quamplurimis quaſi fontibus deriuatur aut ſedibus deſumitur; ita vt conſequentis fallacia vna ſit ex multis paralogiſmi formis. Itaque vbi Homerus illud vnum mendacij genus aptè vſurpauerit quod conſequentis dicitur, adhuc longiſſimè aberit vt plenam paralogiſmi rationem monſtrarit, aut tota Epici mendacij vniuerſitas in conſequentis fallacia (id quod ridiculum eſt dictu) ſita ſit & collocata. Quid? an non Homeri mendacia ſimplici narratione continentur fermè omnia ac ratiocinationis ſunt expertia? dies me deficiat ſi quæ Poeta iſte vel ex propria perſona vel ex aliena contineri quadam oratione ac citra omnem argumentationis vſum refert, perſequi velim. Certe Vlyſſes multis libris nos detinet ſuorum errorum perpeſſionumque & factorum commemoratione: vbi mendacia eo more ac modo referuntur. Quamobrem verendum eſt ne nos interim paralogiſmo decipiat Ariſtoteles ipſe. Sed ſac etiam vnius mentio formæ & fallaciæ reuocet nobis in mentem fallacias cæteras quotquot longo ordine paralogiſmi nomine in Elenchis ipſe proſequitur Ariſtoteles; ac propterea id Ariſtotelis breuiloquentiæ cõcedatur, cum ſatis ſæpè que conſtet coniectura paſſim informanda eſſe multa quæ prætermittit hic author; ſed cur obſecro non exemplis docet aliquibus vbinam & quomodò paralogiſmis vſus ſit Homerus, & qui mendacium dixerit prout oportet? Ego quidem vnde hunc nodum expediam non habeo, niſi dicamus aut in ea ſpectaſſe quæ de paralogiſmo ſubindicauerat dum ſpecies agnitionis proferret, vbi tamen vno propemodum rem peragit verbo; aut eos alloqui & inſtituere, qui in Homero nauiter verſati eſſent atque interim ſibi ipſi Homericos paralogiſmos ſuggerentes, Ariſtotelem ipſum hoc liberarent labore. Quo tamen in re fateor me Dauum eſſe non Oedipum. ipſe enim (vt ingenuè aperiam quod ſentio) Homerum euoluere nequeo & æſtimare quin frigidè paſſim & ferè ſine vllo paralogiſmi vſu mentitum exiſtimem. tantum abeſt vt paralogiſmis ad mentiendum ſit vſus appoſitè. Quanquam quoniam Epicus ingenioſis canit, ne illud quidem intelligo, quò paralogiſmi ſpectare poſſent iſti in Homero; cum paralogiſmi rudibus & imperitis decipiendis valeant, ita demum dum æſtuat vt res abſurdas cum veriſimilibus conciliet, tutiùs fuiſſet confugere ad res arduas & quam difficillimas; atque hac ratione vt conciliaretur admiratio, ſiquidem ardua & difficillima & admirationem habent & iucunditatem afferunt: nec tamen cũ veriſimili è regione pugnant quemadmodũ dicta. Qua propter optimus Epicorũ magiſter Virgilius ac poſt cũ

Torquatus

CONTROVERSIA. Qua Homerum mentiri docuerit prout oportet. & NVM id Homero iurè tribuatur.

Ariſtotelis reſponſio. LXXXVII.

Dubitatur. I.

II.

III.

Reſpondetur.

533

Torquatus ardua & præſtantia facta ſuis illi Heroibus tribuunt: quæ ſic fingunt vt perdifficilia & pulchra admirationem habeāt. ſic ad exitum perducunt, vt veriſimilia videātur. In Latium nauigat Aeneas, ſed non multo milite; ita vt perquam difficillimum videri poſſit ac propemodum incredibile vt cum Rutulis atque Italis penè vniuerſis congredi audeat: tantum abeſt vt egregiam de illis victoriam relaturum ac regnum ſibi paraturum nobis ſperandum eſſet, & tamen id ſibi canendum proponit Virgilius; id in progreſſu, etſi fractæ penè eſſent exiguæ illæ Aeneadum vires & copiæ, ſperari iubet varijs tū Oraculis & prædictionibus, tū portentis & votis; Aeneadū victoriæ & regno, vnde etiam Terrarum orbis oriretur Imperium, fidem concilians ac fouens. Itaque dum interim Troiani in dies magis ac magis Iunonis ira frangerentur ac ferè delerentur, ecce tibi Tyberinus Deus Aeneam ſtatim ac Latium attigit, Euādrum adeundum monet a quo iuuaretur: hic rurſus quoniam perexiguis tantùm copijs eum iuuare poſſet, ad Hetruſcos confugiendum docet vt maiore ſpe dimicaretur. ita quidem ſenſim & ille ad victoriam aſpirat, & nos fa-
134 ctum minùs incredibile, quia a veriſimili non planè alienum, iudicamus. Denique ea rem peragit Virgilius induſtria vt licet quam difficillimum ſemper videatur factum, cum Rutulorum Latinorúmque viribus impares adhuc eſſent Troës: tamen Aeneas tantam tolerantiæ, fortitudinis, vigilātiæ vim, vſque adeò incredibilem rei militaris ſcientiam exercuit, vt tandem de fortiſſimis hoſtibus ingenti cum omnium admiratione victoriam immortalem immortalémque gloriam ſibi compararet: vnde ad æmulationem prouocet ductores militum ac virtutis & gloriæ æmulos Imperatores efficiat omnes.

# PARTICVLA CXXXIV.

*Προαιρῆσθαί τε ἀδύνατα, καὶ εἰκότα μᾶλλον, ἢ δυνατὰ καὶ ἀπίθανα. τούς τε λόγους μὴ συνίστασθαι ἐκ μερῶν ἀλόγων, ἀλλὰ μάλιστα μηδὲν ἔχειν ἄλογον. εἰ δὲ μή, ἔξω τοῦ μυθεύματος, ὥσπερ Οἰδίπους, τὸ μὴ εἰδέναι πῶς ὁ Λάιος ἀπέθανεν. ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ δράματι, ὥσπερ ἐν Ἠλέκτρᾳ οἱ τὰ Πύθια ἀπαγγέλλοντες, ἢ ἐν Μυσοῖς, ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἥκων.*

ITémque fieri quæ neutiquam poſſunt, modò veriſimilia ſint, potiùs quidem eligenda eſſe, quàm quæ minimè veriſimilia: licet fieri poſſint. Sermones quoque ipſos adeò non ex parte rationis expertium conſtitui debere, vt etiam nihil, quod non ſumma ratione præditum ſit, contineant: ſi verò ſecus fiat, extra ipſam fabulationem ſaltem ſit: exempli gratia: ignoratio Oedipodis, quo pacto Laius occubuerit: non autem in actibus: ſicut in Electra Pythiorum nunciatio: itémque in Myſis, ex Tegea mutus vt loqueretur, profectus in Myſiam eſt. Paccius.

*ELigenda autem ſunt, quæ fieri non poſſunt, & veriſimilia ſunt magis quàm quæ fieri poſſunt, & parum apposita ſunt ad perſuadendum. Ac ſermones non conſtituendi ex partibus carentibus ratione, ſed maximè quidem vt nihil habeant, quod careat ratione. ſi verò non ſint tales, ac certè habeant extra fabulam vt Oedipus illud habet, quod neſciat quomodo Laius mortuus ſit. Non autem in dramate vt in Electra qui Pythia nunciant aut in Myſis, qui ſine voce ex Tegea in Myſiam uenit.* *Riccobonus.*

COMM. CXXXIV. *Qui veriſimile colere liceat etiā ſi narrē eur quæ admirabilia ſunt ac fieri haud poſſe videātur.*

EO refert diſputationem Ariſtoteles vt doceat qua ratione ea quæ fieri nequeunt, cum veriſimili iungenda ſint, ac ſummatim docet quatenus ſit veriſimile colendum, & ſanè cum illinc ſæpe iuſſiſſet veriſimile perpetuò retinendum, hinc Homerum mendacium, & paralogiſmis vſum eſſe madnuiſſet vt admiratio & ex admiratione iucunditas excitaretur, quæ duo viderentur cōciliari nullo modo poſſe ac ſociari, par erat vt ſignificaret qui tandem veriſimile cum impoſſibili iungi poſſet cum vtrunque commendaret, inprimis

vero quatenus veriſimile colendum ac retinendnm quod iam antea quaſi fabulæ atque
actionis formam propoſuerat. ob id igitur ait eſſe eligenda magis quæ fieri nequeunt, &
tamen ſint veriſimilia; quàm quæ fieri quidem poſſunt, ſed tamen parũ veriſimilia ſunt
ac fidem difficilè inueniunt. quibus addit ſermones non eſſe conſtituendos *ἐκ μερῶν ἀλό-*
*γων*, ex partibus quæ rationis expertes ſint, atque adeò abſurdæ videantur: ſed potiùs ſtu- 535
dendum vt nihil habeant quod rationi diſſentaneum videri poſſit, quo in loco, ſentit ac
docet rerum res veræ ſint, non laborandum: ſed tantummodo prouidendum vt quam ma-
ximè fieri poſſit veriſimili reſperſæ ſint: vt nimirum ſic retineat veriſimile & colat, vt men-
dacium ac paralogiſmum, quin res quæ fieri nequeunt, ad ciendam admirationem maxi-
mam nullo modo deſerat. At enim quid ſi commodè id peragere nequeat Epicus, ſed vt
aliquid minùs veriſimile vſurpet aliqua ratione, qualis qualis ea ſit, adducatur? ſaltem pro-
uidendum eſt (inquit Ariſtoteles) vt veriſimile non in fabula ipſa violetur ſed in re quæ
extrinſecùs aſſumatur: quemadmodum in Oedipo accidit, vbi abeſt quidem a veriſimili
Oedipum ignoraſſe quomodo & a quo interſectus eſſet Laius. cum enim non potuerit
non Laij, hoc eſt Regis, cædes vulgari, ac locus, & tempus, reſciri, qui fieri potuit vt Oedi-
pus non intellexerit eum planè quem ipſe interfeciſſet, Laium fuiſſe, & quomodo ſit in-
terſectus? Sed tamẽ ignoratio rei eſt quæ extrinſecus aſſumitur nec dramate continetur:
cum Laij mors non in fabula contigerit, ſed fortè vt Oraculo ſatisfiat quòd Laij interfe-
ctorem mulctari iuſſerat, in memoriam reuocetur. contra verò in Electra, vbi ad fabulam
pertinet quæ occurrit veriſimilis perturbatio: ſiquidem temerè ac præter veriſimile nun-
tiantur quæ in Pythijs geſta contigiſſe narrantur Hippolyto. cum enim Pythii ludi non-
dum celebrarentur, ſed multò poſt, instituti ſint, haud rationi conſentaneum fuit vt Hip-
polytum Pythii quadrigam agitantem deiectum & necatum diceret. ita etiam cum fabu-
la coniuncta eſt veriſimilis offenſio quæ in Myſis occurrit dum mutus inducitur ex Te-
gea in Myſiam profectus, cum tamen credi nullo modo poſſit vt tantum itineris ſine er-
rore confecerit mutus. nam quò tenderet nec alteri proferre, nec ab altero audire poterat.
Sic Ariſtoteles; qui quantum in priore huius particulæ membro laborat ne dicam æſtuat,
ne quæ abſurda ſunt (vt ſcilicet Homero patrocinetur) cum veriſimili non copulet atque
adeò pugnantia quoquo modo iungat; tantum mihi quidem fœliciter præcipere videtur
de veriſimili tuendo.

# PARTICVLA CXXXV.

Ὥστε τὸ λέγειν, ὅτι ἀνῄρητο ἂν ὁ μῦθος. γελοῖον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ οὐ δεῖ συνίστασθαι
τοιούτους. ἂν δὲ θῇ, καὶ φαίνηται εὐλογώτερον, ἐνδέχεσθαι, καὶ ἄτοπον. ἐπεὶ καὶ τὰ
ἐν Ὀδυσσείᾳ ἄλογα, τὰ περὶ τὴν ἔκθεσιν, ὡς οὐκ ἂν ἦν ἀνεκτά, δῆλον ἂν γένοιτο, εἰ αὐ-
τὰ φαῦλος ποιητὴς ποιήσει, νῦν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὁ ποιητὴς ἀφανίζει, ἡδύνων τὸ
ἄτοπον

QVapropter locutum fuiſſe dicere, fabula quidem ridicula eſſet. Etenim a prin- Paccius.
cipio eiuſmodi conſtituendæ non ſunt: at ſi ſemel conſtitutæ fuerint, & ita ſint
receptæ, eas admitti, quamuis abſurdas, probabilius erit. Quãdoquidem illa etiam
in Odyſſea circa Vlyſſis expoſitionem rationis expertia ſunt. quæ quidem nullo pa-
cto toleranda apparerent, ſi hæc eadem non bonus aliquis Poeta confinxiſſet. nunc
verò diuerſis bonis abſurdum illuſtrans, ſuaue ipſum Poeta reddit.

*QVare ridiculum eſt dicere fabulam interituram quia a principio non oportet con-*
*ſtituere tales. Quòd ſi quis conſtituerit & appareret magis conſentaneum recipe-* Riccobonus.
*re, erit etiam abſurdum, quoniam & quæ ſunt in Odyſſea ſine ratione, nempe quæ circa*
*expoſitionem, nullo modo tolerabilia eſſe manifeſtum foret. ſi ipſa malus Poeta faceret,* 536
*nunc autem alijs bonis Poeta obſcurat iucundum reddens abſurdum.*

EO con-

*COMM. CXXXV.*

*Eorum præcidit ſubterfugium qui ἄλογα & aliena a veriſimili tueri niterentur.*

EO confugiebant aut fortè confugere potuiſſent aliqui, vt dicerent ſe non tam voluntate quàm neceſſitate aliquid ἄλογον & a veriſimili alienum vſurpaſſe, quia nimirum fabula explicari ſeu ad exitum perduci non poſſet aliter; ac propterea ne deperiret, ſatius fuiſſe alicuius rei non veriſimilis vſu eam perficere & ab interitu conſeruare. Ait igitur Ariſtoteles frigidũ perfugium ac ridiculam excuſationem hanc eſſe; quandoquidem ab initio cauendum erat ne ſic fabula texeretur vt neceſſe eſſet commento aliquo abſurdo & a ratione alieno eam explicare & ad exitum perducere. Et rectè, nam Poëta ideo fictor eſt ac poëta vt aptè & conſentienter inueniat & excogitet, & pro fabulæ conditione proſpiciat vt commodè & ſine veriſimilis atque officij offenſione perduci poſſit ad exitum; præſertim verò quia Comica fabula fingi poteſt vniuerſa, ac propterea nihil obſtat quominus aptè ac pro dignitate conſtituatur: Tragica verò & Epica, etſi ex rebus geſtis fermè deriuanda eſt, excuti poteſt tota, ac pro arbitratu ferè variari vt veriſimili reſpergatur & ad exitum pro vt ratio poſtulat traducatur. ita vt iuſtiùs excuſationi haud ſit locus dum quis ſe ſe vt purgaret, propoſitam excuſationem illam obtenderet. Quamquam illud ipſe fatear non grauatè; reuera talem excuſationem minùs probandam ac ferendam vbi veriſimile in dramate aut fabulæ coagmentatione violetur quàm in re minùs fabulæ propria, quæque, vt dictum eſt, extrinſecus aſſumatur; vt Laij mortis modum & interfectorem ignotum fuiſſe Oedipo. quamuis ſi quod extrinſecùs aſſumitur, ad nodum ſoluendum referatur atque ita referatur vt apta inde ſolutio (hæc enim vel maximè continet fabulæ perfectionem & Poëtæ requirit induſtriam) minùs abſit a vitio. Illud tamen quæri & in Controuerſiam vocari poſſet dum in ipſa fabulæ conſtitutione perturbatur veriſimile; NVM ſcilicet machinæ vſus & Numinis vitiet Epicam fabulam, atque ex ijs ſit quæ ab initio cauenda fuerint, ita vt in præſentia id quoque ex Ariſtotele ridiculum cenſeri debeat. Sed tamen, quoniam hac de re diximus vniuerſim in particula Lxxix. vbi etiam dubitationem tranſegimus Controuerſia, nihil eſt quod attingatur rurſus hoc argumentum: niſi fortè ſigillatim aliquid Epopœiæ cauſa ſit ſubijciendum: vt quoniam id eo in loco recepi, nunc fidem liberem meam. Ergo illud affirmauerim, machinam multò tolerabiliorem eſſe in Epopœia quàm in Tragœdia & Dramate. Siquidem Tragœdia eſt Poëma oculorum; Epopœia aurium. Ex quo fit vt dum quis ad machinam cónfugit, ſi id vitioſum ſit, in Tragœdia, quoniam machinam ac proinde vitium, obijcit oculis, appareat magis. Certè Ariſtoteles hac de cauſa excuſauit Homerum, ſiue eius minuit culpam, quòd Achillis Hectorem inuadentis inſectantiſque vitium non oculis obijceretur ſed auribus, quas faciliùs præterire ſolet culpa. Ac profectò Epopœia eſt Poëma Deorum atque hominum: Tragœdia & Comœdia hominum tantùm. Itaque Comœdia ciues tantummodo ac populares ſpectat: ita vt machina & Numen vix bellè vnquam conuenientérque cadat in Comœdiam. In Tragœdia Reges intuearis ac viros illuſtres & nobiles: ita vt niſi Oraculum aliquod aut augur conſulatur, quod tamen raró accidit, machina & Numen ex rerum gerẽdarum ac fabulæ ipſius perſonarúmque ſerie extorqueri ægrè poſſit: in Epopœia contra: Dijs enim ſiue (vt apud nos) cœleſtibus referta eſt vndique, ita vt a Stoicis Epopœia Deorum atque hominum drama atque commercium ſiue mauis fabula ac Poëma iudicetur appelletúrque. Ex quo fit vt minùs aliena ſit machina ſiue Numinis inductio in Epopœia. Imo verò vbi totius fabulæ nodus quique ſummam continet Poëmatis, ingenio ſoluatur (id
557 enim videtur Ariſtoteles præcipere vniuerſim) cæteris, quoniam machinis ac cœleſtibus veluti reſpergi aut variari ſentias in Epopœia, machinam interdum adhibeas non incommodè. Itaque apud Virgilium Venus apparet filio: eundem cingit nube, & è nube tandem ad Reginæ conſpectum educit non ſine admirabili poëmatis ſplendore ac legentis iucũditate. Ita vt quæ vitioſa ferè eſt in Tragœdia, Comœdiæ verò turpiter fere adhibeatur, ſine culpa (ſi me audias) imo verò magna cum laude vſurpari poſſit interdum in Epopœia. præſertim verò quia quæ in dramate ob rei difficultatem & ingenij imbecillitatem inducitur aliquando; in Epopœia, vt cœleſtes Epicæ fabulæ aptiſſimi ſunt, ad ſplendorem ac magnificentiam valet plurimùm. Videndum itaque eſt ne machina vtaris in Epopœia in generali fabulæ nodo ac ſolutione vt ne ingenium non imprimis in ſeo appareat quod Poëmatis veluti puppis ac prora eſt. alioquin citra totius fabulæ nodum ad ſplendorem & amplitudinem referri poſſit machina, & verò artificium atque ingenium referat. Qua in re & Virgilij & apud noſtrates Poëtas Torquati exempla in promptu ſunt, quæ ſecteris

& imi-

*Dubitatur NVM machina excuſari poſſit in Poemate quod attinet ad Epopœiam.*

& imiteris non ſine laude. Neque verò hæc pugnant cum Ariſtotele qui machinam improbare viſus eſt: nam in ijs quæ vel antea geſta ſunt vel contingent in poſterum, quoniam reſciri aut perſentiri à nobis nequeunt, Machinam & Numen vſurpari haud vetat Ariſtoteles. Idquod in Epopœiam multò magis quàm in Tragœdiam conuenit: quandoquidem Epopœia tum in ijs quæ anteactis ſæculis geſta ſunt, tum in futuris geri oporteat enarrandis, longè ac latè ſpatiari poteſt commodè: Tragœdia, quoniam magnopere vrgetur tempore, non diù. Sed quoniam de machina diximus copioſè in particula LXXIX. hæc quæ tantùm Epopœiæ gratia dicenda fuerant, ſint ſatis. præſertim verò quia hinc conſtare poſſit id quod extrinſecùs aſſumitur (de hoc enim agebamus, atque hinc ad machinam diuertimus) minùs vitioſè aſſumi in Epopœia: quæ patet quam latiſſimè. In pa. 79

Reditur ad Ariſtotel.

Iam verò pergit Ariſtoteles, ac docet vbi fortè aliquid minùs veriſimile vel potiùs abſonum vſurpetur quod tamen cultura mitigetur ita vt ſuauitas carminis & ornamenta ferè abſcondant vitium, id tolerandum atque adeò excipiendum eſſe. quod ſanè idcircò (ni fallor) iubet Ariſtoteles quòd ſat ſciret de ijs quæ abſurda eſſent apud Homerum libros extitiſſe & in multis reuera aliter defendi non poſſe. & ideo vt eleuet hoc crimen, ſubdit è veſtigio ea quæ canit Homerus de Vlyſſe à Phæacis in littus expoſito, verè futurum fuiſſe vt planè abſurda viderentur à nemine tolerarentur ſi à non induſtrio Poëta fuiſſent inuenta & decantata: cum tamen, quoniam Homerus ſum ea excoluit Muſa & multis luminibus illuſtrauit, toleranda imò excipienda videri poſſent. ſed profectò nihil eſt quòd inficiemur factum illud (habetur autem in Odyſſeæ XIII.) apprimè inſulſum & à decoro veriſimilique alienum eſſe cum Vlyſſes poſt longam quietem incolumis diſcedat à Phæacis, & tamen nauiget dormitans ſemper a[illegible] ita vt cum expergiſceretur nunquam, nautæ coacti ſint illum dormientem in littus exponere, vbi etiam cum donis quibus ab Alcinoo Rege affectus fuerat, dormiens relictus eſt. id enim nec cum decoro coniunctum eſt, præſertim cum Vlyſſes prouidus & callidus ad miraculum fingeretur, nec veriſimile ſit non eum excitare potuiſſe imò excitaſſe nautas cum omninò deberent ne ſolus cum egregijs illis donis humi relinqueretur. denique factum hoc (ſi quis attentiùs æſtimet) in fabula vſum habet nullum, quia fini repugnat cum prudentiſſimus ac vigilantiſſimus Dux eſſet fingendus. ita vt Homeri iudicium hac in re non potuerit non vehementer requiri. hoc igitur excuſari atque adeò æquo animo excipi iubet Ariſtoteles quòd ornatè & eleganter fuerit ab Homero expreſſum ac ſummatim à bono proficiſcatur Poëta. ſic, dum Plato eos congredientes facit qui ob temporum interualla conuenire haud poterant, eo nomine à Macrobio excuſatur, quòd à bono Philoſopho & Oratore profecta res ſit, ac propterea imitatores habuerit qui, quod alioquin vitioſum videri poterat, Platonis exemplo laudabile iudicauerint. quanquam quicquid de Platonis facto ſit ſtatuendum (de hoc enim nos in Timæi Comentarijs) ipſe quidem Ariſtotelis defenſionem non facilè probârim in Homeri crimine: idque vel quia turpe ſit rem vſque adeò abſonam & cum decoro ac veriſimili pugnantem quæque inſtituram prudentis viri Ideam euertat comminiſci: vel quia turpius ſit rem quoquo modo non ad fabulæ vſum retuliſſe. ſi enim ridendi ſunt qui rem à veriſimili quidem alienam ſed tamen fabulæ ſoluendæ ac peragendæ excogitatam & ad optimum vſum relatam vſurpant quantò magis ridendus erit Homerus qui rem omnium frigidiſſimam & abſurdiſſimam attulerit, nec vſui vlli eam retulerit aut fabulæ peragendæ, & vt ex anguſtijs eam educeret, quo illi ſaltem ſeſe purgabant nomine, vſurparit. Nam quod rem eleganter expreſſerit aut ornauerit nec ſatis agnoſco, nec, ſi agnoſcerem, excuſarem, cum longiùs præſter culpa carere. Præſertim verò quia quod tanquam in medullis hæret malum, hoc externis medicamentis depelli nequit. Denique quod ait ea de cauſa excipiendum eſſe factum illud quod à bono poëta profectum ſit, mallem vt dixiſſet tale factum in malo vel ſaltem mediocri Poëta tolerari quidem poſſe: in optimo (talis enim interim eſt Ariſtoteli Homerus) nullo modo. Nam optimos optima decent: à mediocribus mediocria expectãda ſunt. Vt propterea aliis quàm Vlyſſes ipſe dormitaſſe Homerus videatur. 538

# PARTICVLA CXXXVI.

Τῇ δὲ λέξει δεῖ διαπονεῖν ἐν τοῖς ἀργοῖς μέρεσι, καὶ μήτε ἠθικοῖς μήτε διανοητικοῖς. ἀποκρύπτει γὰρ πάλιν ἡ λίαν λαμπρὰ λέξις τά τε ἤθη, καὶ τὰς διανοίας.

*Paccius.*

CAeterum in dictione otioſis in partibus maximè elaborandum: ſecus autem in his, quæ moribus quæque ſententiis polleant. quandoquidem ipſa valde luminoſa dictio tum mores, tum ſententiam, quæ quidem per ſe ſatis conſpicua ſunt, obumbrare ſolet.

*Riccobonus*

*DIctione autem oportet elaborare in partibus otioſis & non moratis neque ſententiarum plenis, contra enim occultat dictio valde ſplendida tum mores tum ſententias.*

COM. CXXXVI.

IVbet Ariſtoteles vt in ijs Poëmatis partibus quæ nec mores exprimunt *Ibi efflore-*
nec habent ſententias ac ſummatim ἀργοῖς, quod eſt ignauis ſeu otioſis & *ſcat oportet*
vacuis, dictione elaboret Poëta: proindeque in ijs partibus ſtudeat oratio- *oratio vbi*
nis ſplendori & elegantiæ, quibus fiat, vt illuſtrētur appareántque oratio- *minus appa-*
res. Sed cur, obſecro, Ariſtoteles, negligendus eſt cultus in cæteris illis par- *reāt mores*
tibus quæ mores exprimunt ac ſententias continent? ea de cauſa (inquit *aut ſenten-*
Ariſtoteles) quia quæ valde ſplendida fuerit atque ornata locutio, occultet mores & ſen- *tia.*
tentias. Hæc ſummatim Ariſtoteles in hac particula. In qua multa vel quærenda vel dubi
tanda. Ac primum quæritur cur & hic planè de elocutione præcipiat, & tam paucis præ-
cipiat. vix enim rem aggreditur cum eam deſerit vel abſoluit: ita vt continuò exareſcat o-
ratio. Deinde cur otioſæ partes aliquæ admittendæ ſunt in Poëmate? dum enim eas illu- *Dubitatur.* *I.*
ſtrari iubet, ſumit excipiendas, aut cur planè orationis luminibus & ornamentis reſper- *II.*
gendæ ſunt, atque vt efflóreſcant laborandum? ſatius enim eſſet eas excludere quàm quæ- *III.*
ſitis ornamentis & operoſioribus cumulare. Ad hæc cur oratio valde ſplendida occultat *IV.*
mores ac ſententias, ac non potius eas adiuuat vt commodè appareant atque aures ani-
mósque perſuadant? Denique qui non ſecum ipſe pugnat Ariſtoteles qui in particula *V.*
539 CXXVII. indicat Odyſſeam moralem eſſe per totum? Ad extremum cur fabulis non mora- *VI.*
tis ſolùm verùm etiam patheticis exiſtentibus, arcet artificium a moribus, de affectibus
vide pa. 127. nihil? Hæc in præſenti particula iure àmerito dubitentur. Quibus tamen vt reſpondeam *VII.*
moneo primum Ariſtotelem copioſè (id quod diſtinctè notauimus iam antea) egiſſe de
elocutione. & ideo in Epica diſputatione quod attinet ad elocutionem reuocat nos ad ea *Reſpondetur.*
quæ docuerat in Tragicis præceptis. tametſi, quoniam interim in particula CXXVII. di-
xerat Homerum elocutione cæteros ſuperaſſe, hanc ex Homero perdiſcendam tacitè ſi- *Ad II.*
gnificauit, nihil itaque erat cur hic de elocutione ageret. quamuis enim, vt hîc claudit
Epicam præceptionem, nō ab re elocutionem, hoc eſt poſtremam Epopœiæ partem po-
ſtremo loco complexus eſſet, tamen cum de illa prolixè egerit iam antea, opportunè ad
Tragicam diſputationem, quemadmodum in ſententijs & alijs multis fecit, nos reijcit hoc
loco. Hoc tamen vnum de elocutione præceptum affert, interim, quia cum modò nos
monuiſſet Homerum in Vlyſſea expoſitione laboraſſe, & ornamenta plurima veluti pro- *Ad I.*
fudiſſe (nam & donis ſplendidis Vlyſſem cumulat: Auroræ ortum, conuiuium oppiparè
inſtructum, remigum ardorem ac ſtudium, nauis celeritatem, portus elegantiam, & nym
pharum antrum atque alia id genus deſcribit quibus otioſam partem exornaret (commo
da ſeſe illi obtulit occaſio vnde doceret vbinā id præſtandum eſſet quod præſtitiſſet Ho-
merus. & ideo id vnū docet adhuc de elocutione quod & Epopœia aptiſſimū erat & op-
portunè ſeſe offerebat, præterea nihil. otioſas verò partes non eas vocat quæ vſum planè
habeant nullū, haſce nāq; partes temerè in Poëma introduxerit, ſed in quib. nec mores nec *Ad III.*
ſenten-

ſententiæ eniteant. Nam ſi vrgeas otioſas, cuiuſmodi fuit diuturni illius ſoporis atque expoſitionis deſcriptio, Poëmatis partes, vſum planè habere nullum atque adeo fœdare potiùs quàm explere Poëma, ego ſanè quicquid de Homerico hoc loco ſentiendum ſit, eas tantùm otioſas facio hoc tempore ac retinendas ſentio quæ parum habeant vel moris, vel affectus vel ſententiæ, ac ſummatim non præciſè, ſed comparatè dicantur otioſæ: quia cum iis in quibus eminent mores vel affectus vel ſententiæ conferri nequeant, denique dummodo nec cum fine pugnent, nec decorum ac veriſimile violent, ſed tamen cohæreant cum reliquis partibus in fabulæ conſtitutione, deſpiciendæ non ſunt. vt enim in humano corpore magna eſt partium varietas ſi vſum ac nobilitatem ſpectes, nullæ tamen non vſum aliquem habent & verò animantis conflando corpori conſentiunt omnes; ita in Poëmate: præſertim verò cum quem habent vmbræ in pictura vſum, hunc etiam minùs patheticæ aut moratæ minuſque ſententiis inſtructæ partes, habent in Poëmate; ita vt aliarum partium mores, ſententiæ, affectus minorem ſatietatem afferant ac delectent magis. Atque ex his licet animaduertere illas retinere potiùs & excolere quàm reijcere. Tametſi, vt verè fatear, vbi conceſſero partes iſtas retinendas & excolendas, ægrè Ariſtoteli conceſſerim non multas in Homeri operibus partes quæ vel ſine cultura iaceant, vel quibus fruſtra cultura adhibeatur quòd vſum habeant præpoſterum. Occultat verò ſplendida & valde illuminata oratio, mores & ſententias, quia dum eminet oratio, multò minùs apparent mores & ſententiæ, perinde atque meridiani Solis radiis ſtellæ & Cometarum ignes tanquam diſpereunt, quæ tamen occumbente Sole ſuam rurſus explicant lucem. id quod eò magis accidit ſententiæ ac moribus quòd noſter animus plura eodem tempore non facilè percipiat, cogatúrque vnum dum reputat, negligere cætera. Quanquàm non eſt exiſtimandum iubere Ariſtotelem vt mores ac ſententiæ omni careant ſplendore & ornatu: alioquin nimis frigidè caderent & offenderent aures; quare cum parat eas luminibus ſpoliaſſe dicendum eſt non ſimpliciter: alioquin non diceret dictionem λίαν λαμπρὰν *nimis ſplendidam* occulere mores & ſententias; ſed ſatis eſſet dicere, dictionem quippe ſplendidam illas occulere: quin nec occultari diceret: nam quæ habent vnde videantur, ac propterea luce non carent, ea propriè occultantur. At verò à repugnantia inde liberaretur fortaſſe Ariſtoteles quòd ea verba ἀναγνώρισις γὰρ διόλου ἠθική *agnitio enim per totum & morata* illud per totum in agnitionem potius cadat vnam quàm in moratam. Difficilius eſt quod obijciebatur ad extremum, dum Ariſtoteles nimium illum orationis ornatum ſi careat à moribus & ſententia, eadem enim ab affectibus ratione amouere illum debuiſſet. vidit hanc dubitationem Madius: qui ſic eam explicauit vt crediderit illud μήτε διανοητικαὶ *neque ſententiis inſtructæ ſunt*, non ſententias modò complecti, verùm etiam animi perturbationes: ac propterea non modò à ſententiis verùm etiam ab affectibus arceri culturam illam: præſertim cum affectus etiam obſcurari poſſint nimio illo ſplendore orationis. Contra Victorius qui διανοητικὰς grauibus ſententiis tantùm (id quod vox ferè clamat ipſa) aptans atque reſeruans, cenſuit de affectibus haud præcipiendum fuiſſe ne orationis luminibus excolerentur, quòd verborum ſplendor non ſit ab affectibus alienus: imò affectibus excitandis ſit accommodatus. Quibus opinionibus nihil pugnantius: illa enim affectus comprehenſos & comprehendi debuiſſe affirmat: hæc & comprehenſos & comprehendi debuiſſe negat. Ego verò quod pertinet ad verba μήτε διανοητικαὶ Victorio planè aſſenſerim, non ſignificare niſi actutas ſententias & graues vnde ſententiis inſtructa dicitur oratio: affectus non crediderim. quid enim erat cur Ariſtoteles ſententia pro affectibus tam temerè vteretur & præter morē, cum τὰ πάθη haberet in promptu quibus affectus etiā deſignaret? Cōtra tamen cū Madio crediderim idem de affectibus opinandū, quòd nimis ſplendida oratio affectus etiā obſcurare poſſit: quod, ſi magis eminet ac pellucet in oratione, ſic aures animúmque afficit vt cætera minus ſentiantur. Quapropter egregiè, mea quidē ſententia, hoc in loco ex Hermogene Vrtinenſis, *Si res,* (inquit) *fuerint graues, magnæ, nouæ, quæ varium præſeferant exitum, lætitiam, ſpem, miſericordiam; & referta ſint moribus diuerſis ac perturbationibus; per ſe ſatis ornatam reddunt orationem, etiamſi ſimplici quodam verborum cultu rectæ proferantur.* Et huc etiam referri poteſt quod Ariſtoteles ſcribit III. Rhetoricorū ei qui affectus excitare moliatur, parcendum enthymematis: quandoquidem vel affectus repelluntur, vel fruſtra enthymemata proferuntur; ſeſe enim protrudunt mutuò ac ſummatim obſcurant & infirmant. Præſtat igitur affirmare Ariſtotelem de more breuiloquentia vti ac propterea ex his quæ attingit, affinia & ſimilia colligenda relinquere, quod fortaſſe cōfiden-

tius

tiùs fecit quòd affectus minùs infuſcari ſoleant orationis ornatu quàm mores & ſenten-
tiæ, nam reuera affectus magis eminent quàm mores, & audientium animos percellunt
vehementiùs. vt enim affectus impetu feruntur quodam, mores plerunque ſedata ex ora-
tione manant, nemo inficietur orationis ornatu multò minùs infuſcari & occultari affe-
ctus quàm ſententiam & mores. vt propterea rectè in Rhetoricis parcendum iuſſerit af-
fectibus dum enthymemata vſurpantur; ſiquidem enthymemata quodam veluti impe-
tu feruntur: mores contra ac ſententiæ minùs certare poſſint cum affectibus. & ideo af-
fectus maximè & enthymemata in Oratione dominātur. Iam verò quoniam noſter Au-
540.B. thor eò properat ac referri diſputationem, vt de Quæſtionibus verba faciat, quæ aduerſus
Poëtas excitari ſolent, iiſdémque ſatisfaciat, miretur facilè quiſpiam cur magnus hic poë-
tarum Magiſter, qui viſus eſt eaſdem Epopœiæ affingere partes quas attribuerat Tragœ-
diæ, ac propterea continenter agnouit in Epopœia partes qualitatis, quas Tragœdiæ tri-
buerat, nunc his decurſis prætermittat partes quantitatis, & aliò conuertat ſtylum. Lubet
igitur totam hanc rem diſceptare antequam ad quæſtiones illas ac reſponſiones progre-
diamur. Qua in re dum Vtinenſis, Victorius, vno verbo, Interpretes, ſilent, ſic ſtatuo. Verè
quidem Ariſtoteles Tragœdiæ attribuit partes qualitatis, nimirum fabulam, mores, di-
ctionem, ſententiam, apparatum, melodiam: verè etiam eidem attribuit partes, quantita-
tis, quas appellauit Prologum, Epiſodium, Exodum, Choricum. Sed cum ad Epopœiam
aggrederetur, ac Tragœdiæ partes in ea requireret, partes qualitatis ſpectabat, non quan-
titatis: & ideo affirmabat præter apparatum & harmoniam (ſunt hæ qualitatis tantùm
partes) habere partes illas cum Tragœdia communes. Imò verò viſus eſt ibi loqui non de
partibus qualitatis omnibus, ſed de fabula inprimis, ac ſtatuere oportere Epicam fabulam
Tragicæ ſimilem eſſe, & habere illius partes: & ideo docebat oportere narratiuam & per
numeros imitantem fabulam ſeu Poëſim Tragicæ fabulæ conſtitui ſimilem, ac propte-
rea faciendum, vt ſit vna, integra, perfecta principio, medio, & fine conſtans. & idcirco
cum has fabulæ conditiones multis complexus eſſet, iubebat, vt Epopœia ſit item vel Sim
plex, vel Implicita, vel Moralis, vel Patetica, ita vt eaſdem habeat partes cum Tragœdia,
exceptis harmonia & apparatu, ita vt ſatis conſtet Ariſtotelem vel propter fabulam con-
tuliſſe Epopœiam cum Tragœdia, vt haberet ea omnia quæ habet fabula Tragica, uel ſal-
tem Epopœiæ neceſſarias iudicaſſe vnas qualitatis partes, non autem in partes quantitatis
ſpectaſſe, dum hæc diſputaret. Quanquam veriſſimè quoque affirmari poteſt, nec quan-
titatis partes idcirco prætermiſiſſe, ſed quà Epopœiæ conuenirent, attigiſſe. Etenim ea
de cauſa longè ac latè diſputauit continenter de longitudine ipſius Epopœiæ. Longitudo
enim in re propoſita pertinet ad magnitudinem & quantitatē; ita vt quæ copioſè diſſeruit
de longitudine Epopœiæ, reſpondeant partibus quantitatis. Tametſi non eſt quod infi-
ciemur partes quantitatis in Epopœia non adamuſſim Tragicis reſpondere, quemadmo-
dum reſpondent partibus qualitatis. Si enim apparatum exceperis & melodiam, Epopœ-
ia & Tragœdia in his partibus omnino conueniunt: ſecus in partibus quantitatis, quæ
proportione quadam & analogia tantùm ſibi reſpondent, non planè adamuſſim. Quapro
pter qui Epopœiæ Procemium quod propoſitione conſtat & Inuocatione contulerit cum
Tragœdiæ Prologo, is adumbrauerit primam quātitatis partem: dixi adumbrauerit, quia
reuera in Tragœdia Prologus vel Parodus occupare ſolet primum actum, & inſinuat ſe
in Actionem & Narrationem, cum tamen Epicum Procemium Narrationem antegre-
diatur; ita vt ſimilitudo intercedat quidem inter hæc Poëmatum genera (& idcirco Ari-
ſtoteles in III. Rhetoricorum cap. XIV. affirmabat Procemium Prologo reſpondere, non
planè idem eſſe) eodémque modo ſtatuendum de reliquis partibus quantitatis: nam E-
popœia habet initia fabulæ, quæ continentur Narrationis initio, habet incrementa & de-
crementa, quæ ſuo modo reſpondent Tragicis initijs, incrementis, & decrementis: habet
nexum & ſolutionem, quæ item in vtroque Poëmate conſtant partes quantitatis: ſed in-
primis conueniunt in Epiſodio & Exodo. Tametſi Tragœdia vnico contenta eſt Epiſodio,
Epopœia interponit multos: Exodus etiam Epopœiæ ad fœlicitatem contendit, Tragœ-
diæ Exodus ferè ſemper ad infœlicitatem. Denique vtrobique fit fortunæ commutatio, in
qua certis quibuſdam paſſibus, etſi Epopœia multò amplioribus, incedunt, quantitatem,
ſeu magnitudinem ac longitudinem progignentes. Quo fit, vt dum initium, accretio,
ſtatus, decrementum ineſt ſingulis, atque hæc omnia in quantitate ſeu magnitudine in-
hærent, magna inter illas intercedat ſimilitudo. Quid multa? Vix ac ne vix quidem fieri
poteſt,

poteſt, quin prima Epopœiæ & Tragœdiæ Narratio, ſiue a Poëta vt in Epopœia, ſiue perſonarum quæ introducuntur imitatione vt in Tragœdia, exprimatur, non ſibi reſpondeat quaſi verò parodus inſit vtrique. Ita quidem videor mihi ſtudioſiſſimum breuiloquentiæ Magiſtrum, quique doctis inprimis ſcribit ac nauis, non modò excuſare poſſe, ſed induſtriæ nomine laudare, qui attentiùs æſtimanti omnes & quantitatis & qualitatis partes deſignarit in Epopœia, Tu, ſi lubet, ea quoque percurrere poſſis, quæ de re hac tota ſcripſimus in IX. Comparationis noſtræ Diſputatione paulò poſt initium, & in Gothopiedi 541
Commentarijs, tum in Procemio, tum in Cantico XV. ad initium item. Nunc eum audiamus pro Poëtis aduerſus Accuſatores decertantem. Nam huc iam iam properat Ariſtoteles in capite XXIII.

---

# CAPVT XXIII.

## PARTICVLA CXXXVII.

Περὶ δὲ προβλημάτων, καὶ λύσεων, ἐκ πόσων τε καὶ ποίων ἂν εἰδῶν εἴη, ὧδ᾽ ἂν θεωροῦσι γένοιτο ἂν φανερόν. ἐπεὶ γάρ ἐστι μιμητὴς ὁ ποιητὴς ὥσπερ ἂν ὁ ζωγράφος, ἤ τις ἄλλος εἰκονοποιὸς, ἀνάγκη μιμεῖσθαι, τριῶν ὄντων τὸν ἀριθμὸν ἕν τι ἀεί. ἢ γὰρ οἷα ἦν, ἢ ἔστιν, ἢ οἷά φασι, καὶ δοκεῖ, ἢ οἷα εἶναι δεῖ. ταῦτα δ᾽ ἐξαγγέλλεται λέξει, ἢ καὶ γλώτταις, καὶ μεταφοραῖς, καὶ πολλὰ πάθη τῆς λέξεώς ἐστι. δίδομεν γὰρ ταῦτα ποιηταῖς.

CAeterum dubitationes ac ſolutiones, ex quot videlicet quibúſve generibus cõſtent, ita conſiderantibus manifeſtæ fient. Etenim cum imitator poëta ſit, ſicuti quoque pictor, vel alius imaginum deſignator, eorum ſemper vnum aliquod, quæ tria numero ſunt, imitetur neceſſe eſt. qualia videlicet fuerunt, ſiue ſunt: vel qualia dicuntur, videntúrve; vel qualia eſſe oporteret. hæc autem dictione tum per linguas tum per translationes enunciantur. Multæ enim dictionis ipſius affectiones ſunt quas Poëtis indulgemus. Paccius.

*IAm de quæſtionibus & ſolutionibus tum ex quot, tum ex qualibus formis ſint hoc pacto contemplantibus fiet ſine dubio manifeſtum. Quoniam enim poëta eſt imitator, quemadmodum etiam pictor, vel quis alius imaginum effictor, neceſſe eſt imitari de ijs quæ numero ſunt tria vnum aliquod ſemper. Aut enim qualia erant, aut ſunt. Aut qualia aiunt, aut videntur, aut qualia eſſe oportet. Hæc autem exponuntur dictione vel & linguis & translationibus, Et multæ affectiones ſunt dictionis. hæ enim poëtis concedimus.* Riccobonus.

COM. Cxxxvij. *Introducitur Ariſtotelea de poetarum accuſationibus & defenſionibus diſputatio.*

MIRIS laudibus extulit Homerum Ariſtoteles, ita vt non dubitauerit eum diuinum appellare atque adeò affirmare nihil eum latuiſſe ex ijs quæ optimum decerent Poëtam. Cap. 3. Denique cum de Poëmatum origine ac formis ageret, non modò Epopœiæ verùm etiam Comœdiæ & Tragœdiæ principem ei laudem tribuere auſus eſt, quaſi verò præclaras eiuſmodi Poëmatum formas Comicis ac Tragicis commonſtrarit. quin rurſus dum ſigillatim præciperet de Tragœdia, Homerum oculatiſſimum fecit, & cum in alijs excelluiſſe Part. 51 multis tum inprimis vidiſſe voluit quo pacto vnigena condi poſſet fabula. Sed cum tandem ad Epopœiam deueniſſet non ſemel atque iterum ſed tertiò & quartò in Homeri laudes ſeſe effudit quem cæteris Epicis ſic antepoſuit vt ille vnus ſapere, ij tanquã vmbræ

volitare

*pr. 125 & deinceps.* volitare viſi ſint, ſi Ariſtoteli credas. Cum igitur eò prouectus eſſet in Homeri laudibus,
atque illum mirificè exornaſſet; poſtulabat ſanè ratio, vt, ne quid laudationi deeſſet, ijs oc
curreret qui Homerum criminibus ac vituperatione affeciſſent. etenim non Zoilus ſo-
lùm qui, vt imperitus erat ac rudis, facilè ſpretus & reiectus eſt, verùm etiam Philoſophi
542 ſummi, Parmenides, Protagoras, Xenophanes, Plato atq; alij multi grauiſſimis eum ac-
cuſationibus traduxerant. Itaque libri extabant in quibus quemadmodum Philoſtratus
commemorat inter cæteros, Homeri errata percenſerentur & riderentur plurima. Quid
plura? eò adducta res erat, vt Homerica problemata paſſim diſputarentur. vt enim in Peri
pateticorum ſchola interpretes, præſertim recentiores, problemata ponunt & quæſtiones
quibus diſceptatur rectène Ariſtoteles tria conſtituerit rerum naturalium principia, Mũ-
dum ſempiternum, Cœlum immortale corpus, extimum globum a Deo impelli & agita-
ri, Lacteum circulum infra Lunam continere, & ſexcenta id genus alia ita ab ijs qui Home
rum euoluerent, problemata ponebantur & dubitationes quibus diſputabatur num pro-
banda eſſent quæ caneret vel de Dijs, vel de Heroibus, vel de Achillis ſæuitia in Hæctorẽ
& crudelitate, vel de Vlyſſis ſomno & de expoſitione, déque alijs innumeris non diſſimi-
libus. Ariſtoteles igitur, quoniam ſatis intelligebat non in omnibus paſſim Homeri indu-
ſtriam probari, immo verò a multis argui, omnino ſibi faciendũ putauit vt ijs occurreret,
atque Homerum quoad eius fieri poſſet omni eximeret crimine. Quanquam, quoniam
infinitum fuiſſet dicere ad ſingula, ad certa capita tum accuſationes, tum defenſiones re-
uocare inſtituit: præſertim verò vt Platoni Homerum reprehendenti reſiſteret. Vt enim
tum cæteris Philoſophis omnibus, tum ſigillatim Magiſtro infenſus fuit; iſtorum veluti
ruinis ſuæ molem gloriæ attollere molitus eſt. Quanquam cum de poëſi eiúſque formis
præcepiſſet in vniuerſum, & de Tragœdia ſigillatim egiſſet copioſè, mox verò ad Epopœ
iam deſcendiſſet, ac propterea ad Iliadem & Odyſſeámque vno verbo ad Homerum Epo-
pœiæ gratia diuertiſſet, videri quidem voluit poëſis ac poëtarum gratia ſi non vniuerſim
at certè Epopœiæ & Epicorum omnium defenſionem ſuſcipere: ſed tamen Homeri vel
vnius vel maximè defenſionem aggreditur, quæque in eum accuſationes intenderentur,
ſolutionibus nititur obterere Hac igitur de cauſa. *Iam* (inquit) *de quæſtionibus & ſolutioni-* *Generalis rerum dicẽdarum propoſitio.*
*bus, tùm ex quot, tum ex qualibus, formis exiſtant hoc pacto contemplantibus fiet ſine dubio manife-*
*ſtum.* vbi Græcè de problematis ait, nimirum problematis quæ de Homero agitabantur, &
circumferebantur tacitè ſibi dicendum indicans. Perbellè autem & opportunè cecidiſſet
vt Homerica problemata, et ſi quæ alia fortè de Heſiodo cæteriſque poëtis, ſed inprimis
de Epicis, extabant, ad nos perueniſſent: vt de accuſationibus Epicorum atque Homeri in-
primis conſtaret. nam reuera Ariſtoteles in hac diſputatione explorat quidem vias omnes
vnde Homerum atque Epicos inprimis tueamur, & accuſationum defenſiones ad certa
capita reuocat vt ſint in promptu; ſed tamen capita accuſationum diſſimulat egregiè: ita
vt ex ſolutionibus potiùs ſeu confutationib. ſuſpicione aliqua & coniectura ſint informã-
da, quàm quòd ea diſtinguat & declaret. Denique vt Homerum tueatur, profert ille qui-
dem ſolutiones ſeu refutationes, quibus indicat varia Homeri loca fuiſſe exagitata & re-
prehenſa, quæ in preſens defendit, ſed boni inſtar Oratoris qui defenſionem inſtituat, ac-
cuſationes & crimina non modò non exaggerat, verùm etiam quoad eius fieri poſſit diſ-
ſimulat & comprimit. & ſanè præſtabat ignem aliqua ex parte ſopitum non excitare: nam
apud rudes ſaltem ac Græcæ laudis ſtudioſos Homeri poëmata (vt facilè eſt Athenienſes
laudare Athenis & Græcorum laudibus Græcas aures conciliare atque animos) altiùs oc
cupauerant pectora, ita vt quaſi res ſacra colerentur. Ex quo factum eſt, vt callidè Ariſto-
teles ſolutionum capita afferat, & vt præclaram Homero operam nauet, diſsimulet accu-
ſationum commemorationem. Ait igitur ſibi dicendum de quæſtionibus & ſolutioni-
bus, tum ex quot tum ex quibus formis exiſtant.

541 Principiò autem quædam ſtatuit quæ vel quia perſpicua videri vel quia ex dictis colli- *Nonnulla ſumit ab initio.*
gi poſſint, non tam probat quàm arripit. Primum eſt poëtam eſſe pictoris inſtar atque
imaginum effectoris imitatorem. Alterum eundem poëtam ſic imitari vt vnum ex tribus *I.*
exprimat & imitetur, hoc eſt res vel quales erant aut ſunt: vel quales dicuntur aut viden- *II.*
tur: vel quales eas eſſe oportet. Tertium eſt poëtam imitari dictione atque hac non *III.*
communi modò & trita, verùm etiam & linguis, hoc eſt tum peregrinis vocibus, tum
metaphoris, quod eſt nominum atque verborum translationibus. Quartum dictionis *IV.*
affectiones eſſe multas, atque has poëtis concedi; quod eſt voces variè a poëtis augeri, mi-

*Cætera quæ ſumit, proferet in ſequenti.*

*Quæ hactenus ſumpſit examinantur ſingula*

nui,variari,permutari,vno verbo,efferri, ita vt licet Hiſtoricis & Oratoribus multò verò minùs iis qui pedeſtri ſermone vtuntur,id ægrè concedatur vnquam,poëtis tamen largitum ſit.ſed & alia etiam ſumit de quibus conſtabit in ſequenti particula.nunc quæ propoſita ſunt,paucis examinemus.Primò igitur ſumit poëtam eſſe imitatorem pictoris inſtar εἰκονοποιοῦ,hoc eſt cuiuſcunque imaginum fictoris:nam præter pictorem,ſtatuarium habemus atque alios multos qui auro,ære,gypſo,luto ac ſexcentis denique operibus imagines exprimunt.vbi ſuo iure Ariſtoteles poëtas in imitatione pares facit pictoribus & ſtatuarijs,quia licet reuera Epicus ſæpè Hiſtorico narret more nec imitetur(id enim paulò ante confeſſus eſt)bono tamen poëtæ prouidendum cenſet vt quam pauciſſima loquatur ipſe & perſonis inductis fabulam ad imitationem quoad eius fieri poſſit reuocet vniuerſam,& quanquam Plato repugnaret atque antiquitas vniuerſa, interim tamen id ſumit Ariſtoteles quaſi a ſe antea demonſtratum,alioquin & de Dythirambica item reclamaret Plato & de Lyrico poëmate toto,de qua re nos copioſè diſputauimus ſuprà:ita vt interim in Ariſtotelis ſchola ferè cum pictore & ſtatuario conferri poſſit poëta. Difficilius eſt quod putat non poſſe imitationem niſi tripartita illa varietate contineri & variari : & tamen poteſt quis aliquid fingere imitatione quod nec fuerit nec ſit, nec rurſus dicatur aut videatur,nec denique ſaltem ſit quale eſſe debuit. An non legimus fuiſſe qui Demonem,hoc eſt humani generis aduerſarium, exprimeret egregiè comatum & elegantem oculis & ſpecie:at hoc nec eſt,nec fuit,nec fertur,nec videtur,multò verò minùs tale eſt, quale debet. Quid ſi quis monſtrum illud imitatione exprimat de quo cecinit Flaccus,

*I. In quo Poetam facit imitatorem Imaginum pictoris inſtar.*

*II. In quo poeta imitationem ait neceſſariò tripartitā eſſe.*

*Humano capiti ceruicem pictor equinam*
*Iungere ſi velit ——*

& quæ ſequuntur ? an non is quoque id imitabitur, quod tripartitam illam effugiat varietatem? ſic ſanè. atque idem dixerim ſi quis

*Delphinum ſiluis appingat, fluctibus aprum.*

Denique ſexcenta fingi poſſunt & poëtica imitatione exprimi a tripartita illa varietate aliena. Sed fortaſſe Ariſtoteles ſic loquitur non tam in ea ſpectans quæ concipi poſſunt quàm quæ debent, vel quæ paſſim ſolent. ſic alibi monuit pictores alios meliores, alios peiores,alios ſimiles effinxiſſe, quæ contingunt paſſim ſpectans. quanquam de hac re tota in Controuerſijs non multò poſt copioſè. Quod verò ait Poëtam imitari dictione,dubitationem habet in dramatica imitatione in qua figura quoque & geſtis imitationem fieri compertum eſt. Quin legimus aliquos ſola geſticulatione actiones in Theatro expreſſiſſe. Sed qui mera geſticulatione imitarentur, mimi potiùs quàm Poëtæ habendi ſunt. & quamuis in Comico aut Tragico dramate aliquid interdum imitantur actores citra ſermonem,ea tamen & exigua ſunt fabulæ particula & in vniuerſum orationis aſſeclæ dici poſſunt. denique grauis magiſter res minutiſſimas non æſtimat. Illud potiùs obſeruari velim quod in Platonis poëtica reperam. Ariſtotelem inquam videri interim,velit nolit,in Platonis ſententiam impingere. nam Plato poëſim ſub oratione tanquam ſub genere collocauerat,vnà cum Hiſtoria, Rhetorica, vno verbo, cum facultatibus quæ ſermone omnino indigent. tum dictionem in veram & falſam diſtinguens, falſa conſtituit poëſim in vniuersùm, & ab hiſtoria cæteríſque affinibus facultatibus diſtinxit. mox orationem falſam imitatione aliam,aliam ſimplici narratione concluſit:dramaticum poëma imitatione, Lyricum & Dithyrambicum ſimplici narratione, Epopœiam narratione & imitatione mixtam,relinquens.cum tamen Ariſtoteles imitationem fecerit genus poëſis ac formas poëſis ab inſtrumentis inprimis duxerit quæ varia & vario modo imitationi 544
adhibentur.& tamen in præſentia dictionē profert qua poëta vniuerſim imitetur. Quãquam dictionem in inſtrumenti loco habet adhuc. etſi difficile eſt explicatu quo pacto oratio & imitatio pro genere & differentia haberi & iungi poſſint. Sed quicquid ſit, his miſſis quæ ab initio fuerunt a nobis copioſiſſimè diſputata;illud adhuc ex hac ſumptione obſeruo;nimirum hîc quoque videri poſſe Ariſtotelem orationem vniuerſim poëtæ tribuere,eóque ſpectare,quòd quædam Epopœiæ forma ſoluta oratione vti poſſet ex eius ſententia. Alioquin magis propriè ac limatè dixiſſet imitari carmine. Iam verò quod ait de linguis & metaphoris nos quidem libentiùs concedimus poëtæ quàm quod ait de affectionibus dictionis.licet enim linguæ admodum parcè ſeu veriùs moderatè ſint vſurpãdæ,quod tamen Homerus fecit largiùs;vſurpandæ tamen ſunt.Quanquã mutationes vocum(nam hæ quoque pertinent ad affectiones ) videri poteſt licentiùs multò quàm par eſt

*III. In quo docet Poetam imitari dictione, ſed non communi modo,& cur.*

*IV. In quo Dictionis affectiones quas multas facit,poetæ cõcedit omnes*

eſt vſurpaſſe, ita vt metri cauſa nihil non mutare ac nouare non auſus ſit. a qua tamen licentia Latini & Italici longè abſunt, qui nihil niſi diligentiùs conſultis auribus faciunt. malunt enim caſtiores poëtæ pauca & conuenienti dictione ſeu carmine ſcribere quàm per nimiam licentiam per multa pangere. Itaque poſteriores quoque Græci religioſiores fuerunt hac in re, fortaſſe etiam caſti extitiſſent niſi Homerica licentia cæteros ad eius imitationem vtcunque prouocaſſet. Itaque magnopere vereor ne quemadmodum ſolutiones alias, tum hanc maximè quæ ad vocum pertinet affectiones arripiat Homero patrocinandi cauſa.

# PARTICVLA CXXXVIII.

Πρὸς δὲ τούτοις οὐχ ἡ αὐτὴ ὀρθότης ἐστὶ τῆς πολιτικῆς, καὶ ποιητικῆς, οὐδὲ ἄλλης τέχνης, καὶ ποιητικῆς. αὐτῆς ποιητικῆς διττὴ ἡ ἁμαρτία· ἡ μὲν γὰρ καθ' αὑτήν, ἡ δὲ κατὰ συβεβηκός. εἰ μὲν γὰρ προείλετο μιμήσασθαι ἀδυναμίαν, αὐτῆς ἡ ἁμαρτία. ἡ δὲ τὸ προελέσθαι μὴ ὀρθῶς, κατὰ συμβεβηκὸς ἀλλὰ τὸν ἵππον ἄμφω τὰ δεξιὰ προβεβληκότα. ἢ τὸ καθ' ἑκάστην τέχνην ἁμάρτημα, οἷον, τὸ κατὰ ἰατρικήν, ἢ ἄλλην τέχνην, ἢ ἀδύνατα πεποίηται. ταῦτ' οὐν ὁποῖα ἂν ᾖ, οὐ καθ' ἑαυτήν.

ADhæc non eadem eſt rectitudo Ciuilis facultatis quæ poëticæ. ſed nec alterius vllius artis præter quam Poëticæ. huius verò peccatum omnino duplex eſt, alterum per ſe alterum per accidens. Itaque quod ad imitandum non imitabile ſibi propoſuerit, per ſe huius peccatum erit: proponere verò non rectè per accidens. Quemadmodum vtrunque dextrum latus equum promouentem: aut ſecundum vnamquanque artem peccatum: verbi gratia ſecundùm medicinam aliámve quamlibet artem: aut etiam ſi quæ fieri nequeunt, confinguntur. Qualiacunque igitur hæc fuerint, minimè quidem per ſe huius peccata dicimus. *Paccius.*

545 *PRaterea verò non eſt eadem rectitudo politica & poëtica, neque aliarum artium & poëtica ipſius autem poetica duplex erratum. Nam vnum per ſe, alterum per accidens, etenim aut præligit imitationem rei quæ vltra facultatem eſt, quod erratum ipſius eſt; aut præligit non rectè, quod per accidens eſt; ſed fecit equum mouentem vtranque dexteram partem. Aut erratum eſt ſecundùm vnamquamque artem. Quemadmodum ſecundùm medicinam aut aliam artem. Aut quæ fieri non poſſunt, ficta ſunt. Hæc igitur qualiacunque fuerint non per ſe ſunt.* *Riccobonus.*

ADhuc in ijs enumerandis ac proponendis verſatur quæ tanquam ſumptiones aut poſtulata ſunt præmittenda, vt ad Homeri poëtarúmque accuſationes diluendas, ac ſolutionum omnium capita commonſtranda, progredi liceat. Ait igitur non eandem eſſe Ciuilis facultatis & poëticæ ὀρθότητα ſeu rectitudinem vt ita dixerim. hoc eſt non vniùs eiuſdémque formæ eſſe rectam ciuilis ſcientiæ & poëticæ rationem ac normam. ſed qua de cauſa? ea, opinor, quia ciuilis facultas proprium habet campum in quo verſetur, quíque ei cum altera facultate non ſit communis. ita vt intra ſuos fines induſtriam cohibeat ſuam nec vagetur longiùs: contra verò poëſis facilè in alienos cãpos excurrit, ídque ſine crimine, ita vt quod ciuili facultati vitio eſſet vertendum, id poëſi ſinè crimine concedatur. quamuis enim poëſis quoque proprium quoquo modo habet campum in quo verſetur ac longè latéque ſpatietur, nimirum actionem & fabulã, licet tamen ei fines egredi ſuos, atque huc illuc cum dignitate vagari. quæ omnia eò ſpectant, ni fallor, vt (quod mox faciet) errata quædam in poëſi tueatur faciliùs. ſi enim conſtiterit ea errata non

*COMM. cxxxviii. Alia profert quæ ſumit interim Poſtulatur V. In quo docet non eandem eſſe poeticæ atque aliarum artium rectitudinem.*

ex ignoratione proficiſci & offenſione propriæ artis ſed alienæ, faciliùs erunt condonanda. & hinc eſt vt quod de ciuili & poëtica facultate monuit nimirum non eandem eſſe vtriuſque rectitudinem, de cæteris artibus perinde ac de ciuili intelligi iubeat. Quanquam

*Dubitatur.* illud ſtatim dubitet aliquis. nam Rhetorica & Dialetica ſuos egredi fines ſolent & alienos cāpos excurrere perinde ferè, ac nos de Poëtica docemus. temerè igitur Ariſtoteles quod inter Poëticam & Politicam notauit diſcrimen, idē inter Poëticam rurſus, ac cæteras ar-

*Reſpondetur.* tes notaſſet. nam Rhetorica & Dialectica eiuſdem videri poſſunt rectitudinis cum Poëtica. An igitur dicendum eſt Dialecticā & Rhetoricā reuera non eſſe artem, ac propterea nihil eſſe cur obijciamus perperam rectitudine a cæteris artibus ſeiungi Poëticā? Vix crediderim. nā licet poëtica propiùs quàm Rhetorica & Dialectica ad artem accedat, ars tamen fortaſſe non eſt. vt omittam Ariſtotelem interim artis nomine non propriè omnino & ſtricto (vt aiunt) iure ſed more maiorum & fuſo vocabulo vti, ita vt forſitan Politicam quoque interim artis deſignet nomine, tantùm abeſt vt Rhetoricam & Dialecticam artis nomine non comprehendat. An igitur dicendum Rhetoricam & Dialecticam, etſi fuſo vocabulo artes appellentur, haud tamen proprium habere campum vllum, perinde atque poëſis, ita vt adhuc rectitudo Poëſis differat ab Rhetoricæ & Dialecticæ rectitudine? ne id quidem niſi ægrè conceſſerim. nam vt omittam non ab omnibus propria planè materia ſpoliari ſaltem Rhetoricam ſi intra tria cauſarum genera, quod multi faciunt, cohibeatur 546
nec poëtica è contrariò tam propriam materiam habere dicenda eſt (hanc enim fermè ex rebus geſtis deriuat: etſi reuera eam variat pro arbitratu) quàm propria inſtrumenta & præſidia quibus, quas mutuò res acceperit, imitetur. que in re Rhetorica & Dialecticæ par magna ex parte videri poſſit, quæ aliunde materiam arripiunt quam proprijs veluti inſtrumentis pertractent: & ideo dicuntur certam ac propriam materiam habere nullā; cum tamen Rhetorica enthymema & exemplum, Dialectica ſyllogiſmum & inductionem, habeat pro inſtrumentis: idque non ſecùs ac Poëtica ex hiſtorijs (etſi vt dicebam non ſine mutatione, a qua tamen abeſt Orator & Dialecticus) ac rebus geſtis ducit argumentum, aut ſaltem quod in Comœdia accidit, ad earum imaginem actionem fingit, metro tanquam inſtrumento ea imitans. Suſpicor igitur Ariſtotelem in rectitudine poëſim a cæteris artibus ſeiugaſſe, quòd adhuc aliquid interueniat vnde a Rhetorica & Dialectica poëſis differat rectitudine. ſiquidem licet quæque ex ijs artibus propria ferè careat materia, arripiátque alienam, vel certè non magnopere hac in re differant, inſtrumentis tamen ac ſtudijs diſſident plurimùm, vnde rectitudo varietur. vel certè, quoniam non dicit aliarum artium omnium, id æqui bonique conſulamus oportet: vt quoniam de quamplurimis artibus verè effertur, nihil nos perturbet quòd vna aut altera ex artibus in rectitudine cū poëtica nonnihil cōuenire videatur. vt propterea mihi quidem longè peccaſſe Paccius videatur qui vertit, non eadem eſt rectitudo alterius vllius artis, cum Ariſtoteles ſcribat, *ἄλλης τέχνης* contra verò Victorij probetur ſententia, qui in Commentario, *Quod autem* (inquit) *contingere in Politica & poëtica, idem etiam vſu venire affirmat in arte ipſa poëtarum & alijs nonnullis artibus.* Sic igitur crediderim poëticam haud habendam eiuſdem cum Politicā &

*Refelluntur aliæ quædam propoſiti loci explicationes. I.* cæteris artibus rectitudinis. Quanquā non me latet hunc locū, vt eſt Laconicus & ſpinoſus ac proinde obſcurus, multorū torſiſſe ingenia; ita vt variæ inde ſuſpiciones & opiniones extiterint: quas iuuat curſim attingere & æſtimare. Ac primùm eorū ſuſpicio qui dicunt Ariſtotelē fortaſſe per politicā rectitudinē deſignare Platonicæ Reipublicæ Ideam, quaſi verò neget perfectā illam quæque ſolo animo cernatur Platonicæ Reipublicæ rectitudinē eſſe exigendā a poëſi, optimè quidem caderet in hunc locū, cum ſtatim in poëmate errata quædam agnoſcantur, & continēter extenuentur, vel excuſentur, vt a perfecta rectitudine poëtam tātiſper deflexiſſe patiamur, ſi ex alienæ artis ignoratione profecta ſint. Sed cum addat nec poëticæ item atque aliarum artiū eandem eſſe rectitudinem, id verò ſententiam iſtam euertit, oſtenditque Ciuilem rectitudinem pro Politica ſcientia & rectitudine vſurpari: alioquin cæteris quoque artibus Idea quædam Platonica eſſet attingēda ne tam variè huiuſmodi rectitudo vſurparetur, ac rurſus Ciuilis alieno, cæteræ artes trito more ac modo acciperentur, vt omittam fore vt obſcuriùs eſſet loquutus Ariſtoteles quā ferri poſſit. quid enim per Politicam rectitudinē Platonicæ Reipublicæ Ideam deſignare,

*II.* cum in promptu eſſet dicere non eandem eſſe Poëticæ ac Socraticæ Reipublicæ rectitudinem? itaque mirum eſt quàm ſæpè apud Peripateticos Interpretes noſter vapulet Plato; cum tamen id ſit hæſitantis Interpretis ſubterfugium & imperitiæ. Longiùs verò

aber-

aberrant ij qui ſuſpicantur Ariſtotelem eos carpere voluiſſe ( quod Plato indicat in Ione ) cenſent Ciuilem ſcientiam ex poëſi perdiſci poſſe; ſiquidem haud conſtaret cur interim aut obſeruaret ex poëtica, ( quoniam non eiuſdem eſt cum Politica rectitudinis ) diſci non poſſe Ciuilem ſcientiam, aut adderet nec poëticæ item aliarúmque artium eandem eſſe rectitudinem; cum non quemadmodum Politica ita reliquas artes ex poëſi perdiſci iactarent illi; nec, quantumuis iactaſſent, ( nam ne id quidem non ſuſpiceris in Ione ) intelligatur adhuc in progreſſu quem denique vſum habeat hæc ſumptio aut poſtulatum, cum tamen hoc inprimis oſtendendum eſſet ac ſtatuendum. Neque verò ij placent qui decerni ſentiunt poëticam rectitudinem debere ſummam eſſe, ac propterea poëtæ tãquam Ideas rerum effingendas; ita vt ſi Rex verbi gratia fingatur aut Heros, hic omnibus numeris abſolutus ac ſummæ rectitudinis fingendus ſit: quod tamen ( inquiunt iſti ) in Politica & cæteris artibus ſecus accidit, quarum non talis ac tanta eſt rectitudo. non placent inquam: licet enim laudandus ſit Epicus qui Ideam ſpectet, ac pro- III.
147 pterea rectè ij qui actiones & perſonas præſtantes & pro vt eſſe debuerint exprimunt quemadmodum iubebat Sophocles, veruntamen hæc ſumptio nec cum ijs præceptis cohæreret quibus conceditur poſſe etiam pro vt ſunt vel fuerunt, vel pro vt dicuntur creduntúrue, exprimi ac fingi, nec ( quod caput eſt ) inſtituto ſeruiret. nam ad poëtas tuendos præſtat licentiam illis tribuere, non id quod perfectum eſt illis imponere, denique in progreſſu talis ſumptio, prout eam vſurpant iſti & interpretantur, Poëtarum defenſioni non adhibetur. Placerent magis qui contrariam planè ſententiam hinc elicientes, ferendum ſtatuunt vt poëta ſectetur mediocritatem, nec in rebus imitandis ſeu tractandis politicæ IV.
aliarúmque artium æquet vim ac perfectionem: id enim deinde poëtarum extenuandis tuendíſue erratis eſſet accommodatum. Sed tamen cum poëtica rectitudo in ijs quæ ad poëticam pertinent non minùs requiratur quàm artes cæteræ ſuam quæque exigant rectitudinem, non facilè aſſentior; certè Flaccus qui illud cecinit.

*—— Mediocribus eſſe Poëtis*

*Non homines non Di, non conceſſere columnæ,*

illud disertè monuit in cæteris artibus mediocritatem ſpernendam non eſſe: in Poëtis nullo modo concedi & idcircò ſubdit

*Si paulum ſummo diſceſſit, vergit ad imum.*

vt propterea dicendum potiùs non eandem eſſe Politicæ aliarúmque artium rectitudinẽ cum poëtica; quòd hæc ſumma requiratur, illa mediocris concedatur vt omittam quæ ſequuntur non tam huic quàm ei quæ ab initio allata eſt, ſententiæ fauere. cum ideò videantur ſubiungi duo illa errati genera, quia poëticæ aliarum quoque artium campos peragranti, alienæ artis ( quoniam in ijs variatur rectitudo, nec tanta requiritur quanta in ijs quæ poëticæ ſunt propria ) errata ſint ignoſcenda. In qua tamen illud addiderim; quantumuis concedamus poëtæ rectitudinem ab aliarum planè artium & facultatum omniũ rectitudine diſſidere, ita vt nec eadem ſit Ciuilis facultatis & poëticæ nec poëticæ rurſus aut vllius alterius artis facultatíſue rectitudo, adhuc tamen fatendum Ariſtotelem id dixiſſe quia vellet poëtã in ijs excuſari quæ ex ignoratione alienæ peccaſſet facultatis. Perinde enim eſt ac ſi dixiſſet. Ciuilis facultas ac cæteræ fermè artes non eæ ſunt quæ aliarũ paſſim artiũ & facultatum cãpos ingredi cogantur, ſed certos habent fines quos aut nunquã trãſiliant aut rarò. Poëſis contra vſq; adeo varia imitatur paſſim ac tã multas in partes ſtylum impellit, vt nullius ferè non attingat atq; vſurpet artis & facultatis munus. Itaque & Duces inducit & Milites & Oratores & Gubernatores & alios multos, aut ſaltem ex eorũ initijs & documentis nititur tranſigere aliquid carmine. quo fit vt cæteri, ſi labantur, rarò excuſationem inueniant; Poëta contra facilè: cum in tali ac tanta peruagatione facilè cõtingat vt *κατὰ συμβεβηκὸς* & alienæ artis ignoratione labatur. Neq; propterea non alia quoque erit poëticæ rectitudo a rectitudine Rhetoricæ vel Dialecticæ: nam Rhetorica & Dialectica ſic aliarum artium peragrant campos vt diſputent probabiliter ( probabile verò illarum eſt proprium ) non proprijs aliarum artium vtantur initijs. Poëta contra, ſi Oratorẽ aut Gubernatorem inducat, hos Oratoriæ, aut Nauticæ artis præceptis inſtruit & loquẽtes facit: idémque fecerit ipſe ſi quæ Oratoris aut gubernatoris ſunt, perſequatur. ita vt poëticæ rectitudo ab alienarum artium omnium differat rectitudine. Et hoc eſt quod ſibi voluit Ariſtoteles dum concluderet poſſe poëtam in Medicina & qualibet alia facultate atque arte aberrare, etſi erratũ ſit per accidẽs; hoc enim ait, quia dum huc illuc vagatur poëta & aliarum initiis artiũ vtitur, ex aliarum ignoratione artiũ labitur non ex propria;

ita vt ignoſcendum ſit ei faciliùs. Hæc de ſpinoſi huius loci ſententia. Nunc ad alterum quod ſubijcit poſtulatum. Ait igitur duplex eſſe ipſius poëticæ peccatum: vnum quidem καθ' αὑτὴν per ſe, alterum verò κατὰ συμβεβηκὸς per accidens. nam ſi ali quid imitandum ſibi propoſuerit quod imitari neſciat idque ſiue propter rei difficultatem quòd illius vires ſuperet ac ferè ſit illi ἀδύνατον ad exprimendum, ſiue quia imitator ipſe præ ingenij imbecillitate atque artis Poëticæ ignoratione in eo labatur (ſic enim interpretor interim ἀδυναμίαν quam ad imitandum eligi ac proponi ait: de qua tamen opportuniore loco planius) peccatum erit per ſe ac propterea ipſius peccatum eſt: contra verò ſi prælegeris non rectè, ita ſcilicet vt imitetur ille quidem quod eligit ac ſibi proponit, ſed in electione erret, vt cum fecerit equum vtranque partem dexteram proijcientem, imitabitur quidem prout elegit, ſed non rectè, cum equus dum progreditur vtrunque dexterum pedem ac latus non proijciat ſimul, erit peccatum per accidens. Hoc (inquam) eſt poſtulatum alterum: in quo ſi eius verba ſpectes, mira breuitas: ſed maior obſcuritas. quid enim ſi quis percunctetur num peccatum ipſius Poëticæ quod per ſe peccatum eſſe dicitur, ad artificem & Poëtam, an verò ad artem, an rurſus ad opus & poëma ipſum, ſit reuocandum? ſi enim ad Poëticam referatur quemadmodum verba ipſa poſtulare videntur, quî electionis erit peccatum? & eâdem de cauſa nullo modo videtur operi acceptum eſſe referendum; ita quidem, cum Poëticæ ipſi error propriè aptari nequeat, multò verò minùs operi (his enim electio haud conuenit) ea viderentur Poëticæ cenſenda eſſe peccata (nam poëticæ appellantur interim) quæ præcepta poëtica violant & cum arte pugnant: quod totum poëtæ culpa accidat neceſſe eſt. & tamen hæc ἀδυναμίας electio difficilem habet explicatum de poëta quoque. Etenim ſi affirmaſſet Ariſtoteles aut ſignificaſſet eum qui vel metro vel elocutione ac ſtylo, aut certè (ſi fortè hoc in loco de erratis loquatur quæ non tam in verbis quàm in rebus ſunt poſita) præpoſtera fabulæ cõſtitutione partiúmve & epiſodiorũ collocatione peccet, in artis poëticæ peccatum incidere, cum poëtica violentur præcepta, rectè vitium expreſſiſſet quod iure καθ' αὑτὸ ἐν ποιητικῇ & poëticæ Artis proprium dicatur, cum oriatur ex præceptorum poëticorum ignoratione, ac poëticæ offenſione. quo poſito, iurè etiam continenter ſubieciſſet vitium κατὰ συμβεβηκὸς hoc eſt per accidens; quod appoſitè declaraſſet & exemplo illuſtraſſet dum ſubiungeret eum qui aliquid imitetur quod alienæ præcepta violet artis (vt ſi quis equum deſcripſerit dextrum crus vtrunque proijcientem) in alienæ vitium artis incidere: ex quibus ſententia fortaſſe plana videri poſſet: ſed cum dixerit eum peccare per ſe, & per ſe poëticom erratũ admittere quòd imitari elegerit ἀδυναμίαν, vix ac ne vix quidem de vi nos doceat errati quod per ſe dicitur. nam affirmare in vitium ἀδυναμίας incidere qui res imitetur aut imitari moliatur quæ ſub poëticam imitationem minimè cadant, ægrè aſſenſerim, tum quia nihil ferè eſt quod poëtica dictione & imitatione aliquo modo non poſſit exprimi & declarari; ita vt poëta res humanas ac diuinas complectatur: tum quia deinde in ſolutionibus nihil affert vnde ſigillatim tale vitium vel excuſetur vel damnetur, quemadmodum de alijs contingit: tum quia talis imitatio in rerum ἀδυνάτων imitationem fermè recidit: tum denique quia nihil minùs interim prætermiſiſſet quàm quæ verè ac propriè ſunt Artis poëticæ & καθ' αὑτὸ hoc eſt per ſe ad poëticam pertinent cuiuſmodi eſt vitium quod artificis ipſius ignauiæ aut imbecillitati acceptum eſt referendum. & interim, ſi tamen per ἀδυναμίαν rẽ dixeris intelligendam quæ ſuperet facultatem non artis ſed ipſius artificis qui non par ingenium afferat rei quam ſibi imitandam propoſuit, id non tam artis vitium (id quod iandiu vrgere cœperam) dicendum eſſet quàm artificis; nec tam poëticæ quàm imitatoris ignauiæ acceptum eſſet referendum. Adde quod nihil eſt ad rem vtrum erratum ex præelectione an citra electionem contigerit: erratum enim & vitium ex ſe ſpectatur & quale ſit æſtimatur & quantum, non vtrum ab electione manet curioſiùs examinatur: præſertim verò cum ſæpè ne coniectura quidem informare liceat, num per electionem an verò per incogitantiam quis in illud inciderit. Denique diuiſio quoque minùs ſufficiens imò longè diminuta & manca ſit ſi ἀδυναμία non pertineat ad errata fabulæ & conſtitutionis & diſpoſitionis, adde etiam ſtyli & elocutionis, cum hæc Poëma contineant totum. Quãquam nihil fortaſſe prohibeat quominùs Poëmatis error & eligentis artificis ſit, Poëtæ 549
(inquam) aliquid de induſtria imitantis, & tamen ſit artis vitium, quia ſcilicet aliquod artis præceptum violet, & electionis eſſe agnoſcatur, cum rei ſit quæ electione in Poëma importetur, vt ſi quis multas actiones in eodem poëmate imitetur ac fabulas varias conflet:

*Redit ur ad Ariſtotelem, et al tera, Vl. ſcilicet, expenditur ſumptio.*

*Vide in par. ſeq.*

*Qua & quanta ſit huius loci ſen ſumptionis difficultas.*

ſiet: vel vnam, ſed quæ capite & initio careat, uel a ueriſimili longiſſimè abſit; nam id & eligentis eſſet & artis vitium: ita vt ἀδυναμία poſſet arti & imitatoris imbecillitati aſcribi. Quam tamen rem magnopere optaſſem vt Ariſtoteles illuſtraſſet exemplo aliquo: cum præſertim erratum per accidens exemplo equi illuſtrauerit ſatis: niſi tamen dicas mendoſum eſſe locum, & Ariſtotelem vtriuſque errati exemplum attuliſſe: nam ea verba ἀλλὰ τὸν ἵππον ἄμφω τὰ δεξιὰ προβεβληκότα, videntur indicare è contrario præceſſiſſe exemplum errati per ſe: quamuis vt Ariſtoteles breuiloquētiam adamat, & conciſè paſſim loquitur, ne id quidem magnopere affirmauerim. Vt minimè mirum, non deeſſe qui omnino ſuſpicentur atque adeò affirment particulam hanc mendis non carere: quod equidem aliqua ex parte (nam id Interpretes varijs codicū lectionibus ſuadent) facilè crediderim: ſed fortaſſe maior huic loco explanando lux affulget cum paulò poſt huiuſmodi errati ſolutio ſeſe obijciet. Interim tamen illud ſignificare non dubitabo Madij interpretationē qui docet ab Ariſtotele vitium per ſe appellari cum poëta ſibi imitandum proponit quod fieri nequit, atque huiuſmodi eſſe quæ nec fuerunt aut ſunt, nec videntur aut dicuntur, nec talia ſunt qualia eſſe oportet, cum ex dictis labefactari atque proſterni, tum inprimis videri cum Ariſtotele pugnare; qui mox rerum quæ fieri nequeūt imitationem, numerat inter peccata per accidens: & idcirco qui imitetur equum eius vtrunq; dextrum proijcientem (quod tamen ex ijs eſt quæ fieri nequeunt) peccare ait per accidens. Idem obiecerim Vtinenſi qui eidem ſententiæ viam ſtrauerat antea. Victorius verò & Piccolomineus qui per ἀδυναμία intelligunt non res quæ fieri nequeunt; ſed quæ ſuperent imitatoris illius vires & facultates, videntur quidem vtcunque declinare propoſitum ſcopulum, cū ἀδυναμίας nonnihil diſtinguant ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, ſed tamen cum alia quædam explicare fortaſſe nequeunt quæ vrgebam paulò antè, tum ſigillatim qua ratione id ſit artis ſeu Poëticæ erratum, cum ars quārum in ea eſt, poſſit aliquid imitari, cui artifex præ ſui ſocordia & tarditate impar ſit ad imitandum. quis enim vitium artis dixerit ſeu Poëticæ quod quis rugientem leonem aut mugientem taurum nequeat imitari? Iam vero ad extremum addit Ariſtoteles, *Vel peccatum ſecundùm ſingulas artes*, vt doceat peccatum hoc per accidens in ſingulis artibus Poëtæ contingere poſſe, vt uerbi gratia ſi quid in Medicorum uel aliorū arte imitari ſtudeat, ita ut præ ignoratione labatur, ac ſummatim quod fieri nequit ſibi propoſuerit ad imitandum. quæ ſanè (inquit) qualiacunque fuerint, ſunt peccata per accidens. quæ tamen omnia eandem habent cum ſuperioribus difficultatem: cum ea quæ fieri nequeunt rurſus ad peccata per accidens reuocentur. ita vt optandum magnopere ſit vt noua veluti lux hac quoque in re, quoniam eſt obſcura, exoriatur aliquando. Ita demum ſex ſiue poſtulata ſiue ſumptiones præmittit Ariſtoteles quibus veluti in arenam deſcendat atque illos repellat quos bonis poëtis ac præſertim Homero iniurios eſſe prætexit. Niſi tamen ea dixeris ſeptem potiùs eſſe poſtulata, nam ea verba, ἢ ἀδύνατα πεποίηται, hoc eſt *vel impoſſibilia in Poëſi tractauit* ſeu commentus eſt, a nonnullis interpunctione ſic a ſuperioribus diſiunguntur, vt nouum ac proinde ſeptimum conſtituant poſtulatum, ac fortè non ab re. quandoquidem per ἀδυναμίαν vel non rem quæ planè fieri nequeat, ſeu ἀδύνατον ſignificauit, uel alicui ſaltem ἀδύνατον ibi eligi quidem ad imitandum ac tentari uoluit cum tamen non ſuccederet: ita ut in poëmate ſatis cōſtaret eum luſiſſe operam ac tempus; hic rem non tentatam modò, verùm etiam dicendo expreſſam: ſed quæ tamen temerè introducatur, cum ex ijs ſit quæ re ipſa eſſe aut fieri nequeunt, quo in loco, quoniam in vitium

*Explicatur reliqua particulæ ſententia & pars.*

*Num adhuc propoſuerit ſumptionem VII.*

550 quod per accidens appellauit, rem item quæ fieri nequeat uiſus eſt reuocare, quemadmodum equi exemplum ſatis clamat, rurſus dicendum eſſet fieri poſſe vt Poëta aliquando imitetur rem ἀδύνατον quidem, ſed quæ tamen ſit tantùm conditio quædam rei veræ, hoc eſt quæ rei veræ affingatur: vt cum equum imitatur qui vtrunque crus dextrū proijciat, vel ceruæ affingit cornua. quod etrarum non tam rerum quæ fieri nequeunt, quàm per accidens & alienæ artis appellare placuit. aliquando verò rem imitetur abſolutè, ἀδύνατον, vt Chimeram aut Sphingem, quæ non propter ſolam conditionem aliquam ſeu proprietatem, vt equus dextrum vtrunque proiſciens pedem, ſed quocunque modo eſt ἀδύνατος, & hoc nomine rerum impoſſibilium non dico electionem ſed imitationem ſeptima ſumptione proferret. ſic nos Laconicus tenebricoſúſq; magiſter callidè fortaſſe quoniam non optimam fouet cauſam faticat, ne dicam ludificat egregiè. Atque hæc de ſumptionibus. nam vtrum iure arripiantur omnes ab Ariſtotele ac ſumantur, non diſputabo hoc tempore: præſertim verò quia quæ minùs perſpicuæ videri poterant quàm

vt in

*Quæ videri poſſint adhuc in propoſitis ſumptionibus ſupereſſe quæ diſceptatione egeant; & explicatio, & cur alio reijciantur.*

vt in ſumptionum loco habendæ eſſent. cum exagitauimus nonnihil antea, tū in progreſſu opportunius agitabimus vbi illis vtetur Author, atque Homerum Poëtáſque defendet. nam pleræque hactenus non tam ab Ariſtotele laudatæ ſunt & exceptæ quàm nobis in memoriam reuocatæ quòd in Poëtis, quæ proferret, ſæpè occurrant. Denique ea quæ cōmemorauit; vt Poëtas ea etiam imitari, quæ fieri nequeunt; Poëticæ errata alia per ſe alia per accidens reputanda, etſi quid huiuſmodi, non minùs ad errata & obſeruanda & ad capita redigenda, quàm ſumptionibus inueniendis & certis generibus diſponendis valent ac ſeruiunt. Et iiſdem de cauſis nihil eſt quòd hoc in loco conquerar aut commemorem videri Ariſtotelem nimiæ licentiæ aditum aperire Poëtis: aut pro libidine Poëtis Homeróque inprimis patrocinati. nam hæc tum demum attingam, cum in ſolutionibus ac defenſione non poterit Ariſtoteles non in hac deprehendi culpa. Illud potiùs hoc in loco conquererer ac demirarer, debuiſſe Ariſtotelem accuſationes commemorare vel ſaltem
I. accuſationum genera perinde ac ſolutiones faciet, in apertum proferre, vt parem in accu-
II. ſatione diligentiam oſtenderet: etſi enim non me latet (id quod iandiu ſignificare cœpe-
III. ram.) bonos Oratores aduerſariorum argumenta extenuare liberiùs quàm exaggerare,
IV. imò vbi ſolida ſint & grauia pro virili obſcurare; hic tamen Doctoris partes agit Ariſtoteles non Oratoris ſed ipſi fortaſſe in progreſſu hunc ignem malè ſopitum excitabimus.

# PARTICVLA CXXXIX.

Ὥστε δεῖ τὰ ἐπιτιμήματα ἐν τοῖς προβλήμασιν ἐκ τούτων ἐπισκοποῦντα λύειν. πρῶτον μὲν γὰρ ἂν τὰ πρὸς αὐτὴν τὴν τέχνην ἀδύνατα πεποίηται, ἡμάρτηται ἀλλ᾽ ὀρθῶς ἔχοι, εἰ τυγχάνοι τοῦ τέλους τοῦ αὐτῆς τὸ γὰρ τέλος εἴρηται οἷον, εἰ οὕτως ἐκπληκτικώτερον, ἢ αὐτὸ, ἢ ἄλλο ποιεῖ μέρος. παράδειγμα, ἡ τοῦ Ἕκτορος δίωξις. εἰ μέντοι τὸ τέλος, ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον, ἐνεδέχετο ὑπάρχειν, καὶ κατὰ τὴν περὶ τούτων τέχνην ἡμάρτηται οὐκ ὀρθῶς. δεῖ γὰρ εἰ ἐνδέχεται ὅλως μηδαμῇ ἡμαρτῆσθαι. ἔτι ποτέρων ἐστὶ τὸ ἁμάρτημα, τῶν κατὰ τὴν τέχνην ἢ κατ᾽ ἄλλο συμβεβηκός. ἔλαττον γάρ, εἰ μὴ ᾔδει ὅτι ἔλαφος θήλεια κέρατα οὐκ ἔχει, ἢ κακομιμήτως ἔγραψε.

Quo fit vt obiectiones in quæſtionibus ſi quis ad hæc reſpexerit ſoluturus ſit. *Paccius.* Ac primùm qualem, tametſi peccemus ſemper in his quæ ſecundùm artem, ſi quæ fieri nequeunt, confingamus: rectè tum id factum ſe habebit, ſi propterea eiuſdem finem aſſecuti fuerimus. dictus eſt enim eius finis: verbi cauſa: ſi hoc pacto vel id magis ſtupendum fuerit, vel aliqua ipſius pars huiuſmodi reddatur. Exemplum ſit illa in Hectorem perſecutio. ſi ergo finem magis minúſve aſſequi contigerit, peccatum verò in his quæ circa artem ſunt, fuerit: nequaquam ſatis rectè id fiet: quippe ſi fieri poteſt, nullo pacto peccandum eſt. Præterea vel eſt in his peccatum quæ ſecundùm artem ſunt vel quæ ſecundùm aliquod accidens. Le- 551
uius enim fuerit, ſi ceruam cornua non habere ignorauerit, quàm ſi non bona imitatione deſcripſerit.

*Quare reprehenſiones in quæſtionibus ex his conſiderando ſoluendæ ſunt. Primum enim ſi quæ aduerſus ipſam artem ſunt, ficta ſint huiuſmodi, vt fieri non poſſint, erratum ſit, ſed rectè ſe res habet, ſi conſequitur finem ipſius. finis enim dictus eſt, quemadmodum ſi ſic magis ad conſternandum vel ipſa accommodetur, vel alteram partem accommodet. exemplum Hectoris inſectatio. nam ſi finis vel magis vel minùs contingebat ineſſe, etiam ſecundùm eam artem quæ de his eſt, peccatum eſt non rectè. oportet enim, ſi fieri poteſt, omnino nuſquam errare. Præterea vtrorum eſt peccatum maius, eorúmne quæ ſunt ſecundùm artem, an eorum quæ ſunt ſecundùm aliud accidens. Minus enim eſt ſi neſciebat in ceruorum ſpecie fœminam cornua non habere, quàm ſi mala imitatione deſcriberes.* *Riccobonus.*

Funda-

COM. lxxix.

*Suſpicionibus tanquã fundamentis iactis, profertur primũ Accuſationis genus, cui Defenſio ſubiicitur è veſtigiò.*

FVndamentis iactis in quibus ſolutionum ſedes ac loci ſtatuendi ſunt, ad primum accuſationis genus aggreditur, cui ſolutionis, rationem ac formam ſubiicit è veſtigiò. Illud autẽ accuſationis genus profert primo loco quod & quamlatiſſimè patet apud Poëtas & omnium maximum videri poteſt. Sed quale eſt hoc tandem? quod ex imitatione oritur τῶν ἀδυνάτων hoc eſt eorum quæ fieri nullo modo poſſunt, quæ ſanè breuitatis gratia nos cum Quintiliano & Vlpiano impoſſibilia non dubitabimus appellare. Ergo cum poëtæ res impoſſibiles ſæpiſſimè imitentur & canant, id vitium, vt paſſim eſt obuium, commouere ſolet omnes, quis enim haud commoueatur cum Iouem apud Homerum videat comedentem, dormientem, timentem, mendacijs quoque mortales decipientem, ac libidini turpiſsimè ſeruientem? quis rurſus tum eadem ferè tum alia impoſſibilia multa in cæteris Dijs non ſtomachetur dum ſeſe odijs etiam inſectantur, belligerant, mutuò ſe vulnerant, cruorem fundunt, medicamentis ſanantur, & huiuſmodi alia quæ ne ebrius quidem aut demens admittat? nam equos apud Homerum & loqui & lugere, fluuios & loqui & decertare, quis non rideat? Sed imprudens ſim ego ſi quæ apud Homerum impoſſibilia canuntur, referre velim. nam

*I. Accuſationis genus: & quam latè pateat.*

*Ante diem clauſo componet veſper Olympo.*

*Solutio Ariſtotelis.*

Hoc igitur ſit primum vitium & prima accuſatio, quæ, vt dicebam, tum quam latiſſimè patet, tum maxima videri ſolet. Fatetur igitur Ariſtoteles id eſſe abſurdum & vitium, & contra ipſam artem: ſed tamen rectè habere ſi inde poëta finem conſequatur quem ſibi propoſuit, hoc eſt id efficiat cuius cauſa rem impoſſibilem imitari non dubitauit. Id quod eodem illuſtrat exemplo quo vſus eſt paulò ante, videlicet Achillis Hectorem inſectantis. nam eſt quidem impoſſibile vt ad Achillis nutum conſtiterit & a pugna abſtinuerit exercitus totus. etenim, præterquam quod nullo modo fieri potuit vt exercitus vniuerſus nutum Achillis cerneret, ſanè in eo pugnæ æſtu non erat integrum militibus conſiſtere, cũ ex aduerſo a Troianis vrgerentur. Sed tamen, quoniam fine potitus eſt Homerus, & admirationem atque adeò ſtuporem incuſſit ob tale tantúmque Achillis facinus, (id enim ſibi propoſuerat vt efficeret) diluitur vitium & accuſatio vniuerſa. ſic fermè Ariſtoteles. Etſi enim alia quædam ſubiicit vt ſuadeat propoſitam culpam eſſe vitandam (de qua re tota paulò poſt copioſè) priùs tamen docet qui dilui poſſit vbi quiſpiam (id quod Homero iam accidiſſe conſtabat) in eam incidiſſet. Interim verò dubitare multa cogor, ac propterea huiuſmodi Controuerſiam ſtatuo diſputandam, NVM audiendus ſit Ariſtoteles dũ

*CONTROVERSIA lxxxviii. NVM rerum impoſſibilium imitatio condonanda ſit Poetis.*

552 Homero ac poëtis cõdonari iubet rerum impoſſibilium imitationem dummodo finem
propoſitum conſequantur, & quo modo contingat vt rebus impoſſibilibus finem attingere liceat. Primùm igitur ſic diſputo. Res poſterior, non eſt cauſa prioris; quis enim dixerit lucem aut diem eſſe cauſam ſolis? igitur finis conſecutio vt admirationis, vel ſtuporis excitatio, non poteſt anteriori facto vitium aut laudem ſeu probitatem aut improbitatem affingere. Deinde apud æquum æſtimatorem non tam ex euentu quàm ex prudenti

*Dubitatur.*

ti conſilio aut imprudenti ſunt res æſtimandæ. & idcirco ſi vitioſum fuit rem impoſſibilẽ I.
imitari, vitioſitas non inde tollitur quòd fortè commodè ceciderit & inſeruierit fini. nam II.
quod benè verterit. caſui ſeu fortunæ (vt ita dixerim) videri poſſit tribuendum: erratum III.
imprudentiæ ac temeritati. Huc accedit quod vt finem aſſequatur Poëta, ſanè ex aliena potiùs inſcitia contingit quàm prudentia & iudicio. cordatus enim vir ac prudens ex illo verbi gratia Achillis nutu & facto non modò non percellatur admiratione, ſed ad riſum aut ſtomachum incitetur, cum tam abſurdam & puerilem imitationem animaduertat.
Et huc etiam pertinet quòd poteſt interim vnum idémque cordatus ſtomachari, rudis ac IV.
bardus admirari; ita vt finem tantùm apud ignauos aſſequatur Poëta: Sed quid ſi perpe- V.
ram ſumat Ariſtoteles propoſitum illud Achillis factum verè admirationem potiùs ac
ſtuporem quàm riſum excitaſſe, & admirabile potiùs quàm frigidum & inſulſum viſum VI.
eſſe? Quid etiam ſi nihil minùs cogitauit Homerus quàm vt facto illo admirationem excitaret, percelleretque auditores? profectò mirum commentum Homero tuendo excogitaſſet ac protuliſſet Ariſtoteles. Quid rurſus ſi ne vſui quidem eſſe poſſit in Epopœia ſi- VII.
ne conueniens vt res impoſſibiles admirationem excitent? neque enim vulgaris imperitæque multitudinis eſt Epopœia, ſed cordati ac naui. Ad hæc quis obſecro eſt finis Poë- VIII.
tæ propoſitus dum quæ fieri nequeunt imitatur? nam ſi admirationem eſſe dixeris & ſtuporem, illud officiat quod finis Heroico Poëmati propoſitus iuſtiùs cenſeatur iucunditas

quæ

quæ docente Ariſtotele ex admiratione excitanda eſt, vel certè æmulatio quæ in alijs, præ- par. 128
ſertim Ducibus ac viris illuſtribus, gignenda & concitanda eſt ad præclarum illud quod
decantatur Herois factum imitandum. at nemo affirmet ex rerum impoſſibilium imita-
tione alios ad æmulationem excitari. quæ enim fieri nequeunt imitetur (niſi fortè deſi-
IX. piat vel per imprudentiã excitetur) & æmuletur nemo. Adde quod Ariſtoteles admira-
tionem & ſtuporem illum in finis loco habet non Epicæ imitationis in vniuerſum, ſed ſi-
gillatim imitationis illius qua Achilles Hectorem dum inſectatur, Græcos iubet conſiſte-
re, & ideo vtitur ea particula οἷον ceu, vbi oſtendit ſe admirationem non vniuerſim poëma-
X. ti aut rebus impoſſibilibus ſed Achillis facto illi proponere. Neque verò non abſurdus vi-
deri poſſet Ariſtoteles cum dicat peccare quidem contra ipſam artem qui res impoſſibi-
les imitetur, ſed tamen rectè habere ſi finem conſequatur. nam artis vitia, quæ inquam
cum poëtica imitatione pugnant, excuſatione haud ſunt digna, quemadmodum & pau-
lò ante indicauit, & confirmabit non multò poſt. Vt propterea faciliùs dici potuerit res
impoſſibiles admirationem gignere, quàm re ipſa & experimẽto demonſtrari, ac propte-
*Authoris ſententia de re tota proponitur tum vero argumẽtis reſpondetur.* rea non facilè ignoſcenda ſit poëtæ rerum quæ fieri nequeunt imitatio. Nunc, vt ingenuè
fatear, mihi quidem propoſitum Achillis exemplum non modò in dramate, verùm etiã
in Epopœia, veriſimili ac decoro expers videri ſolet: ita vt Ariſtotelis præceptum fortaſſe
retineri poſſit (quanquam id iam iam diſceptabitur) exemplum quo confirmatur, retineri
ac probari minimè poſſit. tametſi, quoniam de hoc exemplo diximus copioſè in particula
CXXXII. nihil eſt quòd vos in eo morer. tantùm dicam Ariſtotelem Homero patroci- 553
nari, ac propterea id vel maximè quod illi vertebatur vitio, ſua dexteritate ad laudem cõ-
uertiſſe. quod quàm fœliciter illi ceciderit, ea quæ in propoſita particula diſſeruimus, non
obſcurè fortaſſe aperiant. Nunc de Ariſtoteleo præcepto dicamus, ad argumenta quate-
*Ad I.* nùs defendi poſſit aut liberiùs oppugnatum fuerit, reſpondentes. Non inficior itaque id
quod eſt poſterius, non poſſe effectricem cauſam eſſe rei prioris, nec illi probitatem vel
improbitatem affingere: ſed tamen nihil prohibet quominus peccatum alicui ignoſcatur
quod benè verterit. Denique in præſens non dicimus vitioſitatem illam tolli quòd benè
*Ad II.* verterit; ſed quòd benè verterit, ignoſcendam. Fateor etiam res non tam ex euentu quàm
ex probo improbóue conſilio æſtimandas; ſed tamen vt præpoſteri conſilij factum, ſi be-
nè verterit, ignoſcatur minus grauatè, id contendo. ſic poëtæ qui rem impoſſibilem imi-
tetur, erratum ignoſcendum aut diſſimulandum erit cum inde finem attigerit. id quod
tunc faciliùs concedatur cum non caſu benè verterit, ſed data opera: quia ſcilicet ea cogi-
tatione imitatus ſit rem impoſſibilem, quòd forè ſperaret vt lateret: qua ſpe potitus ſit fi-
*Ad III. & IV.* nem attingens fœliciter. ſic enim non imprudentiæ ſit erratum ſed verſutiæ. Quòd ſi for-
tè rudi viro ſi non cordato, admirationi eſſet Achilleum factum illud, ita vt alienæ inſci-
tiæ potiùs quàm ingenio finis adeptio admirationisve excitatio accepta ſit referenda, ego
ſanè, quoniam Epicus cordatis ingenioſiſque canit, Homerum non excuſauerim: ſed ta-
men affirmauerim excuſandum Poëtam illum qui ſic impoſſibile imitetur vt inde cor-
*Ad V.* datos etiam viros percellat & in admirationem (ſi tamen admiratio germanus ſit finis &
in tempore excitetur) adducat & rapiat. Et idcircò dum in Ariſtotelem illud vrgetur, per-
peram ſumere Achillis factum illud admirationem potiùs quàm riſum excitaſſe, & ad-
mirabile potiùs quàm frigidum inſulſúmque videri; quin neque Homerum illud ſpectaſ-
*Ad VI.* ſe, equidem non repugnarim. Eodémque nomine omnino probarim admirationem quæ
factis poſſibilibus (arduis tamen ac difficillimis, quæque cum virtutis magnitudine con-
iuncta ſint) concitetur: ex re impoſſibili concitatam vel potiùs tentatam non probarim:
niſi tamen induſtrios quoque viros latere potuerit (non enim omnia nouimus omnes)
impoſſibilis quæ arripitur res & exprimitur: nam vbi impoſſibilis cognita fuerit iuſtam
admirationem habeat nullam, tantùm abeſt vt æmulationem excitet in cordato viro. Iam
*Ad VII.* verò rerum impoſſibilium imitatione vix (id quod iandiu conceſſi) admirationem excita-
ri poſſe in cordato viro, non modò fateor ſed profiteor: ac propterea talium rerum imita-
tionem quod attinet ad gignendam admirationem (de voluptate enim quæ inde, vt res
nouæ & inauditæ interdum delectant, nihil attinet dicere hoc tempore) vix vſui eſſe vn-
*Ad VIII.* quam in Epopœia non grauatè conceſſerim. Quod autem pertinet ad ſtuporem aut ad-
mirationem, equidem non magnopere pugnarim finem cenſeri poſſe in Epopœia, dum
tamen iucunditas etiam quam parit, maximè vero æmulatio & imitatio, ſit cum admira-
tione coniuncta atque ex hac profluat. ſed huiuſmodi admirationem ex rebus impoſſibi-
libus

libus excitari poſſe non dicam in imperito,ſed prudenti homine, vix crediderim, quem-
admodum iam antea docui.itaque res impoſſibiles admirationi ciendæ eſſe idoneas,pace
Ariſtotelis non affirmauerim. At verò in Achillis facto admirationem ſic proponit, vt *Ad IX.*
velit ſummam admirationem in Epopœia eſſe finem in vniuersùm:idque quia iam antea
iuſſerat vt fieret id quod eſt maximè admirabile. itaque non ægrè concedendum admi-
rationem in finis loco haberi, dum tamen hanc iucunditatis & imitationis haud expertē
ſtatuamus.Denique ſiue interim,dum ait rei impoſſibilis imitationem peccatum eſſe ar- *Ad X.*
tis, per artem ipſam intelligat Poëticam, ſiue alienam artem (id quod conſtabit fortaſſe
paulò poſt) nihil eſt quod eiuſmodi peccatum extenuari poſſe negemus Ariſtoteli; nam
ſi inde finem attingat, quid ni minus graue ſit ac propterea tolerabilius quàm ſi fruſtre-
tur fine?itaque recurrat quidem dubitatio qua efficiatur res impoſſibiles in Epopœia fini
154 attingendo hoc eſt admirationi & æmulationi excitandæ non eſſe idoneas,niſi fortè in im
peritorum aures incidat; ſed propoſitum peccatum extenuari non poſſe vbi conceſſeris
finem attingi,diſſentaneum eſt. Sed iam quæ in propoſita particula reſtant, explanemus.
Etenim ſi finis (pergit Ariſtoteles) plùs minùs attingi poſſit, artis vi nequaquam violata *Reditur*
ſed conſeruata,ita vt res exprimi poſſit ſecundum artem,& finis mediocriter ſaltem attin *ad Ariſto-*
gi, Poëtæ error hac in parte excuſandus non ſit;vbi enim fieri poſſit, vitio & culpa vacare *telem.*
oportet.itaque cum Ariſtoteles eò primam ſolutionem prouexerit vt Homerum libera-
uerit (ſi tamen liberauit) ab ea nota quæ illi propter impoſſibilia ac ſigillatim propter A-
chillis factum & de qua egimus inſectatione,inurerent multi,iam vt ne liberiorem anſā
præbuiſſe videatur,moderationem adhibet ijs quæ dixerat. Et quamuis,mea quidem ſen-
tentia, multò copioſior atque vberior aquarum vis ſit neceſſaria ad eam quam ob rerum
impoſſibilium imitationem maculam contraxerunt poëtæ,quáque Homerus præ cæte-
ris fœdatus eſt,diluendam,Ariſtoteles tamen hac in re quod ſiue potuit ſiue res pateretur
præſtitit,vel certè breui obſcuráque defenſione accuſationem obuoluens, vt nos hærētes
ſaltem haberet,molitus eſt.hoc enim in re propemodum deſperata ac deplorata extremū
remedium eſſe ſolet. Nunc tamen,ne fortè poëtæ occaſionem arriperent vnde veriſimi-
le, quod tueri tantopere debent,quódque ipſe tantopere commendauit,impoſsibiliū imi
tatione violarent;ac dum Homero patrocinaretur,ingentem hanc labem in poëſim indu
ceret,quaſi velum conuertens ac nauigationem,monet reuera longè præſtare impoſsibi-
lia non imitari ſi finis aliunde attingi poſsit. imò verò ne ſi quidem finis niſi mediocriter
non attingatur. ſiquidem ſatius ſit finem mediocriter attingere & mediocrem gignere
admirationem quàm impoſsibile imitari. Denique dummodo finis quoquo modo attin-
gatur,& admiratio aliqua excitetur, tota illa ſiue imitatio ſiue culpa vitanda eſt. Ac ſcitè
profectò. Tametſi illud me angit adhuc quo nouam Controuerſiam cogor proponere & *CONTROVERSIA*
agitare. Num ſcilicet ſic rurſus ad veriſimilis patrocinium redeat Ariſtoteles vt Homerū *LXXXIX.*
in impoſsibilium imitatione defenderit ſatis. Etenim ſi nefas ſit impoſsibile imitari vbi fi- *NVM Ho-*
nis ſine impoſsibilis ope aut vſu vel mediocriter attingi poſsit,docendum quoque fuerat *merum in*
Homerum nec perfectè nec mediocriter potuiſſe finem attingere niſi ad impoſsibile il- *impoſſibi-*
lud confugiſſet: alioquin crimen recurrat neceſſe eſt. Imò verò alia impoſsibilia ſi non *lium imita-*
omnia (id enim reuera infinitum videri poterat) at certè multa fuiſſent afferenda ex Ho- *tione defen-*
mero, docendúmque ea quoque arrepta a poëta quod alioquin ne mediocriter quidem *derit ſatis.*
poſsit admirationem ciere niſi impoſsibili illo arrepto. Quid eſt enim Ariſtoteles quòd *Inſimulatur Ariſto-*
cum ſexcenta in Homero ſe ſe offerant impoſsibilia,atque adeò impoſsibilibus ferè con- *teles.* *I.*
flauerit poëma, vno extenuato impoſsibili,ne dicam obſcurato generalem illam accuſa- *II.*
tionem eleuatam ac repreſſam exiſtimes? Quin etiam cum impoſsibilia multa apud Ho- *III.*
merum non tam admirationem afferant quàm de more fundātur delectandi ac ſumma-
tim Poëmatis producendi cauſa, ita vt nihil minùs quàm admirationem propoſitam ha-
beant,alia quoque ſibi ratio ineunda erat vt ea quoque impoſsibilia eleuaret, quæ non tā
finem ſeu admirationem ſpectarent quàm elegantis & feſtiuæ alicuius narrationis cauſa
eſſent appoſita;vel certè quia non occurrerent meliora. Nam quod ſupra dixiſti ferendam
rei impoſsibilis imitationem ſi magis apta ſit ad ciendam admirationem *ἢ αὐτὸ ἢ ἄλλο μέ-*
*ρος*,quaſi verò omnia Homeri impoſsibilia admirationis cauſa conſtituta ſint ac ſi non co-
minus,eminus ſaltem admirationi gignendæ ſeruiant, id verò (etſi alio fortaſſe quàm huc
ſpectare ea verba poſsint) faciliùs dici potuit quàm oſtēdi. Ad extremùm quis Homerum
eo impulerat vt argumentum caneret vel rem imitaretur quæ impoſsibili deinde indige- *IV.*

ret

ret vnde finis attingeretur? an non præſtabat vel commodius argumentum arripere (id quod feciſſet ſi ad res arduas & difficillimas confugiſſet) vel ab impoſsibili atque adeò ab imitatione omni abſtinere? Certè Ariſtoteles dum refelleret excuſationem eorum qui dicerent ſe tandem aliquid admiſiſſe abſurdi quòd aliter futurum erat vt poëma interiret, Homeri (nec ſentiens) impoſsibilia iugulauit omnia, & excuſatione planè indigna eſſe oſtēdit: nam dicere tunc ſolùm impoſsibile arripiendum cum aliter ne mediocriter quidem liceat finem attingere. quid eſt, obſecro, aliud quàm concedere vt, ne intereat Poëma, rē impoſsibilem arripiamus? Vt propterea ſatiùs ſit poſtremum hoc Ariſtotelis præceptum tenere atque arctiùs tenere, nimirum ſatius eſſe mediocriter finem attingere quàm impoſſibilia arripere; excuſationem verò illam dimittere, atque eius fidem apud authorem relinquere. Imò verò ſtatuendum quoque eſt in Epopœia quæ cordatis ſcribitur & ingenioſis, quæque dum a multis teritur, non poteſt non vitia, ſi adſint, præſeferre, nullo vnquam tempore impoſsibilia (niſi fortè cordatos quoque laterent ita vt non facilè agnoſci poſſent) arripienda admirationis & æmulationis excitandæ gratia. Sed redeo ad literam: in qua (vt propoſitæ particulæ extrema pars explanetur) offert Ariſtoteles aliam rationem qua diluere liceat accuſationem. Itaque adhuc (inquit) videndum eſt, num crimen ex eorum ſit genere quæ ſunt ſecundùm artem, hoc eſt Poëticæ artis præcepta violant, an verò ex ijs quæ ſunt ſecundùm aliud accidens, hoc eſt ex ijs erratis in quæ incidit poëta præ aliarum artium ignoratione: ſiquidem leuius peccatum eſt ſi præ ignoratione rei quæ ad aliā pertineat artem, labatur poëta, quàm ſi propriæ violet artis præcepta: id quod Ceruæ illuſtrat exemplo. nam ſi quis Ceruæ (id quod Pindaro atque alijs accidit) affinxerit cornua, alienæ artis ignoratione labatur, nimirum Phyſiologiæ et quæ animalium naturæ, cum reuera fœmina inter Ceruos careat cornibus, quòd ſi non cornua affinxerit Ceruæ, ſed eā negligenter deſcripſerit, vix vt tale animal deſignari intelligatur, id erit poëticæ artis peccatum. Quærat verò quiſpiam num hæc ſolutionis & accuſationis refellendæ ratio proponatur ab Ariſtotele ad eam accuſationem eluendam quæ rei impoſſibilis imitationi interim intendebatur; quaſi verò altera ſit ratio iſtius criminis depellendi; an verò ad aliud crimen pertineat ſiue erratum, ita vt quemadmodum prima ſolutio rei impoſſibilis, ita hæc alterius vitij, diluat accuſationem. Et quidem exemplum videtur ad rei impoſſibilis imitationem & culpam pertinere: qui enim Ceruam fecerit geſtantem cornua, is rem impoſſibilem quæque cum Natura pugnat imitetur. quare quemadmodum qui equum vtrunque crus dexterum fecerit proijcientem, ita qui Ceruæ affinxerit cornua, rem impoſſibilem & cum natura pugnantem expreſſerit. Contra tamen videtur peccatum in vniuersùm diluere, dummodo ex alienæ artis ignoratione oriatur: quod tamen erratū ſæpè ex ijs eſſe poteſt quæ non ſint impoſſibilia: vt ſi quis hominem vno brachio aut eius dexteram ſex digitis deſcripſerit, vel puellam ante annum duodecimum patientem aut aluum octo tantùm menſibus geſtantem fecerit: quod veriſimili caret & abſurdum videri poteſt, licet non ſit impoſsibile. Et ſanè nihil eſt quòd dubitemus hanc ſolutionem crimini reſpondere quod in ſuperiori particula delitеſcit, vbi dicitur aliud peccatum eſſe per ſe ἀδυναμίας, alterum per accidens in quo præeligit non rectè: vt qui equum imitatur quidem ſed proijcientem vtrunque crus, ac proinde non rectè; licet per accidens, quia ex alterius ignoratione artis oriatur. Vbi obſeruo peccatum per ſe & ἀδυναμίας eſſe peccatū ſecundùm propriam artem & ad malam imitationem pertinere: ſiquidem peccatū quod in ſuperiore particula per ſe & electionis ἀδυναμίαν imitantis (ſi tamen ſic legendum ſit, vt quis ἀδυναμίαν imitari dicatur) appellauit, hîc artis dicitur & ad malam imitationem reuocatur, quia ſcilicet aliquid malè imitetur poëta. Ex quo colligo ἀδυναμίαν ac vitium per ſe non tam pertinere ad res impoſsibiles (& ideò iurè hoc erratum altera ſumptione proponitur) quàm ad vitium Poëticæ imitationis, quia ſcilicet præcepta violet artis nec calleat poëticam imitationem: ita vt ἀδυναμία interim illius impotentiam valere videatur, qui vel metri, vel fabulæ, vel elocutionis ac ſtyli ignoratione, impar ſit propoſitæ actioni imitandæ. Et hinc eſt vt hoc in loco ſignificet in Ceruæ imitatione vitium tum per ſe tum per accidens admitti poſſe: per accidens, cum illi affinguntur cornua: per ſe, cum non recta imitatione exprimitur. quæ omnia maximam afferunt lucem ſuperiori particulæ quæ alioquin obſcuriſsima videri poterat. Tametſi reuera illud me hærentem habet adhuc quòd ea verba, *ſi enim elegerit imitari ἀδυναμίαν* neſcio quo pacto ſignificare videantur rem quæ ad imitandum proponatur, non imitatorem fabulæ, metri, elocutionis, vno verbo

555 (margin, beside line 2)

556 (margin, beside "poëticam imitationem")

*Controuerſiæ clauſula & explicatio.*

*Reditur rurſus ad Ariſtotelem, qui alteram offert obiecti criminis diluendi rationem.*

*Num hæc noua criminis diluēdi ratio, ſuperiori crimini quod erat rei impoſſibilis, an nouo criminis aptāda ſit.*

*Iam ἀδυναμίας peccatum quale ſit declaratur plenius*

poe-

poëticæ artis rudem eſſe. Itaque interim non poſſum non requirere induſtriam Victorij, qui quod in re propoſita perſpicuum eſt, perſequitur fuſiùs: quod perobſcurum planè reticet. Docet enim ἀδυναμίαν facultatis vacuitatem ſignificare ac propterea imitatorem muneri imparem eſſe, quod nemo iurè inficietur: cur autem poëta dicatur imitari ἀδυναμίαν & facultatis vacuitatem, non exponit. Et ſanè aliquem δι᾽ ἀδυναμίαν & imbecillitatem (ſiue illa ſit animi ſiue corporis: talem enim imbecillitatem propriè ſignificat ἀδυναμία) errare & labi, rectè dicitur: at eligere ſeu imitari ἀδυναμίαν & imbecillitatem, id verò inauditum eſt & dictu abſurdũ. Vt propterea Victorio qui ἀδυναμίας vim ex Græcis authoribus explicabat, omnino docendum fuiſſet quo pacto non illa abutatur Ariſtoteles atque adeò præpoſtere dicat quoſdam ἀδυναμίαν & imbecillitatem eligere & imitari. facilè igitur intelligere licet locum eſſe mendoſum ac legendum δι᾽ ἀδυναμίαν, ita vt ſit ſententia, eſſe peccatum per ſe cum aliquis malè imitetur & peccet præ imbecillitate ingenij quia impar ſit imitationi propoſitæ. Nunc ad præſentem particulam redeo totus. in qua nihil nos perturbet quòd diximus exemplum Ceruæ cui affingantur cornua, videri impoſsibilis erratum deſignare; nam vitium quod oritur ex ignoratione artis alienæ, patet quàm latiſsimè, ita vt poſsit etiam in rem impoſsibilem incidere: tametſi non quà impoſsibile ſed quà per accidens ſit atque alienæ artis ignoratione, ſpectetur hoc vitium. Nunc reputandum eſſet num tam facilè vitium alterius artis ignoratione ortum, ſit poëtæ condonãdum, aut etiam leuius (ſic enim Ariſtoteles) exiſtimandum. Nam qui verbi gratia nauem deſcripſerit quæ ſecundis ventis ſecet mare, puppi tamen non prora antegrediatur, is alienæ laboret artis vitio, verùm quod ægrè feratur, cum in re notiſsima offendat ac peccet: ſic alia ſexcenta aliarum artium peccata occurrant in quibus labi turpiſsimum ſit. quid eſt igitur quod tam facilè & vniuerſim leuia peccata cenſeantur ab Ariſtotele? Imò verò fieri poteſt vt tam turpiter labatur Poëta in re aliena, vt vitium Artis poëticæ ſuperet non mediocriter. Quid enim ſi ab Atlantis monte orientem & ad nos permeantem, aut etiam Auroram antegredientem, fecerit Solem? quid ſi Cœlum ſereno die ſtellis vndique fulgentem, aut non maiore quàm Terræ globum ambitu conſtantem, aut etiam Terram non ſecus atque aërem permeabilem oculis, aut perpetuò fluentem, effecerit? is certè Aſtrologiæ ac phyſiologiæ peccet ignoratione: & tamen turpiſsimè peccet ac ſupraquàm ferri aut excuſari poſsit. Nam ſi ob metricæ artis aut Grammaticæ ignorantiam labatur paſsim, id etiam in poëta ferri nequeat, cum tamen vitium hoc maximum non tam poëticæ quàm alterius artis ignorationi acceptum eſſet referendum? Vt propterea Ariſtotelis decretum cautè ſit retinendum: nimirum in ijs quæ non obuia & facilia ſint quæ cognoſcantur, nec cum poëſis inprimis coniuncta: ſed tum a poëſi paulò remota & aliena; tum verò abſtruſa quæque accuratiorem poſtulent contemplationem. De qua tamen re aliquid adhuc in proximis Controuerſijs.

*Num vitium alterius artis ſit facilè condonandum quẽadmodum ſignificat Ariſtoteles.*

## PARTICVLA CXL.

557 Πρὸς δὲ τούτοις, ἐὰν ἐπιτιμᾶται, ὅτι οὐκ ἀληθῆ, ἀλλ᾽ οἷα δεῖ, οἷον, καὶ Σοφοκλῆς ἔφη, αὐτὸς μὲν οἵους δεῖ ποιεῖν, Εὐριπίδης δὲ οἷοί εἰσι, δι᾽ ὃ ταύτῃ λυτέον. εἰ δὲ μηδετέρως, ὅτι οὕτω φασὶν, οἷον τὰ περὶ θεῶν. ἴσως γὰρ οὔτε βέλτιον οὕτω λέγειν, οὔτ᾽ ἀληθῆ, ἀλλ᾽ ἔτυχεν ὥσπερ Ξενοφάνης. ἀλλ᾽ οὖ φασι τάδε.

AD hæc; ſi quis ex parum veris arguatur, at certè qualia eſſe decet ſolutio ſit, id quod Sophocles dixit, ſe quidem homines quales eſſe oportet effingere: Euripides autem quales eſſent. Quòd, ſi neutro ſoluendum ſit modo, at certè ita eſſe dicuntur: reſpondendum erit velut in ijs quæ ad ipſos pertinent Deos. fortaſſe enim ſic dicere neque meliorem in modum, neque ſecundùm veritatem fuerit, ſed tamen ita contingit: vt Xenophanes ait, ferunt hæc. *Paccius.*

*Riccobonus.*

*AD hæc ſi opponitur non eſſe vera, at qualia oportet, vt Sophocles inquit ipſe qui idem ſe facere quales oportet: Euripides verò quales ſunt. Quamobrem hac ratione ſoluendum eſt. Sin autem neutro modo, quod ſic aiunt, vt quæ de Deis dicuntur: fortaſſe enim, neque licet dicere meliùs ſic, neque vera ſunt ſed caſu accidit, quemadmodum Xenophanes, ſed non aiunt hæc.*

COMM. CXL.

*Iam crimen diluitur quo opponitur falſitas.*

IN Poëticis erratis verſatur adhuc quæ ex praua rerum imitatione oritur, vel potiùs in accuſationibus quæ prauæ rerum imitationis prætextu in poëtas afferri ſolent; tametſi (vt me planiùs explicem) non tam accuſationes ipſas proſequitur, quàm earundem accuſationum diſſolutiones tentat & profert. Itaque ſecundam accuſationem eleuandam aggreditur: quæ ſanè non tam propoſita fuit quàm in ijs quæ defenſionis cauſa iacta ſunt, fundamentis ac ſumptionibus deliteſcit: ita vt inde illam coniectura informare, paulò clariùs ex ſolutione ipſa dignoſcere, liceat. Si igitur (inquit Ariſtoteles) opponatur non eſſe vera quæ imitatione ſint expreſſa (atque ita de more ſiccis verbis ac breuiſſimis accuſationem illam attingit non tam voluntate quàm neceſſitate; cum tamen exemplis fuiſſet illuſtranda & quàm latè pateat demonſtrandum) *Diluitur multis modis.* reſpondendum eſt rem expreſſam fuiſſe talem qualem eſſe oportuit; ac propterea Sophoclem dicere conſueuiſſe ſe exprimere ac fingere prout oportuit. I. *Dubitatur* Quo in loco dubitat ſtatim aliquis cur in criminis habeatur loco ſi non vera expreſſerit. nam Poëtæ eſt falſa etiam arripere dummodo veriſimili reſperſa ſint. imò verò iubet Ariſtoteles vt falſa potiùs imitemur (dum tamen veriſimilia videri poſſint) quàm vera, ſi careant veriſimili. *Victorij reſponſio.* quid eſt igitur cur falſum ſeu non verum obijciatur Poëtæ? Reſpondet Victorius ſumere interim Ariſtotelem id quod non eſt verum, eſſe ἄλογον & rationis expers: quo fit vt ne veriſimile quidem eſſet. *Refellitur multis.* Sed vereor vt Victorio aſſentiam, I. quandoquidem ſi ἄλογον ſit, habet aliud accuſationis caput & ad alteram accuſationis ſedem pertinet. II. præterea cum apud Poëtas ſpecioſiorem accuſationis prætextum habeat, ſi tanquam ἄλογον oppugnetur quàm ſi oppugnetur vt falſum, (non enim falſum ſed rationis ac veriſimilis expers Poëſim violat) nihil erat cur falſitatis potiùs nomine accuſaretur quàm quòd careret veriſimili, ſi tam veriſimili carebat quàm veritate. III. Denique ne illud quidem verum eſt, id quod eſt falſum eſſe ἄλογον & rationis expers: vt enim multa ſunt vera quæ tamen veriſimili ſæpè carent: ſic è contrario multa ſunt falſa quæ veriſimilis decipiunt ſpecie. 558
IV. Igitur alia ratione ſoluenda eſt dubitatio: præſertim verò quia ſi ἄλογον quoque eſſe ſumeretur, reſponſio & ſolutio non eſſet ad rem: nam vt id quod eſt ἄλογον ſit quale eſſe oportuit, pugnat cum ratione. contra verò vt non ſit verum, & tamen reſpondeatur eſſe quale oportuit, cohærent. nam Cyrũ talem fuiſſe qualis deſcribitur, non eſt verum: & tamen liceret reſpondere qualis deſcribitur talem eſſe debuiſſe. *Authoris reſponſio.* Ergo videtur Ariſtoteles, quoniam accuſatio in falſitate nititur, accuſationem & crimen in eo ponere quòd dum obijcitur rem non eſſe veram, accuſatores Poëtarum non eam ſibi proponerent Ariſtotelis regulam, videlicet falſum, dummodo veriſimili reſperſum ſit, planè admittendum atque ſectandum: & ideo nil mirum ſi nõ verum ſeu falſitatem præciſè obijcerent. hac igitur de cauſa Ariſtoteles qui ſumpſit Poëtam & imitatorem imitari etiã res prout eſſe oporteret, licet ſortè aliter contigiſſent, ex ijs quæ ſumpſerat, diluit crimen, quia ſat ſit rem prout eſſe oportuit imitari quemadmodum Sophocles dictitabat. Quod ſanè in veriſimili etiam nititur. eſt enim veriſimile vt id quod tali ratione fieri oportuit, tali etiam ratione factum ſit. Quare quemadmodum Ariſtoteles hoc crimen rurſus alia etiam eleuat ratione, nimirum confugiens ad opinionem quãdam & rumorem, quem, etſi falſum, veritati in Poëſi cenſet anteponendum; ſic in præſẽs ad id quod fieri oportuit ſeſe recipit, quòd hoc etiam ſit veriſimile. *Pergitur in Ariſtotelis litera.* Iam verò ſubdit Ariſtoteles Euripidem res imitari conſueuiſſe & exprimere quales eſſent. quare quemadmodum inter Pictores Polygnotus meliores efficiebat homines, Dionyſius ſimiles, ita inter Tragicos meliores Sophocles (qui enim tales fingat quales eſſe debeant, nec tamen quales ſunt, meliores illos efficiat neceſſe eſt) quales erant, Euripides. ac rurſus quemadmodũ Homerus (vt ad Poëſim redeam) meliores exprimebat (ſi Ariſtoteli credimus) Cleophon ſimiles, ita Sophocles & Euripides. *Part. 13* An verò id iure ijs tribuat Ariſtoteles non eſt quod hoc in loco diſceptemus: quandoquidem id exempli ponitur loco vt intelligatur diſtin-

ctio

ctio & ſolutio.vt omittam Ariſtotelem id vnum affirmare;ſic de ſe illos dicere conſueuiſ
ſe:an verè,non ſtatuit,illud potiùs obſeruabo Euripidis qui diceret ſe res quales eſſent ex-
primere,obiter mentionem fieri, nam Sophoclis dictum ſolutioni ſeruit cum obijcere-
tur non veram eſſe imitationem. at eidem accuſationi refellendæ (id quod in progreſſu
quoque conſtabit) haud ſeruit Euripidis dictum qui cum ſe res fingere affirmaret quales
eſſent,propoſitæ accuſationi haud erat obnoxius.nam vtrum Euripidis dictum alteri ſal-
tem crimini ſeruire poſſit diluendo,dicemus ſi poſtulauerit locus. illud tamen monebo
interim non idcirco fuiſſe Euripidem inſimulandum quòd verum exprimeret,quaſi ve-
rò non tam poëtam ageret quàm Hiſtoricum;nam præterquam quod aliud eſt imitãdo.
aliud narrando referre & exprimere,nihil prohibet Poëtam verum imitari, dum tamen
veriſimili reſperſum ſit.Oritur autem hic grauiſſima,ſed pulcherrima tamen ac nobilis.
Controuerſia.NVM ſcilicet res quales ſunt quemadmodum Euripides,an quales eſſe de-
beant quemadmodum Sophocles,fingendæ & exprimendæ ſint.Qua in re illinc pugnat
ſimilitudo ac veritas quæ quoad eius fieri poſſit exprimenda eſt imitatori,& ſine qua imi
tatio vana eſſet:hinc pugnat pulchritudo atque perfectio quam res expreſſa conſequitur,
vbi qualis eſſe debeat repreſentatur. Sed duo ſunt quibus adducor vt Sophocli libenter
aſſentiar. Prima eſt quia non facile ſit argumenta inuenire quæ imitationi omnino ſer-
uiant niſi poëtæ induſtria excolantur & talia efficiantur qualia eſſe debent. certè quem-
admodum Natura paſſim indiget Arte vt germina & foetus ad ſuam illa maturitatem ac
perfectionem facile prouehantur, ita humanæ actiões, vt idoneæ ſint & accommodatæ
ad imitationem & fabulam,Poëtæ induſtriam requirunt vnde nonnihil varientur & cõ-
mutentur. Altera eſt quia in quolibet Poëmatis genere ſed inprimis in Epico Idea quæ-
dam eſt exprimenda & exemplar proponendum in quod intueamur vt vitæ normam ac
559 rationem ſectemur. quod ex rebus geſtis (ſi tamen perfectam atque omnibus numeris
abſolutam Ideam optemus quemadmodum in Epopœia vel maximè optanda eſt) ægrè
colligamus,cum vitijs implicatæ ſint paſſim.ex quo fit,vt ſi Poëtæ acceſſerit induſtria, tã-
quam excolatur & perficiatur. Atque huc pertinent quæ nos ſcripſimus in digreſſione
particulæ LII.vbi diſputauimus an poëtæ ſit Ideas quaſdam vitæ mortalibus proponere:
ſiquidem ibi docuimus præſtare in poëmate meliores imitari ac ſigillatim in Epopœia
Heroëm prout eſſe debet exprimere. Quod argumentum perſequuti quoque ſumus in
Comparatione,vbi ſanè in Diſputatione ſexta demonſtrauimus perfecti Ducis & Herois
Ideam veluti facem Ducibus extollendam:ita vt militares ciuileſque virtutes in ea mirifi
cè eluceant. Atque eodem planè nomine in Prima eiuſdem Comparationis Diſputatione
Heroicum Torquati Poëma tum cum Iliade & Odyſſea tum cum Aeneide contulimus
copioſè.vt propterea non magnopere neceſſe ſit in præſentia longiùs facere. Quanquam
vnum atque alterum addere non grauabor,quod ibi fuit prætermiſſum, idque ad eos re-
fellendos qui ægrè ferunt talem Ideam requiri in Epopœia ac tam perfectam, plurimum
valere poteſt. Primum eſt non deeſſe ex Peripateticis qui nobis faueant: Itaque Franciſcus
Vtinenſis qui primus Ariſtotelis Poëticen Commentarijs illuſtrauit, *Si quis* (inquit) *repre
hendat Homerum,quòd Achilli tam multa attribuerit, vt credibile non ſit adeò fortem & conſtan-
tem eum fuiſſe præterque fidem Hiſtoriæ dicat eſſe omnem de viro illo narrationem & imitationem fa
ctam,reſpondendum huic cauillatori fuerit; Homerum,non qui fuerit,ſed qualis eſſe potuit ſummus He-
ros,Achillem expreſſiſſe:quod noſter quoque Virgilius in Aenea,Aſcanio,Achate,Anchiſe & reli-
quit omnibus efficere conatus eſt. Mos enim hic veterum fuit,vt quod ſpecimen abſolutiſſimum putarët
virtutis,aut alterius cuiuſuis rei,in aliqua certa perſona aut re demonſtrarent, quod a Poëtis quidem
factum videtur vt perfectiorem quandam, & ornatiorem ſcribendi rationem cum amplificatione verũ
& admiratione legentium ſequerentur:tum a Philoſophis vt res magis eluceſceret circunſtantijs cer-
tarum perſonarum incluſa:magis moueret animos hominum, inijceretque quandam ſpem ſe quoque ta-
les eſſe aliquando poſſe qualem deſcribi illum viderent. Quis enim rex aut Princeps Cyri inſtitutionem
Xenophontis legent non maximè accenditur ad virtutem,& non ſperat ſe einſmodi fore ſi illum imite-
tur?* Sic Vtinenſis. qui cum mirificè conuenit Victorius: nam cum Ariſtotelem interpre-
taretur ijs occurrentem qui non vera imitantes accuſarent, *Poeta* (inquit) *maluit exponere
res ea ratione qua optimè geri potuerunt; & id potiùs quod fieri debebat, quàm id quod factum eſt ſpe-
ctare. Non igitur inſcitia ductus hoc fecit,neque quòd vanis falsiſque narrationibus delectaretur, ve-
rùm vt magis prodeſſet: nam poſſe hoc etiam ſine culpa facere Poëtas, vel potiùs ſummam inde lau-
dem adipiſci authoritate Sophoclis confirmat. qui hoc de ſe prædicare ſolitus erat, ac magna ſibi laudi*

*CONTROVERSIA lxxxx. Num ſcilicet res quales ſunt quemadmodum: Euripides, an quales eſſe debeãt quemadmodum Sophocles,fingendæ & exprimendæ ſint.*

*Dubitandi ratio.*

*Authoris ſententia.*

*Duo adducũtur vt conſtet iurè in Epopœia Heroẽm tã quam perfectam virtutis Ideã fingi.*

*I.*

*ducere quòd fingeret eos quos in fabulas ſuas inducebat, quales illos eſſe oportet, cum Euripides quales verè forent, in ſcenam ipſos induceret, nec meliores mores ipſi affingeret*. Ita Victorius. Sed quid moror? nónne Ariſtoteles ipſe cum quem paſſim celebrat ac nihil ex ijs quæ ad bonum Poëtam pertinent ignoraſſe ait Homerum, meliores feciſſe ac proinde ad eam quam propoſuimus Ideam acceſſiſſe (num enim id verè ei tribuat non quærimus in præſentia) docuit? Neque verò (vt quæ opponi poſſent diluam: atque hinc alterum proſequar, quod receperam) impedit quod imitatori ſimilitudo quo ad eius fieri poſſit exprimẽda ſit. nam

*II. In quo proponuntur & diluuntur rationes aduerſariæ.*

Epico eius formæ ſimilitudo exprimenda eſt quæ cum fine optimè conſentiat: ac propterea animo perpolienda eſt ac perficienda quæ a perfecto abeſſe videretur actio. atque huius tandem ſimilitudo quo ad eius fieri poteſt repræſentanda. Itaque appoſitè Vrbinenſis dum propoſitum Sophoclis reſponſum interpretatur, *Reſpicere* (inquit de Sophocle loquens) *ſe ſignificabat vir præſtantiſſimus in deſcribendis hominum moribus & actionibus ad abſolutum quoddam exemplar quod mente comprehenſum de vnaquaque re habemus*. Neque rurſus nuper dic quòd minùs & veriſimilis & parabilis ſit ratio ac virtus quæ tam excellenti exprimitur Idea, quàm quæ minùs perfecta ac proinde obuia eſt: nam Heroicum poëma non vulgarem imitatorem requirit & æmulatorem, ſed qui domi militiæque dominetur, & ad res ſtrenuè gerendas aſpirare & poſſit & debeat. Vt propterea ſatius ſit hac in re Sophoclẽ audire ac ſequi quàm Euripidem. nam ſi fortè Epici poëmatis argumentum & exemplũ occurreret vſque adeò accommodatum atque perfectum vt quale eſſe debeat videretur (tametſi magis fortaſſe optandum eſſet quàm ſperandum) iam vno eodem que tempore & Euripidem & Sophoclem ſectari liceret, ac ſequi. Supereſt iam poſtrema particula huius ſententia, qua ſolutionem claudit Ariſtoteles. nam ſi fortè is qui rem non verã expreſſerit ad neutram ex propoſitis ſoluendi rationibus confugere queat; vel potiùs ſic ſe res habeat vt non modò ſit falſa, verùm etiam non ſit vt oportet, de qua tamen re poſtea; eò tandem confugiendum erit vt dicat ſe id quod dicitur ac propterea communem quandam famam ſequutum eſſe. quapropter ſi obijciatur de Dijs nõ verum dicere, reſpondendum ſic dici ac propterea famam quandam ſequi placuiſſe. Quanquam enim fortaſſe talia de Dijs nec ſint exiſtimanda, nec pro veris habenda, forte tamen accidit vt credantur; quemadmodum Xenophanes ſolebat dicere dum illud hac in re efferret ac dictitaret.

560

*Reditur ad literam & alter propoſiti criminis diluendi modus affertur.*

*alla' oun phasi tade. Non ſic fertur*. Hæc tertia ſeu poſtrema Ariſtoteleæ ſolutionis ratio in propoſita dubitatione. De qua pauló poſt copioſè. Nunc ad ſecundam quæ verbis illis *oi de men amphoteron* indicatur, redire cogor: dum enim monere videtur Ariſtoteles, ſi neutra ex dictis ſolutionibus bellè cadat, nec aptè diluat crimen, tertiam attipiendam, quæ fuerit ſecunda non apparet. Nam quemadmodum ſupra demonſtrauimus, Euripidis reſponſum non continet alteram criminis diluendi rationem. ſiquidem & obiter proponitur eius dictum (vt ſcilicet magis conſtaret de Sophocleo) & verò ad rem non eſt in propoſita accuſatione. nam dum obijcitur Poëtas non vera dicere, rectè quidem reſpondetur ſaltem dicere quæ fieri debent, vel quæ dicuntur aut putantur; at vera eſſe, ineptè dicitur. niſi tamen ea ſit Ariſtotelis ſententia. videndum quoque num fortè quæ tanquam non vera obijciũtur, vera eſſent: nam calumnia hinc etiam tolleretur. quæ tamen ſententia cum verbis haud cohæret. nam præterquam quod priùs id fuiſſet monendum, non cum iam antea conceſſum fuiſſet non vera dici, ac propterea id concederetur rurſus in tertia ſolutionis forma, profectò dum ait Ariſtoteles *ſi opponitur non eſſe vera, at ſaltem qualia oportet vt Sophocles inquit ipſe quidem ſe facere quales oportet, Euripides verò quales ſunt*. quis non videat hæc verba *Euripides verò quales ſunt*, non afferri alterius ſolutionis deſignandæ gratia ſed vt Sophoclis dictum Euripideo fieret clarius? Satius itaque videri poſſit illum *mēdeteron* referri ad poſtrema quoque ſuperioris particulæ verba in quibus peccatum Poëtarum defendebatur quia non violaret Poëticæ Artis præcepta, ſed ex alienæ artis ignoratione oriretur. Iam igitur peccatum quod ibi in vniuerſùm proponebatur & artis diſtinctione eleuabatur, eo nomine inuidiam potuiſſet Poëtis conflare, quòd peccaſſe dicerentur, propterea quod nõ vera canerent: ita vt ea diſtinctio ſæpe non quadraret aliquibus eiuſmodi peccatis. Ariſtoteles igitur, *Ad hæc* (inquit) *ſi opponitur nõ eſſe vera, at qualia oportet, vt Sophocles inquit ipſe quidẽ ſe facere, quales oportet. Euripides verò quales ſunt. Quamobrem hac ratione ſoluendũ eſt. Sin autem neutro modo, quod ſic aiũt vt quæ de Deis dicũtur*. quaſi diceret: ſi obiectum peccatum ſit tale vt propoſita diſtinctio non ſit accommodata vt ſi peccatum non vera obijceret, confugiamus ad Sophocleum reſponſum. Quod ſi ne hoc quidem bellè cadat ac proinde neu-

*Dubitatur.*

tra

tra ſolutionis ratio apta ſit, hoc eſt neque diſtinctio illa neque Sophocleum perſugium,
tertiam rationem ſectemur vt dicamus ea ſic ſaltem in vulgus efferri aut credi, licet non
ſint vera. Hæc (ni fallor) eſt germana Ariſtotelis ſententia; niſi tamen velis Ariſtotelē per
561 inconſiderantiam in Euripideo dicto ſecundam ſolutionis formam conſtituiſſe, nec ani-
maduertiſſe non cohærere cum accuſatione. Tametſi, ſi quod ab initio indicare cœperā,
dicamus hanc eſſe ſententiam, *ſin neutro modo*, hoc eſt ſi res ſic ſe habeat vt non modò ſit
falſa, verùm etiam non ſit vt oportuit; fortaſſe tutiùs expoſitus fuerit obſcurus hic locus.

*CONTROVERSIA LXXXXI. In qua Tria dubitantur adverſus Ariſtotelē dū Homerum defendit excuſatque in his quæ turpiter ceciner at de Dijs.*

Iā verò quas Poëtæ Homerúſq; præſertim ſuis Dijs affingunt turpitudines defendere non
dubitat Ariſtoteles, Tria ſunt quæ noua Controuerſia in mediū propoſita aduerſus Ari-
ſtotelem dubitare ac Tragico ferè more exclamare cogor. Primū eſt, qui adduci potue-
rit Ariſtoteles vt tantam Homeri ac Poëtarum illorum labem ac turpitudinem excuſan-
dam ac tuendam ſuſceperit: cum de Dijs quos interim colebant tam flagitioſa facta & ne-
faria commentarentur & in vulgus ſpargerent. Alterum eſt cur ſaltem non ad allegorias
confugeret quibus doceret ſub obſcœnis illis commentis aut fabulis latere honeſta quæ-
dam & ingenioſa Philoſophiæ myſteria aut decreta. nam hoc pacto crimen aut penitus
eleuaſſet, aut ſaltem magnopere extenuaſſet; quod tamen alia ratione haud videtur fieri
poſſe. Poſtremum, cur tam ingentem querelam & labem quæ Poëtas omnes atque Ho-
merum inprimis fœdaſſet & occupaſſet, tam facilè atq; vno ferè verbo expediat ac diluat. I.
Quod pertinet ad primùm crediderim ego id tentaſſe Ariſtotelem ne Platoni aſſentiret II.
qui in libro II. & III. de Republica copioſè acriterq; Poëtas atque Homerum inprimis III.
inſimulauerat ob turpiſſima quæ Dijs affingerent flagitia. & idcircò inpræſentia Ariſto- *Explicatur. I.*
teles reuera pro Homero molitur Apologiam, ac tacitè eleuare ſtudet Platonis accuſa-
tionem. Et hac de cauſa nuſquam ferè non fauet Homero. quanquam enim ſic fauet vt
cautus æſtimator ac diligens ex Ariſtotele ipſo agnoſcere poſſit multa in Homero pec-
cata (dum enim multa in optimam partem nititur detorquere, acutè cernenti errata non
poteſt nō quoquomodo aperire;) compertum eſt tamen Ariſtotelem Homero patroci-
nari, & quē Plato ē Republica pellit ſua, pro virili complecti. Id quod fidentiùs fecit, mea
quidem ſententia, quòd Homerus quippe laudator ac præco Græcorum, earum gentium
occupaſſet animos: ac propterea tutum non eſſet Poëtarum Choryphæum (ideo enim
Plato ipſe non ſine tergiuerſatione quadam ac diſſimulātia & inter laudes eū inſimulat)
criminari ſine inuidia: celebrare autem plauſibile ac facile; præſertim verò quia hic car-
minis ſuauitate vnde mulcebat aures, cæteros ſuperaſſet; ac veterum poëtarum gloriam
veluti denigraſſet. His igitur de cauſis factum crediderim vt Ariſtoteles non dubitauerit
Homeri defenſionem ſuſcipere: ad quam adduci quoque potuit ingenij fidentia & ma-
gnitudine, qua fieret vt ſuſceptæ defenſionis commodum exitum non deſperaret. Quod
verò pertinet ad Allegorias ad quas tanquam ad ſacram anchorā confugerunt alij vt Ho- *Explicatur. II.*
merum defenderent, ſuſpicor Ariſtotelem ideo hanc rationem neglexiſſe quòd eam iam
inueniſſent cæteri. Etenim Plato ſic inſectatur Homerum vt non obſcurè indicet alle-
gorias obtendere conſueuiſſe aliquos, qui, quaſi raram aliquam ac pretioſam victimam
interim ſub commentis illis Homerus ſacrificaret, dictitarent ſub obſcœnis eius fabulis
latére myſteria quædam ac Philoſophica decreta: quam tamen rem ſic tranſigit Plato vt
ne id quidem (ſi fortè cōcederetur) Homero excuſando ſit ſatis. cum vulgus arcana ſen-
ſa nequaquā perſentiat, ac propterea corruptela illa perinde manet ac ſi nihil pretioſum
illis tegeretur fabulis. Qua in re crediderim Ariſtotelem etiam, quippe apprimè acutum
& cordatum, facilè animaduertiſſe nugari illos qui fabulis illis tanquam velis neſcio quæ
myſteria celari dictitarent. ſi quis enim rem attentiùs æſtimet, facilè intelligat per impru-
dentiam ac temeritatem myſteria iſta Homericis affingi fabulis. itaque qui deinde hanc
inierunt rationem Homeri tuendi vt Porphyrius, Proclus, Euſtathius, atque alij quidam,
mirum eſt quàm ineptè ſapiant, & quàm frigidi, inconſtantes: præpoſteri videantur paſ-
562 ſim. Quapropter quam vel non agnouit vel ſpreuit Ariſtoteles Homeri tuendi rationem
(nam alioqui nullum non mouer lapidem) hanc tutò deſpicere potuiſſent cæteri. veriſſi-
mè enim dici poteſt Gorgonas & Chimeras) id quòd Plato etiam aliquando indicauit) *Explicatur. III.*
moliri ac fingere. De poſtremo autem nihil attinet dicere, cum ſatis conſtare poſſit Ari-
ſtotelem ſatis habuiſſe rem paucisſimis attingere & in primis obſcurè quàm exaggera-
re: cum rem exaggeratam ſatis intelligeret, nec tale ac tātum poëtarum ſcelus poſſet niſi
vulgi exiſtimatione vtcūque eleuari; tametſi cum a poëtis in vulgus percrebuiſſent, poë-

taéque ipſi non tam ex vulgo illa atripuiſſent quàm ſparſiſſent, ne iſta quidem ratione eleuari poteſt, quicquam aut minui; ac propterea cum Platone explodendi ſunt dum de Dijs tam nefaria commentantur. Itaque acutè M. Tullius, Mallem (inquit) vt Homerus diuina ad nos quàm humana ad Deos. Sed fortaſſe inde ſaltem tolerari poſſunt poëtæ iſti atque Homerus inprimis quòd cum vel Dæmones vel ficta Numina eſſent Græcorum poëtarum Dii & commentitia, bellè cecidit vt monſtra iſta atque portenta fœdis eiuſmodi cumularentur flagitiis. Nobis igitur vnis religio ſit ad Deum ac cœleſtes, quoniam ſanctitate excellunt, talia traducere portenta: Ethnicis dum in Idololatriæ cœno verſarentur, conceſſum tantiſper fuerit.

---

## PARTICVLA CXLI.

Ἴσως δ' ἐ ὐ βέλτιον μὲν, ἀλλ' οὕτως εἶχεν, οἷον, τὰ περὶ τὸν ὕπλων, ἔγχεα δέ σφιν ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος. οὕτω γὰρ τότ' ἐνόμιζον ὥσπερ καὶ νῦν Ἰλλυριοί.

QVanquam non meliorem fortaſſe in modum, nihilominus ita ſe habuere, velut illud quod armis perhibere. Rectò quàm ſolo præfixæ haſtæ: ſic enim eo tempore moris erat vt nunc etiam apud Illyrios. *Paccius.*

*FOrtaſſe autem non meliùs quidem, ſed ſic ſe res habebat, quemadmodum quæ de armis dicuntur. Lanceæ verò ipſius rectæ in ſaurotere, id enim tunc inſtitutum habebant, quemadmodum etiam nunc Illyrici.* *Riccobonus.*

*COMM. CXLI. Crimē diluitur quo obijcitur r.m non rectè expreſſam, ſeu meliùs & cōmodiùs potuiſſe exprimi.*

DOcet alia item ratione poſſe eleuari obiectum poëtæ crimen: vt ſiquis fateretur futurum quidem fuiſſe vt res fortaſſe aliter aut meliùs haberet aut geri potuiſſet commodiùs, ſed tamen poëtam interim id quod erat expreſſiſſe. Itaque dum a quibuſdam reprehenderetur Homerus quòd in x. Iliados Diomedem ſic cum ſuis militibus humi induxerit cubantem ac pernoctantem vt lanceas erectas collocaſſent; ita ſcilicet vt cuſpis rectus attolleretur, calx imáue pars in ſaurotere incluſos ſtaret humi (id quod reuera minùs commodum nec è re militari erat) fatendum eſt id fortaſſe minùs commodè & ex re militari cadere potuiſſe, cum præſtaret cuſpidem in eam partem conuertiſſe vnde aduentare poſſent hoſtes, calcémq; non impeditum ſed expeditum habuiſſe, vt faciliùs reſiſteretur hoſtibus; ſed tamen Hometum eorum temporum morem fuiſſe ſecutum, ita vt maluerit id quod erat fateri atque ætatis morem exprimere & ſequi, quàm quod opportuniùs ac meliùs cecidiſſet. Nam quod in præſens factitare ſolent Illyrij, qui in ſtatione lanceas cuſpide erectas, calce in ſaurotere fixo, diſponunt, id Troianæ obſidionis tempore fuerat vſitatum. Ita quidem in vniuerſum; cum obijcitur rem aliter meliùs aque aptiùs geri potuiſſe, reſpondendum erit morem, qualis eſſet, fuiſſe expreſſum. 563

Hic verò quæri poſſet num mos ille a Græcis eo tempore coleretur vniuerſis, an eorū tantùm eſſet quos Diomedes adduxerat, militum. Qua in re, quantumuis Robortellus & Alexander ſignificent vnos Illyrios fuiſſe qui id cum Diomede factitaſſent, eoſdémq; propterea proferri qui adhuc eundem colerent morem, crediderim hoc de Græcorum exercitu intelligendum & vniuersè, quandoquidem ſic loquitur Ariſtoteles vt omnino ſignificare videatur obſidionis tempore fuiſſe in more poſitum apud Græcos vt ſic collocarent lanceas: idque adhuc ab Illyrijs obſeruari. Quod ſi Diomedeæ inſulæ (id quod illos tranſuerſos egit) è regione Illyriorum poſitæ ſunt, Diomedes tamen, quemadmodum ex Nauium Catalogo ſatis conſtat, nec Illyrios duxit, nec Illyrio obiectas inſulas niſi poſt Troianum bellum tenuit. Vt omittam Illyrium a Diomedeis inſulis freto eſſe diuulſas, nec illud veriſſimum eſſe, planè è regione Illyriorum Diomedeas eſſe poſitas. Carmina verò quibus illud cecinit Homerus hæc ſunt. *vide Il. 2.*

Τὸν

*Βὰν δ' ἐπὶ Τυδείδην Διομήδεα· τὸν δ' ἐκίχανον*
In Cod. inf. par. 180. m. *Ἐκτὸς ἀπὸ κλισίης σὺν τεύχεσιν. ἀμφὶ δ' ἑταῖροι*
*Εὗδον ὑπὸ κρασὶν δ' ἔχον ἀσπίδας. ἔγχεα δέ σφιν*
*Ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο.*
*Iuerunt autem ad Tydidem Diomedem: hunc autem inuenerunt*
*Extra tentorium procul cum armis: circúmque ſocij*
*Dormiebant: ſub capitibus autem habebant ſcuta: haſtæ autem ipſis*
*Erecta in cuſpide', poſteriore fixæ erant.* ———

Sed & illud quæri poſſet, quî rectè excuſetur interim poëta, cum non tam quid geſtum ſit exprimere debeat, quàm quod geri fuerit veriſimile: veriſimile enim ſpectare ſemper debet poëta. Quanquam reſpondere poſſumus veriſimile poëticum patere quam latiſſimè, ita vt tum quod non difficillimè fieri poteſt, tum quod re ipſa cecidit, id veriſimile haberi poſſit. dum enim id quod eſt ac verum exprimitur a poëta, non tam vt verum (ſi Ariſtotelem audias) quàm vt veriſimile exprimitur. Vt omittam non ab veriſimili abhorrere, Priſcos olim militari ſcientia fuiſſe minùs perpolitos, ac propterea facilè contingere potuiſſe vt lanceas erectas potiùs quàm in hoſtes obiectas diſponerent & collocarent. Tametſi reuera multò veriſimiliùs eſt Homerū, quippe qui rei bellicæ minùs peritus eſſet, non facilè animaduertiſſe minùs commodè lanceas in ſtatione erectas diſponi: itaut plurimum debeat Homerus Ariſtoteli, qui talē Illyriorum obſeruauerit vſum, atq; Homerici illius peccati veſtigium in Illyrijs agnoſcens, callidè illi patrocinetur. Nam quod Turnebus viſus eſt eadem Virgilium culpa inuoluere dum in VI. Aeneidos canit.

*Dubitatur qui non veriſimile violetur adhuc ſi ꝓpoſita ſolutio excipiatur.*

*Li. 13. c. 16. in fi.*

*De haſtarum collocatione Virgilij locus a Turnebi calumnia obiter vindicatur.*

*Arma procul, curruſque virûm miratur inanes:*
*Stant terra defixæ haſtæ,*

cenſétque priſcum morem ab Homero in Diomedis expreſſum lanceis planè ſecutum eſſe atque adeò iam obſoletum renouaſſe, cur probem non habeo. Cum enim Homerus belli, Virgilius pacis, ſpectet tempus, quid eſt quod obſoletum illum morem renouari concedamus? Denique Virgilius cum Aeneam ad Elyſios perduxiſſet, eíque Priſcos ſolutæ vitæ ac pacis cultores produxiſſet canens,

*Hic genus antiquum Teucri pulcherrima proles,*
*Magnanimi Heroës, nati melioribus annis,*
*Iluſque, Aſſarcúſque & Troia Dardanus author,*

continenter pergebat

*Arma procul, currúſque virûm miratur inanes:*
*Stant terra defixæ haſtæ, paſsimque ſoluti*
*Per campos paſcuntur equi:*

Quæ omnia pacis deſcribendæ cauſa profert, tantum abeſt vt ſtationarios deſcribat milites. Quapropter illud etiam ægrè Turnebo aſſentiar, Virgilianas haſce aut etiam Diomedeas haſtas fuiſſe præpilatas, vt humi calx defigeretur. Nam cum Homerus illas calce ſeu ima parte ſtauroteri includat, proptereáque Ariſtoteles impeditas ac minùs aptè diſpoſitas fuiſſe indicet, quis obſecro præpilatas & veluti mucronatas dixerit? quid plura? magnopere ſuſpicor Virgilium cum caneret

564

*Stant terra defixæ haſtæ* ———

haſtarum cuſpides humi defixas voluiſſe; vt ſcilicet eos omni planè belli cura ſolutos fuiſſe doceret. Nam eodem nomine equos qui frænati & equite ſubacti bello ſeruiunt, ſolutos facit ac paſſim liberiores per campos vagantes. currus etiā è quibus pugnare ſolerent, inanes appellat. vt nimirum ex tali tantáque rerum commutatione, ac præpoſtera armorum diſpoſitione, pacem deſcriberet.

---

# PARTICVLA CXLII.

Πρός δὲ τοῦ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς ἢ εἴρηταί τινι, ἢ πέπρακται, οὐ μόνον σκεπτέον εἰς αὐτὸ τὸ πεπραγμένον, ἢ εἰρημένον, βλέποντα, ἢ σπουδαῖον, ἢ φαῦλον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν πράττοντα, ἢ λέγοντα, πρὸς ὃν, ἢ ὅτι, ἢ ὅτῳ, ἢ οὗ ἕνεκεν, οἷον, ἢ μείζονος ἀγαθοῦ, ἵνα γένηται, ἢ μείζονος κακοῦ, ἵνα ἀπογένηται.

Anuc-

*Paccius.*

AN verò rectè, vel non rectè a quoquam ſiue dicatur, ſiue fiat, ſiquis inquirere velit, non modo id ipſum factum, dictúmue conſiderare debet, vtrum laudabile, an paruum ſit: verùm etiam ad agentem, dicentémue reſpicere, ad quem videlicet, vel quando, vel cui, vel gratia cuius verbi cauſa: boni maioris gratia vt fiat, mali maioris, ne fiat.

*Riccobonus.*

*DE illo autem, quod benè, aut non benè, aut dictum eſt ab aliquo, aut factum, non ſolùm conſiderandum eſt, in ipſum, quod factum eſt, aut dictum intuendo. vtrum ipſum laude, an reprehenſione dignum ſit, ſed etiam in agentem, aut dicentem, erga quem, aut quando, aut quomodo, aut cuius cauſa quemadmodum aut maioris boni, vt fiat, aut maioris mali, vt ne fiat.*

COM. CXLII. *Altera criminis diluendi ratio ſi quid obijciatur vitioſè ac præpoſterè dictũ aut factum*

ALteram imitationem vnde poëtas tueatur atque illam ſanè accommodatam, præſertim verò quia patet quam latiſſimè. Etenim ſæpè contingit vt quæ vitioſa videri ſolent apud Poëtas, ac vel decorum perturbare. vel cum virtute pugnare, ac ſummatim præpoſterè dici aut agitari, ea aliunde excuſari poſſint adhuc. Quod tùm demum euenit, cum non tam rem ipſam aut factum æſtimamus, & illius probitatem vel improbitatẽ ſpectamus, quàm eum intuemur, qui vel rem gerit vel loquitur. Quanquam illi etiam mentem adhibeamus oportet quicum aliquis aut agit aut loquitur; ſimúlque quo tempore, quibúsue inſtrumentis ac præſidijs quóue modo (modum enim & inſtrumenta ὅτῳ valet hoc tempore) aut cuius rei gratia aliquid peragit aut loquitur: vt ſcilicet quem ſibi finem proponit ac ſtatuit exploremus. Quid enim (vt de poſtremo, de fine inquam, dicamus) ſi is qui gerit aliquid, maioris boni cauſa id gerat, etſi alioquin minùs pulchrum aut decorum videatur? aut quid ſi malum aliquod aut agat aut dicat maioris mali declinandi gratia? Hæc Ariſtoteles, quibus ſatis conſtat iuſſiſſe ſpectari perſonas tum agentes tum dicentes; ea tamen lege vt ſimul perſonas intueamur apud quas agunt illæ aut dicunt, vel etiam ὅτε & ὅτῳ, *quando & quo* (ſignificat his tempus & inſtrumenta quibus res peragatur) & ad extremum id ἕνεκα ſeu finem ipſum. cuius rei, quod pertinet ad finem, cauſam etiam attulit eámque perſpicuam: quemadmodum expoſuimus. Sed de his ſingulis agamus ſi placet ac ſingula exemplis illuſtremus. Eſto igitur Vlyſſes vafrè aliquid gerat, quódque alioquin Rege ac Duce indignum videri poſſit. At Vlyſſes eſt, quem callidum & vafrum par eſt exprimere ac repreſentare. Eſto etiam Therſitem Poëta loquentem faciat & Regibus obloquentem: ferendus tamen eſt dum intemperanter loquitur ac turpiter; Therſites eſt enim. Tametſi quoniam perſonas vel agentes vel dicentes ſic ſpectari iubet vt ſimul apud quos agant dicántve reputetur, age dum totam hanc rem proprijs exemplis declaremus. Fac igitur ad Paridem verba fecerit Hector: quid ni ad conuicia interdum deſcendat, atque illum, etſi Regium iuuenem, increpet acriter & obiurget? Hic enim Hector, ille Paris. Quid verò ſi Achilles, fortiſſimus licet, apud matrem lugeat, lamentetur & effœminatè ſe gerat? nam certè apud matrem agit & conqueritur; idémque dixerim ſi Achilles in luctu ſecum ipſe ac lamentationibus perſeueret. Id enim facit eo tempore quo adempræ Briſeidis dolore exagitatur & amore cruciatur. ſic Dido minùs verecunda videri poteſt dum ſic effingitur.

565

*Illuſtratur præceptum ac ſoluitur exemplis varijs.*

*Nunc media Ænean ſecum per mœnia ducit,*
*Sidoniaſque oſtentat opes, Vrbémque paratam.*
*Incipit effari, mediáque in voce reſiſtit.*
*Nunc eadem labente die conuiuia quærit:*
*Iliacóſque iterum demens audire labores*
*Expoſcit, pendétque iterum narrantis ab ore.*

ſed quoniam id ei accidit cum amore æſtuaret miſera, excuſatur Poëta. ac propterea etiam canit,

*——— eſt mollis flamma medullas*
*Interea & tacitum viuit ſub pectore vulnus.*

Quid etiam ſi Dido non præſens ſit Aeneæ ſupplex, ſed per Annam?

*Iforo atque hoſtem ſupplex affare ſuperbum:*
*Non ego cum Danais Troianum exſcindere gentem*
*Aulide iuraui; claſſemve ad Pergama miſi:*
*Nec patris Anchiſæ cineres manesve reuelli,*
*Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?*

& rurſus.

*Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:*
*Nec pulchro vt Latio careat, regnúmque relinquat.*

hîc enim videndum, *Ito*, ſeu quibus id præſidijs agat cum non modò ſupplex ſit Aeneæ, ſed quod turpius eſt, iam nuptijs renuntiet, atque amantem etiam minus honeſtis conditionibus retinere moliatur. Sed tamen excuſandus poëta, quòd eo tempore Didonem hæc mollientem inducat quo amoris vulnus altiùs in pectore inſediſſet; inprimis verò (id quod rei noſtræ maximè intereſt) non præſens ſed per Annam ad hæc deſcenderet. Hæc vt conſtet & de perſonis & de conditionibus quæ dictum circumſtent aut factum. nam de fine rurſus nihil dicam quòd Ariſtotelis ſententia de fine iam antea explicata ſit ſatis: niſi tamen exemplum requiras, quod nobis Vlyſſes offert dum inſaniam ſimulauit aut pannoſus, ſe ro haberi non recuſauit. hoc enim maioris boni, victoriæ ſcilicet, cauſa, illud maioris mali vitandi gratia, ſuſtinuit. Ita quidem vbi poëtæ reprehenderentur, perſonarum, temporis, loci, ſi placet (hic enim eo fortaſſe conſilio prætermittitur ab Ariſtotele quòd e reliquis conditionibus, vbi exemplum afferatur, apparere ſoleat) occaſionis, finis, ratio habenda eſt diligenter, ſi Ariſtotelem audias; atque adeò rationem in conſilium adhibeas. Sic enim res alioquin indecora, venuſta; turpis, pulchra; ſæua, moderata, videri poteſt: aut ſaltem aliqua ex parte purgari & excuſari. Hæc de Ariſtotelis ſententia vt vberius dixerim. Vbi ſanè nihil eſt, quod appoſitè atque adeo acutè hæc præcipi inficiemur. Sed tamen illud eſt caput ac vertex, num ea quæ paſſim apud poëtas ſeſe offerunt, quæ vitioſa, turpia & indecora videantur, excuſationem ex propoſitis documentis inueniant. Certè apud Homerum tot ſunt ac tanta, quæ flagitioſa, frigida, indecora, præpoſtera videri ſolent, vt magis optandum ſit quàm ſpectandum paratum iſthinc excuſationem habere. Sed rem exemplis illuſtremus ex quibus de cæteris liceat coniectare aut ſtatuere. Cum Iro pannoſo ac mendico certamen inſtituit Vlyſſes atque hunc domo tota pertrahit vilē ac miſerandum in modum. at quorſum? ſanè qui ex propoſitis veluti fontibus Vlyſſis dignitati conſulam non habeo: non enim hoc factum vel fortunis, vxori, filio, regno deniq; recuperando, neque hoſtibus enecandis, valet quidquam: ita vt Vlyſſis dignitatem denigret quidem, frigidum etiam poëtæ inuentum declaret, ita vt de ingenio periclitetur: vſum verò, niſi quid comminiſci iuuet contentionis gratia, habet nullum. quid de Achillis lachrymis ac fletu cum eſſent diuturniores quàm vt in viro forti ferendæ ſint? quid de Vlyſſis ſomno? quid item de lachrymis? quorſum enim virum alioquin prudentiſſimum & vigilantiſſimum (nam talem certè & prædicat & haberi iubet ſuum Vlyſſem Homerus ita vt diuinum etiam illum appellet paſſim) lachrymulis quaſi mulierculam perpetuò obruere aut quaſi lethargo oppreſſum, ſomno nunquam ferè non conſopitum inducere? Quid de Diomede & Glauco dum infenſis ſtudijs atque armis congredientes tam longos miſcent ſermones quaſi diſceptaturi conueniſſent non certaturi? quid quod Iupiter mendacijs decipit mortales ac ſomnium illis decipiendis immittit? ſanè allegorias com-
566 miniſci potuerunt quidem interpretes, quas tamen reprehendit Plato; commodam illius tuendi rationem inuenerunt nunquam. dies me deficiat ſi ex Homero omnia vel dicta vel facta proferre velim quæ turpia, frigida, indecora, flagitioſa, præpoſtera videri poſſint, nec tamen ex propoſitis excuſationum capitibus quæ ab Ariſtotele proponuntur, excuſari queant.

*Dubitatur nec tamen dubitationi ſit ſatis, ſed aliorū iudicio cōmittitur.*

# PARTICVLA CXLIII.

ΤΑ' δὲ πρὸς τὴν λέξιν ὁρῶντα δεῖ διαλύειν. οἷον, γλώττῃ, οὐρῆας μὲν πρῶτον. ἴσως γὰρ οὐ τοὺς ἡμιόνους λέγει, ἀλλὰ τοὺς φύλακας. καὶ τὸν Δόμωνα, εἶδος μὲν ἦν κακός, οὐ τὸ σῶμα ἀσύμμετρον, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον αἰσχρόν. τὸ γὰρ εὐειδὲς οἱ Κρῆτες ἐν πρόσωπον καλοῦσι. καὶ τὸ ζωρότερον δὲ κέραιρε, οὐ τὸ ἄκρατον ὡς οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶττον.

Sunt

SVnt etiam aliqua, quæ ſi ad dictionem ipſam reſpexeris, licet ſoluere: vt ibi gratia, lingua, vt principio ſanè οὐρῆας. nam ea vox οὐρῆας fortè non mulos, ſed cuſtodes ſignificat. ac de Dolone: Turpis erat ſpecie: non, quòd eſſet corpore malè compacto, verùm turpi facie. nam vocabulum εὐειδὲς pulchra facie aliquid Cretenſes vocant. & illud ζωρότερον propinabant. haud enim ζωρότερον eo in loco pro mero, quo ebrioſi gaudent ſed pro frequenter accipitur. *Taccius*

*HAec autem, intuendo ad elocutionem, ſoluenda ſunt, quemadmodum per linguam οὐρῆας μὲν πρῶτον. Mulos quidem prius. fortaſſe enim non mulos ſed cuſtodes dicit. & in Dolonem, ſpecie quidem erat malus, non corpore incompoſito, ſed facie turpi. Nam Cretenſes pulchritudinem faciei vocant εὐειδὲς. Et illud ζωρότερον δὲ κέραιρε. Meraciùs autem miſce, non meraciùs, vt temulentis, ſed citiùs.* *Riccobonus.* 567

*COM. CXLIII. IAM ex locutione occaſionem, eamque lõgè variã, arripit, vnde crimina diluat poetis obiecta. Et primum ex lingua.*

ALiam item rationem init Ariſtoteles Poëtarum tuendorum: quam ſanè ex vocum vi ac notione, atque adeò ex elocutione deriuat. cum enim ſæpè cõtingat vt vox aliqua non vnius ſit notionis ſed variæ, ac ſummatim aliquam dubitationis tollendæ ſuppeditet anſam; videndum eſſe cenſet num fortè hinc criminis diluendi ſeſe offerret occaſio. Ait igitur *τὰ δὲ πρὸς τὴν λέξιν ὁρῶντα δεῖ διαλύειν, οἷον γλώττῃ, aliqua verò ad elocutionem reſpicientem, oportet diluere, vt lingua*, vbi λέξιν ſiue elocutionem (quoniam enim amphibologiam quoque reuocabit ad λέξιν, non dubitabo elocutionem vertere: alioquin lingua, metaphora, omonomia ad vocem potiùs eſſent reuocanda quàm ad elocutionem) quaſi genus ſtatuit linguæ metaphoræ & aliorum ex quibus (vt continenter conſtabit) rationem ducit criminis diluendi. Quod ſanè non eo facit conſilio, quaſi verò ſæpè reprehenderentur Poëtæ aut carperentur quòd in oratione obſoletis vocibus & peregrinis vterentur, quemadmodum cenſuit Vtinenſis: non enim aut hanc ſibi curam ac prouinciam deſumit hoc tempore, aut ſtatuimeret, non perperam ad dialectos ac peregrinas voces confugeret, ſed potiùs vt ex vocibus ipſis (quemadmodum rectè obſeruat Victorius) captaretur occaſio diluendi crimina dum aliquid vitioſè a poëtis admiſſum ac dicendo vel agendo peccatum obiiceretur. Tribus verò exemplis rem declarat Ariſtoteles. Ac primùm quidem ex Iliadis ferè initio deſumitur vbi poëta, cum peſtilentiam ab Apolline immiſſam deſcriberet, ſic canebat.

*Rem trib. explanat exemplis.* 1.

*Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς.*

hoc eſt.

*Principio iumenta ferit lethalis arundo,*
*Impigróſque canes* ——————

ſiue vt verbum verbo eo nouo Interprete reddam (ſic enim quid ſibi velit Ariſtoteles conſtabit planiùs)

*Mulos quidem primùm inuaſit, & canes veloces.*

Hic igitur carpebatur Homerus quòd peſtilentia mulos primùm & canes affectos diceret: quaſi verò id temerè diceretur, cum nulla eſſet cauſa & ratio cur hæc animãtia priùs quàm cætera eo tentarentur morbo. Ait igitur Ariſtoteles reputandum hîc Homero οὐρῆας fortaſſe non valere mulos, ſed vigiles atque cuſtodes. cum enim ij in Caſtrorum finibus verſarentur, par erat hos primos omnium peſtilentiæ veluti ſagittis quæ extrinſecùs ab irato Apolline in exercitum immitterentur, attingi. & hac de cauſa (ſi quibuſdam credas) cum οὐρῆας, cuſtodes inquam nominaſſet, canes etiam ſubijciebat qui item primi peſtilentia afflictarentur: canes enim, quippe qui externos obſeruant aduentantes, interdum veluti cuſtodes adhiberi, & in ſtatione collocari ſolet. ita quidem ad γλῶτταν & dialectum atque adeò ad variam vocis notionem confugiens Ariſtoteles, videri poſſet Homero egregiè patrocinari. Quanquam ſi requiras apud quos οὖρος valeret cuſtodem, rem non explicat Ariſtoteles: quod tamen comodè cecidiſſet vt intelligeretur quorum Dialecto hîc vſus eſſet Homerus, ac ſummatim non defenſionis gratia hanc vocis varietatem fingi. Certè cum id in proxima voce declaret Ariſtoteles, mirum eſt non parem in prima retuliſſe induſtriam. Itaque Euſtathius deinde monet quidem οὐρῆας apud Iones valere mulos, addit

*Exagitatur in propoſito exẽplo Ariſtotelis ſententia atque ſolutio.*

etiam

etiam fuiſſe qui cuſtodes interpretentur; apud quos tamē cuſtodes ſignificet, non aperit: Heſychius etiam, Ammonius & Plutarchus id reticent. Ex quibus omnibus ego quidem magnopere adducor vt ſuſpicer οὐρῆας Homero interim omnino valere mulos. nam præterquam quòd Ionicè in primis ſcripſit Homerus ac Ionijs dialectis delectatus eſt, ſanè Ariſtoteles qui cuſtodes *fortaſſe* ſignificare ait, callidè illud *fortaſſe* interpoſuit, quòd non facilè haberet in promptu vnde doceret cuſtodes ſignificare. alioquin ægrè crediderim inde reprehenſum Homerum. Profectò Virgilius & Ouidius ſic peſtilentiam deſcripſerunt vt non a cuſtodibus & hominibus, ſed a belluis, nimirum vt Homerum imitarētur, initium duxerint. Itaque Virgilius ſic canebat,

*Hic quondam morbo Cæli miſeranda coorta eſt*
*Tempeſtas, totóque Autumni incanduit æſtu:*
*Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;*
568 *Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.*

hæc & alia Virgilius antequam ad homines deſcenderet: & Ouidius priuſquam ad homines item peſtilentiam produceret, canens,

*Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos*
*Peſtis, & in magnæ dominatur mœnibus vrbis.*

illud cecinerat

*Strage canum primò, volucrúmque, auiúmque, boúmque,*
*Inque inferis ſubitò deprehenſa potentia morbi eſt.*
*Concidere infœlix validos miratur arator*
*Inter opus tauros, medióque recumbere ſulco.*
*Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros,*
*Sponte ſua lanæque cadunt, & corpore tabent.*
*Acer equus quondam, magnæque in puluere famæ*
*Degenerat, palmæ veterúmque oblitus honorum,*
*Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti,*

Quid plura? cum canat Homerus peſtilentiam primùm quidem οὐρῆας & canes tum ipſos homines inuaſiſſe, quis obſecro οὐρῆας pro cuſtodibus ſeu ſtationarijs militibus niſi temerè accipere audeat? Neque verò eſt quod quiſquam interim confugiat ad alterum Homeri locum in quo οὐρήων fit mentio, quaſi verò non primi Iliados intelligat locum, ſed ad alterum ex X. prouocet in quo Neſtor nocturno Agamemnonis aduentu cognito ſic eum percontabatur.

Τίς δ' οὕτω κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος.
Νύκτα δι' ὀρφναίην ὅτε θ' εὕδουσι βροτοὶ ἄλλοι.
Η' έτιν' οὐρήων διζήμενος, ἤ τιν' ἑταίρους.

hoc eſt.

*Quis autem ſic ad naues per caſtra venis ſolus,*
*Noctem per obſcuram, quando dormiunt mortales cæteri?*
*An aliquem cuſtodem quærens, an aliquem ſociorum?*

Non eſt inquam cur huc confugiat quiſquam vt Ariſtotelem tueatur, nam non οὐρῆας ſcripſiſſet Ariſtoteles ſed οὐρήων, cum hic οὐρήων ſit non ὀρῆας. quare quemadmodum canente Homero in ſecundo loco εἶδος κακὸς, & in tertio ζωρότερον, ſic planè ſcribit Ariſtoteles ita vt ne literulam quidem immutet, ſic dum ſcribit οὐρῆας. primum locum intelligat neceſſe eſt in quo οὐρῆας canit Homerus, non alterum in quo οὐρήων. & huc ſpectat quod ait principio οὐρῆας reperiri, ſignificans primi Iliados initium vbi οὐρῆας legitur. Adde quod qui in loco altero pro οὐρήων *cuſtodibus* vertunt, ingenioſiùs fortaſſe, & ad Homerum in decorum rurſus peccantem tuendum aptiùs, vertunt quàm veriùs. nam reuera hoc etiam in loco ab animantibus ad homines progreditur Homerus, ita vt Neſtor quærat num iumentum aut hominem quæſitum eò perueniſſet, quemadmodum in primo etiam peſtem ad belluas priùs tum ad homines traducit. Itaque meliùs alter interpres etſi ordine
569 commutato canit.

*——————Ecquis ad iſthæc*
*Nocturnus, inquit, tendis tentoria greſſus,*
*Caſtra per ad naues, dum ſomno tota quieſcunt*
*Agmina, qui ſolus nocti confidere poſſis*

*Obſcuræ?*

*Obſcuraſ? ſociúmne aliquem, profugúmne requiris*

*Iumentum?* ———

Et huc pertinet quod Dictys Cretenſis eiuſmodi peſtilentiam cum deſcriberet, a pecoribus & iumentis initium duxiſſe alterum verò paulatim ad homines deueniſſe. Itaque Euſtathius per multos & canes iumenta & pecora deſignari ait omnia. Ac forſitan acutè Homerus mulos primùm & canes affecit peſtilentia, quòd vt caliditate & ſiccitate excellũt, procliuiores ſint ad corruptum aërem hauriendum: præſertim ſi fortè nimio & immoderato aut calore aut frigore orta eſſet peſtilentia, (nam ex iis etiam oriri ſcribunt aliqui) primi enim muli & canes contraxiſſent morbum. Alterum verò exemplum ex Homero itē deſumptum eſſet dum in x. Iliados de Dolone canit Troianum exploratore,

II. Exemplũ.

*Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων Εὐμήδεος υἱός,*
*Κήρυκος θείοιο πολύχρυσος πολύχαλκος,*
*Ὅς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακὸς ἀλλὰ ποδώκης.*

quod eſt.

*Vir Troianus erat patres dixere Dolona,*
*Filius Eumedis clari præconis, & idem*
*Vnicus, & ſolus nunc fratrum quinque ſuperſtes*
*Vir locuples auri, atque æris, ſed prorſus inepta*
*Deformis facie, verùm pernicibus aptus*
*Et volucer pedibus, curſúque inuictus anhelo;*

ſiue vt verbum verbo perſpicuitatis gratia reddamus.

*Erat autem quidam inter Troianos Dolon, Eumedis filius*
*Præconis diuini, diues auri, diues æris:*
*Qui vtique ſpecie quidem erat deformis, ſed pedibus velox.*

vbi dum Dolon dicitur turpis ſpecie reprehendebatur Homerus quòd ſola facie turpis fuiſſet Dolon, non toto corpore. Igitur Homerus (inquit Ariſtoteles) forma ſeu ſpecie malum vocat Dolonem non quòd corpore toto eſſet deformis, ſed vultu. Cretenſes enim εὐειδὲς vocant id quod pulchram habet faciem, ac propterea dum Dolon κακὸς εἶδος dicitur, turpis facie, Cretenſium lingua deſignatur. Ita quidem quorum ſit hæc Dialectus nō reticet hic Ariſtoteles. vt omittam rem per ſe plauſibilem eſſe, cum enim turpitudo ex vultu pendeat maximè, nil mirum ſi is qui deformis eſt vultu, deformis vniuerſim, ſeu turpis forma dicatur. Quanquam cum reprehendebatur Homerus quòd Dolonem forma turpem feciſſet, vnde conſtabat vultu deformem, cæteris membris egregiè fictum fuiſſe? Inde ſine dubio, quia cum velocem & ad curſum veluti fictum indicet Homerus præſtat ſanè exiſtimare optima partium conſtitutione & proportione, in qua pulchritudo etiam poſita eſt, fuiſſe a natura præditum ac fictum: ita vt turpis forma vniuerſim minùs propriè dici potuiſſe videretur. Sic Victorius & Mutinenſis. Quanquam ipſe crediderim quidem id vitio datum Homero, quòd conſentaneum ſit, vt ſi non facie, reliquo saltem corpore egregiè fictus ſit & conſtitutus Curſor egregius. Sed tamen illud mihi non facilè perſuadeam, Homerum hic Cretenſium Dialecto vſum, ſed potiùs deformem planè (vbi enim Troianos carpit, non facilè modum ſeruat) ſtatuere voluiſſe Dolonem. Ex 570

Exagitatur propoſita ſolutio.

quo fieret vt cum haud reputaſſet cum velocitate corporis & agilitate vniuerſam corporis deformitatem ac turpitudinem minùs coire poſſe, deformem vniuerſim ac turpem illum pronunciauerit. Itaque ſatius fortaſſe erat fateri Homerum in rem vſque adeo ſubtilem & reconditam non intendiſſe animum, ac reſpondere, Poëtæ, qui in rebus deſcribendis a populari vſu non magnopere abhorret, id non tam facilè vertendum vitio: quàm vt dicimus ſic pugnare, Cretenſium more locutum eſſe. certè Plutarchus qui Homeri Dialectos longè percenſet ordine, de hac ne verbum quidem. Denique qui tam ſubtiliter cū Homero agat, hunc ferme tertio quoque verbo eum carpat neceſſe eſt. Tertium ſiue poſtremum exemplum ex Homero item deſumitur libro Iliados nono dum Achilles mandat Patroclo, vt ζωρότερον funderet aut miniſtraret. verba hæc ſunt.

III. Exemplũ.

*Μείζονα δὴ κρητῆρα Μενοιτίου υἱὲ καθίστα,*
*Ζωρότερον δὲ κέραιρε, δέπας δ' ἔντυνον ἑκάστῳ.*

hoc eſt:

*Care Menœtiade, cratera huc ſiſte capacem:*
*Et ſtatue in medium, vinóque meracius imple.*

& ad

ſ& ad verbum.

*Maiorem iam craterem Menœtij fili appone,*
*Meracíúſque miſce,poculum autem para vnicuique.*

Igitur reprehendebatur Homerus quòd meraciſſimum propinari iuberet legatis. Re- *Tertij item*
ſpondet itaq; Ariſt. ζωρότερον Homero valere citiùs hoc in loco,nõ meraciusaut meraciùs *exempli e-*
deſignare . Tametſi ego quidẽ vix crediderim Homerũ citiùs potiùs, quam meraciùs ſi- *xagitatur*
gnificaſſe:nihil enim prohibet quo minus generoſum vinum ac merum amicis appona- *ſemẽtia &*
mus citra iniuriam aut improbitatem;præſtat enim generoſum ac nobile vinum profer- *ſolutio.*
re,atque hoſpitis temperantiæ præſidere,quàm dilutum vinum,quod fit infantibus,appo
nere,quaſi de illorum moderatione dubitemus.quapropter Victorius atque alij qui affir
mant hic ea de cauſa Homerum carpi aut reprehendi quòd Achilles videretur interim a-
micis ſuis ebrietatis vitium exprobrare,(nã interim reuera eos appellat amicos & caros)
aut etiam tunc meracius apponere cum maximè officium mentis requirebatur, fortaſſe
coniectant id quod cauillarentur aliqui,(nam Plutarchus etiam indicat hoc fuiſſe Home
ro obiectum)ſed tamen cur reprehenſionem probarent non habebant. Itaque facilè cre-
diderim Ariſtotelem potiùs exempli cauſa quàm quòd non aliunde defendi poſſet Ho-
merus,ad Dialectum confugiſſe hoc tempore. Sed quoniam de hac re copioſè diſſerit
Plutarchus in libro quinto Conuiualium diſputationum,& Athenæus libro x. Vtinenſis *Qui hac de*
etiam hoc in loco nullum non mouet lapidem vt rem illuſtret,ſatis mihi fuerit quid ſen- *re ſcripſe-*
Par.13. tiam protuliſſe.tu ex ijs diſcas qui & qua de cauſa ζωρότερον aut ἀκρατότερον ſummum , aut *runt.*
feruidum aut annoſum aut viuacius interpretentur. Ego interim illud potiùs ſignificabo
optandum fuiſſe vt ſaltem indicaſſet Ariſtoteles quorum ſit Dialectus ζωρότερον dum ſi-
gnificat citiùs.certè quia dialectos percẽſent Plutarchus atque alij,hanc taciti prætermit *Qualis er-*
tunt. Atque ex ijs omnibus illud conſtare velim quod iandiu obſeruare cœperam : nimi- *ga Home-*
571 rum Ariſtotelem Homero velis remíſque,ne dicam audaciùs,fauere id quod in primo e- *rũ fuerit*
xemplo eſt clarius quàm vt diſſimulari poſſit. Ex quo illud etiam intelligitur,totam hanc *Ariſtoteles.*
defenſionem non tam poëtis vniuerſim tuendis quàm Homero inſtitui , ita vt Homeri
laudi pro virili parte ſua faueat Ariſtoteles.

## PARTICVLA CXLIV.

TO' δὲ κατὰ μεταφορὰν εἴρηται , οἷον, ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες εὗδον παννύχιοι. καὶ τὸ, ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ τρωϊκὸν ἀθρήσειεν, καὶ, αὐλῶν, συρίγγων τε ὅμαδον. τὸ γὰρ πάντες, ἀντὶ τοῦ πολλοὶ, κατὰ μεταφορὰν εἴρηται . τὸ γὰρ πᾶν πολύ τι, καὶ τὸ: οἴη δ' ἄμμορος, κατὰ μεταφοράν, τὸ γὰρ γνωριμώτατον, μόνον.

*Paccius.*

PEr tranſlationem inſuper;vt, Idémque Deos alios pernox,hominéſque tenebat inſignes galea ſomnus.tum illud quoque; Si quando Troiæ ad campos ſua lumina vertant.vt etiam,tibiarum fiſtularúmque vocem.fanè pro multis , omnes per tranſlationem dicimus. omnẽ enim aliquod multum eſt . & οἴη δ' ἄμμορος: ideſt ſola expers,ſimiliter per tranſlationem ; illud enim quod notiſſimum eſt , unicum & ſolum dicimus.

ILlud autem per tranſlationem dictum eſt,
Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες εὗδον παννύχιοι.

*Alij quidem Dijque,& homines dormiebant totam noctem. Et illud ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ τρωϊκὸν ἀθρήσειεν, καὶ αὐλῶν, συρίγγων τε ὅμαδον. ſiue hic in campum Troianum reſpiceret,& tibiarum,fiſtularúmque vocem. Nam πάντες omnes pro hac voce πολλοὶ multi ſecundùm tranſlationem dictum eſt; quia πᾶν omne eſt πολύ τι , multum quiddam . Et illud οἴη δ' ἄμμορος, ſola expers , ſecundùm tranſlationem, quod enim notiſſimum eſt , ſolum eſt.* *Riccobo-nus.*

COMM. CYLIV. *Metaphoræ vſu occurrit criminibus.*

INter rationes ac vias quas in Poëmate offerunt verba ad Poëtarum crimina diluenda, ſanè illam etiam commemorauerat, quam offert metaphora. Nunc igitur eandem vſurpat rationem, vt poëtas, maximè vero Homerum, tueatur, ac iurè quidem. Vt enim metaphoræ poëmati admirabilem conciliant venuſtatem ac dignitatem, ita vt illis mirificè gaudeat, ſic frequentiſſimus eſt apud poëtas metaphoræ vſus. Et quamuis inopia illam genuit ab initio ac neceſſitas (maior eſt enim multitudo rerum quàm vt voces longo illis interuallo ſint pares) tamen iucunditas deinde & pulchritudo eam aluit & ad celebritatem adduxit. Ergo cum frequentiſſimus ſit metaphoræ vſus, iurè quidem Ariſtoteles ad eam confugit, vt quemadmodum poëmatis illuſtrandis, ita etiam, vbi offendant, tuendis, ſi locus tulerit, ſeruiant. Ergo ſi quæ vox (inquit) offenſionem habeat dum propriè & cõmuni more ſumatur, videndum eſt num fortè metaphoricè ſumi poſſit ſine offenſione; id quod Homeri exemplis illuſtrat de more. Ac primùm quidem dum Homerus in libro ſecundo Iliados ad initium ſi canit

*Exemplū. I.*

> Ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταί,
> Εὗδον παννύχιοι.
> *Iámque adeo placidam Diuique hominéſque quietem*
> *Carpebant alij per noctem,*

ſanè ſi reprehendebatur Homerus quòd Dijs perperam tribuerit ſomnum, reſponderi iubet hoc metaphoricè dictum eſſe ac non propriè ſed translatè vſurpatum. Sed quî translatè? aut in quo interim poſita eſt metaphora? Non explicat hoc Ariſtoteles: ſed rem agnoſcendam nobis relinquit quòd facilis videri poſſit. Cum enim iam antea metaphoram in voce obſeruari iuſſerit, facilè eſt conijcere in ea voce εὗδον, *dormiebant*, delitescere ſomnũ. itaque Dijs translata voce attributum ſtatuit: quòd ſcilicet ab hominibus vel animantibus quibus propriè conuenit ſomnus, ad Deos certa quadam ratione translatus ſit ac deriuatus: hoc enim requirit metaphora. At quî ab animantibus ad Deos transfertur a poëta hoc tempore? An quia Dij cum remitterent opera, quieſcere atque adeò hominum more dormire dicerentur? Sic Madius. An verò vt ſignificetur illa quies quam putare poſſumus eſſe Deorum cum ceſſant ab opere? Sic Victorius. Et ſanè aptè vterque. vterque enĩm eò ſpectat vt quoniam homines & animantes poſt labores quietem ac ſomnum capiunt, ex ſomno intelligamus Deos opera intermiſiſſe. Quanquam ſatiùs erat fateri, ac pleniùs oſtendere id quod erat: bonum videlicet Homerum cum induxiſſet Deos conuiuantes, & hilariter bibentes, tandem cubitum eos dimiſiſſe, ac tota nocte eos dormientes feciſſe: atque hanc planè fuiſſe operis intermiſſionem ab Homero per ſomnum deſignatam. ſi tamen credere fas eſt Homerum aliquid ſpectaſſe interim vnde huiuſmodi ſomnum metaphoricè exponi vellet. Et ſanè ſi inpræſens vnum ſomnum vel quid ſimile, humano nimirum more, tribuiſſet Dijs, forſitan ad metaphoram non temerè confugeretur (id quod appoſitè noſtrates faciunt Theologi cum Deo ſomnum tributum legunt in ſacris literis: dormire enim eſt perinde ſe gerere vt iniurias quaſi non aduertere, ac ſummatim non quidem affectione ſed affectu dormientem referre, videatur) ſed Homerus interim tot ac tanta humano more de Dijs profert vt qui nõ dico ea omnia quæ de Dijs perperam canit (id enim eſſet propemodum infinitum) ſed quæ hoc commemorat in loco metaphoricè velit exponere, hic Aethyopem ſibi dealbandum, aut lapidem elixandũ, proponat, cum enim in hoc vno eodémque loco Thetidem, Iunonem, Iouem cæteróſque Deos omnes (vt Vulcanum ſileam qui ſcuttam agit interim) ſic inducat, vt rixas, contentiones, conuiuium, cantus & id genus alia exerceant quæ commemorare longum eſſet; atque ad extremùm canat, 572

*Qui trãſferatur hic ab animantibus ſomnus ad Deos*

*Hinc tamẽ inſimulandum eſſe Homerum, & cur.*

> ——*Quæ poſtquam exacta fuerunt*
> *Omnia, iamque diem Sol conderet aureus almum,*
> *Tum redire ſuas Diuorum quiſque ſub ædes,*
> *Grata ſoporiferi ſpectantes munera ſomni,*
> *Cuique ſuas etenim fecit faber inclytus ædes,*
> *Vulcanus faber ille Deũm, pede claudus vtroque*
> *Dijs ita dilapſis, & ſydere noctis oborto,*
> *Omnibus optatam capturus & ipſe quietem*
> *Iupiter omnipotens, qui rauca tonitrua torquet,*

*Conſcendit placidi conſueta cubilia lecti:*
*Cúmque ipſo cubitura, throni decus, aurea Iuno,*

tum ſubiiciat

*Iámque adeò placidam Diuique hominesque quietem*
*Carpebant totam per noctem*

qui hæc ab translatione ad proprietatem reuocare moliatur, is mihi quidem Aethyopem vt dicebam, dealbare videatur. Vt propterea ſatiùs ſit fortaſſe affirmare Homerum pro arbitratu humana traduxiſſe ad Deos non quod translatè exponi vellet atque adeò infinitũ propè opus legentibus aut Auditoribus imponere, ſed vt nos delectaret fabulis. Certè M. Tullius qui de hac re tota conqueritur, atque aureum illud dictum hac de cauſa pronunciat, *Mallem vt Homerus diuina ad nos*; ſatis indicat nihil minùs quàm metaphoricè myſteria indicaſſe, & a culpa, quam tamen eleuare nititur Ariſtoteles, abfuiſſe. Sed qualis fuerit Homeri mens, illud vniuerſim ex Ariſtotele teneamus, licere ad metaphorã cõfugere vt vocis alicuius offenſionem declinemus: cauendum tamen ne frigide nimis & vi adhibita ſed appoſitè conſentientérque id faciamus. Hæc de primo exemplo. Tametſi non me latet Victorium non nihil dubitare num metaphora interim poſita ſit in ea voce εὗδον, an verò in altera παννύχιοι, quæ ſignificat totam noctem. Cum enim Somnus hoc in loco mortalibus, quibus tamen propriè non translatè conuenit, peræquè ac Dijs tribuatur, ac propterea metaphora minùs commodè (id quod rurſus argumento eſt, Homerum, vt delectaret ſpectaſſe de metaphora nil planè cogitaſſe) in hac voce εὗδον obſeruetur, veritus eſt ne in eã vocem παννύχιοι, ſpectaret Ariſtoteles, quaſi verò totam noctem dixerit, partem (nam id quoque ad metaphoram pertinere ſumet paulò poſt Ariſtoteles) intelligens noctis: cum non ſit veriſimile Deos integram plenámque noctem dormire. Quare *Aut hoc exemplum* (inquit) *manet in hoc verbo εὗδον, vt ſignificaui, aut, ſi hoc parùm probatur aliquibus, quia hoc pacto quicquid dicetur de Dijs, tranſlatis verbis prolatum erit (cuncta enim ſumpta ſunt ab hominum muneribus & officijs) cogemur dicere ſpectatum eſſe ab Ariſtotele verbum iunctum παννύχιοι, quia veriſimile nullo modo ſit, Deos integram, plenámque noctem dormire. quod ipſe in mortalibus illis quibus magnæ curæ commiſſæ forent, accuſauit; cepiſſeque ipſum vniuerſam noctem pro parte ipſius.* ſic Victorius. Sed vt omittam homines etiam ſæpè ab Homero παννυχίους induci dormiẽtes ac propriè, ac propterea præter viſum traduci ad metaphoram, profectò cum Dijs iſtis dormientibus Iouem ex altera parte collocet qui vnus nullam ſomni partem cœpiſſet ſed perpetuò vigilaſſet (canit enim è veſtigiò,

*——Iupiter illam*
*Haud quaquam in dulcem dimiſit lumina ſomnum.*
*Sed vigilans animo curas & pectore toto*
*Voluebat)——*

quis non videat Homerum παννύχιοι dixiſſe de induſtria vt longo reliquorum Deorum ſomno ſummam illam Iouis opponeret vigilantiam? Vt omittam hinc omnino fore vt exiguum nobis ſcrupulum exemerit Ariſtoteles, magnum reliquerit. Nam accuſatio inde maxima in Homerum oriri poterat ac facilè orta erat & peruulgata, quòd ſomnum tribueret Diis. alioquin vbi ſomnum non perperam illis tribuat, parum refert ſi fortè nocte tota ſemel indulgeant ſomno. qui enim illos epulis & vino onerauerat, ſuo iure eoſdem paulò dormientes longiùs facere potuit vt digererent vinũ. Itaque ſatiùs ſit metaphoram (Ariſtoteleam tamen non Homericam) ad εὗδον referri. Niſi tamen Vtinenſis te rurſus perturbet qui ſuſpicatur Ariſtotelem ſpectaſſe in ea extrema primi libri Iliados carmina

Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἤϊ' Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς
Ἔνθα πάρος κοιμᾶθ', ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι:
Ἔνθα καθεῦδ' ἀναβάς. παρὰ δὲ χρυσόθρονος Ἥρη.

hoc eſt

*Iuppiter autem ad ſuum lectum abijt Olympius fulgurum author,*
*Vbi antea cubabat, cùm eum dulcis ſomnus inuaderet,*
*Ibi dormiuit aſcendens. iuxta autem aureo ſolio Iuno.*

in quo tamen aberraret, cum non εὗδον ſed καθεῦδε legatur. Quanquam ſiue hunc ſpectes locum, ſiue alterum quem nos protulimus, ſiue tertium adhuc in medium afferas ex poſtremo Iliados vbi ſecundum totidem repetit verbis, res in idem recidit ac tota vlcus eſt; præſertim verò quia cum in fine primi Iouem perinde ac Deos reliquos feciſſet dormiẽ-

Ss 2 tem

*Redit ad propoſitum exemplum ac requiritur in quo poſita ſit metaphora ex Victorio*

573

*Refellitur Victorius.*

*Eadẽ de re Vtinenſis.*

*Refellitur.*

tem;imò verò de Ioue ſigillatim quoque id commemoraſſet, mox pergens, Iouem vigilantiſſimum fecit: ita vt interpretes torqueant ſe in partes varias. Secundum verò exemplum ſumitur ex X. Iliados, vbi ſub initium canit

*II. Exemplum*

*Ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσειε.*

hoc eſt 574

*Cum quidem in Campum Troianum reſpexiſſet.*

vbi de Ioue (vt exponit Madius & Vtinenſis) loquens hunc, ait, ex alto ſpeculari & intueri, quaſi verò haberet oculos. Itaque id metaphoricè iubet exponi; ita ſcilicet vt ad mentē (quanquam id non explicat) & intelligentiam ſit reuocandum. Et ſanè vſque adeò vſitatum eſt vt Deum intelligentia ac mente intueri dicamus, atque oculos ipſos Numini aſſingamus, vt cernere & intueri non tam metaphoricè quàm propriè vſurpari videatur. imò verò videre, cæteris etiam ſenſibus, non modò oculis, vulgo tribuitur. Et hinc eſt vt exiſtimem Homerum dum Iouem Troianos intuentem inducit, trito more ac modo locutum eſſe: nec magnopere fuiſſe cur de metaphora cogitaret. Itaque vix crediderim fuiſſe qui reprehenderent Homerum quòd Iouem Troianos induceret: præſertim cum non oculos interim conceptis verbis tribueret Ioui. Denique qui carpere inſtituiſſent Homerum quod humana transferret ad Iouem, ſanè ſexcenta habebant quæ, quoniam Ioue indigena erant, atque adeò turpitudinem referebant, reprehenderent: tantum abeſt vt ad tritam hanc intuendi rationem qua prouidentia deſignabatur & dignitas Ioui conciliabatur, carpendam deſcendere cogerentur. Hæc de ſecundo. etſi non me latet Victorium, contra quàm Vtinenſis & Madius, hunc locum ad Agamemnonem referre non ad Iouē. Ac profectò in X. ſub initium de Agamemnone proferuntur. Vbi ſanè Agamemnoni metaphoricè conuenirent hæc verba (ſi Victorio credas) quia per noctem ac mente illuc cōuerteret mentis obtutū. Quamuis (vt verè fatear) ſic loquitur Homerus vt non ſatis ſitue Iligas qua ratione Agamemnon ea quæ commemorantur intueretur; qui enim dum per noctem decumberet, mente ignes (hos enim interdiu non ſpectauerat) & id genus alia intueretur animo? Sed quoniam de Ariſtotelis conſtat ſententia, nimirum animo & intelligentiæ ſpectationem metaphoricè tribui, exemplum dimittamus, quod ſanè ſi ad Agamemnonem referatur, ſcrupuloſum eſt; ſi ad Iouem, apologia indiget nulla. Tertium exemplum ex eodem libro etiam X. afferri videtur dum canit ad initium.

*Interpretū in propoſito exēplo diſſenſio.*

*III. Exemplū.*

*Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων.*

*Tibiarum fiſtularúmque ſonum tumultusque hominum.*

*Eius obſcuritas & diſſenſio interpretum.*

At enim qua in re aut voce poſita eſt metaphora? In ea (inquit Madius) quoniam vocem ὅμαδον rectiùs ſyringis, ac tibijs attribuiſſe debebat, ἐνοπὴν autem hominibus. enim eſt clamor qui ab hominibus. ἐνοπὴ enim eſt clamor qui ab hominibus fit. At facilè dependitur quòd per translationem voces illas protulit. Verùm mirificè labitur hic interpres. nam ſonus in propoſito carmine tribuitur tibijs, clamor hominibus: ita vt in eo metaphora appareat nulla. Vtinenſis verò ex libro xx. deſumptum ait exemplum, vbi Poëta ἐνοπὴν appellat tibiarum & ſyringarum ſonum; ita vt quem Vtinēſis affert locum, ad rem non faciat; cum nulla in eo metaphora notari poſſit. Vel igitur Ariſtoteles dū verſum illū citaret verbis illis καὶ αὐλῶν συρίγγων τ' ὅμαδον, memoria lapſus eſt, vel certè cum antea (id quod Victorius ſuſpicari videtur) in Homero pro ἐνοπὴν legeretur ὅμαδον, contra verò pro ὅμαδον ἐνοπὴν, ad offenſionem vitandam qua vox tibijs, ſonus hominibus, tribuebatur, commutatæ ſunt voces ab aliquo & carmen in eam formam, contra ſcilicet quàm Ariſtotelis tempore legeretur, redactum eſt. quod ſi ita eſſet, iam ſine dubio metaphora Madiano more ac modo notanda & explicanda eſſet. Iam uerò (ut pergamus ad exemplum alterum) nihil eſt quod dubitemus uerba aliqua deſiderari continenter poſt eas uoces καὶ αὐλῶν συρίγγων τ' ὅμαδον cum enim in excuſis libris pergat Ariſtoteles τὸ γὰρ πάντες ἀντὶ τοῦ πολλοὶ κατὰ μεταφορὰν εἴρηται. τὸ γὰρ πᾶν πολύ τι hoc eſt *omnes enim pro multis ex metaphora dictum eſt. nam omne eſt multum aliquid:* probat omnes pro multis uſurpatum eſſe in propoſito exemplo, cum tamen tale exemplum appareat nullum. niſi tamen id referas ad παννύχιοι, quæ vox iam antea in primo exemplo uſurpata fuit. quod tamen uix ac ne uix quidem credi aut defendi poſſit: præſertim quia dum ſequitur καὶ τὸ οἴη δ' ἄμμορος, κατὰ μεταφοράν. τὸ γὰρ γνωριμώτατον μόνον. hoc eſt, *& illud ſola expers ſecundum translationem. quod enim notiſſimum eſt, ſolum eſt;* reclamant hæc uerba & deſiderari aliqua confirmant ſatis. Illud tamen interim mirari cogor quod Ariſtoteles omnes pro multis ad metaphoram reuocat. cum 575

*Pergitur ad exemplum alterū. ſeu maius ad eius explicatū.*

ad

ad Synecdochen cæteri omnes pertinere ſatentur. ſed cum locus ſit mendoſus, nihil eſt quod aliquid certò ſtatuamus. Poſtremum verò confirmat rem exemplo ex duodeuigeſimo Iliados libro, ſeu mauis ex Odyſſeæ quinto (vtrobique enim rem tribus iiſdem planè carminibus exponit) vbi de Vrſa ſic canit.

*IV. Seu poſtremum exemplum.*

Ἄρκτον θ' ἣν καὶ Ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

hoc eſt.

*Vrſámque, quam & plauſtrum cognomine vocant,*
*Quæ ibidem vertitur & Oriona obſeruat:*
*Sola autem expers eſt vndarum Oceani.*

Igitur ex poſtremo carmine priorem tantùm partem, hoc eſt ea verba οἴη δ' ἄμμορος, *ſola verò expers*, profert Ariſtoteles, eámque, ſi ſententiam ſpectes, truncam ac diminutam; (credo quò ſatis tritus erat locus, cum grauiter hinc fuiſſet reprehenſus quemadmodū Strabo teſtatur ſatis) aitque, illud, *ſola verò expers*, tranſlatè fuiſſe vſurpatum. cum enim interim caneret Homerus ſolam Vrſam inter ſtellas Oceano haud mergi proptereáque reprehenderetur quia aliæ quædam adhuc eſſent ſtellæ ſeu imagines quæ non occumberēt cuiuſmodi ſunt Draco verbi gratia, Cepheus, Caſſiopea (Græcis enim ac nobis non occidunt) reſpondet Ariſtoteles tranſlatè hoc exponendum: quod ſcilicet id quod eſt notiſſimum (notiſſimum verò erat Vrſam non mergi) vnicum ac ſingulare dici ſolet. ſic Ariſtoteles de Vrſa vt Homerum tueatur ſuum. ſed quàm commodè, haud ſcio. vel enim maiorem Vrſam intelligit interim Homerus, vel minorem, non minorem, falsò enim diceret Orionem obſeruare: quandoquidem faciem illi aduerſam planè gerit, denique ſic iacet vt nihil minus quàm Oriona ſpectare & obſeruare poſſit: maiorem igitur intelligit: at de hac affirmari nequit hanc vnam non tingi Oceano: quia hoc de illa ſit notiſſimum: quandoquidem minor multò magis quàm maior attollitur, & ab Oceano ſemper recedit. Atque eodem reuoluitur res, ſi cum Strabone Homeri Arcton & Plauſtrum pro Septentrionali circulo ſeu Artico Polo ſumamus. Nam rectè quidem Homerus vnam Vrſam, hoc eſt Septentrionalis circuli imagines. eximeret Oceani lauacro. verè enim nobis ſigna occidunt reliqua. Sed tamen Ariſtoteles interim operam luderet. Nam dubitatio ſubtili cōmento illo non indigeret, quæ enim ſupereſſent ſigna quæ item non occiderent quidem, ſed tamen minùs notum eſſet eſſe occaſus expertia? Quanquam Strabonis quoque explicatio voluntaria eſt, quæque, cum ratione confirmetur nulla; eâdem facilitate refelli poteſt, qua profertur. Itaque eius fides ſit apud Authorem. Et idcirco non eodem ſenſu locum hunc æſtimare viſus eſt Virgilius quem ποιητικώτατον meritò appellaueris. etſi enim adhunc homeri alluſerit locum dum caneret

*Exagitatur Ariſtoteles ac Strabo dum tuentur Homerum.*

*Confirmatur res ex Virgilio, qui Homerum caſtigare uiſus eſt.*

*Libr. 2. Geor.*

*Arctos Oceani metuentes Æquore tingi,*

ſic quidem alluſit, vt, ſi quis attentiùs æſtimet, tres declinarit ſcopulos, ſeu tres Homerici carminis vitauerit notas. ita vt ſine dubio eum emendarit. Prima eſt, quia non vnam Vrſam, ſed vtranque (gemina enim eſt) Oceani exemit lauacro; cum vnam tantùm exemerit Homerus. Altera quia non dixit ſolam Vrſam non tingi Oceano quemadmodum Homerus, quandoquidem aliæ adhuc ſtellæ quædam ſublimes ſunt nobis: ſed tantummodo cecinit, Arctos ſiue Vrſas non mergi. poſtrema, quia rem Homerus paulò rudiùs attingit
576 & quaſi Aſtrologum ageret, (id quod æſtimanti compertum eſſe poteſt) narrat: cum tamen Virgilius rem poëticè attingat, ac metaphora ornet elegantiſſima. ait enim Arctos metúere Oceano tingi, ac ſcitè, quæ enim metuimus cauemus, ac proinde tutiùs declinamus. quod Vrſis euenire videtur quæ Oceano, etſi proximo, non tinguntur. ſic Horatius Virgilium imitatus cecinit eleganter

*Idem ex aliis confirmatur Poetis.*

*Illum aget penna metuente ſolui*
*Fama ſuperſtes.*

Igitur, vt ad Ariſtotelem redeam, non eodem ſenſu locum agnouit Virgilius, nec metaphoræ laudem ſpectauit qui Homerum caſtigandum ac rem aliter canendam putauit. Itaque deinde Poëtæ hac in re Virgilium quaſi poëtarum ſtellam ne mergerentur ſecuti, non Homerico ſed Virgiliano rem cecinerunt more ac modo. Quare Manilius, qui hac in re multorum inſtar eſſe poteſt.

*At quæ fulgentes Cœlum conſurgit ad Arctos,*
*Omnia quæ ſummo deſpectant ſydera Cœlo,*
*Non norunt obitus vnóque in vertice tantùm*
*In diuerſa ſitæ Cœlúmque & ſydera torquent.*

*Tergiuerſādi locus præciditur.* cecinit eleganter. Denique iis quibus Articus Polus ſupra quadraginta circiter gradus attollitur, vt nobis ac Græcis fermè contingit, Vrſæ atque aliæ quæ Polum circumſtant ſtellæ, occidūt nunquam: & ideo mirum eſt Homerum vnam Vrſam occaſu exemiſſe. Nam ſi eò confugias vt dicas Vlyſſem interim ab Homero non in Græciæ ponto, ſed in Atlantico apud Ogygiam fuiſſe collocatum, atque inde ſoluiſſe cum Vrſam ſpectaſſe diceretur iam (vt omittam hoc perfugium in alterum, Iliadis ſcilicet, locum non patere, vbi in Clypeo deſcribit Vrſam quæ ſola inter ſtellas non tingatur Oceano) multò magis errasſet Homerus. ſiquidem Atlantinis Polus Arcticus eſt magis depreſſus quàm nobis, ac propterea ibi major Vrſa minùs quàm nobis attollitur, quin aliqua ex parte demergitur. Denique licet ad rem hanc penitiùs ac ſubtiliùs explicandam, erat cur tum ſtellas ab imaginibus diſtingueremus cum Artici Poli imagines aliquæ in extremitate, ac propterea circuli illius ſtellæ aliquæ quibus extremitates illæ ſparſæ ſunt, penitus occidant: tum de climate conſtituemus ac terræ ſitu in quo Vrſa tingi ſeu occidere negatur (iis enim qui rectam habent ſphæram nulla vel imago vel ſignum; ſigna appello quæ Zodiaco ſeu ſignifero continentur; vel ſtella non occidit: cæteris plus minùs prout eis magis minúsque attollitur Polus occumbunt) veruntamen quod pertinet ad Homerum res componi nullo modo poteſt, quandoquidem in ſua Vrſa duo perperam confundit. Vnum eſt Vrſam ſolam non occidere: quod reuera omni ex parte ſoli concedendum eſt minori intra Boreæ circulum; ſi de imaginibus tamen non de ſtellis loquamur, alterum ſpectare Orionem, quod maiori conuenit quidem aliquo modo, minori nullo modo. vt minimè mirum ſit Strabonem, cum Homero Aſtrologiæ laudem aliquam affingere niteretur, mirificè ne dicam inutiliter laboraſſe vt Aſtrologis atque aliis Homerum in re hac redarguentibus ſatisfaceret. 177

*Vide Strab. li. 1. ad ini.*

---

# PARTICVLA CXLV.

Κατὰ δὲ προσῳδίαν, ὥσπερ Ἱππίας ἔλυεν ὁ Θάσιος τὸ, δίδομεν δέ οἱ. καὶ τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

*Paccius* SOluimus præterea ratione accentus: ut Hippias Thaſius illud δίδομεν δέ οἱ, ideſt, *nos verò damus*. οἱ enim articulus eſt: cui ſi circumflexum addideris accentum, pronomen, ſibi ſignificat. quin & illud quoque: οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ: ideſt *imbre minùs marcet* οὐ enim, quæ negatiua particula eſt, ſi circumflexum cum aſpiratione ſumpſerit, aliud ſonat.

*Riccobonus.* *ET ſecundùm accentum, quemadmodum Hippias Thaſius ſoluebat illud,* δίδομεν δέ οἱ. & τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ. hoc quidem ubi corrumpitur imbre.

COM. CXLV.

*Accentus ambiguitate ac varietate diluitur interdum crimē Poetis obiectū. Res illuſtratur exemplis.*

IN hac particula quæ Græcè abſoluitur pauciſſimis, paulò latiùs manat Riccoboni interpretatio (quod ſcilicet Græcas quaſdam voces immiſcet interpretationi) latiſſimè Paccii explanatio, quòd rem, quippe obſcuram, paraphraſi libuit declarare. Sed dum modo intelligas illa eſſe Ariſtotelis verba, quibus ambigui accentus duplex profert exemplum, vt nouam criminis diluendi rationem afferat, nihil eſt quòd commoueatis. Primum verò exemplum illud eſt, δίδομεν δέ οἱ alterum οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ. Docet igitur Ariſtoteles ad accentum quoque confugiendum aliquando vt diluamus obiectum poëtis crimen: quādoquidem (quemadmodum ſatis conſtat) voces plurimæ variato accentu notionem variant.

ſiant. Id quod propoſitis exemplis illuſtrat in quibus reprehendebatur Homerus. Et quamuis prioris exempli (vt de priore dicam prius) tanta eſt breuitas vt non facilè ſit conijcere vndenam ſumatur ex Homero, tamen ex libro primo Elenchorum capite tertio ferè extremo licet animaduertere vel conieƈtare deſumptum eſſe ex libro ſecundo Iliados. ſiquidem Ariſtoteles in propoſito Elenchorum loco cum monuiſſet propter accentum quoque fallacias contingere ac rem exemplo illuſtraret, ſcribebat. Et illud de Agamenonis inſomnio, quòd Iupiter ipſe dixerit δίδομεν οἱ εὖχος ἀρέσθαι, ſed quod inſomnio præcipiebatur, δίδομεν quo in loco ſic Alexander. *Exemplum eſt de Agamemnonis inſomnio. quod inquit Iouem dicere hoc δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι, in Iliade non reperiuntur, quæ enim de inſomnio dicuntur, in ſecundi libri initio, ſunt non omnino quis hoc ad carmen quod ibi poſitum eſt, adiunctum inuenit, & inde ſententiam capere videtur, ipſum verò fingere carminis fragmentum hæcque tranſponere carmina, Ariſtotelem perſpicuum eſt. Græcos crinitis capitibus armare iubet, nunc enim vniuerſi impetu exercitus lati imperij vrbem capies. eiuſmodi verò ſunt carmina, ipſe verò et deceptionis circa accentum exemplum formare domi appetens velut ex Homero iſtud adduxit. nonnulli igitur & cauillationem et Homeri errorem in hac dictione οἱ eſſe aſſerunt. illud quidem enim hoc pacto deſcripſit δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι hoc eſt Iupiter ſomnio inquit abi, atque nuncia Agamemnoni omnes Deos ſibi concedere victoriam decreuiſſe: ſunt igitur ad ſomnium Iouis verba. vade hæc Agamemnononi nũcia, omnes ipſi Deos victoriam in manibus dare. qui hæc dicunt Poëtam hîc errare aſſerunt inducentem, hac Iouem vice e Somnio, & quodammodo mentientem, quod quidem dei non eſt. hunc igitur corrigentes ſomnio de Agamemnone, non Agamemnoni victoriam concedi Iouem dixiſſe aſſerunt hoc verò modo legunt dictionem δίδομεν δέ οἱ hoc eſt illi ſomnio damus. eſt verò & iſtud falſum. eadem enim ſententia ſiue accentus traducatur, ſiue pronomen οἱ circumflectatur. vbi igitur error conſiſtit? an non in hoc pronomine οἱ ſed in hac δίδομεν quoniam pro hac dictione δίδοναι, Dorica locutionis proprium eſt dicere διδόμεναι, & pro hac ἀρέσθαι eiuſdem peculiare eſt ἀρέμεναι. nec non ipſius eſt ab inclinatione infinita ſæpè aliud abſcindere hoc & hic inuenitur. ſi igitur τὸ δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι, legat quiſpiam in hac dictione, δί δομεν accentum ponens mentientem Iouem facit victoriam dare pollicentem, & quod ab eo promiſſum fuerat non in opus educentem. ſi verò in hac ſyllaba δὸ accentum ponens quod dein-*

578 *ceps ſequitur legat, tum a falſo Iupiter vindicabitur, & Homerus culpa vacabit. vt Iupiter Somnio dicat, atque imperet dare ipſum ſomnium non Iouem Agamemnoni victoriam. ſomnium igitur victoriam Agamemnoni promittit, & falſus Iupiter ipſe non habetur.* Sic Alexander, ſeu quiſquis ſit huius author Commentarij. quamuis adhuc haud ſtatuere ſatis licet num accentus varietas notanda ſit in particula οἱ an verò in δίδομεν: nam ne in Elenchis quidem ſatis apertum eſt. Et ideo teneamus criminis diluendi rationem quæ eſt optima: de exemplo quoniam deſideratur in præſens in Homero, & verò alia ſexcenta occurrunt paſſim apud bonos authores, ne cruciemur. Et quanquam liceret adhuc dubitare num Homerum crimine exemerit ſatis Thaſius ille; ac rurſus requirere, num fortè memoria lapſus ſit Ariſtoteles cum Græcè non extet ille locus, an mutatus fuerit, veruntamen, quoniam longum eſſet ad omnia, & de Ariſtotelis ſententia, quam vnam maximè requirimus, conſtat ſatis, ad alterum exemplum iubet progredi: ſi tamen vnum indicauero: nimirum Platonem qui optimè Homeri locum conſulere potuit, non argutulum hoc Thaſij commentum ſuſpicione attigiſſe, ſed Homerum palam reprehendiſſe & obiurgaſſe quemadmodum in ſecundo de Republica extremo ſatis conſtat, quid enim intereſt tandem ſiue Iupiter ipſe mendacium proferat, ſiue nuncium data opera mittat a quo decipiatur Agamemnon? Denique progreſſus rerum geſtarum, Agamemnonis querela, & id genus alia, ſatis indicant diuinitus acceptum mendacium. Vt propterea, qui Homeri locum mutarunt, haud ſatis maculam, qua liber reſperſus eſt totus, delere potuerint.

Iam verò alterum affert exemplum Ariſtoteles idque verbis illis τὸ τε ὃ καταπύθεται ὄμβρῳ quæ recitauimus etiam ad initium: de quibus ſic Alexander. *Exemplum affert ex XXIII. Iliados vbi in Patrocli honorem equorum certamen initum eſt. atque Neſtorem Antilocho qua ad equorum certamen ſpectabant filio ſuggerentem atque memorantem, nec non de loco vbi cum reliquis erat aurigis certamen futurum, differentem induxit. cum alijs verò inquit & metam ad quam addentes ſe in ſpatia equi peruenire debent hoc pacto ſe habere. Signum tibi dicam, neque te latebit, admodum enim manifeſtum eſt. lignum aridum, tantum occupans interualli quantum brachijs productis occupari poteſt querc s vel picis, hoc quidem non marceſcit imbre, vtrinque in via anguſtijs in qua curſus equorum leuis futurus duo lapides albi commodè iacent: nonnulli igitur circumflexè οὗ legentes Homerum damnarunt, atque nonnihil hac de re ipſum commiſiſſe abſurdi contendunt, cum illius quidem pro-*

*minen-*

*De priore exemplo.*

*Pag. 16. videtur tamẽ locus men deſus.*

*Alexãder Aphrodiſienſis de eodẽ*

*Quid rurſus de propoſito exẽplo quæri poſſet.*

*Plato de eodem.*

*De poſteriore.*

*Alexãder*

*minentis ligni quod quercеum aut piceum nominat aliquid quidem putreſcere, aliquid verò non putreſcere dicat. Si enim non & hoc quod aliquid non putreſcit non planè atque apertè declaratum ſit, ſtatim ex hoc quod dictum eſt, cuius hoc quidem putreſcit imbre, declarari dicunt. ac ſi huius piceæ arboris quippiam pluuiali limpha putreſcat & eiuſdem pars quædam minimè marceſcat. Homero igitur vt dixi detrahunt, hoc prauè continenti in quinto de arte Poëtica libro (vt ipſe in rhetorica Ariſtoteles inquit) iſtos Hippias Thauſis carpit enunciatiuè non circumflexe ὀὐ legens, quam quidem ipſe dictionem accentu ſignauit acuto. vt dictum ſit piceam arborem imbre non marceſcere Theophraſtus picis plantam pluuialibus atque fontanis lymphis a putrediae immunem, marinis verò aquis putredine maximè infeſtari dicit. tale quidem eſt vnum exemplum.* Sic rurſus Alexander. Et ſanè de carmine dubitare haud licet, extat enim in XXIII. Iliados, & eſt huiuſmodi.

Locus agnoſcitur, eiuſdemque detegitur ambiguitas.

Ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης, τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

hoc eſt.

*Vel quercus vel picea, quod quidem non putreſit imbre.*

& tamen in quo planè ſit poſita ambiguitas quam gignit accentus, aut gignere poteſt ſi varietur incompertum eſt: nam ne id quidem aut hic aut in Elenchis indicatur ſatis ab Ariſtotele. Coniectant tamen interpretes pertinere ad οὐ quod ſi hac ratione aſficiatur, ſignificet *cuius*, vel, *vbi*, ac propterea difficultatem creet ſi illis credas. Quod ſi leni ſpiritu, 579
acuto vero accentu efferatur, *non* valeret, ac locus omni dubitatione liberaretur. At enim qua in re carpebatur Homerus? aut cur priore modo difficultatem creabat, poſteriore ſibi conſentiebat? ne id quidem ſatis licet agnoſcere: nam quocunque modo legas & dubitare & tergiuerſari licet, atque adeò pugnare in quo nodus ſit poſitus. nam qui dicunt pugnare ſecum priore modo, quòd illinc lignum faciat aridum, hinc ſtare dicat vbi corrumperetur imbre; haud tutò, mea quidem ſententia, in his repugnantiam notant: quid. n. omnino prohibet quominus lignũ illud ſtaret, quod & pro ſigno & meta eſſet conſtitutum & eſſet aridũ (id enim pronunciauerat antea) & tamen interim ibi corrũperetur? niſi tamen eſſe aridum & imbre corrumpi pugnare dicas quòd dum imbre corrumperetur, madeſceret ac proinde non eſſet aridum. Sed quidquid ſit, ne de re leui longum faciam, teneamus Ariſtotelis præceptum quod eſt optimum atque perſpicuum de exemplo ne altercemur longiùs. tametſi germana ſententia ea eſſe videtur, metam illam ex quercu vel picea fuiſſe conſtitutam vt intelligeretur eſſe aridam & ſolidam, & non corrumpi imbre. Itaque οὐ ſine dubio cum leni ſpiritu erit legendum vt neget lignum illud corrumpi imbre. niſi tamen te rurſus illud perturbet quod picea ſit maximè fragilis & ad corruptelam procliuis: itaque repugnantia ſit penes authorem, præceptum teneatur arctiùs. quod propterea fortaſſe a Boëtio in Elenchis fuit prætermiſſum & Latinis (vt ſcilicet de ſententia magis ac magis conſtaret) expreſſum aut commutatum. & ſanè geminum profert exemplum ex Flacco vnum dum canit,

Concluſio dubitationis.

*Me tuo longas pereunte noctes*
*Lydia dormis.*

alterum ex Virgilio,

*Heu qui nam tanti cinxerunt æthera nimbi.*

hic enim, quinam, ibi, metuo, accentu variato (niſi tamen impediat metrum: quod interim diſſimulandum eſt) variari ſententia poteſt.

# PARTICVLA CXLVI.

*ΤΑ' δὲ διαιρέσει, οἷον, Ε'μπεδοκλῆς. αἶψα δὲ θνητὰ ἐφύοντο τὰ, πρὶν μάθον ἀθάνατα ζῶά τε πρὶν κέκριτο.*

PEr diuiſionem quoque quemadmodum apud Empedoclem: Nata ſed hæc ſubito mortoli corpore vidi. Ante immortali quàm animantia ſeligerentur. Paccius.

*HAec autem diuiſione, vt Empedocles, αἶψα δὲ θνητ' ἐφύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατα εἶναι, ζωρά τε πρὶν ἄκρητα. Exemplo autem mortalia nata ſunt, quæ priùs dicerant immortalia eſſe, mixtàque priùs pura.* Riccobonus.

Quod

COMM. CXLVI.

*De diuiſione quæ item occurrit dubitationibus.*

QVOD in Elenchis ante accentus ambiguitatem diſſerit de ambiguitate diuiſionis, proſequitur hic poſtea: tametſi alijs ibi rem agit exemplis, alio impræſens, & ex Empedocle. Igitur cum cecinißet Empedocles:

*Αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο, τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι*
*Ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα.*
*In lucem erumpunt ſubitò mortalia: mortiſ.*
*Neſcia, quæ fuerant: miſtáque pura priùs*

*Loci ambiguitas.*

orta eſt controuerſia de ſententia, cum aliqui Empedoclem inſimularent repugnantiæ: quæ tamen ſublata eſt (quantum ex Ariſtotele intelligitur) diuiſionis vſu: ita vt conciliata ſint omnia. Sed quæ obſecro notabatur repugnantia, aut quibus in verbis notabatur? vel etiam, quî tandem diſtinctione adhibita ſublata eſt Controuerſia, & dubitatio? Non explicat hæc Ariſtoteles. Tametſi, vt coniectura ſaltem rem informemus (ſi tamen informare liceat: neque enim eodem planè modo à Simplicio, Athæneo, & alijs hæc recitantur carmina) obſeruandum eſt Empedoclem pro rerum principijs (id quod paſſim teſtentur Ariſtoteles atque alij multi) Amicitiam, & Litem intuliſſe, ſimùlque ſtatuiſſe Amicitiam omnia in Chaos coniungere, & permiſcere: Litem contra diſiungere, vnde res quibus variatur Mundus, & ornatur, exiſtant, & ſua quæque obtineant loca. Quod cum ita ſit, iam non ſatis fortaſſe ex his carminibus intelligebatur quàm cohærenter diſſereret dũ diceret, Extemplo autem mortalia nata ſunt quæ priùs didicerant immortalia eſſe. Quis enim non inficietur immortalia quà immortalia facta eſſe mortalia? Quanquam mittamus iſtud: quandoquidẽ præter quàm quòd fortè intelligit immortalia fuiſſe priùs quòd infinito tempore quieuiſſent in Chaos, & anteacto tempore ſemper fuiſſent, non apparet qui interim diuiſionis vſus huic ſuccurrat malo. Igitur verba illa ſpectemus. Ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα, quibus diſtinctio videtur adhiberi, atque ita adhiberi vt leuiter variata, ambiguitatem, & creare poſſit, & ſoluere. Nam ſi legamus miſtas τὰ πρὶν ἄκρητα, hoc eſt, miſta ſunt quæ priùs pura erant, ſeu immiſta: id verò pugnaret cum ſuperiore ſententia in qua cecinerat priùs fuiſſe mixta in Chaos quàm gignerentur. Quod ſi legamus Ζωρά τε τὰ πρὶν

*Simp. 1. ph. Athē. lib. 10. de quo vide in Theorbo Ẽ pis.*

580 ἄκρητα hoc eſt miſta erant priùs, quæ immiſta facta ſunt, ſententia plana erit atque omni repugnantia liberabitur ſic ſanè interpũctionis variatio confundit ſanátque ſententiã pro varietate. quo tamen in loco non me fugit alios aliter amphibologiam notare, & explicare. quibus nos illud addimus ζωρὰ reuera ſignificare mera, & pura, ac propterea rectiùs legi ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα, ita vt ζωρὰ, & ἄκρητα quod eſt miſta opponantur. quibus poſitis ad ambiguitatem tollendam interpungendum eſſet poſt ζωρά τε, & eſſet ſententia puráque, ſeu immiſta facta ſunt, quæ priùs erant miſta. Sed quoniam Athenæus cum alijs quibuſdam legit κέκρητα quod immiſta ſignificat, crediderim Theophraſtum (id quod teſtatur Athenæus) ζωρὰ expoſuiſſe miſta, ſeu non pura, vt quemadmodum θνητὰ ἀθανάτοις ita ζωρὰ ἀκράτοις opponerentur. Sed quoniam præcepti ratio explanata eſt ſatis, de exemplo ne diſputemus longiùs. Illud tamen moneo totam hanc rem alijs exemplis explicari ab Ariſtotele in primo Elenchorum capite tertio vbi ex Homero etiam quem hic valere tantiſper iuſſerat, videtur exemplum afferre.

*Loci explicatio.*

# PARTICVLA CXLVII.

TA' δὲ ἀμφιβολίᾳ. παρῴχηκε δὲ πλέω νὺξ. τὸ πλέων ἀμφίβολόν ἐστι.

ITem per amphibologiam: plurima præterijt nox: illud enim πλέων ambiguum eſt.

H*Aec verò per ambiguitatem, παρῴχηκε δὲ πλέων νὺξ. præterijt autem plus, nox nam illud πλέων ambiguum eſt.*

Adam-

*COMM. CXLVII. De Amphibologia vt dubitationes item tollantur.*

AD Amphibologiam quoque confugit Ariſtoteles ſeu ad ambiguitatem vocis,ac ſententiæ(in voce enim agnoſcitur a qua etiam in ſententiam deriuatur)vt Homero patrocinetur. Ea enim eſt anceps vox,& incerta ſententia,vt quemadmodum oppugnandi,ita etiam propugnādi, anſam præbeat bono æſtimatori,ac nauo. Quam rem illuſtrat exemplo ex x. Iliados. cum enim ceciniſſet Homerus. 581

Α'λλ' ἴομεν· μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ' ἠώς·
Α'ʹστρα δὲ δὴ προβέβηκε· παρῴχηκε δὲ πλέων νὺξ
Τῶν δύω μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

hoc eſt.

*Sed eamus: valde enim nox perficitur: propè autem eſt Aurora:*
*Stellæ verò iam proceſſerunt præteritque plus nox*
*Duabus partibus: tertia autem adhuc pars reliqua eſt.*

*Loci ambiguitas.* reprehendebatur,quòd cum dixiſſet plus quàm duas præteriſſe noctis partes, ſubinde affirmabat reſtare tertiam.Reſpondet igitur Ariſtoteles πλέων quod plus ſignificat,eſſe ambiguum. At enim ſit ambiguum:verùm in quo eſt poſita ambiguitas, vel potiùs ambiguitatis explicatio? Reticet hoc de more Ariſtoteles: ſed tamen coniectant Interpretes πλέων poſſe ſignificare tum plus quàm duas partes noctis, quo pacto dubitatio eſſet in promptu,tum plus noctis,nimirum duas partes,quo poſito dubitatio caderet tota: nam tertia planè ſupereſſet pars. Quanquam illud adhuc ambigere licet, num illud τῶν δύω μοιράων commodè ſeiungi poſſit, & exponi, nimirum duabus partibus. nam illud πλέων videtur cadere in duas noctis partes,& gignere primum ſenſum commodè, alterum ægrè. Quamuis enim Euſtathius ſcribit,incertum eſſe an Homerus intelligat τῶν δύω μοιρῶν τὴν πλείω (aliqui enim libri habent πλέω) μοῖραν παρῴχηκεν ἡ νὺξ ex duabus partibus iam plus elapſam noctem: ſic enim aliquid adhuc ex vtraque illa parte ſupereſſet, & tertia pars integra.vel an geminæ partes totæ tranſierint,& cum illis ſimul aliquid ex tertia, vt illa tota non ſuperſit:vel an duæ iam partes integræ tranſierint,& tertia tota tranſeat; mihi tamen planior videtur ſententia noctem pluſquam duabus partibus præteriiſſe:ita vt tertia ſupereſſe dicatur quia ferè eſſet integra, non verò quia integra penitus (id enim haud proferret Homerus) ſupereſſet. Tametſi hoc pacto πλέων ambiguitati ſoluendæ vſum haberet nullum:præſertim ſi noctem tripartitò (id quod interim ſumere videtur Homerus) ac peræquè diſtribuatur. nam idcircò Euſtathius Homero noctem facit τριφύλακτον,trium inquā cuſtodiarum. Sed teneamus hic quoque præceptum:de exemplo enim ſatis. Nam qui plura cupit in hoc genere, Ariſtotelem,& Peripateticos legat in I. elēchorum capite III. ſiue apud Alexandrum capite XXII. & XXIII.

*Quà probabilius videri poſſit.*

# P A R T I C V L A CXLVIII.

ΤΑ' δὲ κατὰ τὸ ἔθος τῆς λέξεως, οἷον τὸν κεκραμένον οἶνόν φασιν εἶναι, ὅθεν πεποίηται κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο. καὶ χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους. ὅθεν εἴρηται ὁ Γανυμήδης Διῒ οἰνοχοεύειν, οὐ πινόντων οἶνον. εἴη δ' ἂν οὗτός γε κατὰ μεταφοράν. 582

PEr conſuetudinem quoque dictionis, ut illud κεκραμένον, ideſt mixtum,quod ad uinum pertinere receptum eſt. Vnde & illud: Ocrea, quæ fuerat ſtamno confecta recenti. & χαλκέας quæ uox alioqui fabros ærarios ſignificans,pro ferrarijs ſumitur. Iuxta quod etiam Ganymedes appellatur a uino miniſter Iouis, cum tamen Dij ipſi uinum non bibant. id quod per tranſlationē dici neutiquam poteſt. *Paccius*

*ATque hæc ſecundùm conſuetudinem locutionis, vt aqua temperatum vinum dicunt eſſe. vnde factum eſt, vt κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο ocrea recens fabrefacti ſtamni. & vocant χαλκέας ærarios, qui ferrum exercent. vnde dictus eſt Ganymedes Ioui οἰνοχοεύειν vinum miniſtrare, non bibentibus vinum Dijs. atque hoc profectò non eſſet ſecundùm tranſlationem.* *Riccobonus.*

EX conſuetudine quadam ſermonis nouam ducit rationem qua ſuccurrat Poëtis. Quapropter ſi reprehendatur quòd aliquid præpoſterè &, contra quàm res habeat, extulerint, ea quoque ratio ſuppetit diluendi criminis: nimirum vt, ſi fieri poſſit doceamus poëtas ſi non verè atque ad rem appoſitè, ac certè populariter & ex communi vſu locutos eſſe. Id quod illuſtrat exemplo ducto ex vino. dum enim κεκραμένον hoc eſt dilutum, ſignificat vinum aqua miſtum ac temperatum, vſus obtinuit paſſim vt vinum quoque ſeu merū planè ſignificet. Id quod manare inde facilè potuit quòd κεραννύω ſeu κεράννυμι, quod propriè ſignificat miſcere (à κέρατος ſcilicet, hoc eſt cornu, quo vinum miſcebant ac propinabant Priſci) interdum ſignificat etiam infundere, præſertim merum aut nectar, vbi dilutio nulla: ſic enim Euſtathius & alij. Ita fit vt quicquid in calicem infunditur ad bibendum, ac proinde vinum ſeu merum, etiam ſi dilutum non ſit ac mixtum, dilutum appelletur. Itaque apud Ariſtotelem ipſum in Problematis non ſemel κεκραμένον hoc eſt dilutum, ſignificat merum. quod tamen num apud Latinos inueniatur, haud ſcio. nam etſi illud Ouidij, COM. CXLVIII Ex ſermonis conſuetudine rationem itē ducit vnde tollatur reprehenſio: remexemplis illuſtrans. I. Exemplum

*——Pocula miſcet,*

& alterum Iuuenalis

*——Neſcis tot millibus emptus*
*Pauperibus miſcere puer——*

miſcere valet infundere, quod Græcis eſt vſitatiſſimum; dilutum tamen pro mero haud memini me legere. nam illud Martialis

*Diluti bibis vnciam Falerni,*

temperati ſignificat ac mixti. tametſi vbi quis vteretur, fortaſſe Græco ſe tueri poſſet vſu. Sed quorſum (vt ad rem redeam) exemplum iſtud? Num fortè reprehendebatur Homerus quod κεκραμένον ſeu dilutum pro mero vſurpaſſet? minimè verò. Sed callidè viam hinc ſibi aperit Ariſtoteles vnde conſimilem vel certè non omnino diſſimilem loquendi modum, etſi reuera abſtruſiorem, tueretur aut leniret. & idcirco pergit ſtatim, vnde illud factum eſt κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο. *ocrea recens fabrefacti ſtamni*; vbi, quantum quidem cōiectare licet, optat poëta ſtamnum pro ferro vſurpari: quaſi verò perinde liceat ſtamnum pro ferro, ac dilutum pro mero, terere & vſurpare. ſic ſenſim Homero patrocinatur Ariſtoteles. cum enim in xxi. Iliados ceciniſſet ille II. Exemplum quod ex Homero ſumitur, eidemque tuendo adhibetur.

581

*Ἀμφὶ δέ οἱ κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο*
*Σμερδαλέον κονάβησε.*

Circaſi. hoc eſt p. 381. hoc eſt

*Circáque ipſam ocrea nuper facti ſtamni*
*Grauiter inſonuit,*

reprehendebatur, vt ſuſpicari licet, quòd ſtanno ocreas confeciſſet, cum ferro aut ære cōficerentur, igitur Ariſtoteles excuſat Homerum, quaſi verò paſſim vulgus ſtamnum pro ferro vſurparet. & ideo alterum è veſtigiô ſubijcit exemplum quod eidem rei ſeruit mirificè: atque eodem modo appellatos χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους. *ærarios fabros qui ferrum elaborat*: vbi ærarios fabros, etſi alioquin ferrum exercerent ac tractarent, ærarios dictos ſtatuit more vulgi, quaſi verò hic ferrarium fabrum ærarium appellet. At enim vbi nam ærarium pro ferrario vſurpauit Homerus? profectò interpretes nullum obſeruant ex Homero locum vnde conſtet χαλκεὺς pro ferrarijs quoque fabris vſurpari. & ideo ſuſpicor Ariſtotelem huiuſmodi exemplo docere voluiſſe ſtamneas Ocreas pro ferreis vſurpari, quemadmodum ferrarios fabros per ærarios intelligimus: ac propterea finitimæ rei rem confirmaſſet exemplo. alioquin non poſſim non mirari locum deeſſe in Homero in quo ærarium vſurparit pro ferrario: quandoquidem cum ex Homero doceat fieri potuiſſe vt ferreæ ocreæ dicerentur ſtamneæ, par eſſet exiſtimare id etiam quod de æreis profert fabris, ex Homero fluxiſſe: præſertim quia tertium quoque hoc eſt Ganymedis exemplum (de hoc paulò poſt) ex Homero deſumi compertum eſt. Verùm illud dubitet rurſus quiſpiam, qui non aberret Ariſtoteles dum propoſitis tum ſtamni, tum (ſi placet) æris exemplis vtitur. etenim quam ab initio protulit regulam ad Homerum tuendum, nimirū tritam vulgo vocem, vt dilutum pro mero, efficeret vt excuſandus ſit Poëta qui minùs verā & aptam, ſed tritam tamen, vſurpauerit vocem, ſanè requirit vt ſtamnum quoque pro ferro ſic fuiſſet vſurpatum vt vtrunque eſſet in promptu. Quare, quemadmodum quo tempore ſcriberet Ariſtoteles, ærarium fabrum pro ferrario quoque vſurpari conſueuiſſe, id Dubitatur. I. Reſpondetur. Dubitatur. II.

ſe, id erat in promptu, ſic quo tempore ſcripſit Homerus, debuiſſet ſtamnum pro ferro (quia ſcilicet vtrunque eſſet in promptu) poſſe vſurpari; & tamen armis conflandis vix vllus fortaſſe erat ferri vſus quo tempore Græci arma Troianis intuliſſent: nam hoc & Heſiodus teſtatur qui in libro de operibus & diebus de ſui ſæculi hominibus canit Chalcheis vſos inſtrumentis atque armis, & Homerus confirmat qui Diomedem atque alios æreis armat, & Ariſtoteles indicat qui ærarium fabrum pro ferrario vſurpatũ ſignificat, quòd cum antiquitus ærarij eſſent ſoli, decurſu temporis, ferrarijs exortis, ærariorum nomine ſint comprehenſi. vt omittam Virgilium etiam hac de cauſa libenter ſæpè æreis inſtruxiſſe Troianos ac Rutulos. Sed reſpondendum eſt vel non fuiſſe neceſſarium ut utrunq; eodem extarei tempore, ſed ſatis eſſe vt cum ferrum vſurpari cœptum eſt conflandis armis ſtamnũ eſſet vſitatum, vnde vulgus ferrea quoque appellaret ſtamnea, vel certè antiquitus erat quidem maior æris quàm ferri & copia & vſus ſed tamen ferrum quoque & inuentum & vſitatum erat. Iam verò ad Homerum quoque ſine vlla dubitatione poſtremum ſpectat exemplum in quo Ganymedẽ οἰνοχοεύειν id eſt vinum miniſtrare ait, cũ tamen miniſtraret nectar (Dij enim nectar bibebant non vinum) & ideo reprehendebatur. Et quidem Homerus in xx. Iliados ſic canit. Li. 20 p. 362 poſt med.

*Reſpendetur.*

*III. Exemp ũ. quod ex Homero ſumitur eundemque tuetur.*

> Ἶλός τ', Ἀσσαρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
> Ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων:
> Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν.

hoc eſt

> *Iluſque, Aſſaracusque, & diuinus Ganymed s,*
> *Qui tum pulcherrimus fuit mortalium hominum:*
> *Quem etiam rapuerunt Dij Ioui vt pocillator eſſet.*

vbi tamen ſine dubio pro vini miniſtro nectaris miniſter intelligendus eſt. quod ſanè exẽplum aptiſſimum eſt: cum enim pocillator ſeu pincerna vinum miſcere dicatur paſſim, 584
nil mirum ſi dum miniſtraret Ganymedes, οἰνοχοεύειν diceretur. Sic apud eundem Homerum κυνέη pro galea vſurpatur paſſim, quantumuis leonis interdum vel lupi aut pardi cõſtaret corio. cum enim ab initio ex canis pelle conflari cœpiſſet atque inde κυνέη dicta eſſet, factũ eſt vt quęlibet galea κυνέη dicta ſit ab Homero. ſic fortaſſe δρύτομος, quercus cæſor, ad omnes qui ſiluam aut ligna cædant, relatus eſt: ſic apud Latinos argentarius qui licet aurum deinde aut interdum æs tractet ac probet, argentarius tamen appellatur quòd ab initio ob ſolius argenti tractationem inueniſſet nomen. Concludit autem Ariſtoteles Ganymedem οἰνοχοεύειν ex metaphora etiam dici poſſe: cũ enim ſupra ſynecdochem quoq; metaphora comprehenderit, quaſi tropi etiam metaphora continerentur, facilè eſt metaphoræ item vſu locum interpretari: quin ſuperiores quoque locos eodem modo defendi prohiberet nihil.

---

# PARTICVLA CXLIX.

Δ Εἰ δέ καὶ ὅταν ὀνόματι ὑπεναντίωμά τι δοκεῖ σημαίνειν, ἐπισκοπεῖν, ποσαχῶς ἂν σημαίνειεν τοῦτο ἐν τῷ εἰρημένῳ, οἷον, τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος, τῷ ταύτῃ χωλυθῆναι.

QVando autem in nomine contrarietas ineſſe ſignificationis videtur conſiderãdum ſanè, quotuplex eſt eius, circa id de quo agitur, ſignificatio: quemadmodum: Huic ſpicula ferrea cùm prohibebat. Etenim eo in loco ἔσχετο quod alioqui inhærebat, ſignificat, pro prohibebat accipitur. *Paccius*

*QVando autem nomen aliquod videtur ſubcontrarium aliquod ſignificare, attendendum eſt, quotupliciter ſignificet hoc in eo, quod dictum eſt: vt τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος . . . eo quòd hoc prohibitum ſit.* Riccobonus.

Sex

COM. CXLIX. SEX diluendi ſophiſmatis modos propoſuit in priore Elenchorum libro, dum in capite tertio ſcriberet ἔστι δὲ τὰ μὲν παρὰ τὴν λέξιν ἐμποιοῦντα τὴν φαντασίαν ἓξ τὸν ἀριθμόν. ταῦτα δ' ἐστὶν ὁμωνυμία, ἀμφιβολία, σύνθεσις, διαίρεσις, προσῳδία, καὶ σχῆμα λέξεως. vbi omononiam (æquiuocationem vocant Peripatetici aliqui) amphibologiam, compoſitionem, deciſionem, accentum, dictionis figuram, retulit ex dictionis campo; quæ ſanè quemadmodum ibi ſoluendis ſophiſmatis adhibuit, ſic in hoc libro (ſi receptam fermè interpretum ſententiam ſequamur) poetarum criminibus refert diluendis. Cum verò hactenus egerit de amphibologia (non enim eundem hic ſeruauit ordinem ſed variauit penè totum) accentu, diuiſione, metaphora, nunc de omonomia. Differt autem hæc ab amphibologia quia omonomia pertinet ad certam aliquam vocem quæ varias habeat ſubiectas notiones: amphibologia verò in ipſius ſententiæ textura poſita eſt, tametſi ex voce aliqua in eam manare poteſt, ita vt omonomia varias notiones alicuius vocis, amphibologia varios ſenſus alicuius clauſulæ & ſententiæ contineat ac gignat. *Ex omonomia quoque diluit accuſationes, vel certè rationem docet qua, vtiliter propoſita rationes vſurpentur*

585 Igitur diligenter eſt reputandum (inquit Ariſtoteles) num voci, vnde oritur dubitatio ſeu poëtæ criminatio, variæ ſint notiones ſubiectæ: quas omnes diſcutere & examinare oportet; vt ſi quæ non incommodè locum liberet repugnantia, apteretur voci illi. Quam rem illuſtrat exemplo ducto ex xx. Iliados vbi de Aneæ haſta ſic canit Homerus τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος—vbi ἔσχετο ſignificare poteſt & inhæſit & prohibuit. Itaque cũ reprehenderetur Homerus quod dixiſſet Aneæ haſtam inhæſiſſe Achillis Clypeo quod cum ſequentibus pugnabat, docet Ariſtoteles non ſignificare inhæſit aut infixa eſt quemadmodum primo aſpectu opinetur aliquis, ſed prohibita eſt, quod repugnantiam habet nullam. Hæc in præſens erit & Ariſtotelis ſententia & huius loci œconomia ſi eos audiamus qui nouam hic rationem afferri exiſtimant ex œconomia ductam. Tametſi ego quidem magnopere ſuſpicor Ariſtotelem non nouam proferre rationem qua accuſationes diluamus, ſed docere qui tandem propoſitis reſponſionibus vtilius adhuc & opportunius vtamur atque adeò ſuperiores rationes, quoniã eas protulit omnes, expolire ac declarare vberiùs. De qua re nos infra copioſè. Interim; qualequale ſit Ariſtotelis conſilium, quod a nobis explicabitur opportuniore loco, duo in propoſita exemplo ſunt quæ dubitentur. Vnum eſt in quo ſit repugnantia: nam ne hæc quidem apparet, etiam ſi ἔσχετο ſignificaſſet (id quod dictitabant reprehenſores) inhæſit: altera vbi nam ſit hoc exemplum: ſiquidem in xx. Iliados de Aenea cum haſtam in Achillem torſiſſet ſic canitur. *vide in Comm.* *Dubitatio I. II.*

Ἦ ῥα καὶ ἐν δεινῷ σάκει ἤλασε χάλκεον ἔγχος.

hoc eſt.

*Dixit vtique, & in grauem clypeum impegit aream haſtam.*

vbi ἔσχετο in quo omonomia notatur ab Ariſtotele, non reperitur. Sed repugnantia inde apparet quòd cum poſt propoſita carmina dixiſſet continenter non poſſe glorioſa Deorum dona a mortalibus perrumpi ac propterea Aneæ haſtam non rupiſſe clypeum, ſubiiciebat.

pa. 363.

Ἀλλὰ δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, αἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς
Ἦσαν, ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων,
Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
Τὴν δὲ μίαν χρυσῆν, τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.

hoc eſt.

*Sed duas quidem adegit per plicas; hæ autem adhuc tres.*
*Erant, quoniam quinque plicas ſuperinduxerat Vulcanus*
*Duas æreas, duaſque intus ſtanni:*
*Vnam verò auream: qua detenta eſt ærea haſta.*

Ex quo fit vt cum antea dixerit clypeum non poſſe perrumpi hic vbi fatetur duas perruptas plicas atque ita perruptas vt in tertia hæſerit ſpiculum, videatur ſecum ipſe pugnare. tollitur verò eadem repugnantia quia dum ait aurea plica ἔσχετο æream haſtam, ſignificat huiuſmodi plicam non quidem in ſe recepiſſe ſed prohibuiſſe haſtam. itaque non inhæſit ſed reiecta eſt. Quamuis enim duas priores peruaſerit plicas, non peruaſit tamen clypeum quia tres adhuc plicæ perſeuerauerunt integræ, hoc.n. ſatis eſt vt intelligatur haſtã ahuc nõ peruaſiſſe clypeũ. & hinc conſtat locum non tã priorem (quem tamen proferre volui vt inde conſtaret de ſerie vniuerſa) quàm poſteriorem ſpectari ab Ariſtotele, in quo

*CONTROVERSIA. Lxxxxij. Non vel Ariſtoteles hoc in loco Homerum commodè tueatur vel Homerus dependi poſſit.*

reuera quæ profert Ariſtoteles verba habentur omnia. Quanquam Controuerſiam interim interponere iubet atque aduerſus Ariſtotelem Homerúmque dubitare, quòd, vt verè fatear, vulnus mihi quidem videtur ſanari nec commodè nec ſatis: quin videri poſſet locus hic in multis requirere Poëtæ iudicium & conſtantiam, Nam primò Achilles *Invulnerabilis* erat (id quod poëtæ canunt omnes) & inuulnerabilis: quid igitur erat cur tantoperè terreretur cum in eum Aeneas ſpiculum contorſiſſet? nam perterritus eſt (inquit Homerus) quòd putaret haſtam penetraturam, ſed ſic neſciret Achilles ſe inuulnerabilem eſſe, an non dedecet virum fortiſſimum, quique fortitudinis nomine non modò celebratur ſed omnibus anteponitur, perterreri? Id quod eò minùs commodè fingitur ab Homero, quòd Aeneam forti animo non timido indicat Achilles excepiſſe haſtã. Huc accedit quòd
II. cum clypeum diuinum accepiſſet, ſciréque qualis & quãtus eſſet, turpiùs adhuc terreatur, & ſtrenui bellatoris (ſi tamen ſtrenuus dici poterat qui antequam diuinum acciperet clypeum pugna ſemper abſtinuit) abiicit animum. Quanquam eſto ne id quidem de cly-
III. peo compertum haberet (tametſi ideo ſtultus appellatur ab Homero Achilles dum ti-
IV. met, quia diuinus clypeus rumpi non poſſet: quod ſtultè obiiceret Poëta niſi Achilli nota eſſet vis clypei) tamen vel non erat prouocandus Aeneas, vel fortiter pugnandum ac dimi-
V. candum. Quin etiam (id quod rem maximè continet) quid erat cur tam grauiter prædicaret Deorum dona ab hominibus non poſſe rumpi, & tamen ſtatim caneret ad tertiam v-
VI. ſque plicam perueniſſe haſtam? quàm aptiùs omnino Virgilius qui Mezentii haſtam vix diuini contactu clypei ſecuto reſiliiſſe voluit, Itaque:

*—ſtridentémque eminus haſtam*
*Iicit, at illa volans clypeo eſt excuſſa, procúlque*
*Egregium Antorem latus inter & ilia figit.*

cecinit prudentiſſimus vates. Et ideo cùm Homerus adhuc ſecum ipſe pugnare videtur,
VII. qui quem impenetrabilem deſignat clypeum, ad tertiam vſque plicam penetraſſe mox canit: tum Ariſtoteles minùs aptè Homerũ tuetur ab aduerſariis. quid enim intereſt ſiue
VIII. tertia plica excuſſerit ſiue exceperit ſpiculum, vt oſtendatur Homerum interim non ſecum pugnare? nam dicent aduerſarii duas tamen plicas fractas eſſe. Adde quod ſupra in libro XIX. æs, aurum, argentum, ſtannum fudit in ignem vt conflaret clypeum: & ta-
IX. men hic diſtinguit plicas æreas a cæteris, quaſi verò ſeorſim fuſa fuiſſent metalla quod æ-
X. gre ex ſuperiore loco ſuſpiceris. Quanquam illud palmare quod argentum deinde plicis adhibetur nullum. Vt omittam Homerum in hoc clypeo tot ac tanta expreſſiſſe, vt pro tabula non tam clypeum quàm ampliſſimum Theatrum (niſi tamen Theatrum quoque ſit longè impar & anguſtius) habuiſſe aut Vulcano effingendum propoſuiſſe videatur. Quæ omnia ſic etiam expreſſa commemorat vt eum idem planè orationis tenor, varie- 586
tas nulla, appareat, rudis & impolita videri poſſit ea deſcriptio. Certè Virgilius Aeneæ clypeum paulò moderatiùs compleuit, & paucioribus verſibus abſoluit. Torquatus verò vt ſeruiret veriſimili, militare tabernaculum conſimili deſcriptione adhibere maluit,
XI. quàm clypeum. Nam voluiſſe Homerum auream plicam deliteſcere, cum ob decorem prima vel potiùs vna fuiſſet oculis obiicienda; ac metalla vniuſquæ priùs miſcere viſus eſſet, ſingula propriis plicis ſeorſim adhibuiſſe, id verò cum per ſe abſurdum ac repugnans videri poteſt, tum Virgilii iudicio, cui ſeptem clypei orbes ſeu plicas ex metallorum maſſa (ſic enim ille) conflare placuit vniuerſas improbatum. Sed his omiſſis (neque enim exigenda omnia ab Homero) præceptum de more teneamus vt omonomiam ad Poëtarum crimina diluenda quoad eius fieri poſſit referamus. De qua omonomia ſi quis plura cupiat, conſulat Ariſtotelem in libro primo Elenchorum capite tertio, & Alexandrum capite 17. & quatuor inſequentibus.

*Æneid. 18.*

# PARTICVLA CL.

TO' δὲ, ποσαχῶς ἐνδέχεται, ὧδε πως. μάλιστ᾽ ἄν τις ὑπολάβοι κατὰ τὴν κατ᾽ ἀντικρὺ, ἢ ὡς Γλαύκων λέγει ὅτι ἔνια ἀλόγως προϋπολαμβάνουσι: καὶ αὐτοὶ καταψηφισάμενοι συλλογίζονται, καὶ ὡς εἰρηκότες, ὅτι δοκεῖ, ἐπιτιμῶσιν, ἂν ὑπεναντίον ᾖ τῇ αὐτῶν οἰήσει. Τοῦτο δὲ πέπονθε τὰ περὶ Ἰκάριον. οἴονται γὰρ αὐτὸν Λάκωνα εἶναι. ἄτοπον οὖν τὸ μὴ
587 ἐντυχεῖν τὸν Τηλέμαχον αὐτὸν εἰς Λακεδαίμονα ἐλθόντα, τὸ δ᾽ ἴσως ἔχει, ὥσπερ οἱ Κεφαλλῆνές φασι. παρ᾽ αὐτῶν γὰρ γῆμαι λέγουσι τὸν Ὀδυσσέα, καὶ εἶναι Ἰκάδιον, ἀλλ᾽ οὐκ Ἰκάριον. δι᾽ ἁμάρτημα δὲ τὸ πρόβλημα εἰκός ἐστιν.

QVotuplex verò illud expeditur hoc fermè pacto: maximè verò ſi quis contraria, è regione diſpoſita ſuſcipiat; ſiue vt inquit Glauco. Quoniam ſine ratione aliqua præſumunt, ipſi quidem veluti iam iam pronunciaturi ratiocinantur: quaſique pro arbitrio locuti, tametſi eorum opinioni contrarium inſit redarguunt. quo in genere ſunt illa quæ de Icario perhibentur. Siquidem Laconem hunc extitiſſe exiſtimant: ideóque ſequi abſurdum. euntem quidem Lacedæmona Telemachum in eum minimè incidiſſe: cum tamen id fortaſſe ſe habeat quemadmodum Cephalenſes dicunt, qui quidem duxiſſe apud ſe vxorem Vlyſſem dicitrant, Icadiumque eſſe, non Icarium. hoc autem in genere, peccatum eſt, veriſimilis dubiratio. *Paccius.*

*Illud autem quotupliciter, contingit, ſic quodammodo, maximè verò ſi quis ſuſpicetur per eam rationem quæ è regione eſt; vel vt Glauco dixit quòd nonnulla ſine ratione præſumunt, & ipſi, cum iam alterum condemnauerint, Syllogiſmo concludunt, & tanquam eos, qui dixerint, quod videtur reprehendunt, ſi ſubcontrarium fuerit ipſorum exiſtimationi. Atque hoc patiuntur, quæ de Icario dicuntur. Exiſtimant enim ipſum Laconem eſſe. Abſurdum igitur, aiunt, eſt, non congreſſum eſſe cum eo Telemachum, cum Lacedæmona iuit. Idque fortaſſe ſe habet, vt Cephalenes aiunt; a ſe enim uxorem duxiſſe dicunt Vlyſſem, & eſſe Icadium non Icarium propter erratum. Quæſtio autem res ueriſimilis eſt.* *Riccobonus.*

COM. CL. DIxerat in ſuperiori particula cum ageret de omonomia, vel potiùs quî vtiliter propoſitis vtamur reſponſionib. reputandum ποσαχῶς, quot inquā modis, vſurpari poſſit aliquid, ſeu quot ſint eius notiones, nunc quoniā ſciſcitari potuiſſet aliquis qua id ratione aſſequi liceat vt commode percipiamus quot res dicatur modis ſeu quot habeat notiones, ποσαχῶς autē (inquit Ariſtoteles) tum ex propoſito exēplo licet perdiſcere (quam enim obſeruauimus nos in propoſito exemplo omonomiam, ſeu quas notiones notauimus, eaſdem tu in alijs vocibus obſeruare poſſis ſi aſſueſcas) tum maximè ſi quæ huic ipſi de qua hæreas voce, opponantur voces & notiones, eas diligenter expendas: & quæ ſit ratio illa oppoſita & obiecta. Ac rectè quidem ſi enim ſenſero eam vocem de qua quæro, multas habere voces ac notiones oppoſitas, ſtatim colligere potero eſſe omonimam: & quas habeat notiones ſiquidem neceſſe erit tot habeat notiones quot ſunt oppoſitæ. Nam quamuis vni vnum propriè opponitur, tamē hoc iis eſt tribuendū quorum vna planè eſt ratio ac notio cuiuſmodi vniuoca dicuntur a Peripateticis. contra verò ijs quorū ratio & notio nō una eſt ſed varia & multiplex, cuiuſmodi eſt Peripateticis æquiuocum, iis opponuntur multa. Age ve
588 rò exemplo rem illuſtremus. Albus color opponitur nigro: quod ſi nil aliud inuenias quod opponatur albo fatearis oportet non eſſe omonimum nec in eo poſſe notari notiones varias. Contra verò graui opponitur & leue & acutum, illud in mole & corpore, hoc in tono: igitur graue quod & leui opponitur & acuto omonimum eſt. Idem in verbis

*Rationem oſtēdit vnde omonomia dignoſcātur: vel potiùs quo varia alicuius uocis notiones agnoſcātur.*

(ſiquidem in verbis etiam obſeruari illud ἴσχετο declarauit) agnoſcas licet: qua in re illud exemplo ſit *Tollendus eſt hic adoleſcens*, quod dixit aliquando M. Tullius cum de Octauiano loqueretur: quæ vox, quoniam latinis & extollere ſignificat, & de medio tollere ſeu enecare, ſine dubio eſt omonima. Quod ſi quis id agnoſcere cupiat, nec ſtatim id ſtatuere audeat, quemadmodum de ἴσχετο factum eſt, quod & prohibere & detinere ſignificat, reputet contrarias voci illi notiones: ac ſentiet. ſi rem æſtimet diligenter, vt huic, tum tolli & deprimi tum conſeruari, è regione opponi: igitur omonimum eſſe & quas notiones habeat, intelligere poſſit.

*Obtrectatoribus noua iam ratione occurrit.*

Iam vero quantum quidem reliqua propoſitæ particulæ ſuadet littera, in eos Ariſtoteles conuertit ſtylum qui faciliùs quàm par erat carperent poëtas; vt ſi qui ſint qui non tã rationibus propoſitis ac modis refellendi videantur quàm temeritatis inſimulandi & increpandi, ratio etiam ſit in promptu. Cum enim aliqui non temerè videntur aliquid dubitare aut obijcere, eſt ſanè cur rationibus ac documentis eos ab errore ad meliorem ſententiam reuocemus. Sed cum temere omnino aut leuiſſima occaſione arrepta ad carpẽdum accedunt, Glauconis exemplum expedit ſequi. Obſeruabat enim Sophiſta hic nobilis reperiri multos qui cum varias, vt fit, imbibiſſent opiniones occupati animo ad poëtas accidebant legendos. Ex quo fit vt quemadmodum multa temerè habent perſuaſa, ita ſi quid in poëtis offendant quod cũ anticipata eorum opinione haud conſentiat, eos reprehendant & carpant. Id quod exemplo declarat illuſtrátque ex Homero. Cum enim Homerus in ſecũdo Odyſſeæ Telemachum Vlyſſis filium ac Penelopis Ithaca Lacedæmonem deduxiſſet vbi maternus degebat auus Icarius, & tamen hunc non adiſſet vnquam aut conſalutaſſet, ſed apud alios diuertiſſet, reprehendebatur Homerus, quòd hoc cum decoro pugnaret ac veriſimili. qui tamen (ſi Glauconem audias & Ariſtotelem Glauconi inhærentem) importuniſſimi erant ac temerè poëtam reprehẽdebant, imbiberant enim animo reuera Penelopem fuiſſe Icarij Lacedemonij filiam; cum tamen Penelopis Pater fuiſſet Icadius ex Cephalenia, quemadmodum Cephaleni affirmabant. Itaque videndum eſt etiam (inquit Ariſtoteles) num ij qui interdum reprehendunt poëtas ac ſigillatim Homerum carpunt, ijs ſint perſimiles qui ob cõceptam illam opinionem, ſed falſam, Homerum inſimulabant: ita enim commoda ſeſe offert criminis depellendi occaſio. Hæc (ni fallor) eſt germana poſterioris huius loci ſententia; quæ cum per ſe perſpicua videri poteſt, tum verò cum ſuperiore parte (id quod Interpretes hærentes habet) cohærens. Atq; hinc etiam fit vt huiuſmodi exemplum non omonomiæ ſeruiat dignoſcendæ aut crimini vlli diluendo omonomiæ cauſa poëtis obiecto; ſed propoſitis nobis ab Ariſtotele rationibus illuſtrandis, vt poëtarum ac ſigillatim Homeri obtrectationibus reſiſtamus faciliùs. dum enim accuſationes accentus vel amphibologiæ vſu, aut conſimili ratione, depellimus, fieri poteſt vt conſimilis aliqua ſubſit accuſationi importunitas. quare quod Glauconem ſecuti diximus in propoſito exemplo, idem ferè adhibere poſſumus aliorum temeritati frãgendæ, qui ob anticipatam, ſed falſam, opinionem Homero ac poëtis moleſti eſſent. Locus verò in quo carpebatur Homerus, ille eſt in quo Telemachus matrem Icarii eſſe filiam teſtatur his verbis. 589

> Ἀντίνο', οὔπως ἐστὶ δόμων ἀέκουσαν ἀπῶσαι
> Ἥ μ' ἔτεχ', ἥ μ' ἔθρεψε. πατὴρ δ' ἐμὸς ἄλλοθι γαίης
> Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε. κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν
> Ἰκαρίῳ, αἴ κ' αὐτὸς ἑκὼν ἀπὸ μητέρα πέμψω.

hoc eſt

> *Antinoë, nullo modo licet è domo inuitam expellere,*
> *Quæ me peperit, quæ me enutriuit, pater autem meus alicubi terra*
> *Viuit, ſiue mortuus eſt, durum autem eßet me multa reddere*
> *Icario ſiquidem ipſe ego matrem dimiſero.*

Quanquam alter etiam huc pertinere poteſt in quo paulò ante cecinerat.

> Οἳ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
> Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα,

hoc eſt.

> *Qui patris quidem in domum nolunt proficiſci*
> *Icarij, vt ipſe quidem dotet filiam.*

Quæ verò in extrema hac particula leguntur verba, ſic, cum Victorio fermè, lego, &

necto,

necto, *εἰ ἁμάρτημα δέ τὸ πρόβλημα εἰκός ἐστι*, *propter erratum verò quæſtio eſt veriſimilis* : ſignificaret autem vbi quis eorum non redargueret exiſtimationem atque adeò erratum qui Penelopis fratrem Icarium faciebant, fore vt problema & dubitatio ſiue accuſatio propoſita in Homerum haberet probabilitatem ſiue eſſet conueniens. cur enim non meritò accuſaretur Homerus, qui Spartam deduxiſſet Telemachum vbi Icarius auus degeret; & tamen ad Icarium non eum diuertentem feciſſet, ſed ne illum conſalutantem quidem?

# PARTICVLA CLI.

*Ὅλως δὲ τὸ ἀδύνατον μὲν ἢ πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ πρὸς τὴν δόξαν δεῖ ἀνάγειν. πρός τε γὰρ τὴν ποίησιν αἱρετώτερον πιθανὸν ἀδύνατον, ἢ ἀπίθανον καὶ δυνατόν. τοιούτους δ' εἶναι, οἵους Ζεῦξις ἔγραφεν. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ βέλτιον. τὸ γὰρ παράδειγμα δεῖ ὑπερέχειν. πρὸς ἅ φασι τ' ἄλογα. οὕτω τε καὶ ὅτι ποτὲ οὐκ ἄλογόν ἐστιν. εἰκὸς γὰρ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς γίνεσθαι. τὰ δ' ὑπεναντία, ὡς εἰρημένα, οὕτω σκοπεῖν, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς λόγοις ἔλεγχοι, εἰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, ὥστε καὶ αὐτὸν, ἢ πρὸς ἃ αὐτὸς λέγει ἢ ὃ ἂν φρόνιμος ὑποθῆται.*

IN ſumma, quod fieri nequit, vel ad ipſam Poëſim, vel ad meliorem eius modum, ſiue etiam ad famam referendum eſt. Quantum verò ad Poëſim attinet, credibile potiùs, licet fieri non queat, eligendum eſt, quàm incredibile, licet queat. huiuſmodi autem ſint, cuiuſmodi pinxit Zeuxis: potiúſque in melius declinent. exemplar enim ipſum ſuperare oportet. Et ad illa, quæ præter rationem dicunt eſſe, ſic reſpondendum, tum quòd aliquando ſine ratione non ſunt, veriſimile enim fieri aliqua præter id, quod veriſimile eſt. Cæterùm ita dicta contraria ſic exploranda, quemadmodum in ſermonibus elenchi, ſi idem, & ad idem, & eodem modo: ſicuti dicentem ipſum. aut ad ea quæ ipſe dicit, aut quæ prudens aliquis ſupponeret. *Paccius.*

*OMnino verò, quòd fieri non poteſt, vel ad Poëſim, vel ad melius, vel ad opinionem oportet redigere. Nam quod attinet ad poëſim, magis eligendum eſt appoſitum ad perſuadendum, quod fieri non poteſt, quàm non appoſitum ad perſuadendum quod fieri poteſt. ac fieri non poteſt vt tales ſint, quales Zeuxis pingebat. verùm ſpectatur etiam melius, nam exemplum debet exuperare. Ad ea, quæ aiunt, reducuntur ea, quæ ſine ratione ſunt, & ſic etiam dicendum, quod aliquando non eſt præter rationem; veriſimile enim eſt, etiam præter veriſimile fieri. ſubcontraria verò, ut dicta ſunt oportet conſiderare quemadmodum in ſermonibus refutationes, ſi idem & ad idem, & ſimili modo. Quare & ipſe reſpicit aut ad ea quæ ipſe dicit, aut ad id quod prudens ſupponat.* *Riccobonus.*

590

COM. CLI.

ABSOLVERAT magnus Poëtarum Magiſter eas quæ ad poëtarum reprehenſores refellendos ἐκ τῆς λέξεως, ex dictione inquam, ducebantur rationes, continenter etiam (ſi me audias) cœperat eaſdem rationes expolire atque opportunum illarum vſum declarare latiùs, vt commodiùs tractarentur & cautiùs. Nunc vt ne illos non tueatur qui reprehenderentur vel περὶ τοῦ ἀδυνάτου ac rem ceciniſſe dicerentur quæ fieri nullo modo poſſet, vel quia res proferrent alogas: ſeu rationis expertes, aut etiam ὑπεναντίας & ſubcontrarias (hæc enim omnia in Homero notabantur paſſim) huc ſeſe conuertit totus. vel certè, vt noſtra ſententia perſiſtamus, inſtitutam expolitionem proſequitur. Principiò igitur τὸ ἀδύνατον, impoſſibile inquam) vſurpandum eſt enim alacriter breuitatis ac perſpicuitatis cauſa) diſtribuit tripartitò, docétque referri poſſe vel ad Poëſim, vel ad id quod eſt melius, vel ad *Iam tria criminum genera diluit, quæ obijciuntur poetis: vel certè quæ diluuntur, etiam atq; etiam oſtédit.*

opinionem. Ad Poëſim, opinor, vt intelligatur num id quod culpatur, cum poëſis ratio-
ne ac fine conſentiat nec ne. Etenim impoſſibile in poëſi eatenus vitioſum eſt aut lauda-
bile (ſi Ariſtoteli credas) quatenus eſt vel non eſt veriſimile: ſi enim careat veriſimili, ſine
dubio vitioſum eſt: ſi minùs, omnino eſt laudabile: & quidem optabilius eſt (inquit Ari-
ſtoteles: atque ita probationem ſubijcit vnde colligatur ſententia tota) vt poëta canat rem
impoſſibilem ſed quæ veriſimilis videatur: quàm quæ poſſibilis ſit illa quidem, ſed proba
bilitate careat & veriſimili. Et ideo iandiu demonſtratum eſt atque conſtitutum poëtæ
eſſe canere quæ ſunt veriſimilia, quapropter quemadmodum Ariſtoteles in 1. Rhetori-
corum, cum iuſſiſſet, vt orator τὸ πιθανὸν, τὸ hoc eſt id quod valet ad fidem faciendam, ex-
ploraret arriperétque, haud abſurdum iudicauit ac vitioſum ſi probabile illud arriperet e-
tiam quod falſum eſſet, dum tamen veriſimili eſſet reſperſum: (id nos declarauimus fusè
in eo loco) ſic in præſens iubet vt poëta veriſimile ſpectet, idque, ſeu verum ſeu falſum ſit
(adhuc enim longè differre inter ſe Poëſim & Rhetoricam ibidem item demonſtraui-
mus) vſurpet ſine diſcrimine. Itaque (vt ad rem redeam) ſi impoſſibile referatur ad poë-
ſim, & cum poëſis vſu ac fine deprehendatur conſentiens, non erit ei exprobandum τὸ ἀ-
δύνατον. Atque eodem modo & conſilio impoſſibile ad id quod melius eſt, erit referen-
dum. ſi enim ita ſit melius vt inde exemplar virtutis extollatur, excuſandus eſt poëta, vel,
ſi mauis, laudandus, exemplum enim debet excedere ac præſtare longiùs. Vt enim Zeuxis
(inquit rurſus: atque ita ſententiæ probationem hic quoque ſubijciens, qualis ſit ſenten-
tia tota, indicat ſatis) pulchriores fingebat homines, ſi poëtæ interdum aliquos effingunt
meliores. Denique vt Helenam ſic pinxit Zeuxis ad miraculum ferè excelleret, tantum
abeſt vt quiſquam talem ac tãtam pulchritudinem in vna puella ſpectaſſet vnquam, ſic in
Epopœia verbi gratia Poëta Ducem vel Heroëm aut conſiliarium amicúmve aut ſer-
uum maiore quàm quiſquam ſpectarit vnquam, ornat fortitudine, (id quod in Pom-
peio fecit etiam Orator) prudentia, fidelitate, quòd multò magis in poëta non dico excu-
ſandum ſed laudandum eſt qui tanquam perfectionis ideam in varijs vitæ generibus ex-
tollit mortalibus. de qua te illa conſulas licet quæ nos diſputauimus in Controuerſia
*Dubitatur* L 1. Nunc quoniam tum ad poëſim; tum ad melius, tum ad opinionem impoſſibile
referri iuſſit Ariſtoteles, continentérque docuit cur ad poëſim, cur item ad melius, po-
ſtularet ratio vt doceret cur ad opinionem: quod tamen videri poteſt prætermiſſum. Et
ſanè Victorius prætermiſſum clamat ac propterea corruptum locum & mancum exiſti-
mat: Riccobonus in paraphraſi rem omittit: Vtinenſis, Madius & Alexander enarrant ſta- *in Orat. pro leg. Man.*
*Quid in hac dubitatione Interpretes.* tuentes tum rurſus culpa eximendum poëtam cum impoſſibile quod obijcitur, a fa-
ma & opinione haud abhorret. quod vtinam ex Ariſtotelis verbis elicuiſſent: locum
enim obſcuriſſimum declaraſſent quique optatum ſenſum, etſi verba nihil minùs offer-
re videantur, ſuppeditaret. Dum enim ſubijcit Ariſtoteles πρὸς ἅ φασι τ' ἄλογα, *ad quæ a-*
*iunt ea quæ ratione carent*, quis ſuſpicetur hinc declarari impoſſibile referendum eſſe ad vul 591
garem opinionem & famam? Itaque Paccius, Robortellus, & Alexander hæc verba iun-
gunt cum ſequentibus, & ad alterius calumniæ depulſionem referunt de qua paulò poſt:
ita vt ex quibus verbis tertii impoſſibilis explicatum ducant, ne indicent quidem quin
dubitationem, tametſi grauiſſimam & in promptu, diſſimulant egregiè. An igitur ver-
ba illa πρὸς ἅ φασι τ' ἄλογα, tertio τῷ ἀδυνάτῳ ſeu impoſſibili aptari poſſunt & verò de-
bent, quaſi vero in illis, vt Ariſtoteles breuiloquentiam affectat, hæc delitеſcat ſenten-
tia? nimirum quòd ſi impoſſibile ad opinionem referatur, & cum ea conſentiat, poëta
haud dubiè culpa carebit omni: (atque hoc ſanè membrum reticuiſſet quod ex contra-
rio ſtatim poſſet agnoſci, & verò de eodem iandiu conſtaret ex dictis) quòd ſi huiuſ-
modi impoſſibile ſit etiam ἄλογον ſeu rationis expers, proindéque ne cum vulgari opi-
nione quidem conſentiat (& hoc eſt quod declaratur cum in obſcuro eſſet) iam poë-
tæ πρὸς ἅ φασι τ' ἄλογα ad ea duo, ad finem inquam & melius, referunt aloga ſeu ra-
tionis expertia: tale quoque impoſſibile, quod ſcilicet ſimul eſt alogon nec defendi
poteſt vulgari opinione & fama, interdum finis aut melioris gratia vſurpari dicentes.
Sic inquam pugnet aliquis: præſertim quia eodem loquendi modo vtitur quo vſus
eſt in duabus prioribus impoſſibilis formis declarandis. vt enim cum dixiſſet ἢ πρὸς τὴν
ποίησιν, ἢ πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ πρὸς τὴν δόξαν, ac propterea cum primum declararet, pergeret
πρὸς τε γάρ, ſic hoc in loco, cum concludat πρὸς ἅ, eundem orationis tenorem ſer-
*Authoris ſententia.* uat. Quanquam vel quia ſecundo impoſſibili non adhibet eandem vocem πρὸς,

vel

vel quia quæ ſequuntur verba ægrè & licentiùs quàm par eſt ad tertium impoſſibile reuocarentur, vel quia eadem verba & quæ conſequuntur clamant iam Ariſtotelem ad aliud reprehenſionis & criminis genus explanandum expoliendúmve deſcendere, nimirū eorum quæ aloga ſunt, ita vt ab impoſſibili diuertat ad alogon, explodenda eſt propoſita tertij impoſſibilis explicatio. Facilè igitur tertium impoſſibile prætermiſſum eſt ab Ariſtotele quod cum per ſe perſpicuum videri poſſet, tum ex ijs quæ ad huius partis initium dicta ſunt, intelligitur quod tamen de duobus primis quæ ad Poëſim & melius reuocabantur, res ſine dubio ſit obſcurior, ita vt fuerit declaranda, & ideo nihil erat cur Alexander in litera tertij quoque interponeret explicationem, atque id exararet Italicè quod nec
582 Græcus nec Latinus haberet codex. ſi quæ enim ſuſpicabatur deeſſe, de ijs in Annotationibus nos admonere debuit, non ea pro Ariſtotelis obtrudere. Nam qui cum Madio emēdare locum nitatur ac legat, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἅ φασι. tum pergat, τ' ἄλογα οὕτω τε & quæ ſequuntur, is contentioſum funem trahat. Nam rectè quidem priora verba ſeruirent ſententiæ, ac ſignificarent ad opinionem denique reuocandam quæ ſupereſſet impoſſibiliū formam: ac propterea Poëtas tueretur a crimine impoſſibilis illius quòd niteretur vulgari opinione & fama, ſed tamen præterquā quod liberiùs nouaret ac mutaret & interpunctionem & verba, ſanè perturbaret alterius ad quod aggreditur ſtatim Ariſtoteles, criminis aggreſſionem & explicatum, qui ſanè careret verbo: nam ſuperius, quoniam orationis tenor mutatur, (non enim dicitur πρὸς ἄλογα δὴ) huic nequaquam ſeruit loco. Hæc de priore eáque ſpinoſa huius loci parte. Venio ad ſecundum, in quo dum ſcribit Ariſtoteles, πρὸς ἅ φασι τ' ἄλογα (ſequor enim vulgatum ac receptum codicem) *ad quæ aiunt aloga*, & quæ ſequuntur, monet crimen quod poëtis obijcitur ob aloga ſeu rationis expertia, tum eodem modo eſſe diluendum quo crimen τῶν ἀδυνάτων, ſeu impoſſibilium, ac propterea ad poëſim, ad melius, ad opinionem confugendum, atque ex ijs remedium aliquod comparandum; tum verò proprio quodam modo (qui tamen in Controuerſijs explicabitur opportuniùs) depellendum, nimirum obijcientes ea non ſemper eſſe rationis expertia, id quod arguto illo & eleganti probat argumento; quia ſcilicet veriſimile quoque ſit aliquid interdum contingere præter veriſimile. Hæc de ſecundo. Vt autem tertium refutemus crimen vnde repugnantiæ notari ſolent poëtæ, iubet, vt diligenter expendamus quæ hac in re expendi ſolent vbi captioſis ſyllogiſmis ſit occurrendum: ac propterea obſeruandum εἰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως. ſi, inquam, idem, & ad idem, eodémque modo: quod eſt obſeruandum num vtrobique & eádem res agatur, & ad idem referatur ſeu eodem nomine & prætextu agatur: aut etiam eâdem planè ratione ac modo: fieri enim poteſt vt vna aut altera ratione variata, ſeu diſcrimine aliquo in ijs notato, liceat commodè crimen diluere ac tollere repugnantiam. & ad hanc rem confert etiam obſeruaſſe ipſum qui dicit, & quæ dicat, & quæ rurſus prudens homo diceret. plurimum enim intereſt ſiue Neſtor ſiue Therſites loquatur: plurimum rurſus qualia hic vel ille loquatur: ac num vnus idémque prudens ſemper aut interdum minùs ſobrius ac prudens verba faciat ſeu perturbatus. Iam verò multa ſunt quæ dubitari poſſent in hac particula præſertim vt planius efficeretur Anthoris conſilium, & qui ſuperiora crimina eorúmque refutationes aut nō iteret, aut cum nouis rationibus haud miſceat atque confundat, quin videndum quoque eſſet num ſuperiora documenta colligat, an noua præcipiat; vſque adeò vtrinque res anceps & inuoluta. Sed tamen, quoniam in ſequenti particula totam hanc accuſationum & defenſionum perorat partem, ſatiùs erit ſequentem quoque particulam agnoſcere & explanare: mox ad hanc in qua verſamur adhuc, Controuerſia inſtituta, redire. ita enim fiet vt huius Diſputationis œconomiam vniuerſam repetentes curſim, & an ſibi conſtet Author, & de toto partis huius artificio, deliberare liceat.

*II. Crimen diluitur.*

*Diluitur III. Seu poſtremum.*

# PARTICVLA CLII.

583 ὈΡθὴ δὲ ἐπιτίμησις, καὶ ἀλογία, καὶ μοχθηρία, ὅταν μὴ ἀνάγκης οὔσης μηθὲν χρήσηται τῷ ἀλόγῳ, ὥσπερ Εὐριπίδης τῷ Αἰγεῖ ἢ τῇ πονηρίᾳ. ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ τοῦ Μενελάου. τὰ μὲν οὖν ἐπιτιμήματα ἐκ πέντε εἰδῶν φέρουσιν. ἢ γὰρ ὡς ἀδύνατα, ἢ ὡς ἄλογα, ἢ ὡς βλαβερὰ, ἢ ὡς ὑπεναντία, ἢ ὡς παρὰ τὴν ὀρθότητα τὴν κατὰ τέχνην. αἱ δὲ λύσεις ἐκ τῶν εἰρημένων ἀριθμῶν σκεπτέαι. εἰσὶ δὲ δώδεκα.

Rectè

Rectè enim id increpatur, quòd ſiue rationis eſt expers, ſiue probitatis; cum videlicet nulla neceſſitate cogente, præter rationem aliquo quis vtatur: ſicut Euripides Aegeeti nequitia & in Oreſte, Menelai. Tales itaque obiectiones ex quinque generibus proueniunt. Etenim vel ſicut illa, quæ fieri nequeunt, vel quæ rationis expertia, vel quæ lædentia, vel quæ contraria, vel quæ præter artis rectam normam exiſtunt. ſolutionis autem ex dictis iam enumeratis conſiderandæ ſunt omnino duodecim. Paccius.

*Iam recta reprehenſio eſt; & vacare ratione & prauum apparere, quando, dum neceſſitas non eſt, vſus fuerit aliquo, quod vacet ratione, quemadmodum Euripides illo Aegeeti, & prauitate vt Menelai in Oreſte. Atque has quidem reprehenſiones ex quinque formis afferunt. Nam ſunt aut tanquam ea quæ fieri non poſſunt: aut tanquam ſine ratione: aut tanquam perniticoſa: aut tanquam ſubcontraria: aut tanquam præter eam rectitudinem quæ ſecundum artem eſt. Solutiones verò ex dictis numeris conſiderandæ, & duodecim ſunt:* Riccobonus.

COMM. CLII. *Quæ errata & quando defendi aut excuſari nequeãt.*

QVONIAM docuit hactenus qui Poëtarum crimina meritò diluantur & in hac re miras adinuenit rationes quibus Homerum defenderet, nunc e contrario, ne ſtatuiſſe videatur Poetas nihil peccare poſſe aut Homerum nunquam dormitare, commemorat quæ reprehenſiones excuſationem haud inueniant. Igitur ea (inquit Ariſtoteles) ſit iuſta reprehenſio, ſi Poëta res expertes rationis aut improbas commentus ſit, cum nulla id neceſſitas poſtularet. vt enim, ſi quãdo vrget neceſſitas, excuſatur a rebus alogis & improbis poeta, ſic dum abeſt neceſſitas, iuſta reprehenſione non caret, quam rem exemplo illuſtrat ex Euripide dum Aegeeti ſiue Menelao in Oreſte affingit ἀνομίαν & improbitatem, licet qui non malus haberetur. quæ res ex ipſius Euripidis Oreſte qui eſt in promptu agnoſci poteſt. Contra de Aegeeti exemplo. cum enim hæc Tragœdia interierit (nam ſine dubio per Aegeetum, huius nominis fabulam deſignat) exemplum in obſcuro verſatur. Ita vt cum deplorata ſit ſpes improbitatis illius dignoſcendæ, ſatius ſit præceptũ, quoniam perſpicuum eſt ac nobile, tenere: exemplum in obſcuritate relinquere. Poſſent verò exempla multa proferri ex alijs poëtis atque ex Homero in primis: ſed ne Ariſtoteli ad perorationem huiuſce partis properanti moleſti ſimus, atque adeò longiùs digrediamur (neque enim breui diſputatione aut controuerſia ea licet diſceptare) de ijs alibi. Iam igitur perorans Ariſtoteles, concludit criminationes ſeu reprehenſiones, quæ aduerſus Poëtas afferri ſolerent, quinquepartito eſſe diſtributas, ſeu quinque formis diſtingui ac variari. Reſponſiones verò ſeu mauis depulſiones iſtorum criminum ex quinquepartitis iſtis reprehenſionibus eſſe petendas atque xii. eſſe. Interim verò quas quinque partitas eſſe dixerat reprehenſionum formas enumerat diligenter, atque afferri tanquam vel ἀδύνατα, vel ἄλογα, vel βλαβερὰ vel ὑπεναντία, vel παρὰ τὴν τέχνην. hoc eſt impoſſibilia, rationis expertia, detrimentoſa, ſubcontraria & præter artem. At enim qui obſecro liceat agnoſcere propoſitas accuſationes ſeu reprehenſiones ex quinque iſtis capitibus, aut multò (quod difficilius eſt cognitu) iſto planè ordine, iſtiſque nominibus fuiſſe allatas? Ego verò vix crediderim hoc planè ordine iiſdémque nominibus fuiſſe allatas in Diſputatione ipſa: atque hæc interim nobis in memoriam reuocati. de qua tamen re quoniam obſcuritatis plena eſt, non multò poſt copioſè. Atque vtinam idem affirmare liceret de ſolutionibus ſeu propoſitorum criminum depulſionibus: nam quæ planè ſint, & qui xii. obſcurum eſt. Ita vt magnopere optandum fuerit vt ne pateretur Ariſtoteles ſuam in ijs enumerãdis induſtriam requiri. Cum enim quinque illas formas enumerauerit quæ alioquin nõ dico perſpicuæ, ſed minùs obſcuræ, videri poterant, quid eſt quod xii. illæ reſponſionum formæ quæ (id quod conſtabit non multò poſt) plurimum ambiguitatis habent, negligerentur? Niſi tamen dicas locum ſaltem ac veluti ſedem indicaſſe in qua eſſent conquirendæ, quod tamẽ dum quinque illa capita reprehenſionum non carent obſcuritate, ægrè in tantis tenebris lucem afferat qua indigemus. Atque hæc de tota hac Reprehenſionum & Defenſionum parte ſatis eſſe poterunt, ſi in eaſdem graues Controuerſias quaſdam explanauero quibus

*Colligit Ariſtoteles quinque eſſe capita Accuſationum, duodecim Defenſionum.*

594

*Dubitatur.*

*Reſpondetur.*

magis

*Quot & quàm graues ſe offerant dubitationes aduerſus Ariſtotelẽ in propoſita de poetarum Accuſationib. ac Defenſionibus Diſputatione.*

magis ac magis dilucidetur. Etenim multa ſunt quæ adhuc de huiuſmodi 'Reprehenſio-
nibus ac Defenſionibus requirenda ſunt ac diſputanda.] Etſi.n. hactenus in ea declaranda
pro virili parte noſtra laborauimus, itaut fortaſſe videri poſſim non indiligenter obſcuriſ-
ſimam hanc Diſputationem explicaſſe, multa tamen diſſimulaui, quæ, quoniam ad Con-
trouerſias multas interponendas nos impellebant, præſtabat ad extremum conijcere. Sed
ea nunc demum recenſeamus, & qualia & quanta ſint doceamus: tum de more prout o-
pus fuerit ad Controuerſias ea reuocabimus. Ac primùm quidem illud mitetur facilè
quiſpiam, quid cauſæ ſit cur hoc planè in loco hanc interponat Diſputationẽ. Cum enim
contineat Poëtarum Accuſationes & Defenſiones, debuit, quemadmodum Tragœdiæ &
Epopœiæ, ſic Comœdiæ ac Dythirambicæ & ſi quæ ſupererat altera poëtices forma, præ-
cepta tradere; tum Accuſationes, quoniam erant poëtis communes, diluere. Certè cur ſta
tim poſt Epica præcepta hoc Accuſationum Defenſionúmque proſequeretur argumen-
tum, non habuit. Sed largiamur illi vt licuerit ſine crimine hæc proſequi hoc in loco: verũ I.
tamen poſtulaſſet ratio vt Accuſationes priùs ex ordine aperiret atque exẽplis illuſtraret
pro formis ac generibus, ſingulis, vt enim probus Medicus morborum genera & formas
diſtribuit priùs, tum docet qua ratione cuíque generi ac formæ ſuccurratur ac medica- II.
mentum adhibeatur; ſic bono faciendum erat Poëtæ ne tam facilè reprehenſiones diſſi-
mulare ac reticere videretur quibus veluti Medicinam facere decreuiſſet. Nã quod tandẽ
aliquando, dum ſcilicet claudit Diſputationem, ait Reprehenſiones ex quinque formis af-
ferri ac deriuari, nimirum ex impoſſibilibus, ratione expertibus, pernicioſis, ſubcõtrarijs,
& ab artis rectitudine ſeu recto tenore alienis, id verò antea docendum & exemplis illu-
ſtrandũ fuerat quàm diſſolutiones afferendæ. Quanquam ne ſi quidem has ab initio pro-
tuliſſet, ſuo adhuc muneri feciſſet ſatis: niſi tamen quo Accuſationum capita propoſuit or-
dine, eo illas proſecutus eſſet: ita vt tum in Accuſationibus tum in defenſionibus eidẽ hæ- III.
reret ordini. quod ſanè optandum eſt magis quàm ſperandum. 'Quandoquidem ſi dein-
de requiras an quinque iſtis capitibus ſaltem in reſponſionibus hæſerit (accuſationes enim
diſſimulaſſe compertũ eſt) ægrè id agnoſcas: quin etiã ex quinque illis Capitib. requiri a-
liqua, noua etiam ſeſe offerre ſed ordinem inprimis perturbatũ eſſe non eſt quod dubite-
mus. Sed fac etiã propoſuiſſet ac longè latéque, ídque debito planè ordine ac recto, iſtas ex
plicaſſet formas, adhuc tamen præpoſterè diſſeruiſſet ac mancus & diminutus eſſet. Cum
enim poëſis Inuentione, Diſpoſitione, Elocutione, contineatur vniuerſim, atque his ſine
dubio errare contingat, omnino erat faciendum vt quæ in Inuentionem obrepere ſolent IV.
vitia, quæcque ad Inuentionem pertinerent, Accuſationes, referret priùs: tum verò iiſdem
ex ordine ſatisfaceret. Eodémque modo quæ & in Diſpoſitionem & in Elocutionem vitia
notarẽtur & Accuſationes afferrentur, exponeret, & quoad ratio pateretur dilueret. Quo
tempore, quoniam Inuentio patet quam latiſſimè, & tum fabulam continet, tum Epiſo-
dia; ac fabula rurſus multóque magis actio vniuerſa, multis partibus continetur, a primis
ad vltimas vſque progrederetur. atque eodem ſanè ordine Diſpuitationis & Elocutionis
595 vitia & Accuſationes earumdémque depulſiones erant afferendæ. Certè qui Homerum
laceſſant ac reprehendant, ij ab Inuentione ordiri commodè poſſunt & verò debẽt. Qua-
propter qui obſcurum eſſe dicunt Num verbi gratia Troianum bellum an Achillis iram
canendam proponat canátue, ij Inuentionem ſine dubio reprehendunt, ac ne in argumen
to quidem, quod Inuentionis eſt, ſatis ſibi conſtare Homerum affirmant. Ex quo fit vt nec
fabulam ſeu proprias fabulæ partes ab Epiſodiis diſtinguere, nec Epiſodia viciſſim a fabu-
la & actione ſeiungere, liceat. contra verò, quoniam initia vitioſa ſunt, ſexcenta de parti-
bus, ſiue qualitatis vel is ſiue magnitudinis, déque huiuſmodi alijs dubitare ſubinde, & ac-
cuſare cogamur, quæ longum eſſet recenſere. Tantum dicam actionem & fabulam, dum
modò Achillis ira, modò Troianum bellum, canitur, non vnam videri ſed geminam,
quin etiam idem accidere ſi ira proprium ſtatuatur argumentum: cum ea quam in Aga-
memnonem & Græcos ob ademptam Briſeidem conceperat iram Achilles, ſedata & ad
finẽ perducta, non ad finem perducatur poëma: ſed poſt multa quæ de Troiana obſidio-
ne ſubijciuntur, noua ira ac nouo dolore exarſerit Achilles ob interfectum Patroclũ: quæ
dum coqueret rurſus idem Achilles, nouam fabulam obiecerint poëtæ. Ita fit vt quãuis
Achillis iram nulla planè Troiani belli vel obſidionis mentione facta, ſibi canendam pro-
ponat; tam pauca tamen de vna aut altera Achillis ira canantur interim: de obſidione &
bello tam multa, vt obſidio ac bellum, quod tanquam Epiſodium interponitur, actio-
nem

*IV. Vbi oſtẽditur Inuentionis, Diſpoſitionis. Elocutionis fuiſſe diſſimulata crimina.*

nem ipſam per multis ſuperet partibus. ex quo etiam factum eſt vt Ilias vſque adeò longa
V. euaſerit, ac debitam poematis magnitudinem tantopere ſuperauerit, vt inde prouer-
bium manauerit, Iliade longius. Sed ne quas de Inuentione accuſationes, quoniam ma-
narent quam latiſſimè, prætereundas ſtatueram, hîc perſequi atque hinc cæteris fabulæ a-
ctioniſque partibus litem intendere videar, hæc indicaſſe ſit ſatis. Atque ex his de Diſpoſi
tione coniectare licet, ac Diſpoſitionis œconomia. Itaque in ſuis hiſce Accuſationibus vix
VI. pauca quædam attingere viſus ſit Ariſtoteles; quæque ad verba fermè & elocutionem
pertineant, Nam quæ vel pugnantia, vel rationis expertia notauit, ea ex verbis potiùs (id
quod in progreſſu conſtabit planiùs) quàm ex actione & fabula viſus eſt deriuare. Sed fac
quinque illa Accuſationis capita omnes contineant formas Accuſationum, quæ in poë-
tas intendi aut ſoleant aut poſſint (quod tamen optandum magis eſt quàm ſperandum)
at Defenſionum capita quæ XII. eſſe affirmat, quæ ſunt obſecro? aut qui tandem dignoſci
queunt? certè dum Diſputationem perorans Ariſtoteles, dixit, ſolutiones verò ex dictis
numeris requirendas: & XII. ſunt, facilius fortaſſe id efferre potuit quàm demonſtrare, &
ideo apud Interpretes res in magna & contentione & obſcuritate verſatur, Neque verò
VII. diſſimulandum eſt præter ea quæ paulò ante obſeruauimus, tum Compoſitionem, tum
Allegoriam prætermitti in Poëtarum defenſione. Nam quod pertinet ad Compoſitionē
res aperta eſt ex iis quæ ſcribit in priore Elenchorum capite tertio. Cum enim ea referre
vnde reprehenſiones depelli poſſent, ſex eſſe affirmabat, atque inter hęc Compoſitionem
enumerabat: quam in præſentia reticet vbi maximè vſui eſſe poterat. De Allegoria verò
nihil attinet dicere, quandoquidem de hac apud Ariſtotelem mentio nulla; & tamen He-
racleides atque alij ſubinde Authores grauiſſimi ad hanc tanquam ad ſacram ancoram
confugerunt, multa & varia quæ in Homero abſurda & flagitioſa aut etiam obſcura vide- 596
rentur, commodè ad optimas fruges reuocantes Allegoriarum vſu. vt mirum ſit ab Ari-
ſtotele, hoc eſt Homeri propugnatore acerrimo, eam Defenſionis formam fuiſſe præter-
miſſam quæ ab Homeri Poëtarúmque ſectatoribus tanto cum Poëticæ facultatis bono
vſurpata fuerant. Verùm quid dicam obſecro de figuris ſententiarum ac verborum, quæ
poëtis vſque adeò ſunt familiares: hæ enim ſine dubio rebus quæ vel ratione carere vel fie- par. 137
VIII. Vbi ordine oppugnãtur quæ ſcibit Ariſtoteles pro defenſione poetarum. ri haud poſſe videntur, atque adeò abſurdæ alioquin reputantur, veluti ſanādis valent mi- in explicat 2. ſuſpicionis.
rificè. & tamen Ariſtoteles ex tanta ſchematum ac figurarum varietate & multitudine v-
nam interim profert metaphoram qua poëtis opituletur. Sed iam pedem tantiſper referre
cogor, ac ſigillatim oppugnare multa quæ ab Ariſtotele in hac defenſione ſcribuntur. Ac
principiò quidem minùs neceſſarium videri poteſt vt poëta vel imitator, quiſquis ille ſit,
non poſſit niſi ex ijs aliqua imitari; nimirum aut quæ erant vel ſunt; aut quæ dicuntur ſeu
videntur; aut quæ ſeu qualia eſſe oportet, Nam ſi dixiſſet talem ſe præſtare debere bonum
Imitatorem, aut etiam iſthæc fermè ſolere imitari, fortaſſe non malè. Sed cum dicat id eſ-
ſe neceſſarium, vix ac ne vix quidem inueniat fidem. vt enim Pictor & poteſt & ſolet quæ-
IX. dam interdum effingere quæ nec ſunt aut fuerunt, nec dicuntur aut videntur, multóque
minùs eſſe oportet, ſed cogitatione inuenta aut caſu temeréue expreſſa ſunt, vt qui belluā
ex multis conflatam belluis pingeret, aut penicillum ſine præmeditatione admoueret ta-
bulæ; ſic poëtæ contingere poteſt. Quid quod hæc dictione exponi ait a poëta vel linguis
& tranſlationibus? an fortè linguæ hoc eſt propriæ quædam aliquorum populorum voces
vel metaphoræ quæ item in vocibus poſitæ ſunt, dictioni opponuntur? certè linguæ & me-
taphoræ ſub dictione continēntur, ac germanæ ſunt illius partes ac formæ. Itaque dum ad-
X. dit multas eſſe dictionis affectiones, atque has poëtis concedi profectò linguas & meta-
phoras inter dictionis affectiones numeret neceſſe eſt, non linguas & tranſlationes di-
ctioni opponat. Iam verò non poſſum non commoueri dum tam facilè ijs ignoſci iubet
erratis quæ ex alienæ artis ignoratione oriuntur. num, ſi fortè clauum affingat proræ, ibi-
démque Gubernatorem ſtatuat: num, ſi Aquilonem a Meridie, Auſtrum a Septentrione
ſpirantem faciat, num, ſi Oceanum intra Herculis columnas, Tyrrhenum vel Adriaticū
extra, conſtituat: num ſi Autumnum hyemi, hyemem veri, Arietem Tauro, Virginē Li-
bræ, ſucceſſiſſe canat & id genus alia, leuiter inſimulandus imò verò excuſandus, quòd
Nauticæ, aut Phyſiologiæ, Coſmographiæue aut Geographię Aſtrologiæq; ignoratio-
ne peccauerit? Itaque magnopere vereor ne id præceperit Ariſtoteles quod non facilè ha
beret vnde ſexcenta tueretur Homeri crimina in quæ ob alienæ artis ignorationem inci-
diſſet. Nam & Geographiæ & Aſtrologiæ, & Medicinæ & aliarum denique artium, vt ru-

dis

dis fuit illa ætas, inſcientia, interdum lapſum eſſe (id quod pace multorum dixerim) nō eſt
cur dubitemus, quod tamen, ne longum faciam hoc tempore, ſat ſit opportuno loco do-
cuiſſe. Nam cum alibi paſſim in hoc argumentum incidimus, tum in ſex prioribus Ae- *XI.*
neidos libris, in quos ſcripſimus Commentarios. Vt omittam in hac ipſa quam de poëta-
rum Accuſationibus Diſputationem habuit Ariſtoteles, huius generis errata aliqua fuiſ-
ſe a nobis in Homero detecta & obſeruata. Neque verò alio conſilio tam facilè ne dicam
leuiter ac turpiter, iis conniuet, ſed quid dico conniuet? imò patrocinatur, quæ tam licen-
ter atque adeò flagitiosè de Dijs cecinit Homerus, cum.n. mendacia, diſcordias, conten-
597 tiones, iurgia, bella, fraudes, ſtupra, vno verbo flagitia multa & magna, Dijs ab Homero
tribuerentur, turpe erat ac flagitioſum ad perſonas vulgi fabulas confugere atque impias *CONTROVERSIA. XCIII.*
quaſi verò quicquid etiā ſcœleſtiſſimi homines & contumelioſi de Deo efferre auderent *Cur & nū*
id poëtis eſſet canendum. Si tamen Homerus & ſi quis alius ad profanas vulgi voces con- *rectè hic a-*
fugiat veriùs quàm iſtorum author fuerit mendaciorum dum profanam multitudinem *gatur de*
niteretur oblectare. Sed quoniam de hac re diximus paulò ante, nihil eſt quod hanc pluri- *Accuſatio-*
bus renouemus querelam. Sat enim erit poſtea in eâdem paulò vberiùs ac pleniùs verſari *nibus &*
vt rem explicemus ac ſententiam confirmemus noſtram. Hæ dubitationes quæ in propo- *Defenſioni-*
ſita de poëtarum Accuſationibus ac Solutionibus quam inſcribunt Diſputatione, ſe no- *bus Poëta-*
bis adhuc obiiciunt. Nunc vt primam explicemus, talis proponitur Controuerſia: Cur & *rum.*
Num rectè in hunc locum, hoc eſt in Epicæ præceptionis finem, conijciatur ab Ariſtote-
le hæc quam habet de poëtarum Accuſationibus & Defenſionibus Diſputationem. Ergo
(vt rem expediam paucis crediderim ipſe ea de cauſa hic planè diſputaſſe de poëtarum, ſeu
Epicorum Homerive, Accuſationibus & Defenſionibus, quòd cum Epopœiæ abſoluiſſet
præceptionem, idque non ſine magna cum Homeri laude, animaduerteret ijs etiam occu
rēdum & quoad eius fieri poſſet ſatisfaciendum, quæ Homeri Epopœis ac poëmatis atq;
adeò Homero ipſi obiicerentur. Itaque ſatius iudicauit hic planè, hoc eſt percommodo in
loco, rem peragere, quàm poſt Comœdiæ aut Dithyrambicæ quæ ſuccederet tractationi,
ac ſummatim rem ad extremam poëticæ partem reiicere. Et ſanè cum ab initio ſibi dicē-
dum propoſuiſſet de ſingulis formis poëſeos déque iis quæ ad ſingularum partiū explica-
tum pertinent, poſtulabat ratio vt nihil ex iis quæ ad Epopœiam attinebant prætermitte-
ret. huiuſmodi verò erant quæſtiones ſeu Problemata quæ hic proponit explicanda atq;
ſoluenda, quæ ad Homerum quem laudauerat & ad Epopœiam de qua præceperat, perti-
nebant. At enim cur vniuerſim ponit dicendum de Accuſationib. & Excuſationib. poëtarū?
aut cur generalē huiuſmodi titulum & nomēclationem hæc refert Diſputatio? Ego verò
ſic ſtatuo. Titulus iſte ab iis additus eſt ſine dubio qui librum in capita diſtribuerunt neq;
enim in Græcis extat Codicibus: quin ne in veteri quidem latino Codice. Nam in hoc etiā
perinde ac in pleriſque Græcis, liber nec Titulos iſtos ſed ne Sectiones quidem habet ul-
las. Placuit verò aliquibus quemadmodum ſecare librum in capita ſeu partes, ſic argumē-
tum ſectionibus ſingulis apponere. quod quàm ad Ariſtotelis fecerint aures diſceptarem
niſi viderem græcè primùm huic Diſputationi hoc planè argumentum idque ex primis
ipſis Ariſtotelis verbis, fuiſſe affixum. *Περὶ προβλημάτων καὶ λύσεων ἐκ πόσων τε καὶ ποίων εἰδῶν ἐσ-*
*τι.* *De Problematis & ſolutionibus ex quot quibuſue conſtent formis.* vbi *Poëtarum* non legitur. ita-
ut pro ſubiecta materia Epica Problemata aut Homerica (Homerica .n. problemata circū
pa.158. ferri conſueuiſſe teſtantur multi) intelligi & poſſint & debeant. Quapropter crediderim
tandem quoſdam nouum illum ac generalem huic loco affinxiſſe titulum de Accuſatio-
nibus & excuſationibus poëtarum (in quo tamen minùs conſentiunt cum Ariſtotele qui
de problematis & defenſionibus poſuit dicendum) quòd reuera Ariſtoteles vt ſoluat Pro-
blemata, rem paulò orditur altiùs nimirum a poëtica imitatione. Tametſi cum ſtatim a
generali illa Poëticæ imitationis natura ad Problemata rem referat totam ſcribens *ὥστε δεῖ*
*τὰ ἐπιτιμήματα τὰ ἐν τοῖς προβλήμασιν ἐκ τούτων σκοποῦντα λύειν.* *Quare reprehenſiones quæ in proble*
*matis continentur, ex his oportet diluere*. ac problemata intelligat ea de quibus dicebam, ſen-
598 ſimque ſic rem peragat vt ſatis indicet ſe Epopœiæ inprimis verò Homero tuendo naua-
re operam, iam dubitatio explicata videri poteſt. præſertim verò quia vbi paulò adhuc la-
tiùs manare videretur Oratio, & aliis quoque Poëtis Poëmatiſue tuendis ſeruire, in ſimi-
li planè ſeruiret, quia Problemata illa ſic carperent aut tentarent Homerica poëmata Ho-
merúmque ipſum, vt in alios etiā poëtas aliquo pacto deriuari poſſent. Ita quidem cū E-
popœiam aut Homericam ſigillatim fermè hic defendat Ariſtoteles (quanquā clam Ho-

mericam vnam ſpectat, vt Platoni atque alijs Homerum traducentibus reſiſtat) nihil prohibet quominus hæc diſputatio debitam obtineat ſedem. Denique ſicut in extrema Tragœdiæ tractatione quædam ſubiecit ad præcepta Tragica abſoluenda, quibus etiam Tragœdiæ oppugnatoribus reſiſteret (id quod ex partic. xcviii. cxix. cxxii. intelligere ſatis licet) & tamen ita rem peregit, vt eadem Heroico quoque ſeruiant Poëmati quemadmodum ex particula cxxi. & cxxiii. eſt animaduertere; ſic in præſens æquo animo ferendũ eſt vt quæ inprimis ob Epopœiam diſſerit, Epicæ tractationi ita ſubiiciantur, vt cæteris quoque poëticis formis nonnihil ſeruire poſſint. Et hinc eſt etiã vt deinde Epopœiam cõferat cum Tragœdia, ac ſingularũ æſtimet dignitatem: quod argumento eſt ibi nondum fuiſſe abſoluta quæ Heroici poëmatis gratia inſtituerat diſputare. Hæc de prima hac dubitatione. Nam vtrum cum prooemio hæc conſentiant in quo dicendo propoſuit de poëſi ptimùm tum de cæteris quæ ad hanc methodum attinent alibi a nobis diſſeritur. Illud tãtum dicam in præſentia, optimè & cum ratione & cum prooemio rurſus conſentire vt propria problemata non in fine poëtices explicentur, ſed cuiuſque poëticæ formæ ſubiiciantur, ita vt Tragica Tragicæ Epica Epicæ ſubiiciantur præceptioni. Venio ad ſecundam ac duas quæ proximè conſequuntur Dubitationes, quarum cauſa tripartitam hanc in medium Controuerſiam profero ac ſtatuo.

*CONTROVERSIA. XCIV. Cur grauiſſimas quæ ſe obijciunt aduerſus Homericas Epopœias accuſationes prætermittat Ariſtoteles leues fermè attingens, ſi tamen attigit.*

Cur Ariſtoteles non modò accuſationum capita non indicauerit ab initio: ſed ne ea quidem quæ in fine recenſet capita ſecutus ſit in Diſputatione: imò verò vix pauca quædam aduerſus poëtas Homerúmque dubitauerit (ſi tamen dubitaſſe dicendus eſt, qui dubitationes & Accuſationes recuſauit non modò in apertum proferre, ſed vel leuiter attingere) quæ fermè ad elocutionem aut voculas quaſdã pertinent: contra verò quæ de poëtico artificio vniuerſo atque adeò de Inuentione & Diſpoſitione, latius etiam de Elocutione, contra Homerum dubitari meritò poterant, diſſimulárit. De qua re ſic ſentio. Siquis erat qui notas deiegere poſſet omnes quæ ſeſe offerrent in Homero, Ariſtoteles maximè erat qui accuratiſſimè indagauerat peruaſerátue animo poëſis decus atq; præcepta. Itaque ſi libuiſſet a poëſi vniuerſim incipere, atque inde ad ipſius poëſis formas formarúmque partes & ab his ad affectiones vſque vltimas progredi, & quem in Philoſophos omnes acuerat in re philoſophica, aduerſus Homerum in re poëtica, ſtylum conuertere, vix fortaſſe præceptum vllum fuiſſet quod non aliqua ex parte violatum oſtendiſſet. Sed vel quia minùs glorioſum cenſuit aſſentiri cæteris Philoſophis ac præſertim Magiſtro qui Homerum in multis perſtrinxerat atque adeò ex ſua Republica tandem eiecerat, vel quia minùs tutum iudicaret eius exiſtimationem proſcindere qui iã apud vulgus Græcia tota celebraretur; vel quia Homerus quiſquis eſſet; reuera in Heroico poëmate rudi illo ſæculo palmam referret (præſertim quia & Græcorum gloriæ faueret, & multitudini oblectandæ ſtuderet) vel quia ſibi hinc anſam oblatam putaret vnde in eo tuendo oſtentaret ingenium; mirũ profectò eſt quanta ſemper dexteritate Homeri fabulas ad rectam normam traducere, aut etiam (ſi Deo placet) normam totiùs poëticæ virtutis efficere, molitus ſit. Ita factum eſt vt quæ ab initio ad finem vſque præcepit de Arte poëtica, ea fermè Homeri exemplis & artificio comprobarit pro virili. Etſi enim nonnunquam eò adducitur, vt ſua ille præcepta, quæ ſine dubio iudicii pleniſſima ſunt, cũ Homerico artificio ægrè coniungere valeat, ita vt attentiùs æſtimãti animaduertere liceat Ariſtotelem quoque, velit nolit, tacitè agnouiſſe quæ ibi ſeſe obiicerent Homeri crimina, ſic tamen Homerum aut commodè exponit aut excuſat, multò verò magis quæ in eo vrgeri poſſent, diſſimulat, vt non tam Homerus Achilli celebrando (quanquam num veris laudibus induſtriis & moderatis ſtatuendum relinquo) quàm Ariſtoteles Homero tuendo, fictus videatur. Hinc igitur factum eſt vt Ariſtoteles non modò non in medium attulerit Homericas notas prout vel inuentio, vel Diſpoſitio, vel elocutio poſtulaſſet, verùm 599
etiam in ijs eum concelebrarit, (id quod ob rudiores ſuperiorum ætatum poëtas non infoeliciter ſemper contigit) & laudis, quam in poëtica præceptione quærebat, quaſi conſortem aſciuerit. Ita quidem cum Plato atque alii multi Homerum reprehenderent, ita vt vulgatis libris a multis philoſophis argueretur, qui in Homerica quoque Problemata extarent in quibus pro ſuo quiſque ſenſu eum tanquam in iudicium vocaret, ſanè Ariſtoteles cuius peracre erat ingenium, accuſationes non tam commemorandas quã defenſionibus obterendas putarit. Denique quantum quidẽ coniectura conſequi poſſum, priſci illi Philoſophi qui redarguebant Homerũ, etſi aliqua reprehenderent quæ pertinerent ad artificiũ, vt Iliadis longitudinem, diuturnũ Vlyſſis ſomnũ, eiuſdem in littus expoſitionem,

Hectoris

Digitized by Google

Hectoris inſectationem, paſſim tamen priuata quædam peccata redarguebant quæ ferè in verbis poſita eſſent. atque huius tenoris erant fermè Problemata Homerica, quemadmodum colligere ſatis licet ex propria Ariſtotelis diſputatione, in qua res ad voces (quanquam de hac re paulò pleniùs non multò poſt) fermè redigitur. Itaque videmus Platonem etiam in ſecunda, tertia, & x. de Republica, vbi Homerum inſectatur, non tam in præceptorum tenore hærere, atque inde Homerum accuſare, quàm huc illuc excurrere, & quæ vel de Dijs, vel de Heroibus, vel de hominibus impiè aut minùs rectè protuliſſet ac peregiſſet notare. Et ſanè ante Ariſtotelem in Homero reprehendendo iudiciũ potiùs ac Naturam ducem quàm artificioſa præcepta ſequebantur. Ita factum eſt vt qui ante Ariſtotelem carperent Homerum ac reprehenderent, ij, quoniam Poëticum artificiũ atque præcepta nondum ſatis tenebant, artificium, præſertim quod attinet ad Inuentionem & Diſpoſitionem; leuiſſimè perſtrinxerint: ſententias ſparſim & voces notarint. Vt minimè mirum, Ariſtotelem, quippe Homeri fautorem, Homerica crimina reticuiſſe libenter: quin, quantum aſſequi potuit, ſuppreſſiſſe: tantúmque perpauca quædam eáque peruulgata, indicaſſe (ſi tamen indicauit) dum quinque illa capitibus quæ etiam in obſcuro ſunt, comprehenderet, ijſdémque XII. Reſponſionibus confuſis item ac perobſcuris occurreret. Et profectò ſi quis quinque iſtà requirat in hac Diſputatione Accuſationum Capita crediderim vix ac ne vix quidem poſſe deprehendi, præſertim eo planè quo recẽſentur ordine. Etenim videtur quidem Ariſtoteles initium ducere ab Impoſſibilium accuſatione (tametſi ſuſpiceris etiam hoc genus cum altero quod contra artem appellat, eſſe permiſtum) ſiue ab ijs quæ tanquam impoſſibilia obijcerentur: ſed tamen nec ſecundo loco ἄλογα ſeu rationis expertia ſed quæ reuera non ſunt, nec tertio βλαβερὰ ſeu detrimentoſa retuliſſe viſus eſt. Imò verò βλαβερὰ, niſi in Epilogo, appellantur nuſquam. Quapropter licet potuerit Ariſtoteles non tam verba pro capitibus ſingulis ſpectaſſe, eaſdémque planè voces quibus Accuſationes quaſdam deſignauerat repetijſſe, ſed res ipſas alijs nominibus expreſſiſſe, veruntamen ipſe omninò crediderim Ariſtotelem id ſibi in eo Epilogo voluiſſe, eum qui propoſitas æſtimet Accuſationes, intelligere poſſe ex quinque iſtis Capitibus & quaſi fontibus eſſe deriuatas, quocunque tandem ordine fuerint deriuatæ, vel potiùs fermè ad quinque iſta capita poſſe non incommodè reuocari, ſi quis optet tot ac tantas Accuſationes cæteris capitibus comprehendere. fortaſſe etiam indicauit Accuſationes quæ in Homerum circumferebantur, quinque his capitibus fuiſſe ab Accuſatoribus ipſis diſtinctas & comprehenſas, nam & verba, *Atque has quidem reprehenſiones ex quinque formis afferunt*, id planiùs videtur ſignificare. Denique hoc planè ordine, hiſque nominibus tractatas & propoſitas fuiſſe accuſationes iſtas, ita ut in Epilogo id omnino reuo-
600 cet nobis in memoriam, haud aſſenſerim. Sed his omiſſis, illud fateamur oportet, ea capita vocum fermè aut interdum aliquatum ſententiarum criminibus diluendis afferri: tantum abeſt vt ex Poëticæ methodi præſcripto concludantur, quod ſanè inde maximè ſentias quia vocibus plerunque inuoluũtur non in Poëticis præceptis inſiſtunt. Certè caput τῶ ἀδυνάτω ſeu rerum impoſſibilium, in quo minimè omnium videntur vocum vſu Accuſationes depelli, quædam ſpectat quæ non Epici artificij filum & præceptorum ſeriẽ continent ac referunt, ſed quæ hinc inde collecta fuerant dum Epici ſigillatímque ipſe Homerus impoſſibilia quædam ceciniſſe diceretur, vt cum Achilles exercitũ nutu omnem cohibet, & cum Dij vulnerantur, vel impoſſibile aliquid patiuntur. Itaque Robortellus, cum tertij capitis Accuſationum quod πρὸς τὰ βλαβερὰ reuocat errata, vim declararet ac
Pag.314. ſcriberet. *Ego verò ea voce puto ab Ariſtotele ſignificari omnia errata, quæ & in rebus, & in dictionibus fiunt, nam βλαβερὰ ſunt ea vocabula quæ rem minùs exprimunt, imminuúntque venuſtatem, ac dignitatem ſermonis, ac deteriorem faciunt imitationem, aut quòd peregrina aut quòd durè tranſlata, aut quòd ambigua ſunt*, habuit ille quidem vnde rem explicaret confirmarétque in vocibus, in rebus vix ac ne vix quidem habuit. Riccobonus verò qui eiuſdẽ capitis errata illa eſſe cenſuit quæ corrumpunt fabulæ cõſtitutionem, atq; errores fabulæ, morũ, ſententiæ cõtinere, ſanè facilè id affirmauit, probauit nullo modo. & ideo Mutinenſis a quo Riccobonus multa interim in hoc problematum & ſolutionũ capite mutuatur, ſententiæ quoq; errata prætermitti affirmat. ita vt rectiùs de quinto capite, quo tamen Artis errores notãtur, idem ſcripſerit Riccobonus, in eo elocutionis errores deſignari. Deniq; Victorius ſuſpicatur quidem quinq; hæc capita fuiſſe excogitata vt tota illa erratorum varietas certas quaſi ſedes haberet ac faciliùs inueniretur, methodo poëticæ inhærere haud eſt auſus affirmare.

firmare. Vt propterea cum cæterorum capitum Accuſationes ad voces ſæpè confugiant,
quin aliquæ vocibus vtantur paſſim, fatendum ſit non poëticam methodum vt cum ab
Inuentione & materia ad partes ſenſimq; ad affectiones vſq; progredimur, ſeruatū eſſe
in Accuſationibus, ſed prout ſparſa ac diſiecta tulerunt crimina. Atq; idē dixerim ſi quis
poëticam methodū ad partes tum qualitatis (quanquam res tandem in idem fermè reci-
dit) referat tum magnitudinis. Itaut poſſit quidem notari crimen aliquod quod in fabulā
*CONTROVERSIA. XCV. Num XII et quæ ſint capita defenſionum. Cōluīūtur. Interpretes Vtinenſis. Madius.*
cadat tandem: aliquod rurſus quod Dictionem attingat: ſed crimina aut ſolutionum capi-
ta ijs planè qualitatis magnitudiniſque partibus niti & ex poëtica methodo deriuari, ne ſu
ſpicione quidem prudens illorum æſtimator aſſequatur dum ignem bene ſopitum exci- *p. 312. m.*
tare detractat ſagaciſſimus Ariſtot. Nos tamen crimina pro opportunitate tum in his Cō-
mentarijs paſſim, & in Virgilianis rurſus, tum maximè in ea Comparatione qua Torqua- *p. 292. p.*
tum cum Homero ac Virgilio in Heroico artificio contulimus, ex ordine proſecuti ſu-
mus, ac fermè ad tria illa Inuentionis, Diſpoſitionis, Elocutionis capita reuocauimus. Iam
verò, quoniam egimus de Capitib. Accuſationū, illud ſuccedit vt agamus de Capitib. De-
fenſionum. Cùmque Ariſtoteles ſcribat eſſe duodecim, nec doceat quæ ſint, ea conſtituā-
tur Controuerſia, Num XII. tandem & quæ planè ſint, Capita Defenſionum. Porrò hæc
res magnam habet dubitationem apud Peripateticos, nam Vtinenſis quaſi omnino aper-
ta eſſet, *ſolutiones* (inquit) *reprehenſionum habent locos vnde promuntur duodecim*: quos omnes
hactenus ſigillatim expoſuimus. Itaque illis ſuperſedet percenſendis quaſi certa ſint ac no-
ta. Eas tamen ſolutiones enumerat Madius. Cum .n. dixiſſet eſſe duodecim ſic pergebat,
*Tres nimirū quæ ſiunt, cū Poëtis obijciunt, quod id, quod fieri nequit pertractant: cōfugimus enim, vel ad
Poeſim, vel ad id, quod melius eſt, vel ad hominum opinionem. tribus ijs etiam vtimur, cum poëtas tut a-
mur aduerſus eos, qui abſurdū illos ac rationi diſſentiēs pertractare dicūt. In hac autē obiectione, quæ ad-
uerſus abſurdum eſt, præter eos tres, peculiarem item ſoluendi modum habemus; ſi videlicet inficiamur
id abſurdum eſſe quod ipſi aſſerunt; quoniam credibile ſit aliquid nonnunquā fieri, quod præter rationem
ſit, præſertim in ijs rebus quæ ſub lunæ globo ſunt ſolutiones hæ quatuor exiſtunt. tres enim illæ, quæ ei
quod fieri nequit, diluendo dicatæ ſunt, cùm ſint repetitæ, etiam ſi ad ſoluendum abſurdum accommoden-
tur, in numerum venire minimè debent. Præter has ſolutiones, ſex habentur, quæ contrarietatem tollunt
videlicet, idem, ad idem, eodem modo, ad dicentē, ad ea quæ dicit, & quod prudens eſſe poneret. Alia item
& vndecima ſolutio eſt, cum obijciunt, poetam nonnihil contra bonos mores dixiſſe ſi coactum vi Poetā
id feciſſe dicamus. Poſtremò ſolutio eſt, cum ex artis vitio peccaſſe poetam obijciunt ſi id genus peccatum
in poeſi per accidens eſſe contendamus.* Sic Madius: etſi barbarè ille quidem multa. Nā vt leuio-
ra omittam, abſurdum quod pro ſubſtantiuo (Grammaticorum more loquar) nomine
toties vſurpat, obiectio item, contrarietas, a latinitate abhorrent. Sed vtinam ſaltem in e-
*Victorius.*
numerandis Capitibus illis eſſet fœlicior. Nam certè Victorius qui Madium præ manibus
habuit ac tractauit diligenter, poſt multa, in eam venit ſententiam, huiuſmodi Defenſionū
numerū ex dictis iniri nullo modo poſſe. Quare ſic ſcriptum reliquit. *Affirmat Ariſt. XII.
eſſe diſſolutionum locos, qui numerus earum appareret, liquidòque perſpiceretur, niſi aliquid ſupra turba-
tum eſſet. nunc autē cum id factū eſſe prorſus intelligatur, diffiſus ſummè poſſe id præſtare, quod maximè
optabā, atque huic muneri, quod ſuſcepiſſem, conuenire præclarè videbā, nec tamen non multum in hoc la-
borani, vt ſingulas .n. partes conatus ſum explicare, nec fruſtra omnino vt arbitror in illis induſtriā meā
collocaui præter quam vnde me peruerſio aliqua magna reiecit, ita etiam ſummā huius quaſi operis ſtu-
debam explanare: ac ſuam ipſi propriámque lucem afferre. nec tamen poteſt aliquis contra huiuſcemodi* 601
*tanquā monſtra pugnare, victoriámque inde aliquam honeſtam reportare.* ſic Victorius. Quis igitur
*Res in anguſtio rem adducitur locum*
non commemoratur cum audiat duodecim huiuſmodi locos illinc ab Vtinenſi tanquam
certos ac notos prætermitti: a Madio etiam tam facilè enumerari: hinc contra a Victorio
ſic ignotos reputari vt ne ratio quidem vlla ſuperſit, ſi ei credas, vnde colligi poſſint? Quā- *p. 294. f.*
quam ſi docuiſſet Victorius reuera aliquam partem propoſitæ Diſputationis eſſe depra-
uatam in qua Diſſolutiones illæ proferantur, apertū eſſet deprehendi non poſſe numerum
quem ſtatuit Ariſtot. Sed hoc non probat Victorius, itaut ſpes adhuc ſuperſit aliqua, Supe-
reſt igitur vt quid cæteri ſentiant ac nū cum Madio conſentiant, imprimis verò quæ ratio
ac via huius numeri ineundi Ariſtoteleæ ſolutionum doctrinæ ac tractationi reſpondeat,
*Alexāder*
quoad eius fieri poſſit inueſtigemus. Ergo dum Alexander ſilet altiùs, Riccobonus, Muti-
*Riccobonus.*
nenſem, qui paulò poſt Victoriū ſcripſit, ſecutus, duodecim reuera eſſe his confirmat ver-
bis, *Defenſionum verò & ſolutionum, tria ſunt genera, vnum a varietate imitandi, quod quinque habet
locos, a tempore vel præterito, vel præſenti, a fama vel opinione, ab idea, a caſu, a more: alterum a varie-
tate, ſignificandi, quod quatuor habet locos, a linguis, a tranſlationibus, ab affectionibus verborum,
ab am-*

Digitized by Google

*ab ambiguo, tertium a varietate errandi, quod habet tres locos, ab alia arte, ab eo, quod accidit, a minori malo. Itaque Defenſianum & Solutionum loci duodecim ſunt*, ſic Riccobonus, ſecutus vt
603 dicebam vel potiùs interpretatus Mutinenſem. hinc enim reſponſiones contineri ait tribus capitibus, ac primum quidem (inquit) continet ſolutiones quæ ducũtur ex varietate imitandi: quæ ſolutiones quinque ſunt ſecundũ caput continet ſolutiones quæ ducuntur a varietate ſignificandi & ſunt quatuor: poſtremum continet ſolutiones quæ ducuntur a varietate erratorũ & ſunt tres. ſic Mutinẽſis. qui addit ſe hic non repetere duodecim iſtas reſponſiones quòd eas iam anteà in diſputationis curſu dilucidè cõmonſtrauerit, Itaque Riccobonus eas ſubiiecit & enumerauit ex Mutinenſi. Atque hæc Riccoboni ſententia, etſi alioquin ſpinoſa videri poteſt, quaque difficilè cum Ariſtotelis diſputatione coniugatur, mihi tamen in eo videri ſolet quià in Madiana commodior, quia in Madiana prætermittuntur ſolutiones quæ a linguis ac tota dictionis varietate deriuantur. Id quod tãdem animaduertit quidem Madius: ac propterea in huius loci Annotatione ad extremum ſic ſcribebat. *Sciendum eſt, Ariſtotelẽ in hac poſtrema parte, cùm Poëtarum increpationes in ſummam colligit, de ijs tantùm meminiſſe, quæ ducuntur ex rebus quarũ ſolutiones numero duodecim eſſe dixit, eas verò prætermiſiſſe, quæ in dictione ſunt, hæ ſiquidem apertè ſuperiùs erant explicatæ: item quoniã ad eas, quæ ex rebus ſumuntur, relatæ, pauci admodum eſſe momenti cognoſcuntur*. ſic iſte, vt culpam vel culpæ ſuſpicionem eluat dũ, vt duodecim reſponſionũ obeat numerum, qui tamen in diſputatione maior ſeſe videatur obiicere, non omnia enumerat Capita. Quanquam nihil erat cur Ariſt. eam partem ſolutionum quas ex vocibus duxerat, prætermitteret, cum hac prætermiſſa germanus Capitum numerus rectè obiri nequeat, aut ſaltem nihil erat quod tam affirmatè concluderet omnino duodecim eſſe & ex dictis conſtare atque enumerari poſſe. Vt omittam eas quæ ex dictione aut vocibus dicuntur ſolutiones, eſſe magni ponderis, & ad dubitationes tollendas referre plurimum. itaut Madius culpæ, quia ſcilicet numerus ſolutionũ maior illi videretur, ac propterea quo ſe verteret non haberet, depellendæ aut excuſandæ, temerè eam excogitarit rationẽ. Sed redeo ad Riccobonum. a quo, ſi liceret, libenter ſciſcitarer cur ad tria illa capita duodecim illas reuocet reſpõſiones: ſeu cur *Riccobonus quoq; ac propterea etiam Mutinẽſis refellitur.*
ex trib. illis Capitibus deriuari affirmet magnopere etiã dubitarem num rectè obierit numerũ. Mihi itaque alia planè ratio, mirè anceps (id quod fortaſſe deterruit Victoriũ) & inuſitata videtur obiici ab Ariſtotele qua cogamur reſponſiones propoſitas obſeruare. Eſt
par.139. autẽ (ſi me audias) huiuſmodi. Principio igitur cum obiicitur Poëtis impoſſibile aliquid quod cecinerint, primã affert reſponſionem; nimirũ excuſandum erratum, quia quãrumuis res ſit impoſſibilis, interim tamen Poëta finem aſſequatur ſuum, quã rem explicat Achillis exemplo. Dum .n. exercitum nutu cohibet apud Homerũ, quod tamen attentius æſtimanti fieri nequit: admiratio tamen excitatur inter legendũ, itaut Poëta finem aſſequatur admiratione excitans ac ſtuporem. ſic ſanè dummodo poëta optato potiatur fine excuſabitur ab impoſſibili. Secundã reſpõſionem profert contra impoſſibilis aut non valde diſſimilis rei erratum, ſi contigerit vt in erratum inciderit poëta ob alienæ artis ignoratione, in quo propterea ait erraſſe non per ſe & ob propriæ artis vitiũ, quia ſcilicet id quod ſibi imitandum propoſuerat haud quiuerit imitari, ſed quia imitatus ſit. ille quidem appoſitè rem quam ſibi propoſuit, ſed quæ tamen abſurda eſſet & impoſſibilis: vt ſi ceruã quæ caret cornibus, cornibus expreſſerit & effinxerit. Hæc ſecunda reſponſio, quã ab eo quod
*Qui tandẽ ex dictis colligi poſſit ac ſtatui numerus Reſpõſionum atque ille duodenus.*
*I.*
*Reſponſio, II.*
par.140. eſt per accidens appellare poſſumus, quemadmodum primã a fine. Quod ſi rurſus obiiciatur poëtæ, aliquid eũ cecinisse quod verũ non ſit ſeu aliter habeat, tertiam affert reſpõſionem ex Sophocle: nimirũ eſſe ſaltẽ talem qualẽ eſſe oporteret. Itaque tertia ſolutio ducetur & appellabitur ab eo quod oportet. Atq; huc obſcuritas primũ obrepit; nã cum dixiſſet Ariſt. Sophoclẽ ſic depellere conſueuiſſe tertiã hanc accuſationem, vt diceret ſe ſaltem *III.*
res efficere quales oportet, e veſtigio ſubiiciebat idẽ Ariſtoteles, *Euripides verò quales ſunt*. Vbi dicas iam quartam afferri reſponſionem, errare videaris quia accuſatio reprehendebat rem non verã, quorſum igitur ad Euripidis reſponſam confugere, vt dicamus ſaltem qualis eſſet: contra verò ſi negis hinc offerri quartam reſponſionem, cur ſubiicit Ariſtoteles, *ſin autem neutro modo?* videtur enim quintam iam parare reſponſionem, ſi fortè nec
603 Sophoclea nec Euripidea ſit opportuna. Quanquam reuera Euripidis dictum attulit hoc in loco Ariſtoteles non in quarti reſponſi loco, ſed vt obiter ſubiiceret elegans Euripidis dictum & cum Sophocleo qui cum bellè certabat, compararet. Quare ea verba, *ſin autem neutro modo*, ſignificant, ſi tale ſit erratum vt non modo res a poëta expreſſa non

Vu 2 ſit

firmare. Vt propterea cum cæterorum capitum Accuſationes ad voces ſæpè confugiant, quin aliquæ vocibus vtantur paſſim, fatendum ſit non poëticam methodum vt cum ab Inuentione & materia ad partes ſenſimq; ad affectiones vſq; progredimur, ſeruatū eſſe in Accuſationibus, ſed prout ſparſa ac diſiecta tulerunt crimina. Atq; idē dixerim ſi quis poëticam methodū ad partes tum qualitatis (quanquam res tandem in idem fermè recidit) referat tum magnitudinis. Itaut poſſit quidem notari crimen aliquod quod in fabulā

*CONTROVERSIA. XCV. Num XII et quæ ſint capita defenſionum. Cōminātur. Interpretes Vrinenſis, Madius.*

cadat tandem: aliquod rurſus quod Dictionem attingat: ſed crimina aut ſolutionum capita iis planè qualitatis magnitudiniſque partibus niti & ex poëtica methodo deriuari, ne ſuſpicione quidem prudens illorum æſtimator aſſequatur dum ignem bene ſopitum excitare detractat ſagaciſſimus Ariſtot. p.312.m. Nos tamen crimina pro opportunitate tum in his Cōmentarijs paſſim, & in Virgilianis rurſus, tum maximè in ea Comparatione qua Torquatum cum Homero ac Virgilio in Heroico artificio contulimus, ex ordine proſecuti ſumus, ac fermè ad tria illa Inuentionis, Diſpoſitionis, Elocutionis capita reuocauimus. p.292.p. Iam verò, quoniam egimus de Capitib. Accuſationū, illud ſuccedit vt agamus de Capitib. Defenſionum. Cùmque Ariſtoteles ſcribat eſſe duodecim, nec doceat quæ ſint, ea conſtituatur Controuerſia, Num XII. tandem & quæ planè ſint, Capita Defenſionum. Porrò hæc res magnam habet dubitationem apud Peripateticos. nam Vrinenſis quaſi omnino aperta eſſet, *ſolutiones* (inquit) *reprehenſionum habent locos vnde promuntur duodecim*: quos omnes hactenus ſigillatim expoſuimus. Itaque illis ſuperſedet percenſendis quaſi certa ſint ac nota. Eas tamen ſolutiones enumerat Madius. Cum .n. dixiſſet eſſe duodecim ſic pergebat. *Tres nimirū quæ ſiunt, cū Poëtis obijciunt, quod id, quod fieri nequit pertractant: cōfugimus enim, vel ad Poeſim, vel ad id, quod melius eſt, vel ad hominum opinionem. tribus iis etiam vtimur, cum poëtas tutamur aduerſus eos, qui abſurdū illos ac rationi diſſentiēs pertractare dicūt. In hac autē obiectione, quæ aduerſus abſurdum eſt, præter eos tres, peculiarem item ſoluendi modum habemus; ſi videlicet inficiamur id abſurdum eſſe quod ipſi afferunt; quoniam credibile ſit aliquid nonnunquā fieri, quod præter rationem ſit, præſertim in iis rebus quæ ſub lunæ globo ſunt ſolutiones hæ quatuor exiſtunt. tres enim illæ, quæ ei quod fieri nequit, diluendo dicatæ ſunt, cùm ſint repetitæ, etiam ſi ad ſoluendum abſurdum accommodentur, in numerum venire minimè debent. Præter has ſolutiones, ſex habentur, quæ contrarietatem tollunt videlicet, idem, ad idem, eodem modo, ad dicentē, ad ea quæ dicit, & quod prudens eſſe poneret. Alia item & vndecima ſolutio eſt, cum obijciunt, poetam nonnihil contra bonos mores dixiſſe ſi coactum vt Poetā id feciſſe dicamus. Poſtremò ſolutio eſt, cum ex artis vitio peccaſſe poetam obijciunt ſi id genus peccatum in poeſi per accidens eſſe contendamus.* Sic Madius: etſi barbarè ille quidem multa. Nā vt leuiora omittam, abſurdum quod pro ſubſtantiuo (Grammaticorum more loquar) nomine toties vſurpat, obiectio item, contrarietas, a latinitate abhorrent. Sed vtinam ſaltem in enumerandis Capitibus illis eſſet fœlicior.

*Victorius.*

Nam certè Victorius qui Madium præ manibus habuit ac tractauit diligenter, poſt multa, in eam venit ſententiam, huiuſmodi Defenſionū numerū ex dictis iniri nullo modo poſſe. Quare ſic ſcriptum reliquit. *Affirmat Ariſt. XII. eſſe diſſolutionum locos, qui numerus earum appareret, liquidòque perſpiceretur, niſi aliquid ſupra turbatum eſſet. nunc autē cum id factū eſſe prorſus intelligatur, diffiſus ſummè poſſe id præſtare, quod maximè optabā, atque huic muneri, quod ſuſcepiſſem, conuenire præclarè videbā, nec tamen non multum in hoc laboraui, vt ſingulas .n. partes conatus ſum explicare, neq́ frustra omnino vt arbitror in illis induſtriā meā collocaui præter quam vnde me peruerſio aliqua magna reiecit, ita etiam ſummā huius quaſi operis ſtudebam explanare: ac ſuam ipſi propriámque lucem afferre. nec tamen poteſt aliquis contra huiuſcemodi* 601 *tanquā monſtra pugnare, victoriámque inde aliquam honeſtam reportare.* ſic Victorius.

*Res in anguſtio rem adducitur locum*

Quis igitur non commemoratur cum audiat duodecim huiuſmodi locos illinc ab Vrinenſi tanquam certos ac notos prætermitti: a Madio etiam tam facilè enumerari: hinc contra a Victorio ſic ignotos reputari vt ne ratio quidem vlla ſuperſit, ſi ei credas, vnde colligi poſſint? p.294.f. Quāquam ſi docuiſſet Victorius reuera aliquam partem propoſitæ Diſputationis eſſe deprauatam in qua Diſſolutiones illæ proferantur, apertū eſſet deprehendi non poſſe numerum quem ſtatuit Ariſtot. Sed hoc non probat Victorius, itaut ſpes adhuc ſuperſit aliqua. Supereſt igitur vt quid cæteri ſentiant ac nū cum Madio conſentiant, imprimis verò quæ ratio ac via huius numeri ineundi Ariſtoteleæ ſolutionum doctrinæ ac tractationi reſpondeat, quoad eius fieri poſſit inueſtigemus.

*Alexāder*

*Riccobonus.*

Ergo dum Alexander ſilet altiùs, Riccobonus, Mutinenſem, qui paulò poſt Victoriū ſcripſit, ſecutus, duodecim reuera eſſe his confirmat verbis, *Defenſionum verò & ſolutionum, tria ſunt genera, vnum a varietate imitandi, quod quinque habet locos, a tempore vel præterito, vel præſenti, a fama vel opinione, ab idea, a caſu, a more: alterum a varietate, ſignificandi, quod quatuor habet locos, a linguis, a tranſlationibus, ab affectionibus verborum, ab am-*

Digitized by Google

*ab ambiguo, tertium a varietate errandi, quod habet tres locos, ab alia arte, ab eo, quod accidit, a mi-
nori malo. Itaque Defenſionum & Solutionum loci duodecim ſunt*, ſic Riccobonus, ſecutus vt
602 dicebam vel potiùs interpretatus Mutinenſem. hinc enim reſponſiones contineri ait tri-
bus capitibus, ac primum quidem (inquit) continet ſolutiones quæ ducũtur ex varietate
imitandi: quæ ſolutiones quinque ſunt ſecundũ caput continet ſolutiones quæ ducuntur
a varietate ſignificandi & ſunt quatuor: poſtremum continet ſolutiones quæ ducuntur a
varietate erratorũ & ſunt tres. ſic Mutinẽſis, qui addit ſe hic non repetere duodecim iſtas
reſponſiones quòd eas iam anteà in diſputationis curſu dilucidè cõmonſtrauerit, Itaque
Riccobonus eas ſubiiecit & enumerauit ex Mutinenſi. Atque hæc Riccoboni ſententia,
etſi alioquin ſpinoſa videri poteſt, quæque difficilè cum Ariſtotelis diſputatione coniu-
gatur, mihi tamen in eo videri ſolet quàm Madiana commodior, quia in Madiana præter-
mittuntur ſolutiones quæ a linguis ac tota dictionis varietate deriuantur. Id quod tãdem
animaduertit quidem Madius: ac proptereà in huius loci Annotatione ad extremum ſic
ſcribebat. *Sciendum eſt, Ariſtotelẽ in hac poſtrema parte, cùm Poëtarum increpationes in ſummam
colligit, de ijs tantùm meminiſſe, quæ ducuntur ex rebus quarũ ſolutiones numero duodecim eſſe dixit,
eas verò prætermiſiſſe, quæ in dictione ſunt, hæ ſiquidem apertè ſuperiùs erant explicatæ: item quoniã
ad eas, quæ ex rebus ſumuntur, relatæ, pauci admodum eſſe momenti cognoſcuntur*. ſic iſte, vt culpam
vel culpæ ſuſpicionem eluat dũ, vt duodecim reſponſionũ obeat numerum, qui tamen in
diſputatione maior ſeſe videatur obiicere, non omnia enumerat Capita. Quanquam nihil
erat cur Ariſt. eam partem ſolutionum quas ex vocibus duxerat, prætermitteret, cum hac
prætermiſſa germanus Capitum numerus rectè obiri nequeat. aut ſaltem nihil erat quod
tam affirmatè concluderet omnino duodecim eſſe & ex dictis conſtare atque enumerari
poſſe. Vt omittam eas quæ ex dictione aut vocibus dicuntur ſolutiones, eſſe magni pon-
deris, & ad dubitationes tollendas referre plurimum. itaut Madius culpæ, quia ſcilicet nu-
merus ſolutionũ maior illi videretur, ac propterea quo ſe verteret non haberet, depellen-
dæ aut excuſandæ, temerè eam excogitarit rationẽ. Sed redeo ad Riccobonum, a quo, ſi li-
ceret, libenter ſciſcitarer cur ad tria illa capita duodecim illas reuocet reſpõſiones: ſeu cur
ex trib. illis Capitibus deriuari affirmet magnopere etiã dubitarem num rectè obierit nu- *Riccobonus quoq; ac propterea etiam Mutinẽſis refellitur.*
merũ. Mihi itaque alia planè ratio, mirè anceps (id quod fortaſſe deterruit Victoriũ) & in-
par. 139. uſitata videtur obiici ab Ariſtotele quà cogamur reſponſiones propoſitas obſeruare. Eſt
autẽ (ſi me audias) huiuſmodi. Principiò igitur cum obiicitur Poëtis impoſſibile aliquid
quod cecinerint, primã affert reſponſionem: nimirũ excuſandum erratum, quia quãtumui-
uis res ſit impoſſibilis, interim tamen Poëta finem aſſequatur ſuum, quã rem explicat A-
chillis exemplo. Dum. n. exercitum nutu cohibet apud Homerũ, quod tamen attentiùs æ- *Qui tandẽ ex dictis colligi poſſit ac ſtatuinumerus Reſpõſionum a que ille duodenus.*
ſtimanti fieri nequit: admiratio tamen excitatur inter legendũ, itaut Poëta finem aſſequa-
tur admirationẽ excitans ac ſtuporem. ſic ſanè dummodo poëta optato potiatur fine ex-
cuſabitur ab impoſſibili. Secundã reſpoſionem profert contra impoſſibilis aut non valde
diſſimilis rei erratum, ſi contigerit vt in erratum inciderit poëta ob alienæ artis ignoratio
nẽ, in quo propterea ait erraſſe non per ſe & ob propriæ artis vitiũ, quia ſcilicet id quod ſi-
bi imitandum propoſuerat haud quiuerit imitari, ſed quia imitatus ſit. ille quidem appo- *I. Reſponſio.*
ſitè rem quam ſibi propoſuit, ſed quæ tamen abſurda eſſet & impoſſibilis: vt ſi ceruã quæ
caret cornibus, cornibus expreſſerit & effinxerit. Hæc ſecunda reſponſio, quã ab eo quod *II.*
par. 140. eſt per accidens appellare poſſumus, quemadmodum primã a fine. Quod ſi rurſus obiicia-
tur poëtæ, aliquid eũ cecíniſſe quod verũ non ſit ſeu aliter habeat, tertiam affert reſpõſio
nem ex Sophocle: nimirũ eſſe ſaltẽ talem qualẽ eſſe oporteret. Itaque tertia ſolutio duce-
tur & appellabitur ab eo quod oportet. Atq; huc obſcuritas primũ obrepit: nã cum dixiſ-
ſet Ariſt. Sophoclẽ ſic depellere conſueuiſſe tertiã hanc accuſationem, vt diceret ſe ſaltem
res efficere quales oportet, e veſtigio ſubiiciebat idẽ Ariſtoteles, *Euripides verò quales ſunt*. *III.*
Vbi dicas iam quartam afferri reſponſionem, errare videaris quia accuſatio reprehende-
bat rem non verã, quorſum igitur ad Euripidis reſponſam confugere, vt dicamus ſaltem
qualis eſſet: contra verò ſi negis hinc offerri quartam reſponſionem, cur ſubiicit Ariſto-
teles, *ſin autem neutro modo?* videtur enim quintam iam parare reſponſionem, ſi fortè nec
603 Sophoclea nec Euripidea ſit opportuna. Quanquam reuera Euripidis dictum attulit hoc
in loco Ariſtoteles non in quarti reſponſi loco, ſed vt obiter ſubiiceret elegans Euripidis
dictum & cum Sophocleo qui cum belle certabat, compararet. Quare ea verba, *ſin
autem neutro modo*, ſignificant, ſi tale ſit erratum vt non modo res a poëta expreſſa non

firmare. Vt propterea cum cæterorum capitum Accuſationes ad voces ſæpè confugiant, quin aliquæ vocibus vtantur paſſim, fatendum ſit non poëticam methodum vt cum ab Inuentione & materia ad partes ſenſimq; ad affectiones vſq; progredimur, ſeruatū eſſe in Accuſationibus, ſed prout ſparſa ac diſiecta tulerunt crimina. Atq; idē dixerim ſi quis poëticam methodū ad partes tum qualitatis (quanquam res tandem in idem fermè recidit) referat tum magnitudinis. Itaut poſſit quidem notati crimen aliquod quod in fabulā

*CONTROVERSIA. XCV. Num XII et quæ ſint capita defenſionum. Coluitur. Interpretes Vtinenſis. Madius.*

cadat tandem: aliquod rurſus quod Dictionem attingat: ſed crimina aut ſolutionum capita iis planè qualitatis magnitudiniſque partibus niti & ex poëtica methodo deriuari, ne ſuſpicione quidem prudens illorum æſtimator aſſequatur dum ignem bene ſopitum excitate detractat ſagaciſſimus Ariſtot. *p. 312. m.* Nos tamen crimina pro opportunitate tum in his Cōmentariis paſſim, & in Virgilianis rurſus, tum maximè in ea Comparatione qua Torquatum cum Homero ac Virgilio in Heroico artificio contulimus, ex ordine proſecuti ſumus, ac fermè ad tria illa Inuentionis, Diſpoſitionis, Elocutionis capita reuocauimus. *p. 292. p.* Iam verò, quoniam egimus de Capitib. Accuſationū, illud ſuccedit vt agamus de Capitib. Defenſionum. Cùmque Ariſtoteles ſcribat eſſe duodecim, nec doceat quæ ſint, ea conſtituatur Controuerſia, Num XII. tandem & quæ planè ſint, Capita Defenſionum. Porrò hæc res magnam habet dubitationem apud Peripateticos. nam Vtinenſis quaſi omnino aperta eſſet, *ſolutiones* (inquit) *reprehenſionum habent locos vnde promuntur duodecim*: quos omnes hactenus ſigillatim expoſuimus. Itaque illis ſuperſedet percenſendis quaſi certa ſint ac nota. Eas tamen ſolutiones enumerat Madius. Cum .n. dixiſſet eſſe duodecim ſic pergebat. *Tres nimirū quæ fiunt, cū Poëtis obiiciunt, quod id, quod fieri nequit pertractauit: cōfugimus enim, vel ad Poeſim, vel ad id, quod melius eſt, vel ad hominum opinionem. tribus iis etiam vtimur, cum poëtas tutamur aduerſus eos, qui abſurdū illos ac rationi diſſentiēs pertractare dicūt. In hac autē obiectione, quæ aduerſus abſurdum eſt, præter eos tres, peculiarem item ſoluendi modum habemus; ſi videlicet infitiamur id abſurdum eſſe quod ipſi aſſerunt; quoniam credibile ſit aliquid nonnunquā fieri, quod præter rationem ſit, præſertim in iis rebus quæ ſub lunæ globo ſunt ſolutiones hæ quatuor exiſtunt. tres enim illæ, quæ ei quod fieri nequit, diluendo dicatæ ſunt, cùm ſint repetitæ, etiam ſi ad ſoluendum abſurdum accommodentur, in numerum venire minimè debent. Præter has ſolutiones, ſex habentur, quæ contrarietatem tollunt videlicet, idem, ad idem, eodem modo, ad dicentē, ad ea quæ dicit, & quod prudens eſſe poneret. Alia item & undecima ſolutio eſt, cum obiiciunt, poetam nonnihil contra bonos mores dixiſſe ſi coactum vi Poetā id feciſſe dicamus. Poſtremò ſolutio eſt, cum ex artis vitio peccaſſe poetam obiiciunt ſi id genus peccatum in poeſi per accidens eſſe contendamus.* Sic Madius; etſi barbarè ille quidem multa. Nā vt leuiora omittam, abſurdum quod pro ſubſtantiuo (Grammaticorum more loquar) nomine toties vſurpat, obiectio item, contrarietas, a latinitate abhorrent. Sed vtinam ſaltem in enumerandis Capitibus illis eſſet fœlicior. Nam certè Victorius qui Madium præ manibus

*Victorius.*

habuit ac tractauit diligenter, poſt multa, in eam venit ſententiam, huiuſmodi Defenſionū numerū ex dictis iniri nullo modo poſſe. Quare ſic ſcriptum reliquit. *Affirmat Ariſt. XII. eſſe diſſolutionum locos, qui numerus earum appareret, liquidòque perſpiceretur, niſi aliquid ſupra turbatum eſſet. nunc autē cum id factū eſſe prorſus intelligatur, diffiſus ſummè poſſe id præſtare, quod maximè optabā, atque huic muneri, quod ſuſcepiſſem, conuenire præclarè videbā, nec tamen non multum in hoc laborani, vt ſingulas .n. partes conatus ſum explicare, nec fruſtra omnino vt arbitror in illis induſtriā meā collocaui præter quam vnde me peruerſio aliqua magna reiecit, ita etiam ſummā huius quaſi operis ſtudebam explanare: ac ſuam ipſi propriámque lucem afferre. nec tamen poteſt aliquis contra huiuſcemodi* 601 *tanquā monſtra pugnare, victoriámque inde aliquam honeſtam reportare.* ſic Victorius. Quis igitur

*Res in anguſtio rem adducitur locum*

non commemoratur cum audiat duodecim huiuſmodi locos illinc ab Vtinenſi tanquam certos ac notos prætermitti: a Madio etiam tam facilè enumerari: hinc contra a Victorio ſic ignotos reputari vt ne ratio quidem vlla ſuperſit, ſi ei credas, vnde colligi poſſint? *p. 294. f.* Quāquam ſi docuiſſet Victorius reuera aliquam partem propoſitæ Diſputationis eſſe deprauatam in qua Diſſolutiones illæ proferantur, apertū eſſet deprehendi non poſſe numerum quem ſtatuit Ariſtot. Sed hoc non probat Victorius, itaut ſpes adhuc ſuperſit aliqua. Supereſt igitur vt quid cæteri ſentiant ac nū cum Madio conſentiant, imprimis verò quæ ratio ac via huius numeri ineundi Ariſtoteleæ ſolutionum doctrinæ ac tractationi reſpondeat,

*Alexāder*

quoad eius fieri poſſit inueſtigemus. Ergo dum Alexander ſilet altiùs, Riccobonus, Murinenſem, qui paulò poſt Victoriū ſcripſit, ſecutus, duodecim reuera eſſe his confirmat ver-

*Riccobonus.*

bis, *Defenſionum verò & ſolutionum, tria ſunt genera, vnum a varietate imitandi, quod quinque habet locos, a tempore vel præterito, vel præſenti, a fama vel opinione, ab idea, a caſu, a more: alterum a varietate, ſignificandi, quod quatuor habet locos, a linguis, a tranſlationibus, ab affectionibus verborum,*

*ab am-*

*ab ambiguo, tertium a varietate errandi, quod habet tres locos, ab alia arte, ab eo, quod accidit, a mi-
nori malo. Itaque Defenſionum & Solutionum loci duodecim ſunt.* ſic Riccobonus, ſecutus vt
dicebam vel potiùs interpretatus Mutinenſem. hinc enim reſponſiones contineri ait tri-
602 bus capitibus, ac primum quidem (inquit) continet ſolutiones quæ ducũtur ex varietate
imitandi: quæ ſolutiones quinque ſunt ſecundũ caput continet ſolutiones quæ ducuntur
a varietate ſignificandi & ſunt quatuor: poſtremum continet ſolutiones quæ ducuntur a
varietate erratorũ & ſunt tres. ſic Mutinẽſis. qui addit ſe hic non repetere duodecim iſtas
reſponſiones quòd eas iam antea in diſputationis curſu dilucidè cõmonſtrauerit, Itaque
Riccobonus eas ſubiiecit & enumerauit ex Mutinenſi. Atque hæc Riccoboni ſententia,
etſi alioquin ſpinoſa videri poteſt, quæque difficilè cum Ariſtotelis diſputatione coniu-
gatur, mihi tamen in eo videri ſolet quàm Madiana commodior, quia in Madiana præter-
mittuntur ſolutiones quæ a linguis ac tota dictionis varietate deriuantur. Id quod tãdem
animaduertit quidem Madius: ac propterea in huius loci Annotatione ad extremum ſic
ſcribebat. *Sciendum eſt, Ariſtotelẽ in hac poſtrema parte, cùm Poëtarum increpationes in ſummam
colligit, de ijs tantùm meminiſſe, quæ ducuntur ex rebus quarũ ſolutiones numero duodecim eſſe dixit.
eas verò prætermiſiſſe, quæ in dictione ſunt. hæ ſiquidem apertè ſuperiùs erant explicatæ: item quoniã
ad eas, quæ ex rebus ſumuntur, relatæ, pauci admodum eſſe momenti cognoſcuntur.* ſic iſte, vt culpam
vel culpæ ſuſpicionem eluat dũ, vt duodecim reſponſionũ obeat numerum, qui tamen in
diſputatione maior ſeſe videatur obiicere, non omnia enumerat Capita. Quanquam nihil
erat cur Ariſt. eam partem ſolutionum quas ex vocibus duxerat, prætermitteret, cum hac
prætermiſſa germanus Capitum numerus rectè obiri nequeat, aut ſaltem nihil erat quod
tam affirmatè concluderet omnino duodecim eſſe & ex dictis conſtare atque enumerari
poſſe. Vt omittam eas quæ ex dictione aut vocibus dicuntur ſolutiones, eſſe magni pon-
deris, & ad dubitationes tollendas referre plurimum. itaut Madius culpæ, quia ſcilicet nu-
merus ſolutionũ maior illi videretur, ac propterea quo ſe verteret non haberet, depellen-
dæ aut excuſandæ, temerè eam excogitarit rationẽ. Sed redeo ad Riccobonum, a quo, ſi li-
ceret, libenter ſciſcitarer cur ad tria illa capita duodecim illas reuocet reſpõſiones; ſeu cur *Riccobonus quoq;*
ex tribus illis Capitibus deriuari affirmet magnoperè etiã dubitarem num rectè obierit nu- *ac propterea etiam*
merũ. Mihi itaque alia planè ratio, mirè anceps (id quod fortaſſe deterruit Victoriũ) & in- *Mutinẽſis*
par. 139. uſitata videtur obiici ab Ariſtotele quã cogamur reſponſiones propoſitas obſeruare. Eſt *refellitur.*
autẽ (ſi me audias) huiuſmodi. Principiò igitur cum obiicitur Poëtis impoſſibile aliquid
quod cecinerint, primã affert reſponſionem: nimirũ excuſandum erratum, quia quãrum-
uis res ſit impoſſibilis, interim tamen Poëta finem aſſequatur ſuum, quã rem explicat A- *Qui tandẽ*
chillis exemplo. Dum n. exercitum nutu cohiber apud Homerũ, quod tamen attentiùs æ- *ex dictis col-*
ſtimanti fieri nequit: admiratio tamen excitatur inter legendũ, itaut Poëta finem aſſequa- *ligi poſſit*
tur admiratione excitans ac ſtuporem. ſic ſanè dummodo poëta optato potiatur fine ex- *ac ſtatuum*
cuſabitur ab impoſſibili. Secundã reſpoſionem profert contra impoſſibilis aut non valde *merus Reſpõſionum*
diſſimilis rei erratum, ſi contigerit vt in erratum inciderit poëta ob alienæ artis ignoratio- *atque ille*
nẽ, in quo propterea ait erraſſe non per ſe & ob propriæ artis vitiũ, quia ſcilicet id quod ſi- *duodenus.*
bi imitandum propoſuerat haud quiuerit imitari, ſed quia imitatus ſit. Ille quidem appo- *I. Reſponſio,*
ſitẽ rem quam ſibi propoſuit, ſed quæ tamen abſurda eſſet & impoſſibilis: vt ſi ceruã quæ *II.*
caret cornibus, cornibus expreſſerit & effinxerit. Hæc ſecunda reſponſio, quã ab eo quod
par. 140. eſt per accidens appellare poſſumus, quemadmodum primã a fine. Quod ſi rurſus obiicia-
tur poëtæ, aliquid eũ cecinisse quod verũ non ſit ſeu aliter habeat, tertiam affert reſpõſio-
nem ex Sophocle. nimirũ eſſe ſaltẽ talem qualẽ eſſe oporteret. Itaque tertia ſolutio duce-
tur & appellabitur ab eo quod oportet. Atq; huc obſcuritas primũ obrepit: nã cum dixiſ-
ſet Ariſt. Sophoclẽ ſic depellere conſueuiſſe tertiã hanc accuſationem, vt diceret ſe ſaltem *III.*
res efficere quales oportet, è veſtigio ſubiiciebat idẽ Ariſtoteles, *Euripides verò quales ſunt.*
Vbi dicas iam quartam afferri reſponſionem, errare videaris quia accuſatio reprehende-
bat rem non verã, quorſum igitur ad Euripidis reſponſam confugere, vt dicamus ſaltem
qualis eſſet: contra verò ſi negis hinc offerri quartam reſponſionem, cur ſubiicit Ariſto-
teles, *ſin autem neutro modo?* videtur enim quintam iam parare reſponſionem, ſi fortè nec
603 Sophoclea nec Euripidea ſit opportuna. Quanquam reuera Euripidis dictum attulit hoc
in loco Ariſtoteles non in quarti reſponſi loco, ſed vt obiter ſubiiceret elegans Euripidis
dictum & eum Sophocleo qui cum belle certabat, compararet. Quare ea verba, *ſin
autem neutro modo*, ſignificant, ſi tale ſit erratum vt non modo res a poëta expreſſa non

firmare. Vt propterea cum cæterorum capitum Accuſationes ad voces ſæpè confugiant, quin aliquæ vocibus vtantur paſſim, fatendum ſit non poëticam methodum vt cum ab Inuentione & materia ad partes ſenſimq; ad affectiones vſq; progredimur, ſeruatũ eſſe in Accuſationibus, ſed prout ſparſa ac diſiecta tulerunt crimina. Atq; idẽ dixerim ſi quis poëticam methodũ ad partes tum qualitatis (quanquam res tandem in idem fermè recidit) referat tum magnitudinis. Itaut poſſit quidem notari crimen aliquod quod in fabulã cadat tandem; aliquod rurſus quod Dictionem attingat: ſed crimina aut ſolutionum capita ijs planè qualitatis magnitudiniſque partibus niti & ex poëtica methodo deriuari, ne ſuſpicione quidem prudens illorum æſtimator aſſequatur dum ignem bene ſopitum excitare dettactat ſagaciſſimus Ariſtot. Nos tamen crimina pro opportunitate tum in his Cõmentarijs paſſim, & in Virgilianis rurſus, tum maximè in ea Comparatione qua Torquatum cum Homero ac Virgilio in Heroico artificio contulimus, ex ordine proſecuti ſumus, ac fermè ad tria illa Inuentionis, Diſpoſitionis, Elocutionis capita reuocauimus. Iam verò, quoniam egimus de Capitib. Accuſationũ, illud ſuccedit vt agamus de Capitib. Defenſionum. Cùmque Ariſtoteles ſcribat eſſe duodecim, nec doceat quæ ſint, ea conſtituatur Controuerſia, Num XII. tandem & quæ planè ſint, Capita Defenſionum. Porrò hæc res magnam habet dubitationem apud Peripateticos, nam Vtinenſis quaſi omnino aperta eſſet, *ſolutiones* (inquit) *reprehenſionum habent locos vnde promuntur duodecim*: quos omnes hactenus ſigillatim expoſuimus, Itaque illis ſuperſedet percenſendis quaſi certa ſint ac nota. Eas tamen ſolutiones enumerat Madius. Cum .n. dixiſſet eſſe duodecim ſic pergebat. *Tres nimirũ quæ fiunt, cũ Poëtis obijciunt, quod id, quod fieri nequit pertractant: cõfugimus enim, vel ad Poeſim, vel ad id, quod melius eſt, vel ad hominum opinionem, tribus ijs etiam vtimur, cum poëtas tutamur aduerſus eos, qui abſurdũ illos ac rationi diſſentiẽs pertractare dicũt. In hac autẽ obiectione, quæ aduerſus abſurdum eſt, præter eos tres, peculiarem item ſoluendi modum habemus; ſi videlicet inficiamur id abſurdum eſſe quod ipſi aſſerunt; quoniam credibile ſit aliquid nonnunquã fieri, quod præter rationem ſit, præſertim in ijs rebus quæ ſub lunæ globo ſunt ſolutiones hæ quatuor exiſtunt. tres enim illæ, quæ eĩ quod fieri nequit, diluendo dicatæ ſunt, cùm ſint repetitæ, etiam ſi ad ſoluendum abſurdum accommodentur, in numerum venire minimè debent. Præter has ſolutiones, ſex habentur, quæ contrarietatem tollunt videlicet, idem, ad idem, eodem modo, ad dicentẽ, ad ea quæ dicit, & quod prudens eſſe poneret. Alia item & vndecima ſolutio eſt, cum obijciunt, poëtam nonnihil contra bonos mores dixiſſe ſi coactum vi Poetã id feciſſe dicamus. Poſtremò ſolutio eſt, cum ex artis vitio peccaſſe poetam obijciunt ſi id genus peccatum in poeſi per accidens eſſe contendamus.* Sic Madius: etſi barbarè ille quidem multa. Nã vt leuiora omittam, abſurdum quod pro ſubſtantiuo (Grammaticorum more loquar) nomine toties vſurpat, obiectio item, contrarietas, a latinitate abhorrent. Sed vtinam ſaltem in enumerandis Capitibus illis eſſet fœlicior. Nam certè Victorius qui Madium præ manibus habuit ac tractauit diligenter, poſt multa, in eam venit ſententiam, huiuſmodi Defenſionũ numerũ ex dictis iniri nullo modo poſſe. Quare ſic ſcriptum reliquit. *Affirmat Ariſt. XII. eſſe diſſolutionum locos, qui numerus earum appareret, liquidòque perſpiceretur, niſi aliquid ſupra turbatum eſſet. nunc autẽ cum id factũ eſſe prorſus intelligatur, diffiſus ſummè poſſe id præſtare, quod maximè optabã, atque huic muneri, quod ſuſcepiſſem, conuenire præclarè videbã, nec tamen non multum in hoc laborani, vt ſingulas .n. partes conatus ſum explicare, nec fruſtra omnino vt arbitror in illis induſtriã meã collocaui præter quam vnde me peruerſio aliqua magna reiecit, ita etiam ſummã huius quaſi operis ſtudebam explanare: ac ſuam ipſi propriámque lucem afferre. nec tamen poteſt aliquis contra huiuſcemodi* 601 *tanquã monſtra pugnare, victoriámque inde aliquam honeſtam reportare.* ſic Victorius. Quis igitur non commemoratur cum audiat duodecim huiuſmodi locos illinc ab Vtinenſi tanquam certos ac notos prætermitti: a Madio etiam tam facilè enumerari: hinc contra a Victorio ſic ignotos reputari vt ne ratio quidem vlla ſuperſit, ſi ei credas, vnde colligi poſſint? Quãquam ſi docuiſſet Victorius reuera aliquam partem propoſitæ Diſputationis eſſe deprauatam in qua Diſſolutiones illæ proferantur, apertũ eſſet deprehendi non poſſe numerum quem ſtatuit Ariſtot. Sed hoc non probat Victorius, itaut ſpes adhuc ſuperſit aliqua, Superest igitur vt quid cæteri ſentiant ac nũ cum Madio conſentiant, imprimis verò quæ ratio ac via huius numeri ineundi Ariſtoteleæ ſolutionum doctrinæ ac tractationi reſpondeat, quoad eius fieri poſſit inueſtigemus. Ergo dum Alexander ſilet altiùs, Riccobonus, Mutinenſem, qui paulò poſt Victoriũ ſcripſit, ſecutus, duodecim reuera eſſe his confirmat verbis, *Defenſionum verò & ſolutionum, tria ſunt genera, vnum a varietate imitandi, quod quinque habet locos, a tempore vel præterito, vel præſenti, a fama vel opinione, ab idea, a caſu, a more: alterum a varietate, ſignificandi, quod quatuor habet locos, a linguis, a tranſlationibus, ab affectionibus verborum,*

*ab am-*

Marginal notes (left margin): *CONTROVERSIA XCV. Num XII et quæ ſint capita defenſionum. Cõluiũtur Interpretes Vtinenſis, Madius.* — *Victorius.* — *Res in anguſtio rem adducitur locum* — *Alexãder* — *Riccobonus.*

Marginal notes (right margin): p. 312. m. — p. 292. p. — p. 294. f.

Digitized by Google

*ab ambiguo, tertium a varietate errandi, quod habet tres locos, ab alia arte, ab eo, quod accidit, a mi-*
*nori malo. Itaque Defenſionum & Solutionum loci duodecim ſunt*, ſic Riccobonus, ſecutus vt
dicebam vel potiùs interpretatus Mutinenſem. hinc enim reſponſiones contineri ait tri-
603 bus capitibus, ac primum quidem (inquit) continet ſolutiones quæ ducũtur ex varietate
imitandi: quæ ſolutiones quinque ſunt ſecundũ caput continet ſolutiones quæ ducuntur
a varietate ſignificandi & ſunt quatuor: poſtremum continet ſolutiones quæ ducuntur a
varietate erratorũ & ſunt tres. ſic Mutinẽſis. qui addit ſe hic non repetere duodecim iſtas
reſponſiones quòd eas iam anteà in diſputationis curſu dilucidè cõmonſtrauerit, Itaque
Riccobonus eas ſubiicit & enumerauit ex Mutinenſi. Atque hæc Riccoboni ſententia,
etſi alioquin ſpinoſa videri poteſt, quæque difficilè cum Ariſtotelis diſputatione coniu-
gatur, mihi tamen in eo videri ſolet quàm Madiana commodior, quia in Madiana præter-
mittuntur ſolutiones quæ a linguis ac tota dictionis varietate deriuantur. Id quod tãdem
animaduertit quidem Madius: ac propterea in huius loci Annotatione ad extremum ſic
ſcribebat. *Sciendum eſt, Ariſtotelẽ in hac poſtrema parte, cùm Poëtarum increpationes in ſummam*
*colligit, de ijs tantùm meminiſſe, quæ ducuntur ex rebus quarũ ſolutiones numero duodecim eſſe dixit,*
*eas verò prætermiſiſſe, quæ in dictione ſunt. hæ ſiquidem apertè ſuperiùs erant explicatæ: item quoniã*
*ad eas, quæ ex rebus ſumuntur, relatæ, pauci admodum eſſe momenti cognoſcuntur.* ſic iſte, vt culpam
vel culpæ ſuſpicionem eluat dũ, vt duodecim reſponſionũ obeat numerum, qui tamen in
diſputatione maior ſeſe videatur obiicere, non omnia enumerat Capita. Quanquam nihil
erat cur Ariſt. eam partem ſolutionum quas ex vocibus duxerat, prætermitteret, cum hac
prætermiſſa germanus Capitum numerus rectè obiri nequeat, aut ſaltem nihil erat quod
tam affirmatè concluderet omnino duodecim eſſe & ex dictis conſtare atque enumerari
poſſe. Vt omittam eas quæ ex dictione aut vocibus dicuntur ſolutiones, eſſe magni pon-
deris, & ad dubitationes tollendas referre plurimum. itaut Madius culpæ, quia ſcilicet nu-
merus ſolutionũ maior illi videretur, ac propterea quo ſe verteret non haberet, depellen-
dæ aut excuſandæ, temerè eam excogitarit rationẽ. Sed redeo ad Riccobonum, a quo, ſi li- *Riccobo-*
ceret, libenter ſciſcitare cur ad tria illa capita duodecim illas reuocet reſpõſiones: ſeu cur *nus quoq;*
ex trib. illis Capitibus deriuari affirmet magnopere etiã dubitarem num rectè obierit nu- *ac propte-*
merũ. Mihi itaque alia planè ratio, mirè anceps (id quod fortaſſe deterruit Victoriũ) & in- *rea etiam*
par.139. uſitata videtur obiici ab Ariſtotele quia cogamur reſponſiones propoſitas obſeruare. Eſt *Mutinẽſis*
autẽ (ſi me audias) huiuſmodi. Principiò igitur cum obiicitur Poëtis impoſſibile aliquid *refellitur.*
quod cecinerint, primã affert reſponſionem: nimirũ excuſandum erratum, quia quãtum-
uis res ſit impoſſibilis, interim tamen Poëta finem aſſequatur ſuum, quã rem explicat A- *Qui tandẽ*
chillis exemplo. Dum. n. exercitum nutu cohibet apud Homerũ, quod tamen attentiùs æ- *ex dictis col-*
ſtimanti fieri nequit; admiratio tamen excitatur inter legendũ, itaut Poëta finem aſſequa- *ligi poſſit*
tur admirationẽ excitans ac ſtuporem. ſic ſanè dummodo poëta optato potiatur fine ex- *ac ſtatuinu-*
cuſabitur ab impoſſibili. Secundã reſponſionem profert contra impoſſibilis aut non valde *merus Re-*
diſſimilis rei erratum, ſi contigerit vt in erratum inciderit poëta ob alienæ artis ignoratio- *ſpõſiorum*
nẽ, in quo propterea ait erraſſe non per ſe & ob propriæ artis vitiũ, quia ſcilicet id quod ſi- *atque ille*
bi imitandum propoſuerat haud quiuerit imitari, ſed quia imitatus ſit. ille quidem appo- *duodenus.*
ſitè rem quam ſibi propoſuit, ſed quæ tamen abſurda eſſet & impoſſibilis: vt ſi ceruã quæ *I. Reſponſio.*
caret cornibus, cornibus expreſſerit & effinxerit. Hæc ſecunda reſponſio, quã ab eo quod *II.*
par.140. eſt per accidens appellare poſſumus, quemadmodum primã a fine. Quod ſi rurſus obiicia-
tur poëtæ, aliquid eũ cecinisse quod verũ non ſit ſeu aliter habeat, tertiam affert reſpõſio-
nem ex Sophocle: nimirũ eſſe ſaltẽ talem qualẽ eſſe oporteret. Itaque tertia ſolutio duce-
tur & appellabitur ab eo quod oportet. Atq; hic obſcuritas primũ obrepit; nã cum dixiſ-
ſet Ariſt. Sophoclẽ ſic depellere conſueuiſſe tertiã hanc accuſationem, vt diceret ſe ſaltem *III.*
res efficere quales oportet, è veſtigio ſubiiciebat idẽ Ariſtoteles, *Euripides verò quales ſunt.*
Vbi dicas iam quartam afferri reſponſionem, errare videaris quia accuſatio reprehende-
bat rem non verã, quorſum igitur ad Euripidis reſponſam confugere, vt dicamus ſaltem
qualis eſſet: contra verò ſi negis hinc offerri quartam reſponſionem, cur ſubiicit Ariſto-
teles, *ſin autem neutro modo?* videtur enim quintam iam parare reſponſionem, ſi fortè nec
603 Sophoclea nec Euripidea ſit opportuna. Quanquam reuera Euripidis dictum attulit hoc
in loco Ariſtoteles non in quarti reſponſi loco, ſed vt obiter ſubiiceret elegans Euripidis
dictum & cum Sophocleo qui cum belle certabat, compararet. Quare ea verba, *ſin*
*autem neutro modo*, ſignificant, ſi tale ſit erratum vt non modo res a poëta expreſſa non

*ab ambiguo, tertium a varietate errandi, quod habet tres locos, ab alia arte, ab eo, quod accidit, a minori malo. Itaque Defenſionum & Solutionum loci duodecim ſunt.* ſic Riccobonus, ſecutus vt
603 dicebam vel potiùs interpretatus Mutinenſem. hinc enim reſponſiones contineri ait tribus capitibus, ac primum quidem (inquit) continet ſolutiones quæ ducūtur ex varietate imitandi quæ ſolutiones quinque ſunt ſecundū caput continet ſolutiones quæ ducuntur a varietate ſignificandi & ſunt quatuor: poſtremum continet ſolutiones quæ ducuntur a varietate erratorū & ſunt tres. ſic Mutinēſis. qui addit ſe hîc non repetere duodecim iſtas reſponſiones quòd eas iam antea in diſputationis curſu dilucidè cōmonſtrauerit. Itaque Riccobonus eas ſubiiecit & enumerauit ex Mutinenſi. Atque hæc Riccoboni ſententia, etſi alioquin ſpinoſa videri poteſt, quaque difficilè cum Ariſtotelis diſputatione coniugatur, mihi tamen in eo videri ſolet quàm Madiana commodior, quia in Madiana prætermittuntur ſolutiones quæ a linguis ac tota dictionis varietate deriuantur. Id quod tādem animaduertit quidem Madius: ac propterea in huius loci Annotatione ad extremum ſic ſcribebat. *Sciendum eſt, Ariſtotelē in hac poſtrema parte, cùm Poëtarum increpationes in ſummam colligit, de ijs tantùm meminiſſe, quæ ducuntur ex rebus quarū ſolutiones numero duodecim eſſe dixit, eas verò prætermiſiſſe, quæ in dictione ſunt. hæ ſiquidem apertè ſuperiùs erant explicatæ: item quoniā ad eas, quæ ex rebus ſumuntur, relatæ, pauci admodum eſſe momenti cognoſcuntur.* ſic iſte, vt culpam vel culpæ ſuſpicionem eluat dū, vt duodecim reſponſionū obeat numerum, qui tamen in diſputatione maior ſeſe videatur obiicere, non omnia enumerat Capita. Quanquam nihil erat cur Ariſt. eam partem ſolutionum quas ex vocibus duxerat, prætermitteret, cum hac prætermiſſa germanus Capitum numerus rectè obiri nequeat, aut ſaltem nihil erat quod tam affirmatè concluderet omnino duodecim eſſe & ex dictis conſtare atque enumerari poſſe. Vt omittam eas quæ ex dictione aut vocibus dicuntur ſolutiones, eſſe magni ponderis, & ad dubitationes tollendas referre plurimum. itaut Madius culpæ, quia ſcilicet numerus ſolutionū maior illi videretur, ac propterea quo ſe verteret non haberet, depellendæ aut excuſandæ, temerè eam excogitarit rationē. Sed redeo ad Riccobonum, a quo, ſi liceret, libenter ſciſcitarer cur ad tria illa capita duodecim illas reuocet reſpōſiones: ſeu cur ex trib. illis Capitibus deriuari affirmet magnopere etiā dubitarem num rectè obierit numerū. Mihi itaque alia planè ratio, mirè anceps (id quod fortaſſe deterruit Victoriū) & inuſitata videtur obiici ab Ariſtotele quā cogamur reſponſiones propoſitas obſeruare. Eſt
par.139. autē (ſi me audias) huiuſmodi. Principio igitur cum obiicitur Poëtis impoſſibile aliquid quod cecinerint, primā affert reſponſionem; nimirū excuſandum erratum, quia quāuumuis res ſit impoſſibilis, interim tamen Poëta finem aſſequatur ſuum, quā rem explicat Achillis exemplo. Dum .n. exercitum nutu cohibet apud Homerū, quod tamen attentius aſtimanti fieri nequit; admiratio tamen excitatur inter legendū, itaut Poëta finem aſſequatur admirationē excitans ac ſtuporem. ſic ſanè dummodo poëta optato potiatur fine excuſabitur ab impoſſibili. Secundā reſpōſionem profert contra impoſſibilis aut non valdè diſſimilis rei erratum, ſi contigerit vt in erratum inciderit poëta ob alienæ artis ignoratione, in quo propterea ait erraſſe non per ſe & ob propriæ artis vitiū, quia ſcilicet id quod ſibi imitandum propoſuerat haud quiuerit imitari, ſed quia imitatus ſit ille quidem appoſitè rem quam ſibi propoſuit, ſed quæ tamen abſurda eſſet & impoſſibilis: vt ſi ceruā quæ caret cornibus, cornibus expreſſerit & effinxerit. Hæc ſecunda reſponſio, quā ab eo quod
par.140. eſt per accidens appellare poſſumus, quemadmodum primā a fine. Quod ſi rurſus obiicia tur poëtæ, aliquid eū cecinisse quod verū non ſit ſeu aliter habeat, tertiam affert reſpōſionem ex Sophocle: nimirū eſſe ſaltē talem qualē eſſe oporteret. Itaque tertia ſolutio ducetur & appellabitur ab eo quod oportet. Atq; hic obſcuritas primū obrepit; nā cum dixiſſet Ariſt. Sophoclē ſic depellere conſueuiſſe tertiā hanc accuſationem, vt diceret ſe ſaltem res efficere quales oportet, è veſtigio ſubiiciebat idē Ariſtoteles, *Euripides verò quales ſunt.* Vbi dicas iam quartam afferri reſponſionem, errare videaris quia accuſatio reprehendebat rem non verā, quorſum igitur ad Euripidis reſponſam confugere, vt dicamus ſaltem qualis eſſet: contra verò ſi negis hinc afferri quartam reſponſionem, cur ſubiicit Ariſtoteles, *ſin autem neutro modo?* videtur enim quintam iam parare reſponſionem, ſi fortè nec
603 Sophoclea nec Euripidea ſit opportuna. Quanquam reuera Euripidis dictum attulit hoc in loco Ariſtoteles non in quarti reſponſi loco, ſed vt obiter ſubiiceret elegans Euripidis dictum & cum Sophocleo qui cum belle certabat, compararet. Quare ea verba, *ſin autem neutro modo*, ſignificant, ſi tale ſit erratum vt non modo res a poëta expreſſa non

*Riccobonus quoq; ac propterea etiam Mutinēſis refellitur.*

*Qui tandē ex dictis colligi poſſit ac ſtatui numerus Reſpōſorum a quo ille duodenus.*

*I. Reſponſio.*

*II.*

*III.*

Vu 2 ſit

IV. ſit vera,ſed neque qualis oportuit,itaut fortè Sophoclea reſponſio non ſit accommodata
propoſitæ Accuſationi,iam aliò confugiendum,ac dicendum,*ſic aiunt*(& hic quidē quar-
V. ta nobis affertur Reſponſio)ac propterea famam & opinionem ſi non veritatem ſecurus
eſt poëta:quemadmodum in Diis euénit quos humanis affectibus non quidem verè ſed
ex vulgari ſermone ſubiecit.ſic ſanè habemus quartam reſponſionem.Iam igitur ſubiicit
quintam qua vtamur ſi fortè obiiciatur aliquid quod non vt oportet repreſentetur: aitq; *par. 141*
illuc confugiendum vt dicamus(ſi tamen res ita tulerit)rem ſic ſe habuiſſe:ita vt ſi nō me
liùs & prout oportuit,at certè verè,expreſſa ſit.id quod Diomedis confirmat armis, quas
non melius in Saurotere,ſed tamen pro more ſaltem Illyricorum,collocaſſet. Vbi quinta
hæc reſponſio, quoniam accuſationē refellit qua aliquid ſi non melius & prout oportet,
ſaltem prout euenit,canitur, Euripida reſponſio confirmari poſſet: nam reprehenſionem
depelleret ſtatuens & ſi non melius prout oportuit,at certè quale eſſet, expreſſum fuiſſe
VI. ipſum factum.ex quo etiam liceret adhuc coniectare Euripideum illud ibi non,reſponſi
nomine fuiſſe additum,ſed vt obiter cum Sophocleo quod data opera fuerat allatum,ele-
ganter necteretur. Veniò ad Reſponem ſextam. Nam ſi obiiciatur (inquit Ariſtoteles)
quidpiam non benè dictum aut factum,eò confugiendum eſt vt dicamus non modò ſpe- *par. 142*
ctādum quid factum aut dictum ſit,num ſit bonū vel malū,verùm etiam ad perſonā quæ

dicit aut facit: ſeu
de qua dicit aut agit: vel
quando dicit aut agit: vel
quomodo dicit aut agit; vel denique
cuius gratia id agit.

vt verbi gratia ſi id agit vt maius fiat bonum. vel vt minus fiat malum. Hæc inquam,eſt
ſexta reſponſio qua occurritur Accuſationi vnde quidpiam non benè dictum aut factum
Poëtæ obiiciatur. Vbi iam maior ſeſe obiicit obſcuritas,ita vt de numero hærere cogar nō
mediocriter.ſi enim tota hæc ratio vnicam conſlet reſponſionem, itaut membra iſta ſint
vnius eiuſdémque reſponſionis membra,fortaſſe idem dicendum erit de reſponſionibus
variis quæ iam iam ſub dictione ponentur. ex quo fiet vt ad duodenum numerum ægrè
peruenire,liceat.Contra verò ſi membra in Reſponſiones conuertantur,duodenus ſupe-
rabitur longiùs.Quanquā,mea quidem ſententia,minuta illa membra πρὸς ὅν, ἢ ὅτε, ἢ ὅτῳ, ἢ
οὗ ἕνεκα.vnius eiuſdémque rationis ſunt membra; illudque omnino iubet Ariſtoteles vt
VII. quæ factum circumſtant comitantúrue conditiones, eæ diligenter ſpectentur vt inde cri- *par. 143*
minis depellendi captetur occaſio.Sequitur ſeptima Reſponſio quæ non certam retundit
accuſationem ſed varijs aptari poteſt. Monet igitur ad dictionem quoque recurrendum.
quæ ſanè tum linguam(vt quæ diſtinctis omnino locis proponit perſequitur Dictionis af- *par. 144*
fectiones in vnum colligam)tum metaphoram,tum accentum, tum diuiſionem ſeu vo- *par. 145*
cum interpunctionem,tum amphibologiam,tum loquendi modum & conſuetudinem *par. 146*
offert vnde variæ dubitationes ſæpè diluantur.Vbi ſanè vel quia ſex haſce elocutionis affe- *par. 147.* *par. 148.*
VIII. Cum IV. reliquis. ctiones non aceruatim commemorat quemadmodum dicentis agentiſve conditiones il-
las de quibus modò diſſerebā,ſed primò linguam proponit, de qua multis nos docet exē-
plis vt depellendi criminis rationem aſſequamur;tum eodē nomine diſſerit de metapho-
ra ac ſubinde de cæteris,ego ſanè crediderim interim in Dictionis veluti ſinu ſex reſpon-
ſionum formas atque adeò ſex reſponſiones nobis obiici. id quod eò mihi probatur ma-
*Dubitatur* gis,quòd in elenchis etiam has fermè Dictionis affectiones ſingulas ſingulis reſponſioni-
bus conflandas refert. Ita quidem duodecim reſponſiones inuentæ eſſent & conſtitutæ:
quæ Ariſtoteleas planè complerent.Sed tenebræ iam obrepunt maximæ.quandoquidem
aliquæ adhuc ſubiici viderentur reſponſiones. vna enim ex omonomia deriuari videtur
continenter in particula cxlix.tres rurſus in clx.Imò verò in hac eâdem particula clx.alias
rurſus præter tres dictas ſubnecti dicas; itaut nil mirum ſi aut Madius, quæ ex dictione gi-
gnuntur,optauit prætermitti,aut Victorius perturbatam literam obtendit dum numerū
inire haud poſſet:vel Vtinēſis ac Mutinenſis aut etiam Alexander duodecim haſce Reſpō
ſiones hîc ex nomine atque ordine recenſere detractauit; vel denique Riccobonus dictio
nis reſponſiones ad quatuor contraxit,atque alia quædam mirificè nouauit: inprimiſque
ordinem qui maximo ſubſidio eſſe poterat in tanta obſcuritate,omnino perturbauit.Sed
*Reſpondetur.* ne ſic cæteros reprehendere aut vrgere videamur dum non diſſimilibus ipſi anguſtiis pre-
mimur,ad me ipſum redeo.qui ſanè ſic ſentio;duodecim reſponſiones quas allatas ait A-
riſtote-

riſtoteles, eas eſſe quas nos attulimus hactenus, ita ut poſtrema ſit quæ amphibologia continetur. At enim quid de cæteris quas ipſemet ſubiici reſponſiones indicabas modò? Ego verò ſi oſtendero quæ proximè conſequitur & ex omonomia ſeu æquiuocatione quàm noſtrates vocant Peripatetici, deriuari videtur reſponſio, non in reſponſionis haben

*Docetur reſponſiones particulæ CLI. non quaſi nouas referri ſed quaſi allatas expoliri. Prius verò docetur quæ poſt omonomiam afferuntur reſponſiones, non eſſe nouas, ſed ſuperiorũ expolitionem.*

dam loco, vel certè non decimamtertiam conſtituere reſponſionem, ſed ſeruire prioribus grauiſſimam hanc Controuerſiam omnino dilucidaſſe & explicaſſe exiſtimauero. Nam quæ poſt omonomiam ſubiiciuntur reſponſiones, non nouæ ſunt reſponſiones, ſed ſuperiorum expolitio & declaratio, quod ſanè (ad omonomiæ ſiquidem dubitationem redibo paulò poſt) duobus argumentis oſtendo. primum eſt, quia ſi quis attentiùs æſtimet has XII. quas hactenus nobis Ariſtoteles obtulit reſponſiones, ſex priores ex rebus, ſex poſteriores ex dictione & verbis deriuantur, ita vt Author non temerè ſed certò illas diſtribuerit ac retulerit ordine. Cum igitur reſponſiones quæ ſubiiciuntur in particula CLI. pertineant ad res ſeu ad prioris ordinis reſponſiones, quis non intelligat, aut ſaltem magnopere ſuſpicetur, has quoniam ad res pertinent, non nouas eſſe? Certè ante dictionis reſponſiones fuiſſent commemorandæ ſi in reſponſionum loco habendæ erant, non poſt. Altera ratio eſt quia tres primæ reſponſiones quæ afferuntur in dicta particula CLI. iam ab initio allatæ ſunt in particula CXXXIX. & CXL. prima enim a poëſi quod eſt, vt deinde declarat, a poëſis natura & fine ducitur, & impoſſibilis accuſationi delendæ adhibetur, quod ab initio factum fuerat in particula CXXXIX. Altera quæ ducitur ex meliori, eſt eadem cum illa quam in particula CXL. ab eo duxerat quod oportet: quámque ibi etiam melioris nomine declarauit. Tertia ducitur ex fama & ex iis quæ ducũtur, quæ item iiſdem verbis propoſita fuerat antea in particula CXL. Dum verò ſic pergit, vt doceat qua ratione tres haſce reſponſiones a his Accuſationib. vt quæ alogo continentur, depellendis, adhibeatur, hæ ſanè Interpretib. ipſis fatentibus, ac ſigillatim Madio docente, non nouæ ſunt reſponſiones, ſed eædem quæ & modò & a principio afferebantur: ſolúmque earum vſus declaratur latius. Quod ſi interim addit aloga poſſe etiam inde tolli, quia non eſt contra rationem ut interdum aliquid accidat præter rationem atque veriſimile aliquid interdum fieri præter veriſimile; iam ne hinc quidem licet decimam tertiam ſtatuere reſponſionem. nam hæc reſponſio ad eam reuocatur quam aduerſus impoſſibile attulerat ab initio hoc eſt in particula CXL. dum ad id quod diceretur & famam confugiebat. Quam ſanè rem vnà cum iis quæ paulò ante docebam de aliis particulæ CLI. reſponſionibus lubet paulò planiùs explicare (in hoc enim cardo vertitur grauiſſimæ huius Controuerſiæ) atque altiùs confirmare. Ergo Ariſtoteles (ſi quis reputet diligenter) ſic Impoſſibilis Accuſationem diluerat, vt adhuc locus ſupereſſet huiuſmodi reſponſioni paulò clariùs explicandæ & declarandæ: idque magno cum huiuſce quam inſtituerat Defenſionis bono. Iam igitur expletis reſponſionibus, ex ordine ad primam redit, atque illam explicat clariùs: aitque oportere Impoſſibile vel ad poëſim vel etiam ad melius aut ad opinionem (ad hæc enim impoſſibile perinde ac non verum illud redigit interim Ariſtoteles) reuocare: ſimúlque declarat copioſè quomodo impoſſibile vel ad Poëſim vel ad melius vel ad opinionem reuocentur. Mox
605 verò, quoniam animaduertebat quartæ reſponſioni in qua dixerat *ſaltem ſic dici*; vt cum Dii vulnerari aut huiuſmodi quædam pati dicuntur; illud obiici poſſe, hoc a veriſimili abhorrere longiùs, reſpondet aliquando non eſſe præter rationem vt aliquid fiat vel contingat præter veriſimile. quaſi diceret inde ſaltem poſſe defendi inueriſimile illud, quòd veriſimile ſit atque adeò rationi conſentaneum vt aliquid etiam interdum præter rationem ac veriſimile contingat. Et ob id etiam addit aloga quoque hoc prætextu poſſe defendi confugiendo ad ea quæ dicuntur, quod eſt ad famam: cum non alogon ſit & contra rationem aliquid interdum contingere contra rationem. Et hinc iam explicare quoque licet cur addiderit continenter, *Subcontraria verò, vt dicta ſunt, oportet conſiderare, quemadmodum in ſermonibus refutationes, ſi idem, & ad idem, & ſimili modo. Quare & ipſe reſpicit, aut ad ea quæ ipſe dicit, aut ad id quod prudens ſupponat*. Non enim nouam item affert reſponſionem, aut docet qua occurrendum ſit reſponſione ſubcontrariis, quaſi verò hîc ſubcontraria nouum aut certum Accuſationis conſtituant caput cui iam ſit occurrendum: ſed monet in vniuerſum ὑπεναντία ſeu ſubcontraria (ſubcontraria intelligens quæ variis nominibus in propoſitis Accuſationum Capitibus ſigillatimque in ſexto notari potuiſſent) ſic eſſe conſideranda & expendenda quemadmodum in Elenchis factum eſt; ita vt obſeruetur ſi idem ſint: & ad idem, & eodem modo, referantur. Itaque ſine

dubio his verbis expoſitio quædam continetur, & viſus declaratur ſuperiorum rationum. & ad reſponſionem ſextam pertinent maximè, in qua tulerat obſeruandum quem ſeu de quo, quando, cui ſeu quo, & cuius gratia. Hæc enim ſic obſeruanda ſunt dum aliquid ſibi contrarium obijcitur vt cautio illa & regula in Elenchis prorſus obſeruanda ſit, & videndum num idem vtrobique, & ad idem, & eodem modo, referantur. Et eodem pertinet quod ibidem iubet expendi diligenter quis loquatur quæ, & ad quem loquatur: & quid vir prudens loqueretur. hinc enim ſubcontrarijs quæ obijcerentur ſoluendis eodem modo cautionem & viam nobis reuocat in memoriam. Itaque hic quoque expoſitionem habeamus eorum quæ iam antea dicta fuerant. Et hinc eſt vt hanc partem in qua talem declarationem aggreditur vel certè altius confirmat & dilatat, longius, illis verbis auſpicetur, *ὅλως δὲ τὸ ἀδύνατον*, quod eſt, *in vniuerſum autem impoſſibile*, & quæ ſequuntur: vbi ſignificat etiam in res alias ſpectare, & allatas reſponſiones explanare. Id quod veriſſimè dici is quoque ſentiet qui obſeruauerit ad illa ſique verba *ὅλως δὲ* ſic attuliſſe reſponſiones vt pro ſingulis vſurparet *τὰ δὲ* vel quid ſimile, monens aliqua etiam dilui poſſe noua ratione: quem orationis tenorem vltra XII. quam nos ſtatuimus, reſponſionem nuſquam in reliqua diſputatione vſurpauit. Iam igitur ad noſtram ſententiam penitus confirmãdam ſupereſt vt dubitatio tollatur ſi qua Reſponſio XIII. proferri adhue videbatur: quæque ex omonomia, de qua in particula CIL. deriuabatur. In qua illud obſeruo, loquendi modum quo vtitur Ariſtoteles, etiam nobis offerre vnde pugnemus, vel ſaltem ſuſpicemur, ibi reſponſionem afferri nullam. Quid enim erat cur rem ſic aggrederetur *δεῖ δὲ καὶ ὅταν*, *oportet autem & quando*, ſi nouam afferebat reſponſionem? certè cæteras reſponſiones quas longo ordine huic loco præmiſerat ſolemnibus illis particulis *τὰ δὲ* vel *τὰ δὲ* aut ſimilibus aggreſſus fuerat: quibus commodè docere cœperat alia criminationes dilui poſſe noua hac ratione. Atque huc etiam pertinet quod pergens ait quidem, vbi fortè *ὄνομα*, nomen inquam, videretur aliquid repugnans ſeu contrarium ſignificare, videndum eſſe quot notiones habere poſſit eo in loco, ſed omonomiæ, quæ tamen vox in Elenchis eſt Ariſtoteli vſitatiſſima, mentio nulla. Et tamen ſi hic nouam reſponſionem attuliſſet, omnino dicere debuiſſet *τὰ δὲ ὁμωνυμίᾳ*, quemadmodum in particula CXLVI. nouam cum afferret rationem, dixerat *τὰ δὲ διαιρέσει*, & in CXLVII. *τὰ δὲ ἀμφιβολίᾳ* & in CIIL. *τὰ δὲ κατὰ τὸ ἔθος*. 606
Itaque dum ſubdit, *oportet autem & quando nomen aliquod repugnantiam aliquam ſignificare videatur, conſiderare quot modis ſignificet*, vehementer ſuſpicor non nouam reſponſionem afferre ſed expoſitre allatas ſeu rationem oſtendere qua vtiliter propoſitos reſponſionis locos tractemus: quandoquidem quæcunque ex verbis ſe ſe offerat repugnantia, ſine dubio ſpectandum eſt num fortè varias habeat notiones. hinc enim fiet vt commodiùs deinde & opportuniùs confugere poſsis vel ad accentum, vel ad diuiſionem, vel ad amphibologiam, quæ ex nomine in ſententiam irrepſiſſet, vel ad conſuetudinem. Hoc (ſi me audias) eſt germanum Ariſtotelis conſilium. hæc germana ſententia, in hoc loco. Expeditis enim varijs reſponſionum formis in particula CIIL. iam in CIL. rationem oſtendit ac viam vnde cõmodiùs adhuc & tutiùs propoſitas reſponſiones vſurpes. Et hinc eſt vt cum in Particula CL. abſoluiſſet huius cautionis explicatum in CLI. ad nouam cautionem & ſuperiorum rationum explicationem aggrediens eo loquendi modo vtatur, *ὅλως δὲ*, quaſi diceret *& in vniuerſum* animaduertendum, & quæ ſequuntur. Ex quo fieret vt in Particula CLI. pergeret in expoſitione quam inchoarat in CIL. ſic ſanè omnis cecidiſſet dubitatio. Niſi tamen illud rurſus quæreres cur reſponſionem quæ ex omonomia ducitur non ſigillatim attuliſſet. Certè in Elenchis nominatim ex omonomia ducit rationem Sophiſmatis diluendi. De qua re infra in alia CONTROVERSIA. Iam igitur altera proferatur Controuerſia vt id explicemus quod de Compoſitione & allegoria dubitatum eſt quinto loco, ſimúlque alteri ſatisfaciamus quam modò de omonomia excitabant. Talis igitur ſit Controuerſia. Cur neque ex Compoſitione, neque ex Allegoria, neque ex Omonomia rationes duxerit quibus occurreretur Accuſationibus. cum enim id fecerit in Elẽchis, ſanè præſtabat Poëtarum Accuſationes his etiam adiumentis retundere. Præſertim quia, Omonomia & Allegoria tam latè patet in Poëtis ac tam frequenter occurrit, vt non ſine crimine prætermitti poſſe videatur. Dicamus autem de Omonomia primùm: An igitur dicendum eſt Ariſtotelem hic amphibologiæ nomine comprehendiſſe Omonomiam quoque? ægrè id affirmauerim. Tametſi enim magnam habent affinitatem, ita vt amphibologia, quæ propriè obſeruatur in ſententia, ex omonomia quæ in nomine ſeu voce aliqua eſt poſita, plerunque

*Reditur ad dubitationem ex Omonomia ductã & explicatur particula CIL. et CL.*

**CONTROVERSIA XCVI.** *Cur Nec ex Omonomia, nec ex Compoſitione, nec ex Allegoria, duxerit reſponſiones. De Omonomia.*

runque oriatur, tamen in Elenchis diſtinctè diſſerit de ſingulis. Ergo crediderim ideo hic ſigillatim non egiſſe de Omonomia quòd cum antea egiſſet de ratione quaſi ſiue ex accẽtu, ſiue ex diſtinctione, ſiue ex amphibologia, ſiue ex metaphora; ſiue ex communi vſu loquendi, ſiue ex lingua, diſſoluerentur Accuſationes, iam in ijs omonomiæ vſum inculcarat, nam verbi gratia accentus varietas poteſtate continet omonomiam: vox enim illa antequam afficeretur accentu, omonima eſſe poterat, ita vt pro accentus varietate diſſoluatur omonomia, & hinc apud græcos grammaticos longa illa fluxit de omonimis quæ longo ordine enumerant, ambiguitas quam accentus diſſoluunt varietate. Atque eadem poteſt omonomia in reliquis fermè quas Dictione comprehendit vocibus occurrere: ita quidem Ariſtoteles, quoniam Omonomia in reſponſionibus illis deliteſceret, iuſſerit vt
607 diligens habeatur ratio variæ ſignificationis nominis ſeu vocis quæ repugnantiam parere videretur. De Compoſitione verò ſic ſtatuo. Reuera Compoſitio de qua in Elenchis, propriè cadit in Sophiſma quod Syllogiſmo inter diſputandum gignitur, vt cum dicimus: homo ſedens poteſt ambulare, aut non ſcribens ſcribere. Socrates quieſcit & non ſcribit; ergo ambulat & ſcribit. vbi cum eſſet concludendum ex vi Propoſitionis, ergo poteſt ambulare & ſcribere, quod rectè fuiſſet concluſum, colligitur; ergo ambulat & ſcribit, quod concluditur perperã. Cũ igitur in Poëmate vix occurrere poſſit Accuſatio quæ ex tali Sophiſmate oriatur, ſcitè Ariſtoteles hoc Accuſationis diſsimulauit genus ne inutiliter diligens videatur. Difficilius eſt quod de allegoria obijciebatur cuius vſus (ſi quoſdã audiamus) eſt frequẽtiſsimus in Poëmate. Itaque Victorius cum in hãc incidiſſet dubitationem, mirum eſt quàm vehementer cõmotus ſit. *In alijs (inquit) quæ mihi moleſta fuerunt ac multũ ſanè diuque ſollicitarunt, fuit, quod in rationibus his criminum refellendorum, allegoriam non poſuit: quæ tamen plurimum ad hoc valere ſemper exiſtimata eſt & qua veteres ſcriptores in culpis præcipuè quibuſdam Homeri defendendis plurimũ vtuntur, cũ etiam extiterint qui ex illis plenum volumen effecerint, & hoc præcipuè pacto Diuiniſſimo illi Poëtæ ſuccurrere voluerint. Heraclides verò is fuit, nõ tamen ille Ponticus vt habetur, Platonis auditor, ſed alius quidã, vt opinor, niſi fortè in nomine et error eſt: nihilque non falſum de illo memoriæ proditum eſt, ſed longiùs etiã tradit quædam apud Homerum κατ' ἀλληγορίαν defendi poſſe, atque alij etiam cum huiuſcemodi aliquid cõtingit, quod indignum abſurdúmque illic videatur, plerunque eò recurrunt; atque ita ipſum purgant vt aliud dixiſſe Poëtam, aliud intelligi a nobis voluiſſe, teſtentur.* Hæc Victorius qui ſanè in eam ſententiam inclinare videtur vt exiſtimet allegoriæ nomen non fuiſſe vſitatum Ariſtotelis tempore, Itaque metaphora id contineri ſuſpicatur quod alij ad allegoriam reuocarent. Ex quo fieret, vt quam aliqui ad Homerũ ac Poëtas tuendos afferunt rationem, ad allegoriam confugientes, metaphora concluſiſſet Ariſtoteles. & hac de cauſa Victorius de metaphora quoque diſputat iuſiſsimè vt doceat longè variè fuiſſe acceptam, ita vt allegoriæ notio in eam cadere poſsit.

De Compoſitione.

De compoſitione.

De Allegoria.

Pag. 29. 58

Ego verò nec de metaphora velim hoc tempore diſputare, ſed potiùs (etſi non alieno loco quin percommodo in Poëtica tractaretur cum ſit Poëtis familiariſsima) ad Commentarios Rhetoricæ id reijcere: neque rurſus peruestigare num allegoriæ nomen ſit vetuſtũ. Cum enim de re conſtet, nihil eſt quod de verbis curioſè diſſeramus. Et enim Plato ipſe teſtatur Homeri ſtudioſos, vt eum defenderent, eò confugere conſueuiſſe nõ raiò vt dicerent aliud verbis, aliud ſententia ſignificaſſe, atque adeò ſub verbis tanquam ſub velo quodam arcanos ſenſus ac myſteria occultaſſe. Quam tamen ſententiam deridet Plato, atque Homeriſtas dum ad haſce confugiunt interpretationes ac myſteria, Gorgonum & Chimerarum multitudinem excitare ac monſtra proferre. Quapropter magnopere ſuſpicor Ariſtotelem ideo hanc Homeri tuendi rationem prætermiſiſſe quòd animaduertiſſet eos qui huic rei operam nauaſſent, & huiuſmodi allegorias ſeu myſteria vel potiùs ſomnia literis commendaſſent, minùs probaſſe induſtriam ſuam cordatis viris: quin viſos eſſe otio abuti ac literis. Et ſanè Proclus in Platonis Timæum ſic allegorijs ac ſomnijs nobiliſsimã diſputationem illam complet, vt ſtomachũ moueat. id quod alijs Platonicis multis quaſi otioſis obijcitur. nam & Damaſcius & Porphyrius, & Iamblichus & Proclus rurſus in ſua Theologia, & alij multi, hoc philoſophandi genere delectati ſunt: Orphicas, & Heſiodicas ex Theogonia, proferentes fabulas, quibus item reſpergunt Homerum ac Platonẽ ipſum iiſdem neniis cumulare nituntur altiùs. A quo philoſophandi genere vtinam abſtinuiſſet Euſthatius. Nam de cæteris antiquis, quoniam Ethnici fuerunt, minùs mirãdum. Atque hæc de allegoria, qua claudere lubet hanc diſputationem. quandoquidem de figuris verborum & ſententiarum & ſi quid ſupereſt huiuſmodi, erit dicẽdum in Rhetoricæ

Commen-

Digitized by Google

*CONTROVERSIA. XCVII. Nũ defendi poſſit Ariſtoteles dum neceſſariam cenſet imitationem tripartitò tãtum variari.*

Commentarijs. Nunc redeo ad Ariſtotelem. Apud quem tripartita illa rerum imitandarum varietas contra quam dubitauimus ſeptimo loco; ſine dubio grauem adhuc habet 608
dubitationem. Nam reuera quæ proprio loco nimirum in particula CXXXVII. obiecimus, ea tantùm ratione extenuauimus, quòd qui cõſuetudinem ſpectet, aut id ferè quod oporteret, reuera imitetur, vel quæ fuerunt aut ſunt, vel quæ dicuntur aut creduntur, vel quæ oporteret; at tripartitò tantùm variari poſſe, ita ut hæc diſtributio neceſſaria ſit, non docuimus quin negauimus. Nam ſi quis Chimæras & inauditas imagines animo fingat & imitetur, aut caſu monſtroſum aliquid exprimat, is non imitetur quæ oportet, ac ſummatim a tripartita illa diſcedat varietate. Itaque cum dixerit Ariſtoteles eſſe neceſſarium, vt quis vnam rem ex his tribus imitetur, reuera dubitatio planè explicata nõ eſt. imò verò ſumptio, quoniam quartum membrum eſt in promptu, videtur reijcienda. Quanquam ne ſiquidem tripartita illa ſumptio exciperetur, Homero tuendo accommodata eſſet ſatis. Nam multa cecinit Homerus quæ non modò non fuerunt aut ſunt, ac multò minùs eſſe oporteret, verùm etiam quæ nec dicerentur antea, nec opinione aut ſuſpicione vllius animum occupaſſent, cuiuſmodi eſt Xanthum Achillis equum locutum, eidémque mortem prædixiſſe: fluuios bellum geſſiſſe, & id genus alia, quæ ipſe primus excogitauit & cecinit. Et hinc eſt vt multi ad allegorias confugerint, vt ſaltem allegoricè rem ad bonas fruges traducerent. Quod tamen Ariſtoteli tuendo nullo modo eſſet idoneũ, qui allegorias non excepit. Sed clauſula hæc ſit, Ariſtotelem totam hanc rem ſic diſſimulaſſe (nimirum poſſe quartum membrum afferri, vt ſi quis inauditam belluam aut nouum monſtrum ex multis fingeret belluis aut mõſtris vnde quartum membrũ proferret) vt reſponſum ſubindicarit quo extenuaretur hæc quoque culpa, ſi fortè a quopiam obijceretur. Reſponſio verò illa eſt, eſſe rationi conſentaneum vt aliquid interdum eueniat contra veriſimile, ſic enim fit vt ſit etiam veriſimile aut conſentaneum vt poëta aliquid canat quod nec ſit nec fuerit, nec credatur aut dicatur, nec ex his ſit quæ eſſe oporteat. ſed è contrario ex ijs quæ eſſe non oporret. Hæc vt Ariſtotelem, ſi quomodò poſſim, tuear in hac re: in qua perueli m eſſe breuis quòd eandem attigerim in particula CXXXVII. Atque eâdem de cauſa ero breuiſſimus in altera quæ turſus ſuccederet Controuerſia; NVM ſcilicet quæ peccat poëta ob alienæ artis ignorationem, tã facilè ſint excuſanda quemadmodum ſignificat Ariſtoteles. Cum enim totam hanc rem non paucis agitauerim in Particula CXXXIX. ſanè cautionem qua ibi vtendum monuimus, retineri velim: fieri enim poteſt vt vſque adeò turpiter præ alienæ artis ignoratione labatur (huius rei exempla attulimus tum paulo ante in dubitatione nona, tum in dicta Particula CXXXIX.) Epicus ac poëta excuſari nullo modo poſſit. Itaque omnino eſt vt poëta, ne ad infirmum atit lubricum huiuſmodi præſidium confugere paſſim cogatur, Horatianum illud æſtimet diligenter.

*CONTROVERSIA. XCVIII. Num quæ errat poeta ob alienæ artis ignorationem, ſint facilè excuſanda.*

*In Poet. ad uit.*

*Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam*
*Viribus; & verſate diu quid ferre recuſent,*
*Quid valeant humeri——*

Atque hinc eſt vt qui Heroicum Poëma aut graue aliquod carmen pangere aggrediatur is temerè faciat, niſi præter ea quæ ſunt poëſis propria & cum arte ſunt coniunctiſſima, (talis eſt tum Grammatica & Proſodia metrorúmque ratio, tum aliqua fabularũ cognitio, tum ipſa facultas ſiue Ars poëtica vnde percipiatur actionis ac totius poëmatis eiuſdémque partium vſus & conſtitutio) eam doctrinarum varietatem aliquo modo peragrarit quibus paſſim ſparguntur poëmata & exornantur. Itaque nec Aſtrologiæ erit ignarus nec Geographiæ, nec Hiſtoriæ, nec eloquentiæ: aliquam etiam Phyſiologiæ ac Moralis ſcientiæ partem mágno: attinget cum bono quemadmodum ex Virgilio & Torquato ſatis animaduertere licet. Etſi enim his ornanda eſt Epopœia & illuſtranda, non conflãda, (humanæ ſiquidem actiones ſeu Heroicæ ei conflandæ deſtinantur) veruntamen ægrè vel 609
certè nullo modo nobile pangas Heroicum, niſi eiuſmodi diſciplinis mediocriter ſaltẽ imbutus fueris. Denique quemadmodum ſal & condimentum epulis, ſic liberales doctrinæ poëmatis adhibendæ ſunt. Nam qui doctrinas in Poëmate non pro condimento habent, ſed quaſi epulas afferunt, ij ſanè poëmatis finem ac naturam ignorare vidẽtur. Verẽdúmque eſt ne doctrinæ potiùs oſtentandæ gratia id aggrediantur (quanquam alieno loco oſtentant & infœliciter) quàm vt boni poëtæ officio ſeruiant. vt propterea liberales doctrinæ attingendæ quidem ſint poëtæ, ſed commodè & parcè ſeu moderatè vſurpandæ. De-

nique

nique non oſtentationis gratia ſed ad variandum illuſtrandúmque poëma. Supereſt poſtrema dubitatio: pro qua talis ſtatuatur Controuerſia. NVM, ſcilicet, defendi poſſit Ariſtoteles qui Homero impia & ſlagitioſa de Diis canenti patrocinatur. Et quidẽ quàm turpiter multa de Diis cecinerit Homerus, in promptu eſt. Itaque Plato, qui Græcorum inſtar omnium nobis eſſe poteſt, in ſua Republica illum inſectatur acriter & coarguit. Cicero etiam, qui nobis item Latinos referre poteſt, cum illud conqueſtus eſſet Homerũ humana tranſtuliſſe ad Deos (nimirum odia, diſcordias, ſeditiones, bella, mendacia, libidines, ſtupra, fraudes, & id genus alia) illud egregiè pronunciauit, quo rem non minùs ſapienter concluſit quàm breuiter, MALLEM vt diuina ad nos, quibus ſignificauit ei potiùs fuiſſe nitendum, vt iuſtitiam, pietatem, prudentiam, ſapientiam ac virtutes reliquas a Diis ad homines, quoad eius fieri poſſet, deriuaſſet, ſeu in hominibus, vt eas planiùs intuerẽtur & colerẽt expreſſiſſet (hoc enim erat poëtæ munus) quàm Deos in ſua poëmata tot tantiſque vitiis introduxiſſet & cumulaſſet. De qua re tota nos cum non multò antea, tum verò in Comparatione, & in Aeneidis addo etiam in Timæi Commentatijs diximus multa; ita vt non neceſſe ſit in præſentia hac in re immorari.

*CONTROVERSIA XCIV. Nũ defendi poſſit Ariſtoteles qui Homero impia et flagitioſa de Diis canenti patrocinatur.*

Illud potiùs præsẽtis eſt loci, NVM Ariſtoteles defendi poſſit qui Homero impia & flagitioſa de Diis canenti patrocinari non dubitauit. Tametſi enim dum id faceret, non eorum more ac modo qui ad allegorias confugerant, defenſionem inſtituit, ſed vt ijs allegoriis noua monſtra proferri animaduerterat ac pueriliter fingi plurima, totam hanc defenſionis rationem ac viam, protritam licet, omnino contempſit, verũtamen alteram breuiſſimè commonſtrauit quæ impia ac turpis videri poteſt. Ac primùm optaſſet ille vt liceret quoquo modo ſtatuere quæ de Diis ab Homero dicuntur, aut vera, aut meliora, videri poſſe. ſed tamen, quoniam ſatis intelligebat id eſſe abſurdiſſimum, *fortaße*, inquit, *neque licet dicere meliùs ſic, neque vera ſunt*; vbi rem certam & exploratam, in dubitationem quodã modo reuocauit. Quid eſt enim Ariſtoteles, vt turpitudines illas *fortaße* nec meliùs, nec verè pronunciari ſtatuas, cum apud cordatos viros talis ac tanta labes ſed ne labis quidem ſuſpicio aut vmbra, in diuinam naturam cadere nullo modo poſſit? Itaque *vulgi rumorem ac famam ſequamur*, inquit quamuis enim hæc forſitan ſuſpicari haud conuenit, veruntamẽ neſcio quo pacto accidit vt iſthæc & dicantur & credantur. Quare quod Xenophanes dicere ſolebat cum ea reprehẽderẽtur quæ turpiter de Diis canerẽtur *Non ita homines paſſim ferunt*: ita Ariſtoteles iſthæc in Homero tolerari voluit quod in vulgus ſparſa eſſent ac dicerentur paſſim. Qua in re equidem non poſſum non deſſentire. Etſi enim Horatianum illud, *Sequere famam*, in rebus geſtis quas Tragici & poëtæ deriuant ex Hiſtoriis, libenter amplector, in fabulis etiam in quibus nec religio, nec honeſtas violatur, id largior poëtis vt ſequantur famam; veruntamen in ijs quæ religionis ac iuſtitiæ ſunt caput ac vertex, atque adeò humanæ ſocietati plurimùm vel obeſſe poſſunt vel prodeſſe, famam non turpem ac falſam aut a flagitioſis hominibus diſſeminatam excipi velim, ſed honeſtam ac moderatam. Quanquam ne id quidem verum eſt, Homerum ac poëtas vulgarem famam hac in re excepiſſe, aut quæ a vulgo neſcio quo pacto crederentur, ceciniſſe; ſed vt ad omnem laſciuiam vulgus impelleret, vel certè vt vulgi petulantiæ ac laſciuiæ patronus adeſſet a quo plauſu exciperetur, mortalium vitia ac varia flagitia ferè primus ad Deos retulit. Itaque quemadmodum Heſiodus non pauca in ſua Theogonia minùs caſtè de Diis cecinerat, ita Homerus conſimilia multa eáque turpiſſima decantauit. Quapropter cur Ariſtotelem, hoc eſt grauiſſimum philoſophum, excuſem, vel potiùs non grauiter accuſem qui conniuendum cenſuit Homero in hac re, immo patrocinatus eſt eius flagitiis, non habeo. Certè Plato in Euthyphrone illos qui in parentes peccarent, ſéque Iouis exemplo tuerentur, qui apud poëtas Saturno fuiſſet iniurius, acriter reprehendit & damnat. Illud vnum vtcunque fortaſſe Ariſtotelis minuat culpam, quòd cum Græcorum Dii illi eſſent Demones aut ficta numina, commodè caderet vt tali ac tanta labe egregij illi Dii cumularentur.

*Vide pa. 140.*

610

# CAPVT XXIV.

## PARTICVLA CLIII.

Πρότερον δὲ βελτίων ἡ Ἐποποιητικὴ μίμησις, ἢ ἡ Τραγωδική, διαπορήσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ ἡ ἧττον φορτικὴ, βελτίων. τοιαύτη δὲ ἡ πρὸς βελτίους θεατάς ἐστι, δῆλον ὅτι ἡ ἅπαντα μιμουμένη, φορτική. ὡς γὰρ οὐκ αἰσθανομένων, ἂν μὴ αὐτὸς προσθῇ, πολλὴν κίνησιν κινοῦνται. Οἷον οἱ φαῦλοι αὐληταὶ κυλιόμενοι, ἂν δίσκον δέῃ μιμεῖσθαι, καὶ ἕλκοντες τὸν κορυφαῖον, ἂν Σκύλλαν αὐλῶσιν. Ἡ μὲν οὖν Τραγωδία τοιαύτη ἐστίν. ὡς καὶ οἱ πρότερον τοὺς ὑστέρους αὐτῶν ᾤοντο ὑποκριτάς, ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα, πίθηκον ὁ Μυνίσκος τὸν Καλλιππίδην ἐκάλει. τοιαύτη δὲ δόξα καὶ περὶ Πινδάρου ἦν. ὡς δ' οὗτοι ἔχουσι πρὸς αὐτούς, ἡ ὅλη τέχνη πρὸς τὴν ἐποποιίαν ἔχει. Τὴν μὲν οὖν πρὸς θεατὰς ἐπιεικεῖς φασιν εἶναι. διὸ οὐδὲν δέονται τῶν σχημάτων, τὴν δὲ Τραγικὴν, πρὸς φαύλους. ἡ οὖν φορτικὴ, χείρων δῆλον ὅτι ἂν εἴη.

VTrum verò melior Epopœia imitatio ſit, an Tragica, dubitare aliquis poterit. Etenim ſi illa melior, quæ minùs inuidioſa; huiuſmodi ſanè eſt, quæ ad meliores ſit ſpectatores: manifeſtum quidem, quod illa quæ cuncta imitari vult, magis inuidioſa eſt; vt quæ parum ſentientes, niſi multo motu moueantur, excitare debeat. Id quod inepti tibicines efficere ſolent: qui cum diſcum imitari oporteat, ſeipſos in gyrum agunt: Scyllámque dum modulantur, chori principem trahunt. Itaque Tragœdia talis eſt; vnde priores illi iuniores ſe pro hiſtrionibus habebant. ſiquidem Myniſcus velut in co nimium Callipidem ſimiam appellabat, taliſque propemodum de Pindaro opinio erat. Vt autem hi ad illos ſe habent: ita quoque integra ars ad Epopœiam. Hanc igitur ſicut præſtantiorum ſpectatorum eſſe dicunt, hiſtrionica arte minimè indigentium: ita ignarorum Tragœdiam, quæ quoniam inuidioſa, ideo deterior eſſe apparet. Paccius.

*IAm verò, vtrum ſit melior Epopœica imitatio, an Tragica, dubitare aliquis poſſet. Nam ſi quæ minùs oneroſa eſt, melior eſt, & talis pertinet ad ſpectatores meliores: manifeſtum eſt, quæ omnia imitatur, oneroſam eſſe. Quaſi enim non ſentientibus, niſi ipſe Poeta multam adiunxerit motionem, mouentur, vt mali tibicines voluuntur, ſi diſcum oporteat imitari, & trahentes coryphæum, ſi Scyllam cecinerint. Ac Tragœdia quidem talis eſt, quemadmodum etiam qui prius fuerunt, exiſtimabant poſteriores hiſtriones. Nam Myniſcus Callipedem vocabat tanquam nimis exuperantem ſimiam: ac talis quoque opinio de Pindaro erat. Vt autem iſti ſe habent inuicem, ſic tota ars ad Epopœiam ſe habet. Atque hanc quidem circa ſpectatores probos aiunt eſſe. Quamobrem nihil egent figuris. Tragicam verò ad improbos. igitur oneroſa peior profectò erit.* Riccobonus. 611

COMM. CLIII. *De Epopœia & Tragœdia vtra ſit præſtantior. Cur id hoc in loco diſputet.*

PVgnauit hactenus Ariſtoteles, ac tanquam pro aris & focis decertauit, pro Homero. Quamuis enim videri voluit Poetarum patrocinium ſuſcipere vniuerſim, & verò ſuſcepit, cum reſponſiones illæ perinde ac reprehenſiones deriuari poſſint ferme omnes ad poemata varia, ſigillatim tamen ad Homerum deſcendit, atque in eum ſe ſe recepit partem ac ſtuſit vt iis criminibus ſatisfaceret quæ in Homerum vulgatis quoque libris ſparſa eſſent.

Nunc quoniam eò rem adduxit et Homerum eiuſque Epopœias ab obtrectatoribus pugnaciter ne dicam mordicus defenderit, ſuſpicari potuiſſet quiſpiam ipſum in Plato-

nis

nis ſententiam deſcendere, qui Epopœiam antepoſuerat Tragœdiæ. Siquidem Plato in libro II. de legibus non obſcurè ſignificauerat epopœiam viris prudentibus longiùs probatam iri, quàm Tragœdiam: quem Platonis locum afferemus & examinabimus quoque poſtea. Ergo Ariſtoteles tum vt Tragicorum qui innumeri propè eſſent, vel inuidiam & offenſionem declinaret, vel gratiam promereretur, tum maximè ne cum Magiſtro cõſentire videretur à quo libenter diſcedebat, conuertit velum, docétque Tragœdiam potiùs Epopœiæ ſiue Tragicam imitationem Epicæ eſſe præferendam quàm è contrario.

*Pro epopœia differit primò.*

Principio igitur proponit quæſtionem, atque ait poſſe aliquẽ dubitare vtra imitatio ſit melior atque præſtantior, Epicáne an Tragica. Vbi vtrum res hæc fuiſſet dubitata, & in controuerſiam vocata non aperit: ſed tantùm affirmat poſſe quempiam de hac re dubitare. Tum quæſtione propoſita, pro Epopœia argumentatur aduerſus Tragœdiam: deniq; (id quod aggreditur in ſequenti particula) decernit pro Tragœdia aduerſus Epopœiam. Sed argumentum agnoſcamus quo pugnat pro Epopœia: quod ſi explicetur, videri poſſet huiuſmodi. Quæ imitatio eſt minùs φορτική, minùs inquã oneroſa, ea eſt melior atq; præſtãtior. Epopœia minùs oneroſa, quã Tragœdia; eſt igitur melior atq; præſtantior. Hæc eſt ratiocinatio: in qua ſanè propoſitionẽ primò affert; mox ſumptionis, quã reticet, probationẽ: tum ad extremùm infert concluſionẽ, tametſi de hac re (quoniam ratiocinatio inuoluta eſt) planiùs adhuc & diſtinctiùs ad extremùm, nunc propoſitionem ſigillatim expendamus, quæ ſine dubio obſcura videri poteſt. Quid eſt enim imitationem eſſe φορτικὴν quod nos interim oneroſam expoſuimus? ſanè inuidioſam exponunt aliqui: alii importunam; quidam ſumptuoſam: alij operoſam ac minutam vel etiam laborioſam intelligunt, mihi tamen, ne de uoce laboremus quæ apud Græcos Authores latè patet, ac pro loci opportunitate commodè exponenda eſt, perplacet Robortelli explanatio. *Ea Poëſis (inquit) præſtantior eſt, quæ paucioribus eget adiumentis extrinſecus ſumptis ad imitationem ſuam & vim exprimendam: rurſus ea quæ pauciora requirit adiumenta, accommodata eſt ad peritiores auditores; quæ verò huiuſmodi, præſtantior: peritiores voco auditores, qui etiam ſine geſtu hiſtrionum, ac voce & apparatu, aptè percipiunt imitationem Poëmatis; nam vulgares rudéſque homines non aptè intelligunt, niſi omnia ponantur ob oculos, quaſi tunc agantur, ſenſu enim viuunt inſtar brutorum, ac mouentur; neque mentis acie, aut cogitatione poſſunt uti, quam nunquam excoluerunt, ſegnes igitur illorum ſenſus, ac mentes imitatione ſcenica, ab hiſtrionibus rem de qua agitur referentibus voce, vultu, geſtu, habitu, totius denique corporis motione ſunt irritandæ atque incitandæ. Sed tali tantáque rerum euidentia, ac expreſſione non egent docti homines, qui meditationi ſunt aſſueti: percipiúntque etiam ea, quæ longiſſimè abſunt a corporis ſenſibus. Epopœia igitur, cum narratio ſit ipſorum Poëtarum, ſola recitatione contenta eſt, aut etiam tacita mutáque lectione vnius.* Sic iſte, qui licet argumentationem tumultuaria quaſi ratione perſequatur, eámque potiùs confundat quàm ad germanum reuocet ſyllogiſmum, partes ex ordine explanans & comprobans: tamen dum eo nomine oneroſam appellari ſignificat Tragœdiam quòd multis adiumentis indigeat extrinſecùs vt expleat opus. ſine dubio cum Ariſtotele philoſophatur, qui (quod planiùs apparebit non multò poſt) inde docet eſſe oneroſam quòd imitatores motionem extrinſecus adhibent, eámq; multam ac vehementem. Et reuera Epopœia, quoniam poëtæ ſcriptione contenta eſt, atq; inde a cæteris cognoſcitur, vix ac ne vix quidem extrinſecùs quicquam aſſumere cogitur vt opus expleat ſuum. Tragœdia contra, quippe Dramatica & actuoſa, geſtu & motu indiget; ac propterea operioſior eſt & oneroſa magis ac laborioſa: præſertim quia non modò perſonas inducit vnde Orcheſtra & Scena indiget ac veſtibus, & inſtrumentis multis ac ſuppellectile, aut etiam motu, vt dicebam, & geſtu, verùm etiam cantu & melodia, cum in choro hæc adhibeantur. immo in recitatione etiam altiùs attollere vocem neceſſe eſt & clamare; ita vt olim non tam recitare, quàm, dum intenderet tonum, canere ac perſonare viderentur. φορτικὴ igitur appellatur Tragica imitatio quia ob tot ac tanta quæ aſſumit extrinſecus, eſt operoſa & laborioſa, addo etiam tum poëtæ & actoribus, tum verò auditoribus, dum omnia tanto ſtudio ac ſupra quàm rei cognitio & auditorum intelligentia poſtulet, imitari conatur, moleſta & grauis & ideo Ariſtoteles non modò ait multam huic imitationi adiungi motionem (vbi id quod maximè omnium operoſam reddit imitationem, attingit) verùm etiam quia omnia imitatur, oneroſam eſſe. Ita ſanè & propter ſumptum oneroſa dici poteſt, licet non huc primò ſpectet Ariſtoteles, & propter offenſionẽ, cum talis támque elaborata imitatio apud viros nauos non ſit neceſſaria, ſed ocioſa & moleſta; & rurſus inuidioſam licet eam appellare, cum tali imitatione indignationẽ quoque ex-

*Explicatur ratio.*

*Quid ſit imitationẽ eſſe oneroſam.*

pa. 313 p.

612

que ex-

que excitet apud eruditas aures: & minuta rurſus, & importuna, cum rebus omnibus nulla id neceſſitate aut opportunitate cogente tantopere demittant ſtudium, ita vt mimi videri poſſint. verè enim per illud tempus receptum erat vt Tragœdi & actores mimi eſſent ac parùm viriles, actiones, vt ſeruirent vulgo turpi etiam corporis agitatione exprimentes ita vt malè audirent, ac mimi nomen inuidioſum, imò ignominioſum eſſet.

*Explicatur ratiocinatio reliqua*

Iam verò quoniam conſtat cur φορτικὰ dicatur, conſtare quoque poteſt nō temerè hinc propoſitionem illam afferri, eam imitationem eſſe meliorem quæ minùs oneroſa eſt. Cōſtat etiam aſſumptionem verā apparere cum Epopœia nec extrinſecis iſtis adiumentis nec vehementi imitatione iſta indigeat.

Atque hinc licebit animaduertere quid ſibi velit Ariſtoteles primò dum ſubdit, & talis imitatio (quæ ſcilicet eſt minùs oneroſa) pertinet ad ſpectatores meliores, nam ingenui & eruditi ſpectatores offenduntur operoſa & minuta illa imitatione, moderata delectantur. quibus verbis tanquam ſigno confirmat propoſitionem. cum enim eruditi ſpectatores minùs operoſam requirant imitationem, planè intelligitur hanc meliorē eſſe. & ideo propoſitione confirmata, colligit cōcluſionem, atque, manifeſtum eſt imitationem quæ omnia imitatur oneroſam eſſe. vbi docet Tragicam imitationem eſſe magis oneroſam, Aſſumptionem non tam proferens quàm probatione ſubiectā indicans. *Quaſi enim non ſentientibus, niſi ipſe* (ſcilicet Poeta) *multam adiunxerit motionem, mouentur.* Quibus verbis ſignificat ſpectatores ingenioſos nimirum moleſtè ferre cùm vident hiſtriones tātam motionis vim adhibere imitationi, & tantopere laborare vt illis res obiiciant ac repreſentent. Videntur.n. parum confidere eorum intelligentiæ, atque adeò illos ingenio tardos & quaſi bardos reputare: induſtria.n. illa rudioribus ſeruire quidē poteſt, pro ingenioſis certè odioſa eſt. Id quod confirmat vno & altero Auledorum ſeu tibicinum exemplo, vel potiùs (quoniam illi Comœdi non eſſent) ſimili. Primum eſt quemadmodū enim vbi certetur diſco, mali tibicines (rudes ſcilicet vel qui ſui fines excedūt muneris) ſi diſcus ſic iactetur vt in gyrum quod facilè contingebat, quaſi turbo voluatur, ſe ſe in gyrum torquent attollūntq; quódque non ſatis imitari tibiis valent, agitatione illa corporis (vilem ſcilicet ac ridiculum in morem) imitari nituntur; ſic mali hiſtriones nimia motione contendunt res imitari. Alterum eſt: quia iidem dum tibiis imitari nituntur Scyllam non dico latrantem cum aliquibus tametſi latrare quoque dicitur, ita vt canat apud Poëtam Helenus Aeneam de nauigatione admonens.

*Quam ſemel informem vaſto vidiße ſub antro*
*Scyllam & cæruleis canibus reſonantia ſaxis.)*

Sed nauem impetu ad ſe trahentem & vorantem (id quod egregiè quoque expreſſit Virgilius dum caneret

*Ora exertantem & nauem in ſaxa trahentem.*

Coryphæum attrahunt ſeu præcentorem proindéque chorum reliquum qui coryphæum cōſectatur vt ductorem (ſic enim nauē planè attrahi & abſorberi indicatur) ita hiſtriones illi nimia illa motione. his inquam ſimilibus illuſtrat illā oneroſam imitationē & importunā. Quibus poſitis pergit, *Tragœdia quidem igitur talis eſt, quemadmodum etiā qui priùs fuerunt eos qui ſibi ſucceſſiſſent reputabant hiſtriones.* Quibus verbis authoritate hiſtrionū ipſorum confirmat oneroſam fuiſſe Tragœdorū illorum motionem. nā veteres hiſtriones recentiores quique ſibi ſucceſſiſſent hoc nomine inſimulabant quòd nimii eſſent: itaq. Myniſcus Callipedem inſimulabat & exuperantē ſimiā appellabat. Quod vitium erant qui in Pindaro (celebrem hiſtrionē alterum intelligat oportet) inſuper notandum opinarentur. Sic Ariſt. exemplis & authoritate confirmat id quod dixerat de Tragœdia: vel certè in his verbis, *Tragœdia quidem igitur talis eſt*, Aſſumptionem profert argumentationis: mox verò ſubdens *quemadmodum etiam priores hiſtriones, poſteriores reputabant*, approbat Aſſumptionem, quam approbationem confirmatione ſua rurſus confirmat probatione pergēs. *Nam vt nimium exuperantem, Myniſcus ſimiam vocabant Callipedem: eadémque de Pindaro erat opinio.* 613
Ita quidem ratiocinatio paulò aliter formanda eſſet. Siquidem priùs eam afferret propoſitionem, Si quæ minùs oneroſa eſt imitatio, ea eſt melior (talis autem eſt quæ pertinet ad meliores ſpectatores) perſpicuum eſt eam quæ è contrario imitatur omnia, eſſe non minùs, ſed magis oneroſam & importunam; quandoquidē imitator interim perinde ſe gerit cum ſpectatoribus & perinde ſe mouet ac ſi ii nihil ſentirent & perciperent, niſi ipſe multā ac vehementē adhibuerit motionē: idque ea planè ratione qua mali tibicines mouent

ſe ſe

ſe ſe dum vel diſcũ ſe ſe voluendo, vel Scyllam Coryphæum trahentes, imitantur. quibus omnibus propoſitionem priùs (idque vniuerſim de mine loquens) tum eiuſdem approbationem, attuliſſet. Mox verò pergens, *Tragœdia quidem igitur talis eſt*, propoſitionẽ ſubijceret ab vniuerſo genere imitationis ad Tragicam imitationem progrediens. tũ verò approbationem approbationíſque confirmationem ſubijceret quemadmodum docui. Ita quidem dum pergit. *Vt autem ij ſe habent inuicem, ſic ars vniuerſa ſe habet ad Epopœiam*, concluſionem induceret, docens eandem propoſitionem habere Artem & imitationem vniuerſam (poëticam ſcilicet) ad Epopœiam quam habent Tragœdi illi inter ſe: ac propterea fieri vt Epopœia ſit minùs oneroſa quàm Tragœdia, quemadmodum Myniſcus minùs exube-
614 rans erat quàm Callipedes ac Pindarus. Quod ſi pergit. *Hanc quidem igitur circa ſpectatores probos aiunt eſſe, quare ij nihil indigent figuris. Tragica contra eſt ad improbos*: expolitione quadam vtitur qua altiùs obſeruat in Epopœia id quod in propoſitione dixerat vniuerſim de imitatione: eam. ſ. quæ eſt minùs oneroſa, pertinere ad meliores ſpectatores. Imò verò cum ſupra in propoſitione dixiſſet *quæ eſt minùs oneroſa imitatio, ea pertinet ad ſpectatores meliores*, his indicat Epicam imitationem nihil oneroſi habere cũ Tragicis figuris non indigeat. Itaq; niſi fortè contingat vt aliunde ſit oneroſa, ob talem imitationem certè non eſt. Atque his omnibus tum accurata argumentatione, tum opportuna cõditionis illius expolitione altiùs conſtitutis, vt in circulum recurrat oratio, explicat id quod dubitauerat ab initio; vtra ſcilicet imitatio ſit melior: docétque Tragica imitatione Epicam, ſeu Tragœdia Epopœiam eſſe meliorem ſeu digniorem ac præſtantiorem. Hæc mea quidem ſententia, eſt germana inuoluti huius loci ratiocinatio. tametſi non me lateat aliter alios; ita vt aliqui duas rationes in propoſitis verbis obſeruent, ac diſtinctis ſyllogiſmis efferant.

Iam verò dubitari poſſit Num Controuerſia iſta de Tragœdiæ & Epopœiæ præſtantia *Dubitatur I.*
per idẽ tempus agitaretur nec ne. Nam Ariſtoteles dum ab initio ait poſſe aliquem hac de re dubitare, non videtur agnoſcere talem priùs excitatam fuiſſe Controuerſiam: & tamen paulò poſt dum ait, Atque hanc imitationem circa ſpectatores probos aiunt eſſe, videtur id quod in ratiocinatione propoſita eſt fundamentũ Epicæ dignitatis, alieno proferre nomine. Imò cum pergat in particula cliv. *Ac primùm quidem accuſatio non eſt artis Poeticæ*, videtur propoſitum argumentũ fuiſſe Tragicæ imitationi deprimendæ atque Epicæ extol- *II.*
lendæ adhibitũ. Sed & illud dubitari poteſt qui non inconſtans ſit Ariſt. aut anceps qui in principio ſignificat Epopœiam eſſe minùs oneroſam, & importunã, non verò nil planè oneroſam. Siquidem ad extremùm videtur eam omni importunitate liberare, cum ſtatuat *III.*
nil planè indigere mimiſcis illis figuris. Et ſanè cũ non ſit Dramatica ſed ſola ſcriptione cõtenta ſit, videbatur ab initio quoque, vt ſibi conſtaret, ratiocinatio omni ex parte ab importunitatis crimine vindicanda, non minùs importuna & oneroſa iudicanda. Deniq; ſatius erat nullo modo hac illam a principio aſperſiſſe macula, quàm illam eluere in progreſſu. *Reijciũtur argumẽta propoſita ad Controuerſiã centeſimam.*
Quanquam illud palmare videri poteſt quod Ariſtoteles dum certat pro Epopœiæ præſtantia, hanc unam viderit rationem qua illam anteponeret Tragœdiæ: cum tamẽ & ab argumento, & a perſonis, & a carminis grauitate, & a magnitudine, & ab aliis multis velnti fontibus Epopœiæ extollendæ deriuare potuerit argumenta. An fortè dubitat non de illarum præſtantia vniuerſim, ſed de ſolius imitationis præſtantia excitatur dubitatio? Sed de hac re tota in Controuerſia: quam ſanè excitabimus ſtatim atque Ariſtotelea hac de re diſputatio fuerit abſoluta: Nunc pergamus in litera.

---

# PARTICVLA CLIV.

Πρῶτον μὲν οὖν οὐ τῆς ποιητικῆς ἡ κατηγορία, ἀλλὰ τῆς ὑποκριτικῆς, ἐπεὶ ἔστι περιεργάζεσθαι τῆς σημείοις, καὶ ῥαψῳδοῦντα, ὅπερ ἐποίει Σωσίστρατος· καὶ διᾴδοντα,
615 ὅπερ ἐποίει Μνασίθεος Ὀπούντιος. Εἶτα οὐδὲ κίνησις ἅπασα ἀποδοκιμαστέα, εἴπερ μηδ᾽ ὄρχησις· ἀλλ᾽ ἡ φαύλων, ὅπερ καὶ Καλλιππίδῃ ἐπετιμᾶτο καὶ νῦν ἄλλοις, ὡς οὐκ ἐλευθέρας γυναῖκας μιμουμένων. Ἔτι ἡ Τραγῳδία καὶ ἄνευ κινήσεως ποιεῖ τὸ αὑτῆς, ὥσπερ ἡ Ἐποποιΐα· διὰ γὰρ τοῦ ἀναγινώσκειν, φανερὰ ὁποία τίς ἐστιν· εἰ ἐστι τἆλλα κρείττων, τοῦτό γε οὐκ ἀναγκαῖον αὐτῇ ὑπάρχειν.

PRimum igitur huiuſmodi accuſatio non poëticæ, ſed hiſtrionicæ eſt: nam & indiciorum opifici tum, qui hæxametros recitat, quod Soſiſtratus faciebat, vtitur; tum qui hos concinit, quod Mnaſithæus Opuntius. Deinde non omnes motus ſunt improbandi, ſicut nec ſaltationes, ſed ineptorum tantùm: quibus & ipſe tunc arguebatur Callipides, & nunc etiam aliqui: perinde, ac minimè liberales fœminas imitētur. Ad hæc Tragœdia ſine motu, quemadmodum & Epopœia conficitur: vt quæ ex lectione quoque qualis omnino ſit, manifeſtò apparet. Itaque ſi in cæteris eſt præſtantior, illud ſibi quaſi minùs neceſſarium eſſe planè dicimus. *Paccius*

*AC primum quidem accuſatio non eſt artis poeticæ, ſed hiſtrionicæ quoniam poteſt vti ſignis etiam, qui recitat Epopœiam; id quod faciebat Soſiſtratus, & qui canit id quod faciebat Mnaſitheus Opuntius. Deinde non omnis motio improbanda, ſiquidem nec ſaltatio, ſed motio improborum. id quod etiam Callipidi vitio dabatur, & nunc alijs, tanquam non ingenuas mulieres imitantibus, Præterea Tragœdia etiam ſine motione facit illud, quod habet proprium, ut Epopœia. Nam per lectionem manifeſta eſt, qualis ſit. ſi igitur eſt in alijs melior, hoc certè ut ipſi inſit, neceſſarium non eſt.* *Riccobonus.*

*COMM. CLIV. Diluit argumētum pro Epopœia allatum idque tripliciter. I. Reſpōſio.*

VElum conuertit iam Ariſtoteles ac priùs rationi quã attulerat pro Epopœia varijs occurrit modis. mox varijs etiam argumētis certat pro Tragœdia cui etiam ad extremùm defert principatũ. Primò igitur oneroſam illam & importunam imitationem quæ obijciebatur Tragœdiæ, ait non Poëtæ ac Tragœdiæ ſed hiſtrionibus acceptam eſſe referendam: idque ea de cauſa quòd motus illi & geſticulationes & quicquid ſummatim extrinſecùs aſſumeretur, ab hiſtrionibus eſſet importatum in Tragœdiam, non ab arte ipſa & a poeta. Sic in libro I. Rhetoricorum monet vitia quædam in dicendi rationem & artificium fuiſſe inuecta, quæ non arti ſeu facultati quæ bona erat, ſed prauo artifici & malis oratoribus eſſent aſcribenda. Et ſanè ſi hiſtrionum culpa non artis ac Poëtæ vitio importunitas iſta obrepſit ſe conſtet in Tragœdiam, non Tragœdiæ ſed malo actori adſcribendũ erit peccatum. alìoquin epopœiæ quoq; tribui poterit, inquit Ariſtoteles; cum nihil prohibeat quo minùs motus ac geſtus aliqui Epopœiæ recitationi adhibeantur. id quod Rapſodos feciſſe legimus dũ publicè Epica Poëmata vel aliquam eius partem, ſiue recitarent vt Mnaſitheus Opuntius. id enim geſticulationes & motus cum intenſo illo vocis tono aut cantu cōiungebãt vt Epica actio magis ac magis exprimeretur. Hæc eſt prima ratio. Quæ tamen minùs firma

*Exagitatur tamen huiuſmodi ratio*

videri poſſet quòd Tragœdia eſt per ſe actuoſa & dramaticum Poëma: epopœia contra in ſermone ac narratione poſita eſt, ita vt nec actuoſa ſit, nec ad Dramaticum pertincat genus. ex quo fit vt cum non egeat actione & motu quemadmodũ indiget Tragœdia, temerè excuſari videatur Tragœdia, quaſi verò eadē importunitas cadat in epopœiam. Nam reuera talis importunitas per ſe Tragœdiæ quippe actuoſæ videtur inhærere: in Epopœiam caſu quodã importari, dum illam, vel certè aliquam eius partem, ad Dramaticã actionem reuocant aliqui, eam peruertentes potiùs quàm perficientes. Denique quæque res in germano ac perfecto ſtatu expendi debet: ac propterea cũ Epopœia narratione, ſeu ſcriptione & lectione gaudeat, Tragœdia actione abſoluatur (Dramatica enim eſt & ideo in definitione actio illius naturæ conſtituendæ adhibetur) ſatis conſtat motus ac geſtus ad Tragœdiã 610
ex inſtituto, ad Epopœiam præter inſtitutũ, proindeque importunè referri. Hac igitur de cauſa alterã (ni fallor) profert reſponſionē Ariſtotelcs: nimirum Tragœdiam moderata actione eſſe contentã; hanc verò non eſſe oneroſam & importunam. Si. n. ſaltatio quoque vbi moderata ſit & conueniens, probatur, non reprehenditur (quid enim prohibeat virilē eſſe, & cum rei militaris bono aut corporis ſalute, vno verbo honeſtè vſurpari ac proinde laudari?) cur Tragœdorum & hiſtrionũ motus & geſtus reprehendatur, vbi virilis ſit & moderatus? Et ſanè laſciui motus ac geſtus ſeu viles, & immoderati reprehendendi ſunt:

*II. Reſponſio.*

viriles & moderati laudandi & excipiendi; ita vt non inuidiam ſed laudē conflent Tragœdiæ. Itaque Callipedes (inquit Ariſtoteles) reprehendebatur, non quòd motus & geſtus adhiberet recitationi (hi. n. ornant actionem) ſed quia molles adhibebat, effœminatos, obſcœnos, atque idē de alijs affirmare licet qui mulierculas imitarentur laſciuas & petulantes vt captarent riſum. Hæc eſt ſecunda ratio: quæ reuera ſolida eſt & Tragœdiæ tuendæ

accom mo-

accommodata.licet enim hinc Comœdiæ dignitati non magnopere conſulatur in qua viles perſonæ,cuiuſmodi ſunt paraſiti,lenones,meretriculæ,inducuntur quorum geſtus ac motus,viles ſcilicet & obſcœnos,exprimere neceſſe eſt vt veriſimilis ſit imitatio;in Tragœdia tamen quæ ſeuera eſt & grauis,licet moderationem tueri ac viriles geſtus cum recitatione coniungere. Quanquã enim ſerui & ancillæ carnifices etiam interdum ac ſæui adminiſtri & truces inducuntur in Tragœdia,nil tamen prohibet quominus decorum & moderatio ſeruari poſſit. Addit tertiam rationem:quia ſcilicet Tragœdia ſine motione ac geſticulatione efficere poſſit quod habet proprium & ſuum illa conſequatur finem quemadmodum Epopœia; idque ſi ab actione abſtineat & ſcriptione aut lectione contenta ſit quemadmodum Epopœia. Quid.n. prohibet quominus rem aliquã exprimat & repreſentet cum id faciat Epopœia? Hæc poſtrema ratio. In qua tria obſeruo. Primum eſt non potuiſſe non fateri Ariſtotelẽ reuera Epopœiam quippe quæ non eſt Dramatica, ſine motione vlla ſuum explere munus ac ſuum aſſequi finem. Alterũ eſt non poſſe hac in re Tragœdiam niſi temerè parem effici Epopœiæ.cum enim Dramatica ſit & actione perficiatur, non poteſt epopœiæ concludi finibus quin aliqua ex parte peruertatur .:quod enim a ſuo genere diuellitur & alienis differentijs concluditur,peruertitur ſanè. & ideo cum Tragœdia ſub Dramatico genere ſeu forma concludatur, non poteſt ab illo ad *διηγηματικὴν* formam ſeu narratiuã niſi importunè reuocari. Poſtremum eſt eos qui ex hoc loco colligũt apparatum & melodiam non eſſe neceſſarias Tragœdiæ partes ex Ariſtotele, videri poſſe cum Ariſtotele cohærenter philoſophari. Itaque videndum eſſet nobis qui tueamur apparatum & melodiam eſſe partes neceſſarias Tragœdiæ. Quamuis enim inuidiam inde minuimus, quòd diximus comparatè cenſeri non neceſſarias,hoc eſt ſi cum fabula & cæteris qualitatis partib. conferantur,tamen hic videretur Ariſtoteles vniuerſim ac ſimpliciter id ſtatuere ſi concederet quin iuberet vt Tragœdia perinquè ac Epopœia poſſet ſola lectione comprehendi.ſed profectò qui ea diligenter aſſumet quæ de hac re tota diſſeruimus in Cõtrouerſia xli. intelliget apparatum & melodiã eſſe proprias partes Tragœdiæ, licet minus

617 neceſſarias quàm fabulã. Siquidem ſine fabula nullo modo exiſtere poteſt : ſine apparatu & melodia:inchoata & rudis poteſt exiſtere. At quid ad Ariſtotelem qui ait ſine motu facere quod ſuum eſt non ſecus atq; Epopœia? hunc quoque nodum ſoluimus in ea Controuerſia ad extremum. neque.n. quod ſuum eſt ita facit ſcriptione aut lectione (ſi tamen id profert Ariſtoteles: nã aliqui multo aliter legunt) vt id perfectè omnino faciat quemadmodum vbi acceſſerit actio, ſed tamen eò rem prouehit vt intelligatur ac percipiatur.& hac de cauſa paulo poſt tradidit ratione apparatum & melodiã eſſe non exiguam Tragœdiæ partem atque iis voluptates gigni maximas.immò vero ideo præfert Tragœdiam Epopœiæ quòd apparatu & melodia inſtructa ſit quibus caret epopœia, Quod ſi ſine apparatu & melodia ſuum opus abſolueret ac perfectè abſolueret ociosæ eſſent hæ partes : tantum àbeſt vt vllam ei dignitatem adiungerent. Ita vo ſatis animaduertere liceat Ariſtotelẽ,quippe qui ſtatuerit Tragœdiam epopœiæ anteponere,extenuaſſe (vt ſcilicet ſeruiat cauſæ) importunitatem illam,ac voluiſſe Tragœdiam ſine actione quoque ſuum prouehere opus: quod tamen ſola ſcriptione efficere non minus perfectè quàm Epopœiam, reuera nõ ſtatuit,ſed tantùm ait ſcriptione quoque efficere ſuum opus, quod rudi modo verè efficit) vt ſcriptione quoque efficit Epopœia. de qua re tota conſule Controuerſiam xli.

III. Reſponſio.

Examinatur & aliqua ex parte labefactatur.

## PARTICVLA CLV.

*Ἔπειτα διότι πάντ' ἔχει ὅσαπερ ἡ Ἐποποιία· καὶ γὰρ τῷ μέτρῳ ἔξεστι χρῆσθαι, καὶ ἔτι οὐ μικρὸν μέρος τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ὄψεις ἔχει, δι' ἧς αἱ ἡδοναὶ συνίστανται ἐναργέστατα. Ἔπειτα καὶ τὸ ἐναργὲς ἔχει καὶ ἐν τῇ ἀναγνωρίσει, καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων. Ἔτι τῷ ἐν ἐλάττονι μήκει τὸ τέλος τῆς μιμήσεως εἶναι· τὸ γὰρ ἀθροώτερον ἥδιον ἢ πολλῷ κεκραμένον τῷ χρόνῳ. λέγω δ' οἷον εἴ τις τὸν Οἰδίπουν θείη, τὸν Σοφοκλέους, ἐν ἔπεσιν, ὅσοις ἡ Ἰλιάς.*

Paccius. OMnibus inſuper quæcunque Epopœia continet, abundè pollet. nam & numeris vtitur: & quæ non modica pars habenda eſt, Muſica quoque, & apparatu, ex quibus ſanè voluptates ipſæ manifeſtiſſimè percipiuntur. Nec non in agnitione

cæteriſque actionibus euidentiſſima eſt. Et ambitu minori poeticæ imitationis finē aſſequitur. id enim vberiorem voluptatem præbet, quòd quæ per longam temporis periodum ſparſa habentur, breuiori collecta gyro perſtringit, exempli gratia. Si quis Sophocleum Oedipodem tot in carmina quot alias continet, diſtribuerit.

*DEinde quoniam habet omnia, quæ habet Epopœia, etenim metro licet uti. Et quod non paruam partem habet Muſicam, & Apparatum per quam uoluptates conſtituuntur euidentiſſimè. Deinde & euidens habet & in lectione, & in actib. Accedit quod finis imitationis eſt in minore longitudine, nam ſtrictus eſt iucundius, quàm id quod multi temporis miſtionem habet. Dico autem quemadmodum ſi quis componeret Oedipodem Sophoclis in quot uerſibus Ilias eſt.* *Riccobonus.*

COMM. CLV. *Varijs argumentis pugnat pro Tragœdia I.*

CVm argumentum diluerit (ſi tamen ſatis diluit) quo effici videbatur Tragœdiam eſſe poſthabendam Epopœiæ; nunc argumenta depromit quibus è contrario ſuperiorem illam efficiat, atque adeò inter poëmatum formas Tragœdiæ deferat principatū. Principiò autē eo vtitur argumento quod quas habet qualitatis partes Epopœia (habet autem fabulam, mores, ſententiam, dictionem) has Tragœdia habeat omnes, & inſuper apparatu inſtructa ſit & melodia, quibus mirificè delectet: cùm tamen ijs careat Epopœia. Nam ſi quis obijciat Epopœiæ carmen (hexametrum nimirum) eſſe longè perfectius, ac propterea voluptati gignendæ valere plurimùm, quid prohibet (inquit Ariſtoteles) quominùs Tragœdia hexametro quoque vtatur? Hæc eſt prima ratio. quæ ſi quid valet, efficit etiam vt Comœdia ſit anteponenda Epopœiæ, cùm habeat ſex illas qualitatis partes; & hexametro non ſecus ac Tragœdia vti poſſit. Quanquam ne in hoc quidem ſibi conſtare ſatis videtur Ariſtoteles, etenim docuit Hexametrum epopœiæ, Iambum Tragœdiæ & Comœdiæ, ſic cōuenire vt inde ſingularum oriatur perfectio. Quare is qui hexametrum adhibeat Tragœdiæ, peruertat vſum, præſertim cū Natura id veluti docere viſa ſit (ſi Ariſtoteli credimus) & experientia ipſā confirmare; iambum ſcilicet (id quod cecinit deinde Horatius) Dramati, hexametrum epopœiæ, conuenire. Vt propterea longè infirma videri poſſit hæc propoſita ratio. Imò verò cauſæ effectrices, ſiue naturales velis, ſiue artificioſas, plerúnque eò minùs perfectæ ſunt quò pluſibus adiumentis ſuum abſoluunt opus: tanta enim inſtrumentorū ac ſubſidiorum varietas ſæpè effectricis cauſæ indicat imbecillitatem. Itaque Deus ſola voluntate ſeu mente condidit Mundū, nec eguit præiacente materia. Natura, quæ eſt minùs valida, indiget materia, quæ (ſi ipſemet Ariſtoteli credimus) ſit in potentia, calore etiā & alijs id genus adiumentis indiget pro rerū varietate. Ars, quoniam infirmior eſt, niſi actu adſit materia & inſtrumenta præterea ſint inpromptu, non operatur. Denique quò progredimur longiùs in his quæ agunt, eò maiorem & imbecillitatem & ſubſidiorum fermè numerum inuenias. Quin etiam beata vita quam homini tribuit Ariſtoteles, dum in actione verſatur, mirum eſt quā multis indigeat tum animi, tum corporis, tum fortunæ (vt ille loquitur) adiumentis ac præſidijs: cum tamen beata vita quæ eſt in cōtemplatione poſita, quæque (Authore eodem Ariſtotele) eſt præſtātior, nullis huiuſmodi præſidiis indigeat. Quod ſi ex topicis ea regula proferri poſſe videatur, id quod continet quicquid habet alterū & aliquid præterea, hoc eſt perfectius, cautè & non ſine exceptione vſurpanda eſt: nā in gradibus & formis comperta eſt illa quidem; cum homo verbi gratia quippe qui continet gradus omnes rerū ſubiectarum & mentem præterea, ſit perfectior animantibus & rebus cæteris quib. præſtent animantes: contra tamen homo qui intelligentia præditus eſt non ſecus ac beatæ mentes, & corpore præterea innumeriſque naturæ atque artis præſidijs iuuatur, ſit cœleſtibus mentibus virtute ac dignitate inferior. eodem modo qui perſpicilijs aut baculo vtitur homo, debilior eſt quā qui ſine iſtis cernere aut incedere poteſt. Sed ad alteram rationem progrediamur quam docuit ab euidentia. Ait enim habere etiā id inquam quod eſt euidens, idque & in agnitionibus & in operibus. Et ſanè nemini dubium eſſe poteſt quin agnitio dum ita ſit vt ſpectatorum non modò auribus verùm etiam oculis obijciatur, maiorem euidentiam ac perſpicuitatem habeat quàm quæ auribus tantùm obijcitur Itaque iure Flaccus

*Exagitatur.* 618

*Par. 22. & 130.*

II. *Argumentum.*

*Segnius irritant animos demiſſa per aures*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

cecinit, etſi non de agnitione loqueretur. Denique quod de agnitione dictum eſt; id de cæ-
teris operibus & actionibus ſtatuere licet quæ geruntur in Tragica fabula. Ita vt eiuſmo-
di ratio plurimùm commendet Tragicam imitationem. Quanquam vt omittam agnitio
nem non omni Tragœdiæ ineſſe, ita vt non de toto genere diſputet aut probet Ariſtote- *Habet hoc*
les; Aquila etiam præſtat homini videndi facultate, Ceruus longitudine vitæ, Equus pedũ *quoque ali-*
celeritate, nec tamen Aquila, Ceruo, Equo non dignior homo. Sic Epopœia præſtare ad- *quid dubi-*
hoc fortaſſe poteſt Tragœdiæ licet vincatur euidentia. Adde quod Epopœia habet quæ il- *tationis.*
619 li conuenit, quæque lectori induſtrio & nauo (talis enim requiritur in Epopœia) ſufficiat, I.
energiam & euidentiam. Imò verò ſi quid in Tragœdia non geratur, ſed (quod ſæpè fit)
narretur, euidentia nulla maior, fortaſsè etiam minor, ſit in Tragœdia. Adde quod cum
Tragica actio, quippe dramatica, tanquam præteruolet; contra verò Epica, quoniam le-
ctione ſenſim ac per otium agnoſci poteſt, animi obtutum ſuſtineat diutiùs, hinc fieri vt
Epica fabula maiore euidentia percipiatur. Hæc de ſecũda ratione. Venio ad tertiã quam
ducit Ariſtoteles ex minore temporis ſpatio quo peragitur & ad finem perducitur Tra-
p.138.f. gica imitatio, ſiue ex fine quem celeriùs Tragica aſſequitur imitatio. Neque enim vno
eodémque modo tertium hoc argumentum explicant omnes. Siquidem Riccobonus *III.*
exiſtimat Ariſtotelem inde colligere Tragicam imitationem eſſe meliorem, quia habeat *Ratio.*
cõſtitutionem fabulæ breuiorem. Vbi ſanè de fine quem cõmemorat Ariſtoteles quém-
que ſtatim in voluptate ponit, ne verbum quidem; quin per breuiorem conſtitutionem
p.319.p. ſatis indicat ſibi interim finem ſignificare terminum non finem Tragœdiæ propoſitum.
Robortellus verò de vtroque fine locum interpretari; vel certè nonnihil hærere viſus eſt
num de fine loquatur vnde faciliùs breuioréque via reditur ad exitum an de fine imita-
tioni propoſito. Madius contra finem intelligit Tragœdiæ propoſitum quòd minùs pro-
rogetur, tametſi quomodo, non ſatis explicat. paulo commodiùs fortaſſe Victorius, qui
de voluptate tanquam de fine Tragœdiæ propoſito locutum ſignificat Ariſtotelem: ac
voluiſſe Tragicam imitationem eſſe anteponendam Epicæ, quod in minori tẽporis ſpa-
tio oblectet quàm Epopœia: idque quia quæ oblectant iucundáque ſunt, eò magis oble-
ctent quo minore temporis ſpatio fuerint comprehenſa. ſic Victorius. Alexander tamen
ſubtiliùs & fortaſſe pleniùs, ea enim de cauſa anteponi ait Tragicam imitationem epicæ,
quia quæ vis eſt minus diſperſa ſeu magis collecta; faciliùs ac citiùs operatur quàm quæ
minùs collecta eſt ſeu magis diſperſa. ac propterea Tragicã imitatio quoniam eius fabu-
la longè minùs diſperſa eſt ac fuſa quàm Epica, voluptatem quam ſibi gignendam propo
ſuit faciliùs gignat ac tutiùs. Et hoc eſt quod ſibi vult dum ſubiicit, *Dico autem vt ſi quis Oe-
dipum Sophoclis tot texta carminibus quot continetur Ilias*; fore. n. ſignificat vt Oedipi fabula ſi
tanta carminum multitudine texeretur quanta conſtat Ilias, ſeriùs voluptatem propoſitã
gigneret quàm gignat in præſentia dum longè minore carminum multitudine peragitur
& abſoluitur. Quapropter argumentum ſi explicetur & ad Syllogiſmum reuocetur, erit
huiuſmodi quod habet iucunditatem magis confertam & breui temporis ſpatio erum-
pentem, melius eſt quàm quod eam habet diſperſam & longiore tempore indigentem.
Tragœdia habet ſuam iucunditatem magis quàm in epopœia confertam, quæque lõgè
breuiore temporis ſpatio erumpit quàm in epopœia. Tragœdia igitur ſeu Tragica imita-
tio melior eſt atque præſtantior. Hæc eſt loci ſententia: quam Oedipi, quemadmodum
diximus, confirmat exemplo.

Multa tamen dubitare licet aduerſus tertium hoc argumentum. Ac primò quia hinc *Dubitatur*
ſequeretur Comœdiam quoque eſſe meliorem ac præſtantiorem quàm epopœia: ſiqui- *I.*
dem Comœdia quoq; voluptatem gignit breuiore tempore: ex quo fit etiam vt in ea mi-
nùs diſperſa ſit quàm in epopœia. imò verò idem de Ecloga aut conſimili Poëmate dicen
dum eſſet cuius imitatio & breuior eſt quàm Comœdia & voluptatem gignit citiùs. Nã
ſi eò confugias vt dicas Comœdiam & huiuſmodi Poëmata, quantumuis voluptatem ci-
tiùs gignat, & in hoc præſtent epopœiæ, argumento & aliis multis eſſe inferiora epopœiæ;
quid ſi & argumento & carmine & actionis probitate & magnitudine & huiuſmodi aliis
610 Tragœdia quoque inferior ſit epopœiæ? Deinde quis non animaduertat videri Ariſtotelẽ
ex eodem fonte & frigidam haurire & calidam? ſupra enim tanti fecit fabulæ magnitudi-
nem ſeu longitudinẽ vt hinc vel maximè eius pulchritudinem oriri affirmauerit. Id quod *II.*
exemplo etiam animantis confirmauit quod quãtumuis alioquin venuſtum, pulchrum

eſſe negauit niſi habeat magnitudinem; idque vt voluptas quæ ex eius ſpectatione oritur, ſit diuturnior. Et quanquam vbi totum ſimul ſpectari haud poſſit (vt ſi eſſet ſexcentorũ ſtadiorum) negauit pulchrũ eſſe habendum, docuit tamen quò maius (dum tamen ſpectari poſſit totum) eò pulchrius. Ex quo efficitur vt fabula quò maior ac longior (ita tamen vt percipi animo ac retineri poſſit) eò pulchrior atque præſtantior. Quid plura? *Terminus* (inquit) *rei quò maior eò pulchrior ſecundùm naturam.* Non igitur Tragicæ fabulæ voluptas quòd citiùs erumpat, erit quàm epica melior, cum hæc ſit diuturnior. Huc accedit quòd difficile eſt intellectu maiorẽ oriri voluptatem ex tragica fabula quàm ex epica, quæ rerum & varietate & admiratione tantopere excellit. Immo verò cum purgatio tãquam finis

III. propoſita ſit Tragœdiæ, vix ac ne vix quidem intelli poteſt quî non multis partibus ſuperetur ab epica voluptate, cum in epopœia Heros proferatur rerũ geſtarum gloria & omniũ vir-

IV. tutum ſplendore coruſcans ac fulgens. Sed de his in Controuerſia centeſima paulò poſt. Illud tamen hoc in loco non prætermittam, longè iuſtius eſſe vt epopœia poſſit ſuã longitudinem contrahere, & ad Tragicã propiùs accedere, quàm vt Tragœdia epopœiæ car-

V. mine, hexametro inquam, conflectur: hoc enim minùs cum natura conſentit, quæ Ariſtotele ipſo fatente, dramati & colloquijs Iambum obtulit, tanquam magis accommodatũ quàm hexametrum: illud omnino conſentit, vt ne tandiu voluptas (Ariſtotelis rationi inſiſto) differatur, quæ tanquam finis expetitur. Ita quidẽ quæ longitudinem contrahat epopœia, hoc etiam præſtabit Tragœdiæ, quòd & carmen nobiliſſimum habeat, & voluptatẽ non minùs celeriter, atque illam ſine dubio maiorem gignat. nam maiorem in epopœia quàm in Tragœdia requiri admirationem, quin etiam in epopœia eſſe maximam admirationem excitandam, ex admiratione verò iucunditatem inprimis oriri, ipſemet Ariſtoteles teſtatus eſt.

## PARTICVLA CLVI.

Ἔτι ἧττον μία ὁποιασοῦν μίμησις, ἡ τῶν ἐποποιῶν. σημεῖον δέ· ἐκ γὰρ ὁποιασοῦν μιμήσεως πλείους τραγῳδίαι γίνονται. ὥστε ἐὰν μὲν ἕνα μῦθον ποιῶσιν, ἀνάγκη ἢ βραχέα δεικνύμενον μείουρον φαίνεσθαι, ἢ ἀκολουθοῦντα τῷ τοῦ μέτρου μήκει, ὑδαρῆ, ἐὰν δὲ πλείους. λέγω δέ, οἷον ἐὰν ἐκ πλειόνων πράξεων ᾖ συγκειμένη, οὐ μία, ὥσπερ ἡ Ἰλιὰς ἔχει πολλὰ τοιαῦτα μέρη, καὶ ἡ Ὀδύσσεια, ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ ἔχει μέγεθος. καίτοι ταῦτα τὰ ποιήματα συνέστηκεν ὡς ἐνδέχεται ἄριστα, καὶ ὅτι μάλιστα μιᾶς πράξεως μίμησίς ἐστιν. Εἰ οὖν τούτοις τε διαφέρει πᾶσι, καὶ ἔτι τῷ τῆς τέχνης ἔργῳ· δεῖ γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡδονὴν ποιεῖν αὐτάς, ἀλλὰ τὴν εἰρημένην, φανερὸν ὅτι κρείττων ἂν εἴη μᾶλλον τοῦ τέλους τυγχάνουσα τῆς Ἐποποιίας.

AD hæc Epopœicam imitationem, qualiſcunque fuerit, non vnam omnino eſſe argumento ſit, quòd ex hac qualiſcunque fuerit Tragœdiæ ſemper plures exeunt: quare ſi vnam iſti fabulam compoſuerint neceſſe eſt eam vel breuem nimis inſtarque muris caudæ apparere: vel, ſi ad iuſtæ menſuræ longitudinem produxerit 621 quaſi vinum dilutiſſimum quòd ſi plures, verbi gratia, ſi ex pluribus actionibus cõmiſtam, profectò non vnam: qualem Iliadem, & Odyſſeam, plures quidem huiuſmodi continentes partes, quæ alioqui per ſe ipſas etiam magnitudinem habent; tametſi huiuſmodi poëmata, tum optimè quantum fieri poteſt conſtituta ſint, tum etiam quam maximè vnius actionis imitatio. Si igitur Tragœdia non modò in his omnibus præcellit, ſed artis quoque opificio; quippe non quamlibet voluptatem verùm quam diximus præſtare debet; ſanè liquet meliorem hanc eſſe, multò quidem perfectiùs Epopœiam finem aſſequentem.

*PReterea minus vna eſt qualiſcunque imitatio Epicorum, ſignum autem eſt, quòd ex qualicunque imitatione plures Tragœdiæ conficiuntur. Quare ſi vnam fabulam faciant, neceſſe eſt vel ut breuiter oſtenſa appareat cauda muris, vel ut ſequens metri longitudinem appareat aquea, ſed ſi faciant plures quemadmodum ſi ex pluribus actionibus fuerit compoſita non erit vna, ut Ilias habet multas tales partes, & Odyſſea, quæ*

etiam

*etiam per ſe habent magnitudinem, etiamſi hæc poëmate conſtituta ſint, quantum fieri poteſt, optima, & quam maximè ſint imitatio actionis unius. ſi igitur & propter hæc omnia præſtat, & propter artis etiam opus (oportet enim ipſas non quamlibet efficere uoluptatem, ſed eam, quæ dicta eſt) apparet eam, quæ magis finem conſequitur, meliorem ſine dubio eſſe Epopœia.*

COM. CLVI. QVartum ſeu poſtremum (ſi tamen poſtremum erit) affert argumentũ pro Tragœdia: quod ſanè ducitur a fabulæ vnitate: quia ſcilicet maior in Tragica fabula, quàm in Epica, reperiatur vnitas. Nam vnitatem hoc eſt vnigenã actionem requiri in fabula tum epica tum Tragica declaratum eſt copioſè in particula L. & duabus ſequentibus ac rurſus in cxxiv. Ar. n. vnde conſtat Epicam fabulam ad vnitatem minùs accedere ſeu minùs eſſe vnã quàm Tragicam? Inde (reſpondet Ariſtoteles) quòd ex Epico poëmate plures deriuari poſſunt Tragœdiæ. Vbi ſanè quæri poſſet, qui valeat iſta ratio: plures inde Tragœdiæ ducũtur, eſt igitur minùs vna. ſiquidem nihil prohibet argumenta Tragœdiarum duci ex partibus epopœiæ: quæ partes non modò non tollunt vnitatem, ſed poëmati ac fabulæ quantumuis vnigenæ inſunt neceſſariò. Sed de hac re (ne diſputationis ſeries interpelletur) infra. Nunc pergentes, quid obſecro Ariſtoteles, ſi fortè id quod affirmas, ex Epopœia inquam duci plures Tragœdias non poëmatis ſed vnius poëtæ vitio contingat, qui malè coagmentet Epopœiam, ac propterea multis Tragœdiis ſuppeditet argumentum, cum cauere debuiſſet ne id committeret? Minimè verò inquit Ariſtoteles: id enim ab Epopœiæ conſtitutione ac natura proficiſcitur, non poëtæ culpa. & ideo quæcunque Epica fabula, quantumuis accuratè conflata ſit, id habet, vt multarum offerat Tragœdiarum argumentum. magna. n. illa vel epiſodiorũ vel partium ipſiuſmet fabulæ varietas & multitudo offert Tragicis argumenta multa: ita vt epopœiæ ſeu epicæ fabulæ non poëtæ ſit vitium. At quid rurſum ſi epicus minorem & epiſodiorum & ipſius fabulæ partium molem ac multitudinẽ adhibeat epicæ conſtitutioni, atque adeò ingentem illam varietatẽ valere iubeat? An non propiùs accedet ad vnitatem? Nequaquam (inquit) nam id ſine culpa præſtare haud poſſet. ſiquidem epopœia quæ ſine dubio gaudet amplitudine, in miras adduceretur anguſtias: & quaſi murina cauda quæ ſemper anguſtior ac tenuior apparet breuique deficit, breui expleretur ac deficeret. Et ſanè ſi epica fabula magnitudine gaudet et amplitudine, ita vt hac de cauſa nullis ferè temporis concludatur periodis, de epopœia quæ ad Tragicã longitudinem reuocaretur, vt vnita conſeruaretur, Horatianum illud fermè vſurpare liceret, IV. Argumentum pro Tragœdia

622 *Parturient montes: naſcetur ridiculus mus.*

ſed quid ſi fortè vna eádémque actio produceretur atque ita produceretur vt vnica conſeruata actione, Poëma longè dilataretur ac latè & debita conſtaret amplitudine? Ne id quidem (inquit Ariſtoteles) ſiquidem languidius erit poëma ac veluti ſucco & ſanguine carebit: verbis enim & carminibus abundabit magis quã rebus & factis: immo verò reb. exile erit: verbis turgebit ac redundabit. denique vt generoſum vinũ, ſi diluatur aqua plurima, generoſitatem amittit ſuam & aqueũ (vt vocãt) redditur; ſic epica fabula quæ verbis potiùs quam rebus amplificetur. Ita fiet vt languida ſeu eneruata & tanquã exanguis appareat. Ergo ne hinc amplitudine careat, illinc languor illam occupet, multis cõficietur actionibus. Id verò (inquit rurſus Ariſtoteles) vitioſitatem afferet alteram: nam carebit vnitate. Certè Ilias multas habet huiuſmodi partes quæ per ſe magnitudinem habent atque idem affirmare licet de Odyſſea: quibus partibus, dum talia poëmata amplitudine pro vt oportet ac copia rerum inſtruuntur, vnitas minùs conſeruatur: ita vt hinc pluribus quoq; Tragœdijs argumentum ſuppeditetur, quod argumento eſſe diximus epopœiam minùs eſſe vnam. At enim ſi ita eſt, tuus Homerus vitioſas, aut certè minùs perfectas, confecit epopœias dum recedunt ab vnitate. Ego verò (inquit Ariſtoteles) Iliadem & Odyſſeã non omnino accedere ad vnitatem quin ab ea recedere, non magnopere inficior aut repugno. ſed tamen illud quoque pugno, hæc duo poëmata ad vnitatem accedere ſiue vnitatem conſeruare prout huiuſce poëmatis conditio patitur ac natura. Quantam enim vnitatem habere poteſt epica cõſtitutio, tantam habet Ilias & Odyſſea. Hæc Ariſtoteles pro Tragœdia. ex quibus, quaſi triumphans, infert magnifica illa verba. *Si igitur Tragœdia ijs præſtat omnib. ac prætere a artis opere excellit (neque enim oportet Poëmata quamlibet voluptatem gignere, ſed eam quæ dicta eſt) perſpicuum quoque erit eam eſſe Epopæia meliorem ac præſtantiorẽ cum magis aſſequatur*

Digitized by Google

ter ſinem. his concludit Ariſtoteles epopœiam ſuperari a Tragœdia atque adeò Tragœdiæ
deferendum eſſe principatum. Niſi tamen dum interim cogit ſummam diſputationis, ad-
ditque Tragœdiam præſtare inſuper *τῷ τῆς τέχνης ἔργῳ artis opere* ſeu artificio ipſo, nouam
rationem addit eámque momenti maximi, vt magis ac magis appareat non temerè tanto
perè extolli Tragœdiam. Etſi enim orãdus erat, vt quoniam ait his præſtare omnibus quæ
commemorauit, & præterea artis opere, ac propterea nouam ſine dubio indicat rationem
explicaret in quo tandem poſitum ſit hoc artis opus, veruntamen in vniuerſum intelligi-
tur Tragœdiam (ſi ei credas) meliora habere præcepta ac certiora, ita vt ars inde commo-
dior exiſtat ac tutior.

*Dubitatur contra propoſitum argumentum.* I. Iam verò multa ſunt de quibus dubitemus. Ac primum fortaſſe vnitas in epopœia cõ-
ſeruati poteſt optimè. ſiquidem ex fabula non ex epiſodiis æſtimãda eſt vnitas. Et ideo A-
riſtoteles in particula lxxxix. fabula conſtituta, quam vnigenã eſſe iuſſerat, de epiſodiis co-
gitandum præcepit quibus dilataretur. quid autem prohibet quominus fabula ipſa ita cõ
modè ſua illa partium varietate vnigena cõſtituatur, vt unitas appareat egregiè? Certè ho
mo longè maiore conſtat varietate partiũ quàm planta, quæ propterea quoquomodo ho
mogenea videri ſolet, cum homo etherogeneus appareat vndique. & tamen vnitas nõ mi-
nùs elucet in homine quàm in planta: immo verò magis. Id quod de epopœia ex Torqua-
II. ti Gotofrido poteſt cõfirmari, in quo ſanè (id quod nos docuimus in noſtra Cõparatione)
vnitas apparet mirificè. Et ſanè forma vnitatem gignit non materia, vel certè ex forma in-
primis petenda eſt, ita vt partium varietas non impediat vnitatem. Deinde turpe eſt exiſti- *Diſp. 2.*
mare id recedere ab vnitate quod ea gaudet vnitate quæ illi planè conuenit, & eam perfi-
cit. Et ideo vbi epopœia talem ac tantam habeat vnitatem quanta illi conuenit, nihil eſt e-
xigendum præterea. An non tu Ariſtoteles Platonem reprehendebas quòd rerum com-
munionem induceret vt Reſpublica eſſet maximè vna reprehendebas ſanè, docebáſq; ex
rerũ omnium communione deſtrui potiùs Rempublicã quàm fieri vnã. Itaque affirma-
bas vnam eſſe Rempublicã & perfectè vnam communitate illa rerum depulſa, tantũ ab-
eſt ut eſſet neceſſaria. Idẽ igitur ſtatuerim ipſe de epopœia, quæ opportuna ſibi vnitate in-
ſtructa ſit ſatis. Ad hæc ſi plures ex qualibet epopęia Tragœdiæ deriuãtur: cur obſecro id
de Iliade & Odyſſea negaſti in particula cxxvi? Nam affirmabas quidẽ ex Cypriis multas *Libr. 1. Pol.*
III. ex parua Iliade pluſquam octo, Tragœdias deriuari: ſed ex Iliade & Odyſſea vnicam tan-
tum Tragœdiam vel duas tantummodo, vt duo ſunt poëmata, deſumi. Itaque verendum
eſt ne priùs negaueris ex Odyſſea & Iliade plures Tragœdias deſumi poſſe, vt Homero
caneres ac patrocinareris, dum vnitatis quoque nomine illius Poëmata commendare ni-
tereris: nunc uerò tãdem, ut contra magiſtrum Tragœdiam præferas Epopœiæ, affirmes
Iliadem quoque & Odyſſeam, quoniam nulla ex te Epopœia non multis ſuppeditat Tra-
gœdijs argumentum; multa offerre Tragœdiarum argumenta. Et eodem pertinet quod
in particula LI. vnitatis nomine Odyſſeam commendaſti, ac propterea obſeruaſti Home-
rum ea prætermiſiſſe de Vlyſſe quæ vnigenã actionem labefactare poſſent. Iliadem etiam
perfectè vnam dixiſti: ſcilicet vt Homerum de more extolleres: & tamen in præſentia ne
magiſtro confles inuidiam, fateri non dubitas a tali vnitate Iliadem abeſſe & Odyſſeam.
eodem quoque pertinet quòd dum optas Tragœdiæ ſubijcere Epopœiam; de hac, quaſi 623
multas actiones retineat, loqueris; atque ais Epicos, ſi vnam fabulam fecerint, neceſſe eſt
hanc breuiter oſtenſam, minui: ſi autem plures fabulas fecerint, non erit vna. Cõtra verò
cum vereris ne Homero inuidiã confles, dum in has Epopœiam adducis anguſtias, actio-
nes iſtas ac fabulas plures, partium honeſtas nomine, ſcribens: Ilias & Odyſſea multas ha-
IV. bet huiuſmodi partes. Vbi fabulas & actiones in partes conuertis ne Homero confles in-
uidiam. Tametſi; mea quidem ſententia, Ilias aut Odyſſea id quod nos & in Cõparatione
& in hoc Cõmentario docuimus ſæpè) multis conſtat actionibus ac fabulis. Hæc contra
huiuſce particulæ ſententiam. Quibus tamen illud addere lubet, quod vel ab initio dubi-
tationẽ nobis creauit, et verò eſt rei caput ac vertex. Nã cum Epiſodia fabulæ quæ iã vnige
na conſtituta ſit, addãtur vt id ornetur ac dilatetur, profectò vnitas fabulæ ex partib. quib.
rectè aut perperã conflatur, perficitur aut vitiatur, non ex Epiſodijs quæ nõ neceſſariò per
tinent ad vnitatẽ. Quid igitur prohibeat quominus boni Tragici & induſtrij ex varijs Epo-
pœiæ partib. quæ interim vnigenam conſlent fabulã. ſumant Tragœdiæ argumenta éaq;
ad perfectas Tragœdias induſtria adducant ſua ſingulas illas partes amplificantes & ad iu-
ſtas Tragœdias adducentes. Certè Ariſtot. in particula LI. laudauit Homerum quòd ex bel
lo Troiano particulã deſumpſerit quam deinde amplificauerit & Iliadem confecerit. At-

que

que eodem reuoluitur res, ſi hoc in loco (quod ſuſpicantur aliqui, ſed perperā, vt opinor) ex Epopœiæ Epiſodiis multas Tragœdias deriuari cēſuit. nihil.n. prohibet quominus epopœia ſit adhuc vna: idque vel quia Epiſodia non ſunt germanæ fabulæ partes, nec neceſſariò (vt dicebā) fabulæ quæ ex actione petitur, conſlandæ adhibentur; vel quia dū veriſimili aut neceſſaria ratione cū actionis partib. copulātur ſiue ijs inſeruntur, nō deſtruūt fabulæ vnitatē. Et iō fabula offert Epiſodia illa tanq̄ particulas & mēbra quedā vnigenæ actionis: ita vt ſi fortè ex varijs Epiſodijs varia Tragœdiarū argumenta deriuent Tragici, vnitas Epopœiæ non labeſactetur quicq̄, tantū abeſt vt deſtruatur. Sed de tota hac re in Cōtrouerſia cēteſima plenius.

## PARTICVLA CLVII.

Περὶ μὲν οὖν τραγῳδίας, καὶ ἐποποιίας, καὶ αὐτῶν, καὶ τῶν εἰδῶν, καὶ τῶν μερῶν αὐτῶν, καὶ πόσα, καὶ τί διαφέρει, καὶ τοῦ εὖ ἢ μὴ τίνες αἰτίαι, καὶ περὶ ἐπιτιμήσεων, καὶ λύσεων εἰρήσθω τοσαῦτα.

DE Tragœdia igitur, & Epopœia, déque earum generibus atque partibus quot etiam, quibúſque differunt, de cauſis inſuper, cur hæ meritò probentur reprobentúrve, tum de obiectionibus, ac ſolutionibus, ſatis hactenus a nobis hæc dicta ſint. *Paccius.*

624 *AC de Tragœdia quidem, & Epopæia, & ipſis, & formis, & partibus ipſarum, & quot ſint, & quid differant; & quæ cauſæ ſint eius, quod benè eſt, & quod benè non eſt, & de reprehenſionibus, & ſolutionibus, tam multa dicta ſint.* *Riccobonus.*

COM. CLVII. EPilogo vtitur quo ſummatim colligit atq. perſtringit quæ hactenus diſputauit. Neque.n. affirmauerim huiuſmodi epilogū totius operis prooemio reſpondere, quod, neſcio quo pacto aut quo conſilio, affirmauit Victorius. Siquidē alia multa continet prooemiū illud, quæ nondū tractata ſunt, ac propterea epilogo nondū queunt concludi. Multo minus Madio aſſentior qui non modò hunc epilogū libri totius prologo reſpōdere ait, verū etiā communia ſaltē, quæ formis ſingulis conueniant, initia (ſentiebat.n. Comœdiā nōdū explicatā, quæ tamen proponitur in prooemio) & fundamēta iacta indicat in hoc libro. Alicui igitur prooemij parti reſpondet hic epilogus, & continet quæ tractata ſunt hactenus: quæ verò tractanda erant ac ſine dubio continenter tractauit, non attingit. Ait igitur primùm de Tragœdia dictū eſſe & de epopœia: etſi.n. alia quædā dicta ſunt antea, ita vt ordo non planè ſeruari quin multa quæ ante Tragicā tractationē dicta ſunt omitti videantur; attamen vel quoniā ea omnia Tragœdiæ fermè aliarúmq; formarū gratia tractata ſunt, vel quia Tragœdia & epopœia inter ea quæ explicata sūt obtinent principatū præſtántque dignitate, hæc duo cōmemoraſſe voluit prius: cætera quæ vniuerſim dicta ſunt, diſſimulauit: præſertim verò quia illa iam antea fermè oīa priuato epilogo cōcluſerat. Addit verò & de formis & de partib. ipſarū dictū eſſe, ſignificās per formas tū implexā & ſimplicē tum moratā & pateticā, & Tragœdiā & epopœiam. nā his formis & Tragœdiā in part. xcvi. & epopœiā in cxxvii. docuerat variari. Per partes verò intelligit quas & qualitatis & quātitatis appellauit ſæpè; qualitatis inquā fabulā, mores, ſententiā, dictionē, quæ oēs Tragœdiæ & epopœiæ cōueniunt; ac deniq; apparatū & melodiā quæ in Tragœdiā cadunt quidē, non in epopœiā. quantitatis verò nomine Prologū intelligit, epiſodiū, exodū, choricū, de quibus in Part. lxiv. Tametſi hæ partes non oēs conueniunt in epopœiam quēadmodū ſuo loco docuimus, in Tragœdiam oēs. Quod ſi rurſus alias in diſputatione partes cōmemorauit, vt peripetiā & agnitionē, minores illæ quidē ſunt, fabulæ nanq; ſunt partes: Tragœdiæ verò & epopœiæ, particulæ: quas facilè prætermittit ne minuto nimis vtatur epilogo: alioquin & de peripetia & de agnitione egit earundémq; varietate, déque alijs quibuſdā quæ particulæ ſunt fabulæ: & quāuis implexa aut ſimplex, patetica aut morata, dicitur fabula, ita vt hæ quoq; videri poſſint particulæ, veruntamen epopœiā & Tragœdiā ab ijs appellauit. nō modò fabulā; ita vt Iliadē pateticā Odyſſeā moratā fecerit. eodémque modo de Tragœdiis locutus ſit. Neque vero dū hoc in loco ait, *De Tragœdia & Epopœia tum ipſis tum formis & partibus dictū eſt*, hæc verba prooemij reſpōdēt verbis in quo itē dixerat *tum de formis ipſius, tum,* (quod paulò poſt ſubiecerat) *de partibus*. nā in prooemio loquebatur de formis poeticæ, non de formis Tragœdiæ & epopœię. Addit autē dictū eſſe & quot ſint, & quid differāt huiuſmodi tū formæ tū partes, in ea intuēs quæ commemorauimus antea de formis ac partibus, vbi quot ſint docuimus, & quà differāt & varientur. Ad hæc, dū ait, quæ cauſæ exiſtant eius quod benè eſt aut nō eſt, reuocat nobis in memoriā; præcepta illa quibus nos docuerat quæ vitia ſint fugienda quæ virtutes ſectandæ in hiſce poëmatis pertexēdis. quod de Tragœdia docere cœpit in particula lxvi. & copioſè proſequutus eſt: de Epopœia verò eádem breuiſſimè expoſuit

*Epilogo cōcludit ea fermè omnia quæ diſputauit.*

ſuit in particula cxxxIII. ad cxxxvii. vſq; Quod verò poſtremo addit de reprehẽſionib. & ſolutionib. id vero ſtatim lõga diſputatione cõplexus eſt a part. cxxxvII. ad clII. Vbi tãdem diſputauit de Tragœdiæ dignitate, quam tñ diſputationem ad epilogũ nõ reuocauit ea opinor de cauſa quòd in promptu eſſet: tunc.n. illam abſoluebat. Nunc ad centeſimã Controuerſiã deuenio, quæ poſtrema quoque erit, ſed omniũ facilè nobiliſſima. Etenim diſceptandũ erit 625
NVM Tragœdia iurè ac meritò ab Ariſt. anteponatur Epopœiæ, ac propterea inter Poëmata obtineat principatũ: an verò Epopœia Tragœdiæ atq; adeo pœmatis omnib. (id quod Plato cenſuit) ſit præferenda. Et ſanè Platonẽ fuiſſe in hac ſententia cõſtare poteſt ex ijs quæ ſcripſit in II. libro de legib. Cum.n. de certaminib. & ſpectaculis poëticis loqueretur, ac propterea & Comœdiã, & Tragœdiã, & Lyricũ poëma, & Rapſodiã ſeu Epopœiam quin circulatores quoq. atque eos qui præſtigus quibuſdã caperẽt oculos, in mediũ protuliſſet; fore aiebat, vt huiuſmodi præſtigiatores puerulis maximè omniũ placerent; adoleſcẽtib. Comœdia probaretur, ingenuæ mulieres & graues, ac viri iã adulti, vulgus etiã Tragœdiã laudarent; ſeniores vero grauéſq; viri Rapſodũ libentiùs audirent qui aliquid ex Homero caneret aut Heſiodo. Quo in loco nõ ab re fuerit monuiſſe hoſpitẽ Athenienſẽ, quo Plato ipſe, atque is iã ætate grauis & ſapientia, qui q. leges conderet, deſignabatur, hanc ſententiã pronunciaſſe, atque ita pronunciaſſe, vt dixerit ad extremum, *Nos verò ſeniores Homericũ aliquid ex Illade vel Odyſſea aut quid ex Heſiodo quod benè a Rapſodo decantetur, probabimus atq. hunc victorem renunciabimus.* pag. 515
*CONTROVERSIA. C. Cui nam principatus ſit deferendus inter Poemata; Tragœdiæ, an Epopœia.*
Contra vero Tragœdiã multitudini ac vulgo probatã ſignificaſſe, qui facilè apparatus ſplendore & artificio caperetur, nõ ſolidis animi incitamẽtis. Atq. huc etiã pertinere poteſt quod cũ in libris de Republica ea cõmemoraret quæ à Poëtis vitiosè aut rectè de Dijs & Heroibus dicta eſſent, ab Epicis initium duxit, & horũ exemplis diu rẽ egit; tũ ad Tragicos quoque diuertit. Viſus eſt.n. nobilitatis rationẽ habere & a nobiliſſimo poẽm. itẽ initiũ ducere voluiſſe. Quin etiã magnopere ſuſpicor per idẽ tempus cõſtantẽ ſapientũ fuiſſe ſententiã, Epopœiã poëmatis omnib. eſſe anteponendã, cum ſenioribus hanc aſcribat Plato atque ijs qui prudẽtia excellere ſolent. Etſi.n. ſatis intelligitur ſuã quemque extollere conſueuiſſe facultatẽ, ac Tragicos inprimis, quoniã multi eſſent, & apparatus ſplendore atque artificio præſtingerẽt vulgi oculos, hanc laudẽ adidiùs expetiſſe, veruntamẽ Homerũ & Epicos, principes Poëtarũ habitos eſſe, ſatis conſtat. Itaque Plato dũ Homerum, qui propter vehementem illã imitationem in ſuã Rempublicã non cõmodè caderet, pellit, non inficiatur poëtarũ principem habitũ eſſe. Id quod cõmuni eorũ cõſenſu videtur cõfirmatũ, a quibus qui in ſua facultate excelleret, Homerus diceretur: quo nomine Plato ipſe philoſophorũ Homerus appellatus eſt. quẽ ſanè dum non tã Comicorũ aut Tragicorũ quam poëtarũ princeps vniuerſim cenſetur, non minùs ob Epicæ materiæ præſtantiã quàm quod Homerus priſcos illos ſua muſa delectaret, accidiſſe credẽdũ eſt. Itaq. Plutarchus in eo libro in quo docet qui audiẽdi ſint poëtæ, ac præcepta præſcribit, ad Illadẽ & Odyſſeã inprimis diuertit, quod intelligeret Homerũ principẽ Poëtarũ iudicari. Sed quoniam Ariſtotelis ac Peripateticorũ authoritas magna eſt, agedum ratione certemus. Quanquam.n. omnino crediderim Ariſtot, quippe quia, Magiſtro libẽter diſcedebat, atq. huius decreta euertere, ſua introducere G. ccilq; probare, cupiebat, Epopœiæ Tragœdiã propoſuiſſe, veruntamẽ rem totã rationi cõmittere lubet, ac grauiſſima huic Controuerſiæ dirimendæ momenta rationũ adhibere. Principiò igitur ex actione quæ in epopœia decantatur, ſeu perſona cuius actio in argumẽti loco habetur ac celebratur, argumentũ ducere lubet. nã doctrinas & facultates ex materia quã tractant, æſtimandas inprimis cũ de nobilitate agitur, & res omnino clamat, & Ariſt. ipſe ſcriptũ reliquit cum igitur epopœia heroũ facta cõplectatur; quæq; duces fortiſſimi ſtrenuè geſſerũt & magna cũ laude, quis non fateatur epopœiã ante ponendã eſſe tragœdiæ? Certè tragœdiæ, ſi tragedias ipſas euoluas, ſæuitiam crudelitatẽ, immanitatẽ ſpirant ferè paſſim, tantũ abeſt vt fortitudinis ac virtutis exẽpla præferant ac faces. Quod ſi etiam ad meliores fruges tragicam reuoces actionem cum Ariſtotele, ita vt qui peccant, non tam per improbitatem quàm per ignorantiam peccent, & atrocia facta cõmittant, adhuc tamen longè abeſt vt tragica actio cum epica conferri poſſit quæ virtutum fermè omnium facem oſtendat. Denique quæ argumentum tragico ſuppeditat perſona, ex Ariſtotele inter bonos & malos numeratur: ita vt licet illuſtris ſit, addo vtcunq; proba interdum videri poſſit ſi cũ comica conferatur, ab epica tamen longiſſimo ſuperatur interuallo. Quin etiam epica actio tantam habet cum diuinis affinitatem & coniunctionem, vt Stoici maluerint hominum & Deorũ facta epico poëmati in materiæ loco attribuere. De qua re tota, quod pertinet ad Heroicæ tum actionis tum perſonæ præſtantiam, haud lõgius faciam, quòd totam hanc rem in Comparatione proſequutus ſim copiosè. Illud tamen nõ prætermittam Virgilium & Torquatũ heroes ſuos ita virtutibus omnib. inſtruxiſſe, vt in eis 616
*Lib. 1. de an adv. nit.*
*Epopœia non Tragœdia deferẽdum Principatum oſtenditur multis. I.*

ſum-

ſummarum virtutum omnium exempla eniteant quibus Heroes ſeu Duces ac principes ad
Diſ.1.& al. virtutem honeſtámque gloriam incendantur. Tu ſi placet Comparationem, maximè verò
primam eius diſputationem percurrito. Sed & epopœiæ nobilitas inde poteſt confirmari, II.
quòd epopœia humanis diuiniſque virtutibus complere nititur hominem, atq; adeò a mortali conditione ad diuinam quoad eius fieri poſſit efferre. Tragœdia ſolam purgationē ſpectat quarundam perturbationum aut etiam vitiorum. Etſi.n.non facilè obſeruare licet ac ſtatuere quam tandem tragicæ actioni purgationem præfixerit Ariſtoteles, aut qua ratione efficiatur ea purgatio; ita vt adhuc ſub iudice lis ſit, purgationem tamen illi proponit Ariſtoteles. At Heroëm qui epopœia celebratur iam immoderatis perturbationibus ferè omnib. tanquam frenum iniecisſe videas, atque animum multis ac magnis virtutibus imbuiſſe: denique tolerantia, fortitudine, iuſtitia, magnanimitate, prudentia, pietate iam excellere (ſi tamen a bono poëta proficiſcatur imitatio) & heroicarum virtutum exempla offerre: ita vt altiùs attollere hominē geſtiat & ſummæ virtutis atque heroicæ perfectionis æmulos reddat. Quod ſi fortè epopœia quoque lectori præſto eſt, vt immoderatis perturbationibus medeatur, id noſtra inprimis accidit culpa, qui cum ad virtutis culmen aſcendendum eſſet, purgatione adhuc egemus. Tragœdia tamē tota in eo eſt vt terrore & miſericordia purget animos auditorum, præſertim eorum qui potentia præſtant & authoritate: ita vt altiorem finē ſpe-
Vide Diſp.9. par.132. ctet epopœia ac præſtantiorem. De qua item re nos in Comparatione fuſiùs. Neque verò ad hoc confirmandum non magni momenti eſt admiratio, quæ eodem Ariſtotele fatente requiritur in epopœia. Etſi enim hæc quoque debet in tragœdia excitari, in epopœia tamen ex-
citanda eſt maxima: ita vt Ariſtoteles admirationem quodammodo in finis loco proponere III.
viſus ſit epopœiæ. At maxima admiratio præterquam quod maximam parit iucunditatem, ex rerum geſtarum ac virtutum magnitudine gignitur, quæ communem ſupperet ſuperet vſum. De qua re vide quæ ſcripſimus in IX. Comparationis diſputatione. atque inde magis ac magis intelliges quantopere hinc nobilitetur epopœia.

Huc accedit quod epopœia ad Philoſophicam dignitatem magis aſſurgit quàm tragœdia; IV.
mirum eſt enim quàm appoſitè omnem philoſophiæ varietatem redoleat Heroicum poëma: cum tamen in tragœdia nulla ferè præter moralem eniteat. Itaque Euripides qui pauca quædam interpoſuit quæ ex naturalis philoſophiæ ſpatiis deriuata eſſent, reprehēſus eſt. Virgilius contra a viris doctis ea quoque de cauſa ſummopere celebratur, quòd omniū doctrinarū præceptis tanquam floribus pulcherrimis reſperſerit Aeneidem: vel, ſi mauis, tāquam coloribus nitidiſſimis illuſtrauerit. Quapropter Maximus Tyrius qui affirmare non dubitauit Poëſim eſſe blandam ac ſuauem quandam philoſophiam, philoſophiam contra ſeueriorem poëſim, ſine dubio in epicos ſpectauit vel maximè. Ariſtoteles etiam qui præfert Poëſim Hiſtoriæ quòd illa magis recedat a rebus ſingulis & generalia ſectetur & ad philoſophicum ſtudiū accedat, potuit hoc iuſtiùs proferre de epopœia quàm de tragœdia. Neque verò
617 id eo conſilio pronunciauerim quòd exiſtimem eò ſpectaſſe Homerum ac ſummos epicos, vt hinc eam quæ in actione, illinc quæ in contemplatione, verſatur, Philoſophiam exprimerent: atque Heroëm illi ſuum hinc actione, illinc contemplatione, excellentem oſtenderēt. Dicuntur.n.iſthæc a nonnullis facilè, præſertim ab orioſis interpretibus: ſed reuera ab epopæiæ œconomia & ratione abhorrent quam longiſſimè. Nam vt omittā rudi illo Troiani belli aut Homeri ſæculo nondum perpolitam iſtam philoſophiæ diuiſionem in πρακτικὴν & θεωρητικὴν emanaſſe, multò minùs Homerum his duabus ſapientiæ partibus animum excoluiſſe, cum interim carmine victum ferè emendicaret, qui obſecro ab Homero in Odyſſea θεωρητικῶ exprimitur (quod iſti volunt) cum Vlyſſis labores, moleſtias, pericula, actiones denique terra marique exanthlatas ac geſtas decantet? Quamobrem qui Virgilium quoque ſex prioribus libris θεωρητικὴν, ſex poſterioribus πρακτικὴν, expreſſiſſe volunt, quòd videant illos Odyſſeæ, hos Iliadi, reſpondere, videant quid ſtatuant. præſertim verò cum Aeneas in ſex priorib. & nauiget, & iactetur, & Didonis amore capiatur, & ſocijs ſolandis iuuandíſque occupetur, ad ludos etiam ſtatuendos iuſtáque parenti perſoluenda deſcendat, a quibus abhorret quæ in contemplatione poſita eſt vita. Itaque Ariſtoteles actionem ſemper ſubiecit Epopœiæ quíque humanæ vitæ pericula exhantlaret, & admiranda facta ederet, virum ſpectauit, ſic Plato in Heroico fortitudinis maximè & prudentiæ proferri ait exempla. Cur igitur omnem philoſophiæ varietatem refers ad epopœiam? Ea de cauſa, quia in tanta epici poëmatis amplitudine percommodè licet, & verò conuenit, illud variis humanæ vitæ documentis ſpargere ac variare: ita vt interdum res aliqua naturalis ſi non ſubtiliter, eleganter tamen ac perſpicuè, deſcribatur. Et hinc eſt vt multa habeat Virgilius quæ Aſtrologiæ ac naturalis Philoſophiæ cognitionem redolent: plurima quæ humanæ vitæ officia deſcribant & cōtineant. ita vt He-

roicum

roicum poëma philoſophiæ quaſi luminibus ac pigmentis mirificè gaudeat. Tametſi illud
fatendum quoque eſt, hæc humanæ quæ canitur actioni adhibenda perinde ac ſal conuiuio:
VI. vt ſcilicet illis tanquam ſale reſpergatur & condiatur actio, non pro epulis apponantur. Ex
quo etiam fit vt epico ampliſſimus quoque ſe ſe aperiat campus in quo Eloquentia, Coſmo
graphia, pictura etiam, nautica, aliæque id genus artes & facultates nõ ſine dignitate aliqua
tacitè ſaltem oſtententur. vt enim qui pila ludunt, etſi in ipſa luſione proprio palæſtræ artificio
non vtuntur, ita mouentur, vt a non ignaris animaduertere liceat, didicerint ne palæſtrã;
ſic in Heroico bonus poëta dum facta canit, indicat quàm egregiè optimas artes calleat libe
raléſque diſciplinas. Quanquam ne illud quidem ſilendum eſt, amplitudine quoque ſeu ma
gnitudine ſummopere nobilitari epopœiam: quandoquidem hinc efficitur vt voluptatem
habeat non modò ſummam, quod tamen rerum varietas inprimis efficit & admiratio quæ
excellit, verùm etiam diuturnam, qua tamen priuatur Tragœdia. Et ſanè tragœdia, quoniam
ſpectatores detinet in theatro, ac propterea mira temporis anguſtia premitur, ad finem pro-
perat celeriter, ac ſi attingit finem ita vt delectet iuuetue, receptui canit breui; ita vt vtilitatẽ
aut voluptatem non tam attuliſſe quàm oſtendiſſe videatur. epopœia contra quoniam do- 628
ctis canit ac nauis, & ab his legi gaudet; quàm rerum ſplendore ac magnitudine pari honeſtã
ac nobilem voluptatem, hanc, vt nullis concluditur anguſtiis temporis, tuetur conſeruátq;
diu. Quapropter non facilè Ariſtoteli aſſentior, qui quòd Tragicus breui finem aſſequatur
ſuum, id ei vertit laudi: Epopœiæ contra quæ longiùs multo producitur, id tribuit vitio. Si-
quidem Tragicus neceſſitate, quia ſcilicet anguſtiis premitur temporis, non voluntate, de-
currit celeriter ad metam. Epicus contra voluntate adhibet cunctationem vt voluptas ſit diu
turnior & vberiora ſint incitamenta virtutum. Id quod non ignorauit Ariſtoteles, qui, vt ve-
ritas ſe prodit ſæpè, non ſemel affirmauit epopœiam habere ſummam admirationem, indé-
VII. que voluptatem maximam gignere, & bono hoc diuturno tempore gaudere. Quam rẽ ma- Vide
gni animantis ac pulcherrimi declarauit exemplo quod mirificè delectet & capiat. Et hoc Diſ.3.a
quidem, dummodo conſpiciatur totum, ingens optauit, quò ſpectatio & voluptas quæ ex 4.
VIII. ſpectatione gignitur non breui tempore abſolueretur aut diflueret. & hoc ſimili talem ac tã
tam in poëmate requirebat magnitudinem, qualem & quantã hominis memoria ferre poſ-
ſet aut caperet; vſque adeò amplitudinem pulchritudini ac iucunditati accommodatam eſ-
ſe iudicauit. De qua re non neceſſe habeo plura dicere cum & iam antea non ſemel, & in Cõ-
paratione copiosè egerim de hac re tota. Illud potiùs commemorabo hanc eandem laudem
& dignitatem Heroico poëmati afferre epiſodia ſi a non malo Poëta excogitentur: oblectant
enim ac diù oblectant tum nouitate, tum varietate & artificio, ita vt cum actione ipſa certẽt
vt admirationem, iucunditatem, vtilitatem afferant. quo ſanè bono vix ac ne vix quidẽ inter-
dũ gaudet quicquã tragœdia. Iam verò quid dicam de carmine? An non heroicus verſus ſiue
hexameter quo vtitur epicus, magnificentia, grauitate, ſono, ſtabilitate, vno verbo perfectio-
ne ſuperat Iambum & carmina reliqua? ſuperat ſanè: id quod & Ariſtoteles agnoſcit ac præ-
dicat, & Natura indicat ſatis, & Ars (Flacco ipſo clamante) experitur ac probat. Nónne trã-
lata aut peregrina excipit verba magna cum dignitate? Excipit ſanè, idque Ariſtotele ipſo fa-
IX. tente; qui illud etiam aliquando affirmare non dubitauit, Naturam ipſam nobis hexametrũ
oſtendiſſe quo Heroum facta egregiè canerentur. Ita vt *ἥρωϊκὸς* iure ob excellentiam tum car-
minis tum actionum quas canit dictus ſit hexameter. Et erit qui Tragœdiam iactare audeat
quin epopœiæ præferre, cum aliis commodis multis ac bonis careat, tum iambo vtatur aut
ſenario quæ pedeſtribus colloquiis veriùs & ſaltationi (id quod aliquando Ariſtoteles quo-
que docuit) quàm grauiſſimis actionibus accommodata ſunt? Quod ſi tragœdia perſonas
inducit quæ ſine dubio ſplendorem habent ſuum, epopœia quoque id commodi habet vt
cum modò perſonis tacitè inductis imitetur, modò narret, quod poëta ipſe grauiter ſemper
ornatéque facit, tali varietate delectet ac ſatietati quam vnigena habet imitatio, occurrit e-
gregiè. Sed dies me deficiat ſi epopœiæ laudes perſequi velim longiùs cogárque præſentem
Controuerſiam vltra quàm par eſt proferre. Itaque commodè cecidit vt paulò ante dũ Ari-
ſtotelis diſputationem & quas pro Tragœdia afferret rationes expenderem, has labefactauerim
atque epopœiæ perperam deprimendæ afferri docuerim.

Atque hæc ſunt quæ dixiſſe ac literis etiam conſignaſſe placuit in arduo hoc & perdiffi-
cili monumento, vt ingenuis ac nobiliſſimis Auditoribus prodeſſem, ac meo muneri ſatis-
facerem. quod tamen ad vnius Dei gloriam, cui noſtra, quantulacunque eſt, omnis deſudat
induſtria, referri velim.

F I N I S.

*Henricus Clericus Gallus Valliſcolorenſis Corrigebat.*

# CENTVM POETICARVM CONTROVERSIARVM INDEX.

In quo, vt commodior ſit & vtilior, interdum capita quoque Controuerſiæ notantur.

*Reſpondet verò hic Index numeris intimo cuique paginarum lateri affixis: & in quacunque forma imprimatur opus, Index his numeris reſpondebit ſemper: ſtatimque offeret quicquid requiras: Litteris verò p. principium, m. medium, f. finis denotantur.*


I. CONTROVERSIA. An hic liber ſit Ariſtotelis, vbi tum de Ariſtotelis libris vniuerſim, tum de Poëtica ſigillatim multa perdiſcas 10.m.

II. Quæ eſt quadripartita. Num ſit integrum hoc opus. Et ſi non ſit integrum, an interciderit pars aliqua, an verò non fuerit ab Ariſtotele abſolutum. Et ſi fuit abſolutum, quæ pars interciderit: & quæ vel deſiderentur vel requiri poſſint. 14.f.

III. Quæ ſit materia huic monumento ſubiecta. 18.f.

IV. De eiuſdem fine & ſcopo. vbi quæ diſſidere videntur ſententiæ, conciliantur. 22.m.

V. Ad quod doctrinæ genus ſit reuocanda Poëſis. num ad Ciuilem facultatem aut ad alias quas multi proferunt. 23.f.

VI. Num hæc facultas reuera vtilis cenſenda ſit & in quo ſit poſita eius vtilitas. 33.p.

VII. In qua Poëticæ definitio colligitur, explicatu, defenditur. 34.m.

VIII. IX. & X. Num hæc facultas ſit Ars vel ſcientia. Num ante Rhetoricam ſit explicanda. Num ante Dialecticam an poſtea ſit attingenda. Atque hæc in procemij loco. 37.m.

XI. An Auletica & Cithariſtica proponantur hoc in loco àb Ariſtotele, tanquam Poëſis ſpecies ac formæ; an verò tanquam ſpecies diſtinctæ illæ quidem, ſed quæ cũ Poëſi in genere, hoc eſt in imitatione, conueniant. 48.

XII. Cur inter multas ac varias imitatrices facultates vnam Auleticam & Cithariſticam cum Poëſi commemorarit. 52.p.

XIII. Quo pacto non pleraſque Poëſis formas prætereierit & præpoſtera enumeratione vſus ſit. vbi ad varias dubitationes quæ in tanta Poëmatum ſe ſe offerunt varietate, aperitur aditus. 54.m.

XIV. Quid imitationis intelligat nomine. Vbi agitur de tota imitationis varietate, & Plato de hac cum Ariſtotele, qui interim exagitatur, paucis comparatur. 57.p

XV. Num Epopœia præſertim ex Ariſtotelis ſententia, ſoluta oratione conſcribi poſſit. vbi de tota Epopœiæ varietate agitur.

XVI. Quales eſſent tum Sophronis ac Xenarchi Mimi tum Socratis ſermones, quos hic commemorat Ariſtoteles. 75.m.

XVII. Num imitatio ſoluta oratione, vt dialogo, facta, poëſis nomen mereatur. 80.p.

XVIII. Num ex carmine imitationis experte vllo modo gignatur Poëma. 81.f.

XIX. Quid per Rhythmum intelligat ac reliqua inſtrumenta, quibus diſtinguit imitatrices formas: & quomodo & num rectè iſtis vtatur. 85.m.

XX. Num probanda ſint quæ de imitatione, præſertim agentium, ſcribit hic Ariſtoteles,

les,cum alia ſexcenta imitari ſoleant Poëtæ & imitatores alij. 92.p
XXI. Num tripartitam materiæ varietatem aptè vſurpet Ariſtoteles vt imitatrices quas propoſuit formas & facultates diſtinguat. 95.f.
XXII. Num quæ ex materiæ varietate ducitur hic diſtinctio, ea tandem propoſitis imitatricibus facultatibus apta ſit diſtinguendis. 100.p.
XXIII. Num Poëſeos formæ rectè adhuc materia diſtingantur ac varientur. 103.p.
XXIV. Cur Poëtæ ex propria perſonâ narranti tribuerit imitationem, & cum Platone, qui a tali narratione imitationem abeſſe docet, comparatur. 106.m
XXV. Num a germanis Poëticæ initiis inceperit Ariſtoteles; & quo loco habenda ſint, quæ iecit Poëticæ fundamenta. 116.p.
XXVI. Quî tandem metra ſint particulæ numerorum. 127.f.
XXVII. In qua diſceptatur quicquid de Poëſis ortu & cauſis pronunciauit Ariſtoteles. 129.p.
XXVIII. Num quæ ſcribit Ariſtoteles dum Homerum totius Poëmatis authorem facit ac principem, rectè conſtituta ſint. 136.m.
XXIX. Cur priùs doceat Ariſtoteles Tragœdiam poſt multas mutationes conquieuiſſe: eius verò mutationes perſequatur. 147.m.
XXX. Quî Aeſchylus hiſtriones ad duos, Sophocles ad tres, perduxerit tantùm, cũ multò plures apud eos numerentur. 149.f.
XXXI. Num probanda ſint quæ habet Ariſtoteles vt doceat Comœdiæ incrementa in obſcuro verſari, vbi de Choro, perſonis, figuris, fabula, prologo, & huiuſmodi alijs multa. 165.m.
XXXII. Num rectè eum Tragœdia comparauerit Epopœiam. 169.f.
XXXIII. Num rectè conferatur Epopœia cum Tragœdia quod pertinet ad partes. vbi dubitantur multa quæ ad Epicam & Tragicam œconomiam pertinent. 163.f.
XXXIV. Num explicauerit ſatis quæ de Poëſi generatim dicenda erant. vbi recenſentur multa quæ videri poſſunt prætermiſſa. 177.p.
XXXV. De germana Poëſis definitione ex Ariſtotelis initiis, cum non eam planè definierit Ariſtoteles, ſimúlque cum Platone confertur. 179.f.
XXXVI. De fine Poëſis num voluptas, an vtilitas, an útraque in finis loco haberi poſſit: & de Platonis opinione. 185.m.
XXXVII. De Tragœdiæ tum etymologia tum origine. 191.f.
XXXVIII. Num Ariſtotelica Tragœdiæ definitio excipienda ſit. 193.f.
XXXIX. Num rectè de Tragica purgatione præceperit Ariſtoteles. Vbi VII. Theoremata proponuntur. 201.f.
XL. Num ea quibus propoſitarum Tragœdiæ partium vis & natura declarantur, probanda ſint. 216.m.
XLI. An apparatus ſit Tragœdiæ & Comœdiæ neceſſarius. 226.p.
XLII. Num Artificioſus an verò naturalis ordo retinendus in fabulæ compoſitione: & de artificioſo & naturali ordine fusè. 232.p.
XLIII. Num quoniam a primis ſiue ab actionis initio eſt incipiendum, ſatis docuerit Ariſtoteles qua ratione initium ſeu prima dignoſcamus. 243.m.
XLIV. Num quæ de Tragicæ fabulæ pulchritudine, déque magnitudine docet, probanda ſint. 248.p.
XLV. Num Tragœdiæ & in vniuersùm fabulæ longitudinem rectè præfinierit Ariſtoteles. 255.p.
XLVI. Num de fabulæ vnitate rectè conſentientérque præceperit Ariſtoteles. 262.f.
XLVII. Num in Odyſſea ſiue Iliade vera fabulæ vnitas reperiatur. 266.f.
XLVIII. De fabulæ vnitate, certis iam ex Ariſtotele poſitis, incerta requiruntur. 267.f.
XLIX. An vnica fabula vnicum & ſine adminiſtris vllis aut ſocijs requirat Ducem aut Heroëm. 275.f.
L. Num ea quibus ſtatuit Poëticam actionem debere eſſe veriſimilem, ac veriſimilem actionem decernit Poëta, probanda ſint. 278.m.
LI. An Poëtæ ſit Ideas quaſdam vitæ mortalibus proponere. 281.m.
LII. Cur Poëtæ veriſimilia dicenda proponantur, quem conſtat res a veriſimili alienas, imò falſas, incredibiles, quæque fieri nequeunt, paſſim decantare. 283.f.

LIII.

LIII. Num noui ac ficti argumenti Tragœdia probanda ſit:& quatenus probanda & excipienda. 288.f.
LIV. Num de Epiſodica, quam prohibet, fabula rectè præceperit. 295.m.
LV. Num in fabula ſimplici fiat fortunæ commutatio. 304.p.
LVI. Num cædes & mortes ſint ſpectatorum oculis committendæ. 313.p.
LVII. An quæ pertinent ad quantitatis partes rectè præcepta fuerint & definita. 321.m.
LVIII. De cõſtitutione & perſonis optimæ fabulæ Tragicæ ac præſertim de probis quas timori & miſericordiæ ciendæ negat accommodatas. 328.m.
LIX. An qui inter probos atque improbos ſtatuerentur, ij Tragicæ imitationi iurè ſuppeditent argumentum. 332.m.
LX. Num quæ ab Ariſtotele pro ſua Euripidiſque ſententia dicta ſunt, rectè explicata, vel etiam probanda ſint. 339
LXI. Num de ſecundæ conſtitutionis fabula rectè præceperit Ariſtoteles. 345
LXII. Quæ & quomodo ex calamitoſi finis Tragœdia percipi poſſit voluptas. 351
LXIII. De ſimplici quam Tragœdiæ attribuit, ſeu ſimplicis conſtitutionis, fabula. 364
LXIV. Vtra fabula ſit magis probanda, ſimplex ne an duplex. 366
LXV. Num in quatuor Tragicæ actionis peragendæ formis quas profert Ariſtoteles eius ſententia probanda ſit. 374
LXVI. Num fœlicis exitus Tragœdiam probarit Ariſtoteles. 379
LXVII. An rectè præceperit de Tragicis moribus Ariſtoteles. 384
LXVIII. Num iurè machinam repudiarit Ariſtoteles, & quatenus repudiarit. 393. & ſigillatim de machina in epopœia. 526
LXIX. Num furor poëticus ſit concedendus: & an ſecum pugnet Ariſtoteles qui illum modò reijcere, modò admittere viſus eſt. 423
LXX. Cur Tragicis perſonis imponi iubeat nomina poſt fabulæ coagmentationem. imò verò cur imponi iubeat: cum ex rebus geſtis & hiſtorijs ſint deriuanda. 432
LXXI. Vnde nam in fabula nexus initium ſit ducendum. num ab ipſo Tragœdiæ initio quemadmodum ſtatuit Ariſtoteles. 439
LXXII. Num de Tragicis formis rectè præceperit Ariſtoteles. 441
LXXIII. Num Tragica fabula quam in nexum & ſolutionem partitur Ariſtoteles, potuerit deinde a nexu & ſolutione ſeiungi. 446
LXXIV. Cur epopœicam conſtitutionem, dicat eſſe multarum fabularum, cum vnigenam iuſſerit condi. 448
LXXV. Allatis varijs in Ariſtoteleam poëticam argumentis & accuſationibus quibus præcipua capita & decreta videntur proſterni, quæritur primò num vniuerſim poſsint dilui & quomodo. 462
LXXVI. Num ſigillatim rurſus dilui poſsint & quomodo. 465.b.
LXXVII. Cur a Tragœdia ad Epopœiam progrediatur: & an ordinem perturbauerit. 467
LXXVIII. Qui Epopœia ſit Dramatica conſtituenda. 470
LXXIX. Num reuera præſtet Heroicum Poëma ad Dramaticum ſtylum reuocare quemadmodum cenſet Ariſtoteles. 475
LXXX. Num ſolitarius quique propria tantum induſtria peragat egregium facinus, ſit fingendus Heros; an Dux multorum. 477
LXXXI. Quid cauſæ ſit cur Ariſtoteles Epopœiæ definitionem prætermiſit, cum Tragicam tam accuratè conſtituerit. & qua tandem ratione ſit definienda. 482
LXXXII. Num fabulam multarum partium reuera interim damnet Ariſtoteles: & ſi damnet, num id iurè faciat. 408
LXXXIII. Num Tragœdia vnam tantùm partem imitari & ad finem perducere poſsit: Epopœia multas ſimul. 507
LXXXIV. Num iurè ſtatuatur Heroicum epopœiæ atque heroicis factis quadrare 511
LXXXV. Num iurè affirmet Ariſtoteles Epico quampaucisſima dicenda: & Num hæc laus Homero debeatur. 515
LXXXVI. Num iurè excitetur admiratio in Epopœia. 518
LXXXVII. Qui Homerus mentiri docuerit prout oportet. & Num id Homero iurè tribuatur. 522

LXXXVIII. Num rerum impoſsibilium imitatio condonanda ſit Poëtis. 542
LXXXIX. Num Homerum in impoſsibilium imitatione defenderit ſatis. 544
XC. Num res quales ſunt quemadmodum Euripides, an quales eſſe debeant, quemadmodum Sophocles, fingendæ & exprimendæ ſint. 548
XCI. Tria diſputantur aduerſus Ariſtotelem dum Homerum defendit excuſâtue in his quæ turpiter cecinerat de Dijs. 551
XCII. Num de Achillis Clypeo pugnantia loquentem Homerum vel Ariſtoteles commodè tueatur ſatis, vel Homerus defendi poſsit. 575
XCIII. Cur & num rectè hic agatur de accuſationibus & defenſionibus Poëtarum. 587
XCIV. Cur grauiſsimas, quæ ſe obiiciunt aduerſus Homericas Epopœias, accuſationes prætermittat Ariſtoteles: leues fermè attingens, ſi tamen attingit. 588
XCV. Num duodecim & quæ ſint capita defenſionum. 590
XCVI. Cur nec ex Omonomia, nec ex compoſitione, nec ex Allegoria, duxerit reſponſiones. 596
XCVII. Num defendi poſsit Ariſtoteles dum neceſſariam cenſet imitationem tripartitò tantum variari. 598
XCVIII. Num, quæ erat Poëta ob alienæ artis ignorationem, ſint facilè excuſanda. 598. f.
XCIX. Num defendi poſsit Ariſtoteles qui Homero impia & flagitioſa de Diis canenti patrocinatur. 599
C. Cui nam principatus ſit deferendus inter poëmata: Tragœdiaéne, an Epopœiæ: vbi Platonis ſententia retinetur, & epopœia Tragœdiæ longo interuallo anteponitur. 615

INDEX

# INDEX
# RERVM ET VERBORVM
## MEMORABILIVM.

Reſpondet verò hic Index numeris intimo cuique paginarum lateri affixis: & in quacunque forma inprimatur opus, Index his numeris reſpondebit ſemper: ſtatimque offeret quicquid requiras: Litteris verò p. principium, m. medium, f. finis denotantur.

### A

*ACCENTV interdum variatur notio, pag. 567. inde aliquando ſoluitur dubitatio. 568*

*Achillis Clypeus quam creet dubitationem 575. fortitudo & mores quales & an rectè ficti. vide in verbo Homerus.*

*Actio ſit veriſimilis 277. & fuſiùs a 278. ad 281. tota atque perfecta 481. eſt fundamentum poëmatis 220. p. actio vna requiritur in poëmate 260. Actio tripartitò variatur 359. p. alia ſimplex, alia implexa 296.*

*Actionis & vitæ non hominis eſt imitatio, & cuius actionis 219. m. talis actio facit vt fabula ſit finis imitationis 219. f. 220. ſine actione eſſe non poteſt fabula 220. p. eius cauſa ſententia & mores 213. p. Reliqua vide in verbo vnitas, & verbo fabula.*

*Actor num & ſaltaret & caneret 89. 90. m.*

*Admirabile iucundum 300. 518.*

*Admiratio excitanda 284. f. 518. ab incredibili excuſat 284. f. admirabilis fingenda eſt fabula & cur 300. 301. 518. fuſè.*

*Aeneis ordo qualis 232. 236. ad 240.*

*Aethyopia Heliodori, Eraſtus & huiuſmodi alia num Poëmata Ariſtoteli 80. 81. p. medius ijs debetur locus 81. m. ex Ariſtotele tamen ſub Epopæia & Poëſis definitione coërenda 82.*

*Aeſchylus quomodo duos tantum habeat hiſtriones 149. f. 152. 153.*

*Agathonis flos nominibus & rebus fictis 287. f. delectabat 288. de Agathonis flore 288. m. an adimeret fidem 289. 290.*

*Agentes quales & an neceſſario boni & mali 91. 92. 93. num hos imitetur Poëta an actiones 92. p. 9. num meliorum aut deteriorum 92. qui nec probi videntur aut improbi haud præbent imitationi locum 93.*

*Agnitio quid 307. m. num nouarum perſonarum 308. p. an ſine peripetia 309. m. aliæ agnitiones & quæ maxima & pulcherrima 310. ſimplex & mutua 311. formæ variæ a 405. ad 416. item 417. 418. ſigillatim prima forma 408. ſecunda 410. cõferuntur 411. m. tertia 412. quarta 413. f. quinta 415. p*

*Agricola de ordine perturbato 237.*

*Alexandri Afrodiſei δύναμις quæ in contraria oppugnatur 34. m. an aptari poſſit Poëſi 35. m. opinio de accentu circa Homeri locum ex Ariſtotele 567. m. 568. m.*

*Alexander Macedo margites dictus a Demoſthene 133. f.*

*Alexander Piccolominens qualem in narrantem imitationem ponat & quando 106. f. refellitur 107. refellitur de auctis hiſtrionibus 150. f. reprehenſus dũ paruas fabulas pro vilibus accipit 152. de Tragica imitatione 206. m. de ordine Odyſſeæ 236. de agnitione 416. f. 418. p. de impoſſibili, dum culpa eximit Poëtam 521. m. de capitibus accuſationum 591. f. Idem Alexander laudatur 71. m. f. & alibi ſæpè vide etiam Piccolomineus.*

*Alia vel eadem Tragœdia quomodo 445. f. 446.*

*Allegoria cur ſpreta ab Ariſtotele 596. f. 598.*

*Amphion cur dictus lapides mouere 3. f.*

*Animantes muta imitantur & de earum imitatione 122. m.*

*Animæ notio Ariſtoteli varia 71. m.*

*Apparatus cur in Tragœdia 214. f. 216. m. qualis 225. m. perſonæ an ſint eius pars 216. f. num neceſſaria in Tragœdia 217. m. & a 226. ad 229. ideo locus, actor, ſpectator neceſſarius 226. m. ex origine & alijs colligitur eius neceſſitas in dramate 226. ineptè eius neceſſitas tollitur ſcriptione 227. quæ huic neceſſitati faueant 227. multa ſcriptione exprimi nequeunt 227. res exemplis illuſtratur 227. m. Tragœ-*

dia definitio apparatus oſtendit neceſſitatem 227.m.imperfecta Tragœdia ſine apparatu 227.f. comparatè non neceſſarius ſeu expers artis dicitur apparatus non ſimpliciter 228.229. non parua Tragœdiæ pars 228.ſ.non omnino caret neceſſitate 257.m. 608. non planè reijcitur ad gignendam volupta-tem 348.p.350.p.353.m.

Archylocus, an iambi author, an verò illum nobilitarit 135.

Argumentum nouum in Tragœdia quomodo intelligendum 430.m.

Ariſtoteles laudat Poëſim 3.m.Poëſim vbi & in quib. citet 10.f.12.p.obſeruauit Poëtica Platonis decreta 11.m.aduerſatur illis 11.f.70.m.f. facit Poëſim Muſica partē 54. p. poëſim citra fabulam & imitationē nō admittit 55.m.ſine carmine cū imitatione admittit, ſed iuſta magnitudine 55.m. ex lyricis cur exēpla petat 55.m.f.Artes quotidie mutari ait, & ideo nouas poëſis formas admitteret 56.p.lyricū carmē citra imitationē nō numeraret inter Poëmata 55.m.56.analogia quadā reuocaret ad Poëſim 56

Ariſtoteli animæ notio qualis 71.m.

Ariſtotelis Poëtica admirabilis, perdifficillis, preſſe ſcripta, & in qua ſibi canit, exercet ingenia, illius interpretes & horum labores 7.m.libri incenſi & qui 11.f. ordo & ſtylus 12.m.13.m.176. locutio 12.m.

Ariſtoteles de ridiculis 10.f.de purgatione 10.p.qualis in Poëticis Platonis decretis 12.m.poëticam citat ſæpè & vbi 12.m. pro poëſi 34.m.num ſatis explicarit generatim quæ vniuerſim pertinent ad poëſim a 177.ad 180.

Ariſtoteles de imitatione 57.& deinceps fusè.varius 58.p.reſipiſcere videtur 59.a Platone varius 60 f.exagitatur 78.m.nonnihil excuſatur 62.ſi tamen preſsè imitatio ſumatur, deſeritur 62.Platoni creat inuidiam 70.m.f.de imitatione exagitatus 70.ad Platonem quem deſeruerat redit in imitatione 78. in eadem inconſtantia 78.m. ſerpit callidè ſeu vacillat in carmine imitationis experte oppugnando 78.f. ſic in anticipata probitate reycienda 78.f.non ſatis docet quanti carmen æſtimandum in poëſi 80. carmen non neceſſariò videtur requirere, ſed obſcurè loquitur 80.m.apertius 80.f.82.p.in quo motu ponat rhythmum 86.m.87.quid de carmine ſine fabula & imitatione 80. & 82. Epopœiam ſoluta oratione admittit dummodo cum imitatione 80.f.exagitatur 80.f.81.p.de obſcura rhythmi & harmoniæ repreſentatione 90.p.de aperta 90.p.exagitatur dum modò meliores modò ſimiles ſubycit imitationi 92.f. 94.f.dum formas imitatrices diſtinguit materia 95.f.96.98.m. vtcunque defenſus 100. exagitatur de materia Poëtica, Tragica, Comica 103.laudatur in explicatu virtutum 103.m.populariter vſurpat bonos & malos in Tragœdia & Comœdia 103. f.qui narranti tribuat imitationem 106. an in hoc lapſus 106.m.111.defenſus de materia Tragœdiæ 103.eius de tripartita imitatione opinio 106.refellitur circa imitationem narratione factam 109.in imitatione repugnat Platoni 110.in eius recidit ſententiam & cur 111.inconſtantia vtcunque excuſatur 111.ſimpliciter non excuſatur 112.

Ariſtoteles an ægermanis initijs inceperit poëticam inſtitutionem 116.ſalebras habet multas 118.reprehenſus de ortu poëſis 129.defenſus 130.quòd tumultuariam faciat originem oppugnatus 129.m.defenſus 130.quod ab imitatione oppugnatur 129.m.defenſus 130.quod poëticum furorem prætermiſerit oppugnatus & defenſus 129. 130. exagitatur de Poëtarum antiquitate 132.133. vtcunque defenſus 132.133.Homerizzat 133.m. 134.f.139.Homerum grauis & ridis authorem facit poëmatis 133. 134.136.exagitatus dum comœdiæ nomine leue poëma intelligit vniuerſim 136.f. defenditur vtcunq; 139.exagitatur de Margite 137.138.vtcunque defenſus 139. exagitatur de Iliadis & Odyſſiæ proportione ad Tragœdiam 138.defenſus vtcunque 139.exagitatus dum confert Epopœiam cum Tragœdia & explicatur 173.f.exagitatus quòd prius egerit de Tragœdia quàm de Comœdia & de friuolo prætextu 174.p.175.p.exagitatus, quòd omiſerit poëticæ & poëſis definitionem ac finem, & varias poëſis formas, legumque poëſim præpoſterè induxerit, imitationis naturam prætermiſerit 177. Epopœiæ, rhythmi, harmoniæ notionem non declararit 520.poëſis cauſam alteram de nomine non aperuerit: furorem poëticum & artem omiſerit, dum cauſas requireret 177.m.de Comœdia & Dithyrambica 177.f. defenſus vtcunque 172.ad 179. exagitatur dum moribus etiam præſtantes ſubycit Tragœdiæ 198. defenditur vtcunque 198. de purgatione per muſicam 201. de ordine naturali & hiſtorico in poëmate retinendo 234.m.de pulchritudine 248.de Mundi magnitudine & pulchritudine exagitatus 249.m. vtcunque defenſus 252.m.exagitatus dum compoſitionem magnitudine concludit ac defenſus 250.m.exagitatus dum rebus exiguis adimit pulchritudinem 250.f.251.defenſus 251.m.252. de longitudine Tragœdiæ 253.in hac oppugnatur 255.m.256.defenditur 257.258. ſigillatim in longitudine Epopœiæ examinatur 258.

Ariſtoteles de fabulæ vnitate à 260.ad 275.exagitatur 263.264.defenditur 264.f.ducem cum adminiſtris non ſolitarios requirit 273.f.quòd poëtæ munus præſcribat & in vniuerſum veriſimile a 276. ad 278.poëſim antepoſuit Hiſtoriæ & cur 278.Ideas vitæ poëtæ fingendas cenſet 281. de veriſimili exagitatur

tatur 283.f.defenditur 284.poëſim confirmat eſſe magis philoſophicam a 285.f.ad 287.an ficti argumenti Tragœdiam admiſerit a 288.f.ad 292.rurſus de poëtæ munere & actionis imitatione & ab Hiſtorico diſſentione 293. prohibet Epiſodicam fabulam 294.f.an rectè de hac præceperit a 295.ad 299 de fabulæ pulchritudine 300. fabulam partitur in ſimplicem & implexam 296.an in ſimplici admittat fortunæ commutationem 304.de agnitione & eius formis a 307.ad 312. de perpeſſione 312. an cædes & mortes ſpectatorum commiſerit oculis a 313.ad 317.

Ariſtoteles de partibus quantitatis in Tragœdia & quæ ſint a 318.ad 321. an de hac re rectè præceperit a 321.ad 325.de perſonis Tragicis a 327.ad 333.exagitatur 328.defenditur 329. de philantropia 331.m.inter probas & improbas conſtituit perſonas 332.de pulchra fabula 334. de optima Tragœdia 339. exagitatur in ſimplici conſtitutione 339.f. de fabula ſecundæ conſtitutionis 344. exagitatur & defenditur vtcunque a 343.ad 346.de metu & miſericordia num ex apparatu an aliunde a 346.f.ad 350.de voluptate gignenda ex conſtitutione & quomodo & qualis voluptas a 351.ad 356. receptas fabulas ſolas probibet & quæ ſint 357.varij modi patrandæ necis in fabula & qui boni aut mali a 757 m.ad 363.controuerſiis circa fabulam ſuppeditat argumentum a 363.m. ad 380. de ſimplici fabula 364. vtra magis probanda ſimplex an duplex 366.de formis Tragœdiæ 372. de fœlici exitu Tragico 377.

Ariſtoteles de moribus Tragicis a 381. ad 404.exagitatur 382.f. defenditur 383. exagitatur rurſus 387.de machina quando & in quibus vti liceat a 391.ad 398.de moribus excolendis & quæ circa mores ſeruanda 398.de editis ſermonibus 398.404.pugnare ſecum videtur de moribus 400.f. 404.de varijs agnitionis formis a 405.f.ad 418.de decoro tuendo & repugnantia ſugienda 419.figuris cur exornari iubeat poëſim & quid ſibi velit 420.num admiſerit furorem poëticum a 423.ad 428. argumentum fabulæ texi prius iubet, tum addi epiſodia 429.nomina mox imponi iubet & an rectè 432.de epiſodijs 433.Tragœdiam partitur in nexum & ſolutionem 438.de Tragœdiæ formis & an rectè præceperit a 441.ad 445.quomodo Tragœdia ſit eadem vel alia 446.exagitatus de nexus & ſolutionis partitione 446.de epopæica conſtitutione 448.de polymytha conſtitutione 445.448.f.450.m.451.de choro 452.de ſententia 456.de elocutione 458.de partibus elocutionis 461. exagitatur a Patritio & defenditur a 461.m.ad 467.

Ariſtoteles de epopœia a 467. ad 531. cur a tragœdia ad epopœiam 467.f.qui heroicum reuocet ad dramaticum ſtylum 473.an ſolitarium faciat heroëm 477. omittit epopœiæ definitionem & cur 480. de Hiſtoria quid ſenſerit 490.Homerum celebrat in Iliade 492.p.& 497.exagitatur 492.m.defenditur 494.num fabulam multarum partium damnet & quomodo 498. exagitatur, dum multas partes epopœia ad finē perduci ait non Tragœdia 507.de metro epico 510.f.num iure iubeat epicum dicere paucissima 515.de admiratione epica 518.num iure Homerum commendet quaſi mentiri docuerit vt oportet 522.de veriſimili cū admirabili 524.de dictione vbi magis ornanda 528.de accuſationibus & defenſionibus poëtarum a 531.ad 600.num epopœiæ tribuendus ſit principatus in poëſi an tragœdiæ a 600. ad 618.

Ariſtoteles Cyrenaicus ſcriptor poëticæ 13.m.

Ars quid 21.p.27.m.34.f.35.p.num ad Poëſim, & cur non inter cauſas 177.m.178.m. optare debet optimum & cur 227.f. Artis error qui 282.f.quando excuſet 284.f.285.cur epiſodium faciat 296.

Artes quotidie mutari 56.p.

Artificialis ordo, vide ordo.

Auditores poëſis quales eſſe debeant 8.m.

Auerroës in imitatione conuenientiam quærit 92.m.pro ordine naturali 234.f.

Auletica num forma poëſis 17.m.quid Ariſtoteli 43.f.45.f.46.m.num ſpecies poëſis 46.m.47.f.48. ad 54.& 55.p. ſpecies poëſis 49.p.num ſpecies Muſicæ 46. m.carere poteſt imitatione 48.p. de illa interpretes 48.m.refelluntur 49.f.de eadem authoris ſententia 49.p.improbatur vt ſordida 50.f.51.p. num poëſis forma 55.177.p.aliter docentes reprehenduntur 55.p.quibus imitetur 64.f. cur eum formis poëſis numeretur 63.m.65.f.67.p.

Authoris conſilium in operis diſpoſitione, in explanatione 1.7.f.8.f.in œconomia 176.f.177.p.189.p. in controuerſiis 9.& 10.in œconomia de Tragœdia 176.195.

B

BAcchus vide Pallica & Dithyrambica.

Barbaries pro fortitudine & virtute Achilli attributa, vide Homerus.

Baſilius magnus pro poëſi 33.f.

Beatam vitam habet propoſitam epopœia & poëſis & quomodo 23.m.181.f.184.m.185.m.186.m.

*Bibliotheca Ariſtotelis incenſa 11.p.14.*

*Boni mores in Tragicis perſonis quales fingendi, vide mores.*

*Cædes in fabula variæ, & quæ melior 357.m.360.f.361.362.*

*Cantus perfectio Poëmatum 54.55.*

*Carmen de Martyre & rebus ſacris ad quod genus 17.f.an neceſſarium poëmati 68. in hoc non ſemper apertus Ariſtoteles 78.f.88.f.Poëſi neceſſarium ex Platone 80.m.81.f.ex communi veterum conſenſu 80.p.num ſine fabula, & imitatione ſufficiat 80.f.quid Ariſtoteles 81.f.82.p.rem contentioſam eſſe in Ariſtotele 82.p.carmine rectè ſolui dramaticum 83.p.aliud poëma ſoluendum nullum 83.m. num neceſſarium ob voluptatem 127.m.*

*Centaurus Charemonis 73.f.75.p.78.m.79.p.dramaticus 79.f.vnde Centaurus 79.m.*

*Charemon num poëta 78.m.79.f. quomodo ex varijs carminibus eius Centaurus 79.p. in reliquis vide Centaurus.*

*Chorus imminutus quomodo 258.m.Chorus comœdiarum quis & quomodo ſerò datus 164.165.quomodo ex voluntarijs 164.165.qualis à magiſtratu 164.165.166.qui ex hiſtrionibus eum facerent, reprehenſi 166.f.quibus occupatus 452.f.de eodem 453.454.*

*Choricum 324.m.*

*Cicero pro poëſi 3.m.34.p.in librorum inſcriptione 17.m.poëticam Grammatica concludit cur 23.f.24.f.26.f.27.p. diſputat in vtranque partem 27. m.muſicam diuidit tripartitò 53.m. quomodo poëtam ab Oratore diſtinguat 68.p.eius dialogi num ad Poëma 81.m.de dialogo 69.m.quid per modos 86.m.eius dialogi non poëmata 81.m. Rhythmum in cæleſti motu obſeruat 87.p.primas tribuit carmini & ori in repreſentatione 90.imitatores creat a Natura 122.m.de ridiculis vbi & quid 163.m.ea maximè videri, quæ turpitudinem deſignant non turpiter 163.m.eius dialogi ex Ariſtotele ſub Poëſi, ſed perperam 181.m.de Mundi purgatione ex Stoicis 202.f.pro ordine artificioſo 234.f.237.m. exponitur 241.m. de pulchritudine 284.f.de moribus 386.f.*

*Citharíſtica qualis Ariſtoteli & num forma poëſis 17.f.eius varietas 46.p.num ſpecies poëſis 46.m.47.f.48.ad 54.& 55.p.cur cum formis Poëſis numeretur 638.m.65.f.67.p.quomodo imitetur 64.f.*

*Ciuilis facultas qualis erga Poëticam & artes omnes 23.f.26.poëſim dirigit 185.186.m.Ciuili facultati ſubiecta poëſis 282.p.ciuilis & poëticæ facultatis vim non eſſe eandem, quid ſignificet 282.f.*

*Clemens Alexandrinus de muſica 53.m.*

*Coloribus & figuris imitari quid 64.f.65.*

*Comica Ariſtotelis pars deſideratur, & hinc poëtica ſit Ariſtotelis 12.f.Comica Ariſtotelis materia ſuſpecta 103.p.*

*Comicus agentes imitatur 92.p. eius imitatio num varietur tripartitò 100.m.ideam quandam fingit, & hoc etiam differt ab Hiſtorico 277.m.a Iambico quòd nomina fingit 286.p.*

*Comœdia quibus imitetur, & quomodo 84.m.bonos etiam imitatur 103.p.eius inuentio & per quos 114.m.cur orta in Democratia 115.f.cur non Athenienſibus 115.f. Comœdiæ & Tragœdiæ inuentio non planè conſtituta dimittitur & cur 120.f.Comœdia & iambus vnde 131.m.Comœdiæ figuras monſtrauit Homerus, & quomodo 136.m.propagatio Comœdiæ 140.f.craſſo filo ab Ariſtotele 141.m. incrementa vnde & quomodo extemporanea 144.ad 147.ortus rurſus 143.ex phallicis & quomodo 144.f.ad 147:orta ex tempore, aucta paulatim 145. quid & cur a definitione incipiat dum incrementa requirit 160.f.ad 164.quomodo non res oneroſiſſima & indigna Comico imitanda proponatur 161.m.in quo genere peiora imitetur 161.cur peiorum non malorum imitatio 161.m.qui peiores in Comœdia, et quomodo excellant 162.p.an rectè definiatur 162.m.eius ridicula aliò reiecta 162.f. partes cum Tragœdia habet communes & quæ 163.p.quale ſit eius ridiculum, & quod vitij genus 163.m.ſine dolore & vi interimendi 261.f.turpitudinem habet & cur 163.f.turpitudinis pars cur 163.f. turpitudinem habet & cur 163.f.turpitudinis pars cur 163.f.num admiratio requiratur & nouitas ad riſum 163.f. incrementa & mutationes Comœdiæ obſcura & cur 164.f. de incrementis rurſus & varietate 165.166.Comœdorum chorus quid & quomodo ſerò datus 165.p.quomodo ex voluntarijs 165.m. authores primò rudes & cur 165.m.quis prologos aut perſonas aut multitudinem dederit, ignoratur 165.m. qui primi fabulam finxerint 165.m.Chorus illi vnde & qualis a 166.f.ad 467. eius figuræ quales 165.f.167.p.perſona num laruam an hiſtrionem ſignificet 165.f.167.m.prologi quales 165.f.167.m.fabulam an ſerò & ab Epicarmo habuerit & qualem 165.f.167.f.qualis a Crate fabula & num ſoluta 166.f.168.exagitatur Ariſtoteles vt mancus in his quæ generatim de Poëſi 176.f. defenditur 177.f.ad 179.num bonos etiam imitetur, & quomodo malos 197.m. quibus hominibus inſtituta ſit 208.f.quis finis 210.p.apparatum neceſſario requirit a 226.ad 229. fingit nomina & ſi vetus non*

ſemper

ſemper fingebat 286.m.non amittit veriſimile licet fingat nomina 286.f.
Comici & dramatici reprehenſi 6.p.defenſi 6.f.
Concentus qualis 87.f.
Conſilium Ariſtotelis in proœmio a 104.ad 100.
Conſilium Authoris 1.in reliquis vide Authoris.
Controuerſiæ Poëticæ centum proponuntur X.de Inſcriptione & argumento & quæ 9. & deinceps.I.an hoc opus ſit Ariſtotelis 10.Reliquas pete ex ipſo Controuerſiarum Indice.
Corrina de argumento Poëſis 20.p.m.
Crates quomodo abiectis iambis fecerit fabulam, & an ſoluta oratione 166.p.168.
Credibile aut incredibile latè patet 287.
Cyrenaicus Ariſtotelis de Poëtica 13.m.

D

DAuid cithara ſedat perturbationem & compeſcit dæmonem 203.f.
Decorum ſeruandum 419.
Defenſiones poëtarum, & reprehenſiones 531.ad 600.in his exagitatur Ariſtoteles 584.ad 588.ex omonomia, & alijs ducitur defenſio 596.597.ex aliena arte non ſemper defendendus Poëta 598.f.
Definire periculoſum 18.p.in Poëtica conſtat & cur 180.m.
Definitio poëſis 181.p.declaratio 181.m.
Doctrinarum diuiſio 25.p.31.m.32.p.quæ vtantur oratione 25.m.28.m.
Deliada 47.p.57.p.97.m.
Democratia qualis & cur in ea orta Comœdia 115.p.an artibus viam aperiat 115.
Dialogus qualis 69.m.an poëma 80.f.81.medium tenet locum 81.p.non tamen ſemper 81.m. ex Ariſtotele ſub poëſi 182.m.medius tamen locus ijs fermè reſeruandus 182.m.f.
Dictio Tragica 214.f.215.p.quomodo differat a ſententia 217.f.quarto loco ponenda & quid ſit 224.
Differentiæ imitationis 62.f.
Difficilia excellunt 220.m.
Dion Chryſoſtomus Poëtæ ſolutam concedit orationem 69.p.de ordine perturbato Homeri 237.p.
Diſpoſitio operis vide in verbo œconomia & ordo.
Dithyrambica an ſpecies Poëſis, præſertim a lyrica diſtincta 17.m. a Baccho appellata 45.m. qualis & quibus translata 45.f.47.f.61.f.62.f.84.193.200. qua vtatur harmonia 72.m. altrix Tragœdiæ 145.m.cur non locus ſtatuatur 177.f.179.m.de eius ortu 178.f.quid Ariſtoteli 45.lyrico perſimilis 48.f.54.p.quomodo imitetur 49.84.p.95.m.quomodo diſtinguatur, quibus inſtrumentis vtatur, num ſemper imitetur 51.m.quomodo diſtinguenda 84.p.a Platone ſit omnino expers imitationis 84.m.102.p. cur melot ei tribuatur 51.f.eius rhythmus qualis 88.f.89.eius imitatio varia 99.f.an a legum Poëſi differat 102.m.eius imitatio 108.m. aduentitia eſt illi imitatio 108.p. ortus & incrementa omiſſa 177.f.defenditur 178.m.vbi tractanda non explicatur 177.f.defenditur 179.m.
Dithyrambicus agentes imitatur 92.p.
Doctrinarum diuiſio 25.p.31.m.32.p.quæ vtantur oratione 25.m.28.m.
Drama & eius ratio 114.m.ei neceſſarius apparatus a 226.ad 229.m.
Dramaticum poëma rectè ſolui carmine 83.p.
Dramaticus rhythmus qualis 88.f.89.
Δύναμις ſeu facultas quid 34.m.35.m.f.

E

ECloga ad quod genus 17.f.18.p.an omiſſa 54.m.
Εἰκονογράφοι qui Ariſtoteli 399.m.
Elegia quale Poëma 18.p.an omiſſa 54.m.
Elocutio lubricum offert argumentum 13.f.qualis in Poëta 458.f.459.461.qualis in Epopæia 501.m.504.p.qui ſpectanda vt defendatur Poëta 557.
Embolima canere quid 453.
Emiſſi ſermones qui 401.f.404.
Empedocles an poëta omnino 77.f.78.quid differat ab Homero 78.p.phyſiologus magis 78.f.
Encomium & hymnus vnde 131.132.
Epica imitatio non vnius generis 92.differentiæ quales inſint huius imitationi 97.p.
Epicarmus quomodo author fabulæ 165.f.167.f.
Epici reprehenſi & cur 6.p.defenſi 6.f.quidam reprehenſi & cur 497.m.cur πολυμερῆ actionem reprehendat

bendat

*bendat 498.p.quid Ariſtoteli valeat πολυμερῆ 408.ſ.409.p.ſ. quo nomine reprehendatur Tragœdia multarum partium 499.m.iurè ne hos reprehendat Ariſtoteles 499.500.*

*Epico quampauciſſima dicenda 515.ſ.exagitatur Ariſtoteles dum id tribuit Homero 516.p.ſ.*

*Epicus non ſemper imitatur 93.p.agentes propriè imitatur: non agentes quomodo 93. m. ad ideam quandam res reuocat & hoc etiam differt ab Hiſtorico 277.ſ.*

*Epigramma an omiſſum 54.m.*

*Epilogus procemialium Poëticæ quæſtionum 37.ſ.*

*Epiſodia in Tragœdiam inuecta 157.cur & quid ſint 159.ſ.*

*Epiſodia quando addenda 429.p.432.433.ſ.non hæc pro epiſodijs diſcernenda auditoribus 434.m. quomodo tamen internoſcenda 434.ſ.comparantur dramatica cum epicis 434.ſ.*

*Epiſodij ratio quà eſt pars quantitatis 523.m.*

*Epiſodica fabula peſſima & quæ ab 294. ad 527. cur de ea agatur 295.ſ. reliqua vide in fabula epiſodica.*

*Epithalamium an omiſſum 54.ſ.*

*Epopœia quid ſignificet Ariſtoteli 45.46.ſ.47.ſ.quomodo imitetur 67.an ſoluta oratione a 67.ad 74.ſolo carmine 67.ſ.ſoluta quoque oratione 68.ſ.97.m.definitur res 66.m.ſoluuntur argumenta 74.p.eius quàm varia notio;ſed propriè ſumpta non ſine carmine 69.ſ.variè accepta ab Ariſtotele & cur 70.m. ad initium propriè ſumpta 70.ſ.quomodo in particula VI. 70.p.71.p.authorum opinio 71.ſ.argumenta ſolo carmine epopœiam condentia euertuntur 72.loci vis de epopœia 75.epopœia qualis 79.ſ.Ariſtotelis tempore vel ſolis metris,vel ſoluta tantùm oratione,condita 79.m.num ſoluta oratione ſcribi poſſit & quo loco habenda 80.81.rhythmo caret aperto non obſcuro qui in metro 88.p.Ex Ariſtotele tum vincta tum ſoluta 87.m.88.eius imitatio non vnius generis 93.m.97.m.vnde orta 98. eius diſcrimina a Tragœdia 138.m.*

*Epopœia(latè tamen ſumpta)mater Tragœdiæ 145.m.quibus conueniat & differat ab ea 168.ad 172.cõuenit in metro vniuerſim & in materia 196.p.conſectata eſt Tragœdiã & cur,& num inuidia hinc conſletur epopœiæ 169.p.ſ.170.ſ.diſſimilis forma metri,enunciatione,longitudine a Tragœdia 170.ſ.quomodo præſtantes imitetur 170.p.171.m.eius enunciatio qualis 170.m.172.m.cur non vrgeatur tempore 172.p.aliæ conuenientiæ vel differentiæ 170.m.& 172.p.quomodo ſoluta oratione conſtare poſſit & num metro diſſocietur a Tragœdia 170.p.171.an optimos imitetur ſemper 170.p. 171.m. quomodo ſimplici metro 171.m.de partibus ei tum communibus cum Tragœdia,tum proprijs a 172. ad 175. quomodo epopœia non plures habeat partes quàm Tragœdia 173.ſ.174.cur imitatio dicatur quæ ſit hexametro 176.m.de varia eius notione 176.m.cõmunioribus conſtat & ideo tractanda fuerat ante Tragœdiam 176.ſ.notio non explicata 177.m.ortus omiſſus 177.ſ.defenditur 178.ſ.179.p.*

*Epopœiæ definitione Poëſis concluditur & quomodo 182. quis finis 181.ſ.185.m. ſine carmine aliqua 224.m.non actuoſa & ideo ſcriptis perficitur ſecus ac drama 227.m.*

*Epopœiam ſigillatim aggreditur 467.ad 531.dramaticam conſtitui iubet & circa vnam actionem,totam, perfectam quæque voluptatem efficiat vt animal 467.m.cur priùs de epopœia quàm de Comœdia & de ordine 467.ſ.exagitatur Ariſtoteles 467.ſ.468.defenditur vtcunque 468.m.469. cur dicatur narratiua & in metro poſita 469.m.482.483.leges epicæ 469.ſ.examinatur prima qui ſit dramatica conſtituenda 470.Authoris ſententia 471.ſ.472.an dramatico ſtylo texenda epopœia 473.m.Ariſtoteles exagitatur priùs,tum defenditur 474.475. examinatur ſecunda vt ſit circa vnam actionem 475.ſ.x.effactis res declaratur a 476. ad 481. exempla epopœiarum vnitate carentium 476.m. num vna dum a multis adminiſtrata actio 476.ſ. num multæ multorum 477.p. num ſolitarius heros requiratur a 477.m.ad 480.m. multitudo actionis ſub vno duce non facilè explodenda 480.ſ.481.tertia lex vt ſit tota atque perfecta explicatur 481.m.epopœia definitio cur prætermiſſa ab Ariſtotele 482. ex eius principijs formatur,mox etiam examinatur 483.ad 486.voluptas cur & qualis in epopœia 484.ſ.485 beatam vitam ſpectat 485.m.*

*Epopœia differt ab hiſtorijs conſuetis , & quid ſignificet a 486.ad 491.m.confertur cum hiſtoria 486.ſ quomodo diſſocietur 487.exagitatur & defenditur Ariſtoteles in tota hac comparatione a 487.ſ.ad 490.m.colligitur germana eius ſententia 490.ſ.*

*Epopœia quibus differt a Tragœdia 505.p.longitudine & quomodo 505. 506. num multas imitetur partes 507.m. ad 510.quo metro gaudeat 510. iurè ne heroico 511.ſ. oppugnatur Ariſtoteles 511.ſ. 512. varium metrum reſpuit 514. natura tale carmen Epopœiæ tribuit 524.ſ. admirationem requirit a 518. ad 521. oppugnatur ac defenditur Ariſtoteles 518.519. cur maior admiratio in epopœia 519.ſ. exemplo res illuſtratur & Virgilius ac Torquatus cum Homero comparatur 520. 521. veriſimile quatenus amet 524. 525. res ad idem reuocandæ 549.p. vel herois ideas*

fingen-

*ſingendas.549.non habeat partes quantitatis & quomodo 541.*

*Epopœia num poſtponenda Tragœdiæ an anteponenda a 601.ad 618.pro epopœia 601.ad 604. pro Tragœdia a 605.ad 614.principatum epopœiæ deberi contra Ariſtotelem diſputatur 615.ad 618.*

*Epopœiæ partitio varia 437.f.*

*Epopœia eaſdem cum Tragœdia formas habet & quæ ſint 501.qui ſit ſimplex 500.m.in qualitatis partibus non omnibus conuenit cum Tragœdia 503.m.qui peripetijs egeat,agnitionibus,affectibus & an ſibi conſtet Ariſtoteles 503.m.f.eius ſententia & elocutio qualis 501.m.504.p.*

*Epopœica conſtitutio cauenda 447.f.quæ & qualis 448.f.*

*Epici reprehenſi & cur 6.p.defenſi 6.f.quidam reprehenſi & cur 497.m. cur πολυμερῆ actionem reprehendat 498.p.quid Ariſtoteli valeat πολυμερῆ 408.f.409.p.f.quo nomine reprehendatur Tragœdia multarum partium 499.m.iurè ne hos reprehendat Ariſtoteles 499.500.*

*Epico quampauciſſima dicenda 515.f.exagitatur Ariſtoteles dum id tribuit Homero 516.p.f.*

*Epigramma an omiſſum 54.m.*

*Epilogus Poëticæ examinatur 614.*

*Epiſodia quando addenda 429.p.432.433.f.non hæc pro epiſodijs diſcernenda auditoribus 434.m. quomodo tamen internoſcenda 434.f.comparantur dramatica cum epicis 434.f.*

*Epos & Epi quales 142.*

*Eraſtus,Splandiani & ſimiles num Poëmata Ariſtoteli 80.f.medius iis debetur locus 81.p.*

*Errata Poëtarum ſupprimit Ariſtoteles & cur 540.m. quæ non artis an condonanda 546.m. quæ nequeant excuſari 583.*

*Errore peccat Tragœdiæ idonea perſona 332.f.333.m.336.p.*

*Euripides de hominis purgatione 203.p.defenſus ab Ariſtotele de incredibili 284.p.de calamitoſo Tragœdiæ fine 339.m.cur Τραγικώτατος 339.m.340.m.eius reſponſum Archelao 340.p. 241.m.cur læti finis videatur ſcripſiſſe Tragœdias 341.m.*

*Exodus 324.eius exempla 319.f.320.*

*Exordium Poëticæ.vide Proœmium.*

### F

*FAbulæ notio varia & qualis Ariſtoteli 42.f.43.p.m.fabulam Comicam qui primi 164.m. quomodo tam serò & ab Epicharmo 165.f.168.cur,quæ,qualis in Tragœdia 215.m.eius vis 215.m. quomodo pars qualitatis aut non 216.m.& num neceſſaria 217.f.qui differt a moribus 417.f.præſtat cæteris partibus qualitatis 219.m.eſt imitatio non hominum ſed actionum 219.f.non ſine actione 220.f. etiam ſine ſententia & moribus benè inſtructis metum & miſericordiam excitare poteſt 220.m. per peripetiam & agnitionem capit animos 220.m.excellit quia difficilis 220.m.eius elogium, principium & anima Tragœdiæ 220.f.221.p.fundamentum aliarum partium & ideo fonti, fundamento, carinæ & deſignationi comparatur & cur 221.m.an in materiæ potiùs quàm formæ loco habenda: cur actionis & rerum coagmentatarum ſit 221.m.deſignationi picturæ reſpondet 221.m.eſt actionum & agentium & quomodo 221.m.an ſit perfecta & quomodo 230.m. habeat initium, medium, & finem, & quid ſint ſingula 230.m.hunc conſeruet ordinem 230.m.dubitatur quia poëtæ talem ordinem mutant 230.f.ad 232.præpoſterus ordo videtur neceſſarius in Tragœdia 230.m.exagitatur ordo naturalis Ariſtotelis ob obſcuritatem 231.num artificioſus ordo in ea retinendus an naturalis a 232.ad 234.quomodo initium dignoſci aut fingi poſſit,vt in ea naturalis ſeruetur ordo a 243.ad 246. reprehenduntur aliter docentes 245.246. fabulæ pulchritudo quid requirat 247. ordo partium & magnitudo requiritur 247.m.magnitudo qualis & cur 247.m.exagitatur requiſita ad pulchritudinem magnitudo a 250. reſpondetur a 250.p.ad 253.vnitas fabulæ a 260.ad 275.reliqua vide in verbo vnitas.*

*Fabula epiſodica peſſima & cur a 294.m. ad 299.quomodo hoc vitetur vitium 295. cur hoc vitio laborent fabulæ 295.num extrinſeca re aliqua an ex fabulæ parte epiſodica fiat fabula 295.296. in alijs exagitatur Ariſtoteles propter epiſodicam fabulam 295.f.296. reſpondetur 296. epiſodica quomodo diſcernenda 296.f.cur mutuò epiſodia in ea inſerenda 297.f. Fabula ſeu Tragœdia pulcherrima quæ 300.hæc habet res terribiles & miſerabiles inter ſe nexas, & vnde id conſtet 300.m.debet terminari præter opinionem vt ſit admirabilis 300.m.& in admirabilia quæ fieri videantur conſilio 300.f. quomodo 301.m.*

*Fabula ſimplex alia, & alia implexa quæ & cur 296.m.earundem definitio 296.f. num in ſimplici fiat fortunæ commutatio a 304.ad 306.affirmans ſententia retinetur & contrarijs argumentis reſpondetur 305. præter peripetiam & agnitionem habet perpeſſionem & quid hæc ſit 312.p.num hæc conueniat implexæ tantùm 312.m.num perpeſſio ſub oculis ſpectatorum ſit facienda a 313.ad 317. opi-*

niones variæ 313.f.refelluntur qui negant ex Ariſtotele 313.f.contraria ex Ariſtotele probatur ſententia 314. Horatius hac de re 316.

Fabulæ partes quantitatis quot a 318.ad 326.cur ſic dictæ & de prologo 318.alter coniunctus alter ſeparatus & diſcrimen 318.f.

Fabulæ partes quantitatis quæ 319. epiſodium & aliæ partes quàm difficilem habeant explicatum 320. cur dicantur partes communes 321.cur de partibus quantitatis egerit antequam perfecerit partes qualitatis 321.f.prologi definitio exagitatur 322.m.defenditur 322.m.epiſodij ratio oppugnatur, explicatur, defenditur 323.de exodo & choro 324.

Fabulæ Tragicæ perſonæ & num probæ aptæ 328.cur omiſit probos qui ad proſperam fortunam eleuentur 330.331.cur improbi non apti 331.332.quæ perſonæ inprimis idoneæ 332.333.

Fabula ſecundæ conſtitutionis qualis 342.m.exagitatur 343.defenditur 344.

Fabulæ perfectæ conditiones 334.p.exagitantur 334.m.defenduntur 334.f.335.

Fabula recepta non ſoluenda aut mutanda 357.358.359.m.quomodo adinuenienda fabula Tragica 358 f.cur non circa multas familias 362.f. num fortunæ commutationem habere poſſit planè ſimplicem 363.m.364.duplex non improbatur & quæ 364.365.f.366.ſed inprimis 369.ad 372.

Fabulæ ſolutio qualis 391.m.non machina facienda 391.f.

Fabula priùs texenda, tum epiſodia inducenda 429.p. quid hic per fabulam 429.m. quomodo texenda priùs 430.

Fabula non incommodè tripartitò diſtribuitur 440.p.

Facultatis ſeu δυνάμεως vis ac notio varia 34.m.Alexandro & Ciceroni qualis 34.m.f. num & quomodo ad contraria & quæ veræ facultates 35.m.f.

Falſa oratio num materia poëtica 19.

Falſitatis crimen qui diluatur in poëta 547.ad 551.

Fama & alia quæ excuſant Poëtam ab incredibili & falſo 284.p. fama, & rumor excuſat 547.p. 548.m.

Feſtus de purgatione 203.p.

Ficti argumenti Tragœdia in ſecundis habenda 358.f.num probanda 379.m.

Figura quid ſignificet Ariſtoteli 64.f.65.

Figuris & coloribus imitari quid 64.f.65.figurà non ſine rhythmo & inter inſtrumenta imitationis 84. m.cur incompoſitæ figuræ componendæ adhibeatur figura & rhythmus incompoſito motui 89.m.90. quid figura & figura Comicæ quales 565.167.p.

Finis Poëticæ 22.m. finis Poëticæ & artis a fine pœmatis & operis diſtinguendus 22.23.Triplex finis ſpectari poteſt 23.p.delectatio finis 68.m.185.m.vtilitas 186.reijciuntur argumenta contraria 186 f.ad 188. finis præſtantior his quæ ſunt ad finem & cur 587.p. omnium maximus 187.p. voluptas finis in Agathonis Flore videtur ſtatui 288.reſpondetur 288.m.

Fiſtularum ars non proponitur cum Auletica 46.m.51.p.52.p.52.m.quid differunt a tybijs 54.p.

Finis Poëticæ 22.m.triplex ſpectari poteſt finis 23.p.finis Poëſis a 185.m.ad 188.

Fiſtularum ac ſyringarum ars cur reticeatur 46.f.51.f.52.p.f.

Flaccus de Choro 433.p.

Fœlicitas non in ſola virtute ſed in operatione & qualitate 220.f.220.p.

Fortunæ commutatio an fiat in ſimplici fabula 304.ad 306.

Fœlicis exitus Tragœdia num probetur Ariſtoteli 377.m.ad 380.

Formas Tragœdiæ quot, quæ, cur tot 441.oppugnatur Ariſtoteles 441.f.defenditur 442.m.443.p.

Fortunæ commutatio qualis requiratur in Tragœdia 334.p.335.f.qualis in implexa fabula 506.m.

Furor poëticus an omiſſus & cur 177.m.178.p.cur non inter cauſas 177.f.num concedendus 423. quid Ariſtoteles de eo 426.f.qui concedendus 427.

G

Galenus de pulchritudine 248.m.

Genus poëſis 23.m.ad 34.

Georgica quale poëma. vide Poëma & imitatio.

Grammatica num tanquam genus contineat Poëticam 23.f.26.m.quid præſtet 36.m.

Gratia vide venuſtas.

H

Habitus animi qualis Ariſtoteli 34.f.

Harmonia qualis Platoni 85.m.qualis Ariſtoteli 85. quomodo imitetur humanas actiones 90.p. inferior imitationi vocis 90.f.cum rhythmo & metro comparatur 128.m.

Hebræi

# INDEX.


*Hebrei poëtæ ante Homerum* 132.

*Heliodorus pro ordine artificioſo* 234.*p.exponitur* 241.*m.*

*Herodotus etiam carmine ſcriptus, eſſet hiſtoricus* 278.*p.*

*Heroicum carmen fuſè ſumptum* 135.*m.*

*Hexametrum num aptum Tragœdiæ & cur* 157.*m.cur raro ſundatur ex tempore* 159.*p.*

*Hiſtoricus quà conuenit cum poëta* 62.*p.non imitatur* 105.*m.an probandæ in eo conciones per imitationē* 108.*m.qualis imitatio illi conueniat* 111.*an delectatio* 184.*m.nū ordine cōſentiat cum Poëta* 234.*m.* 241.*f.quà differt a Poëta* 277.*m.*277.*f.*293.*p.nō ob ſolutā orationē* 278.*Poëtæ furor cteur* 278.*m.*

*Hiſtorico ne nomen quidem licet immutare* 278.*m.*

*Hiſtoricus num veriſimilia quoque narret* 278.*f.*279.280.*m.non perfectus hiſtoricus qui moralem ignorat Philoſophiam & cur* 280.*poteſt iudicium interponere* 281.*p.*

*Hiſtoria num genus poëſis* 24.*m.*27.*f.Hiſtoriæ & Poëſis ſimilitudo* 24.*m.an eius germen vel antiſtrophos* 24.*f.*27.*f.*28.

*Hiſtoria Poëtarum ex Ariſtotele* 18.*m.*

*Hiſtoriæ dictio qualis* 4.*m.*

*Hiſtriones quando aucti* 151.*m.non diſtinguendi a perſonis* 151.*m.quomodo duo in Aeſchylo, tres in Sophocle* 149.*f.*

*Homerū præceſſerunt poëtæ: ſed poëma tale non extat* 132.*m.dubitatur* 132.*m.reſpondetur* 132.*m.exagitatur* 134.*Princeps quoque fit leuioris Poëmatis* 137.*m.cōparatè fortaſſe ad antiquos potuit vniuerſi poëmatis fieri princeps non ſimpliciter* 139.*m.an Margite potuerit oſtendere Comœdiæ formā & cuius* 145.*f.an Iliade & Odyſſea oſtenderit formam Tragœdiæ* 145.*f.quem ordinem ſequatur* 608. *Homeri Ilias pro ordine naturali* 235.*m.de fabulæ vnitate laudatur ab Ariſtotele* 262.*p.m. arte ne an natura excelluerit* 262.*m.quomodo agnoſcatur vnitas nimirū ex motione partium* 262.*f.laudatus & exagitatus variè a* 273.276.*f.vnitas fabulæ adimitur illi in Odyſſea, oppugnatur grauiter in Iliade a* 265.*f.ad* 267.*f.excuſari nequit in multis quæ carent veriſimili* 285.*de Achille nutu exercitum conſiſtere iubente quà excuſandus* 285.

*Homero canit Ariſt.*401.560.*f.idem circa Iliadis vnitatē* 492.*p.exagitatur* 492.*m.defenditur* 494.

*Homerus a multis quæſitus Ciuis* 23.*m.cur differat ab Empedocle* 78.*p.varia eius Poëmata* 133. *exagitatur* 137.

*Homerus exagitatur* 492.*&* 493.*&* 496.*ſolus inter poëtas non ignorauit quid faciendum* 515.*p.exagitatus* 515.*m.circa mores exagitatur cū Ariſtotele* 517.*p.in admiratione facienda Virgilio inferior & Torquato* 520.521.*maximè omnium docuit paralogiſmum* 522.*examinatur res fuſè* 522.*f.*523.*exagitatur de veriſimili* 527.*f.*528.*in admirabili & impoſſibili circa Achillem exagitatur* 534.544.*Homeri turpitudines exagitantur cū Ariſtotele* 551.*f.an ſatis defenſus* 556.*de multis exagitatus* 558.*de Doloae exagitatur* 559.*f.de meracc* 560.*de Deorū conuiuijs ſomno atque alijs multis* 562. *Aethyopē dealbat qui eum defendit & in quibus* 502.*f.cum Ariſtotele exagitatur de vrſa quam ait nō tingi oceano* 565.*an a Thaſio defenſus circa inſomnium & mendacium* 568.*exagitatus cum Ariſtotele circa ſtannea ocrea* 573.*de Achillis clypeo exagitatur* 576.*exagitatus in multis* 589. *allegorijs turpiter defenditur* 397. *de Dijs cum Ariſtotele reprehenſus* 599.600.

*Homo an detur nec bonus nec malus* 92.*m.*93.*m.homo imitationi aptiſſimus* 122.*f.diſciplinas primas irritando acquirit* 123.*p.cur primus tantùm dicatur imitando perdiſcere* 123.*m.*

*Horatius pro Poëſi* 34.*p.tripartitò diſtribuit muſicam* 53.*m.*54.*p.voluptatem videtur vtcunque anteponere vtilitati in Poëſi* 188.*perperam Thesbim facit authorem Tragœdiæ* 191.*m.pro ordine artificioſo Iliadem etiam afferens* 232.*f.refellitur* 240.*f.de fine poëſis & Idea effingenda* 281.*m.de moribus in Poëmate* 386.*p.f.de machina* 396.*f.*397.

*Hymnus vnde* 131.*m.*

*I*

I*Amblichus de purgatione* 205.*p.*

*Iambici ad ſingulas perſonas deſcendebant* 286.*m.*

*Iambus* 133.*quomodo acceſſit Margiti* 124.*p.cur ſic dictus* 134.*m.an eius author Archilochus* 135.*m. aptus Tragœdiæ & cur* 157.4.*qualis* 158.*cur colloquio curue rebus agendis aptiſſimus* 158.*f. varius* 158.*f.cur non aptus ſaltationi.*158.*f.*

*Ideam quandam a Poëta effingendam ab* 281.*ad* 283.*f.*

*Idyllia paſtoribus inſtituta* 18.*p.*208.*f.*

*Ilias num vnigena* 480.*m.quas Tragœdias offerat* 500.*f.ſimplex* 500.*cur patica* 501.*p.*

*Ilias & Odyſſea an dramatici contineat formas* 136.*p.*137.*m.An forma Tragœdiæ* 169.*f.Ilias num ad ordinem naturalem.*233.*m.*235.*m.exagitantur poëmata iſta ſparſim a* 263.*ad* 270.*non facilè vnitas in ea defenditur* 267.*m.*

*Ilias cur a Platone Tragœdia vocetur* 299.*p.*

# I N D E X.

*Imitatio quid ſit reticetur & quàm latè pateat 47.m. an Poëſis genus 47.f.*

*Imitatio Poëtica tripartitò variatur 63.m.64. de eius notione & quàm vel neceſſaria vel difficilis 57.p. augetur ob appellationes varias 57.m. latiſſimè patet, ad Deum vſque 57.f. eius vis & amplitudo 58. analogia & ratio 57.f.58. Deo primò conuenit cum cæteris 58.m. Authores de Imitatione 59.p. Ariſtoteles 59.m.60.p. mirè lubricus 61.m. vtcunque explicatur ac defenditur 62. Plato de imitatione 59.f. oppugnatur & defenditur & explicatur 60.f.61. Imitatores varij 64.f.65. ob imitationẽ oppugnatur Ariſtoteles 78.m.f.*

*Imitationis inſtrumenta & differentiæ 64. ex plano aut trina dimenſione fieri 65.m. aliquæ artes imitantur vtriſque 65.m. quid ſit vtriſque 65.f. quid imitari figura 65. imitari rhythmo quid 65.f. in imitatione exagitatus Ariſt. qui tamen redit ad Platonem 78. de Ariſtotele ſigillatim 84.101.104. in Epico non vnius generis 93.p. & 97. diſſimilis eſſe poteſt in Saltatoria, Cithariſtica, Auletica 94. imitãdi modus varius 105. qualis verè Ariſtotelis 106. qualis in narrante ex Piccolomineo 106.f. refellitur 106.f. imitatio Ariſtotelea narratione facta refellitur 107.p.109.f. qualis Platoni 110.p. cur imitationem in narrante admiſerit Ariſtoteles 111.p. mutat ſententiam & cur 111.m. quomodo excuſatur in ea Ariſtoteles 111.f. cui conueniat propriè imitatio 111.f. alio titulo hiſtorico & Oratori & alijs conuenit 111.f. tripartita imitationis varietas 113.p. dubitatur in inſtrumentis 113.p.*

*Imitatio cauſa Poëſis 121.f.122. cur naturalis 122.m.122.f. mutæ animantes imitantur, ſed non cũ homine iungendæ 122.m. cur delectet & quomodo inde diſcamus 125.p. Plutarchus de eadem re 125.f. imitationis natura prætermiſſa 177.m. eſt actionis & per actionem agentium 221.m.*

*Imitatio quũ deteriorum vel meliorum cum debeat eſſe ſimilium 92.m.93.f.*

*Imitatio quomodo in narrante a 106. ad 111. num finis poëſis 188.f.*

*Imitatio impoſſibilium num condonanda poëtis 542.543*

*Imitari quis poteſt tripliciter 104. & deinc. an res prout ſunt vel prout debent eſſe 548.f.*

*Imitator non ex propria perſona narrans 311. & num in hoc lapſus Ariſtoteles 106.m.*

*Implexa fabula quam requirat fortunæ commutationem 500.m. reliqua require in verbo Fabula.*

*Impoſſibilium rerum imitatio & an quando condonanda poëtis 542.543.*

*Incredibilis notæ quomodo excuſetur Poëta 541. & deinceps ſæpè ad 600.*

*Initium, mediũ, finis fabulæ quomodo ſtatui ad dignoſci poſſit vt ordo naturalis ſeruetur a 243.m. ad 245. huius cognitionis difficultas præſertim in Tragœdia 243.m. explicatur 243.f. nõ idem neceſſariò eſſe initium actionis antequam fingatur fabula, & in fictione fabulæ 243.f. confirmatur res exemplis 243.f. 244. commodum initium vel ex actione ſumendum, vel a poëta formandum 244.m. illuſtratur adhuc exemplo Oedipi 244.m. anteacta oſeruiunt 145.p. redarguuntur aliter docentes 145.m. diſcrimen hac in re inter Epopœiam & dramaticum poëma 245.f.246.*

*Inſcriptio Poëticæ & Controuerſia de illa ſeptem 9. Poëticæ inſcriptio varia 13.m.16.m. qualis probabilior 16.17. aliqui in ea reprehenſi 16.f.*

*Inſtrumenta poëticæ imitationis.63.m.64.*

*Inſtrumentorum ratio quas ſpecies imitatrices diſtinguat 85.p. & de his ſingulis ad 88. inſtrumenta Tragœdiæ & Comœdiæ 84.m. Dithyrambicæ 84.p.*

*Interpretes Poëticæ Ariſtotelis qui & quales 7.m.*

*Interpretes pro ordine naturali 234.*

*Ioſephus Hæbræus de poëſi ſuſpecta 33.m. idem de germana Mundi purgatione 203.p.*

*Iſidorus muſicam diuidit tripartitò 53.m.*

*Iuriſconſulti cenſent definire periculoſum 180.p.*

*Iuſtino martyri nouem Ariſtotelis libri de phyſico auditu & cur.16.p.*

L

L*Aërtius de libris Poëticis Ariſt.10.m.13.m.14.p. explicatur 13.f. & 14. de Tragœdiæ choro 149.m. Lector admonetur in multis ſtatim ab initio.*

*Legum poëſis ad quod genus 17.m. num de illa emiſerit opus 47.p. quibus & quomodo imitetur 84. eius rhythmus qualis 88.f.89. ea præpoſterè commemorata & prætermiſſa.177.m.*

*Libri Ariſt. exagitati quaſi ſpurij 11.p. defenſi 14.m. eorum iactura 11.p.14.m. Poëtica non inter incenſos libros 14.m. libri Ariſtotelis an ab ipſo diuiſi 16.p. libros nunquam appellat 15.f. a quibus variè ſecti 16.f. quomodo appellentur 16.f. phyſici variè diſtincti & appellati 16.p.*

*Locutio cur metro apta non è contrario & quomodo non id præpoſterum 157.m.*

*Locutio Ariſtotelis qualis in Poëtica 11.m.*

*Logica an contineat ſub ſe Poëſim 25.p.28.m. qui authores affirment 25.m. cum poëſi confertur 28.f.*

*Longitudo fabulæ vide magnitudo. Longitudo epopœiæ & Tragœdiæ 505.506.*

*Lucanus laudatus ob initium a Scaligero 233.m. pro ordine naturali 235.m.*

*Luciani dialogi num ad Poëma 81.m.*

*Lucianus de rhythmo 89.m. de ſaltatione 90.m. eius dialogi ſub poëſi ex Ariſtotele 182.*

*Lucretius*

*Lucretius pro ordine naturali 235.m.*
*Lyrici reprehenſi 6.p.defenſi 6.f.*
*Lyricus actiones varias imitatur 92.p.& 92.m.qualis eius imitatio 93.vbi interdũ imitetur & quã 108 an eum laude imitetur 108.m.aduentitia illi imitatio 108.m.*
*Lyricum Poëma an Ariſtoteli prætermiſſum 17.m.quem locum obtineat apud eum 18.m.56.p.eius varietas 47.p.an omiſſum 54.m.55.m.56.m.quid extra Peripateticã ſcolam 56.f.de eorum imitatione 92.m.niſi imitetur non inter poëmata ponitur ab Ariſtotele 55.m.rigida opinio extra Peripatum 56.f.defectu magnitudinis an poëſis priuandum nomine 181.m.*

M

M*Achina in quibus vti liceat 391.f.an repudiata ab Ariſtotele 393.f.ad 397.f.ne veriſimile violet cauendum 526.quando commoda in Epopœia 527.*
*Madius quam narranti imitationem tribuat Ariſtoteles & quomodo, vbi refellitur 107.de Tragœdiæ dignitate refellitur 142.f.de imitatione anteponit Ariſtotelis ſententiã Platoni ac refellitur 108.f.309.f.reprehenſus de imitatione 128.m.de Tragœdia ad theatrum refellitur 142.f.exagitatur de Tragœdiæ mutationibus 248.p.de auctis hiſtrionibus 150.m.de quadam quam Sophocli tribuit mutatione 155.m.de purgatione Tragica 206.p.refellitur dum veriſimile proponitur poëtæ 276.m.tria peccat vno in loco de epiſodijs 298.p.de epopœia dramatica 471.laudatur 17.f.& alibi.*
*Macrobius pro ordine artificioſo 233.m.refellitur 241.m.*
*Magnitudo qualis in poëſi requiratur ab Ariſtotele 180.f.& 247.ad 259.ex memoria æſtimatur 248.magnitudo fabulæ, Tragicæ tum ex contentione & ſenſu, tum ex re ipſa peti poteſt 253.f.magnitudo ex ſenſu non eſt artis 253.f.254.qui ex rei natura petitur quò maior eò pulchrior terminus 254.m.magnitudinis terminus ex nexu & ſolutione veriſimiliter peracta petitur 254.m.id cuicunque fabulæ conuenit 254.ex memoria petitur magnitudo 255.p.oppugnatur a 255.m.ad 226.reſpondetur 258.f.dubiũ item quid memoriæ mandandum 255.256.reſpondetur 258.f.exagitatur rurſus de termino dum iubet commodè percipi & de longitudine 256.m.f.explicatur 257.p.de epica ſigillatim 257.quomodò epica a Tragica diſtinguatur licet fortunæ commutatio varia 259.m.quomodo licet memoria eadem 259.m.*
*Margites qualis 133.qui ex iambis 134.an Homeri 133.m.f.394.hexametris conſtabat 133.f.quomodo probroſum aut ridiculum poëma 134.f.137.p.139.p.an dramaticus 153.Margites an forma Comœdiæ 145.f.*
*Martyrum facta quod conſtituant poëma 17.f.an omiſſa ſeu num poſſint concludi imitatione 54.f.55.f.*
*Metaphora poëtis tuendis accommodata 561.m.567.*
*Materia poëticæ 18.f.fuſè.an falſa oratio 10.p.an fabula 10.f.Poëſis 20.m.an poëtica præcepta 55.dramatica Ariſtoteli incerta & varia 103.p.*
*Maximus Tyrius pro Poëſi 33.f.de Homero eiecto 187.f.de Poëſi 189.f.m.*
*Mazzonius de poëſis genere 26.p.refellitur 30.f.37. de ordine Odyſſeæ & Aeneidis 236.m. refellitur 236.f.*
*Mediocritas in poëtis non ſuſtinenda 445.f.447.m.*
*Melodia 215.216.p.quid ſignificet 220.p.quæ ſit & qualis ad apparatum 225.p.cur maximum condimentum 225.m.non parua Tragœdiæ pars 229.*
*Melos cur tribuitur Rithyrambicæ 85.f.quid 87.m.*
*Melodia in Tragœdia 215.p.216.p.217.m.quo loco habenda in dramatico poëmate 503.m.*
*Mellici quales 17.f.*
*Memoria hominis quam varia 255.m.de eadem multa ſparſim a 253.ad 259.m.*
*Μέρɩ & μέρος an varia Ariſtoteli 44.m.*
*Metri genere poëtæ appellati 77.*
*Metrum quid Ariſtoteli 87.m.cur particula rhythmi interdum huic opponatur 127.f.128.quale conueniat epopœiæ 510.511.mutatio metri in Tragœdia a 157.f.ad 159.f.num Tragœdia rectè ſinè metro & cur metrica fiat ab Ariſtotele 216.f.*
*Metus & miſericordia & quomodo purgentur a 204.ad 212.cur excitanda in regum pectore 209.cur excitanda uniuerſim 339.f.340.f.quomodo excitentur 347.exemplo illuſtratur Virgiliano 348.f.349.*
*Mimi Sophronis & Xenarchi 47.f.69.p.71.m.74.f.76.*
*Minturnus quem finem proponat Tragœdia 201.de ordine Aeneidis et Odyſſeæ 236.m.refellitur 236.m.237.m.reprehenditur de initio, medio & fine fingendo aut dignoſcendo vt ſeruetur naturalis ordo 245.m.ad 246.*
*Mitij ſtatua & quod Ariſtoteles inde argumentum ducat 302.p.*
*Modi varij patrandæ necis in fabula 352. m.qui meliores vel peiores a 300.f.ad 362.*
*Modus poëticus quid 86.p.de hoc Cicero 86.m.*

*Mores Tragici* 215.*p.*381.*ad* 405. *an neceſſarij* 217.*ſ. per eos effici morales* 219.*ſ.*220. *ſunt propter actiones affingendi* 220.*p.ſine moribus poteſt eſſe ſabula* 220.*ſecundum obtinet locum & cur* 221.*m. coloribus ſimiles* 221.*ter de moribus & cur* 222.*m. ad ſententiam cognoſcendam pertinent.* 223.*p.ad appetentem animum pertinent & eius inclinationes* 223.*m.quatuor conditiones* 381.*m.quid ſit habere mores* 381.*ſ.exagitatur Ariſtoteles circa Tragicos mores* 382.*defenditur* 383.*examinatur quatuor dictæ conditiones* 387.*m.ad* 391.*m.mores excolendi* 398.*m.mores qui boni fingantur* 398.*exagitatur Ariſtoteles* 399.*defenditur* 400.*quæ ad ſenſus pertinent cuſtodienda ob mores* 401.*ſ.*402.

*Mortes & vulnera num palam & ſub oculis ſpectatorum ſacienda ſint in Tragœdia a* 312.*p.ad* 317.*opiniones variæ* 313.*m.refelluntur qui negant ex Ariſt.*313.*m.docetur ex Ariſtotele eſſe ſacienda publicè* 313.314.*Horatius de hac re* 316.*p.idem docetur ſimpliciter* 316.*ſ.*

*Motus & affectus a Poëta imitandos* 420.*p.oppugnatur cum non ſit hiſtrio Poëta nec hiſtriones inſtituat* 420.*p.quid interpretes* 421.*Authoris ſententia* 422.

*Multiplex ſabula* 268.*reliqua vide in verbo Vnitas.*

*Multarum partium actio cur reprehenſa* 497.*ad* 500.

*Multitudo actionis quando toleranda* 480.*ſ.*481.*p.vide etiam* 492.*m.*

*Mundus pulchritudine careret ſi ſpectatio & vnica & tota ſit neceſſaria* 249.*m.*251.*ſ.*24. *conciliatur* 252.

*Muſa & Sophia ſimul.* 4.*ſ.*

*Muſica tripartita* 53.*p.*58.*p.tota ab Ariſtotele expreſſa* 54.*poëſis genus* 63.70.*ſ.ſedandis imitandiſque affectionibus adhibita* 203.*ſ.*204.

*Mutinenſis negat mutilam poëticam, refellitur* 14.*ſ.*15.*p.*72.*ſ.*73.*De imitatione narrantis refellitur* 109.*p.eiuſdem de Ariſtotelis poëtica iudicium refellitur* 116.*de figuris Tragœdiæ* 472.*m.*149.*ſ.*179.*p.exagitatur de Tragœdiæ mutationibus* 149.*m.ſ.reprehenſus de hiſtrioribus auctis id eſt ſpecietus hiſtrionū* 150.*p.de ſermone primarum partium* 152.*reprehenſus dum negat hoc opus eſſe mancum* 176.*p.de Tragica imitatione* 207.*ſ.de ordine Odyſſeæ & Illadis refellitur* 236.*reprehenſus de perpeſſione* 313.*m. cur epopœia dramatica* 470.*ſ.*

N

*NArratio quàm varia* 69.*m.*

*Natura media interijcit extremis animalibus* 81.*m.metrum ſibi aptum inuenit in Tragœdia & quale* 157.524.*optat quod perfectum* 227.*ſ.nihil epiſodium facit* 296.*ſ.*

*Naturalis imitatio* 121.*p.*123.

*Naturalis ordo in poëmate vide ordo.*

*Neceſſarium & probabile quomodo requiratur in fabula* 283.*p.neceſſariū ſemel contingens et cur* 283.*m.*

*Nexus & ſolutio qui ſeiungantur a ſabula* 446.*m.in vtroque requiritur induſtria* 447.*m.*

*Nomina quando imponenda* 432.*p.*433.*m.cur* 432.*m.exagitatur Ariſtoteles* 432.*ſ.*

*Nomon poëſis quid* 17.*ſ.*57.*p.cur ab initio omiſſa* 54.*ſ.*

O

*ODa qualis Ariſtoteli ex Victorio* 48.*m.an omiſſa* 54.*m.*56.*m.*

*Odyſſeæ ordo qualis* 232.*m.*236.*m.vſque ad* 239.*exagitata ſparſim* 273.*ad* 278. *vnitatis expers* 266.*ſ.*267.480.*m.eius argumentū & epiſodia* 435. *corolaria quæ hinc colliguntur* 435.*ſ.*436. *quas Tragœdias offerat* 500.*ſ.*612.*eſt implexa ſimul, morata, patetica.*503.*p.*

*Oeconomia operis vide operis.*

*Oedipi ordo & argumentum* 230.*ſ.initium poteſt eſſe varium* 245.*p.pro vnigeno argumento* 272.*m.habet abſurda quædam* 393.*m.*

*Onerosa imitatio quæ* 601.*cur non pertineat ad bonos ſpectatores* 602.*ſ.optima Tragœdia quæ* 339.

*Operis œconomia* 14.*ſ.*116.175.*ſ.*176.*cætera vide in verbo ordo.*

*Oratio efflorescat vbi minùs apparent mores & ſententia* 528.*ſ.cur* 530.*m. oppugnatur & defenditur* 529.*circa Homerum deſcritur* 529.*ſ.*

*Oratio falſa num materia poeticæ* 19.

*Oratio in laudem poëſis habetur ab initio.*

*Oratori qualis conueniat imitatio* 111.*ſ.*112.*eius dictio qualis* 4.*m.*

*Oratores an fiant* 37.*p.*

*Orcheſtria qualis* 45.*m.*51.*ſ.*52.*non eſſe partem Muſicæ* 52.*ſ.cur diſtinguatur, & quomodo imitetur* 65.*ſ.quàm excellenter exprimeret* 66.*quomodo imitaretur humanas actiones* 90.*quam efficax & admirabilis* 90.*m.*

*Ordo Ariſtotelis in poëtica* 12.*ſ.cætera in operis œconomia.*

*Ordo in formis poëſeos explicandis* 175.*ſ.*176.*ſ.*

*Ordo in motu Platoni qualis* 85.*ſ.*86.

*Ordo naturalis in fabula præcipitur ab Ariſtotele* 226.*m.exagitatur a* 230.*ad* 232.*quis ordo retinendus*

*naturalis*

naturalis ne an artificioſum. pro artificioſo 233. pro naturali 234. Rationibus ſtatuitur 235. f. refellun tur contrariæ 256. ad 243. Retinendus naturalis ordo quamuis Odyſſea & Aeneis conſtent artificioſo 239. p. quando vtendum artificiali a 702. ad 706. Ilias ordinis naturalis 235. p. Refellitur & Scaliger Horatius 240. f. Vida & Macrobius 241. p. ad Ciceronem, Quintilianum & Plutarchum 241. m. ad Heliodorum & rationes 241. f. vſque 243. ordinem naturalem certis de cauſis variari poſſe & quæ ſint 242. f. quatenus rationes pro naturali impediant 243. p. quomodo ordo naturalis ſeruetur in fabula & agnoſcatur 243. m. ad pulchritudinem neceſſarius 248. 250.

Origo poëſis vide poëſis origo.

Orpheus & alij pro ordine naturali 235. m.

Orpheus cur diceretur cantu feras mulcere 3. f.

Ouidius ſcenæ ſpectacula Tragœdiam & Comœdiam appellat 226. pro ordine naturali 235.

P

PAuſania de muſis 53. m.

Peccatum latiſſimè patet ad animi & corporis vitia 163. p.

Perſonæ Tragicæ quales 125. m. an probæ aptæ 328. m. 330. quid ſi ad proſperam fortunam attollantur 329. m. & 330. quid ſi improbi in calamitatem incidant 329. m. 331. p. de perſonis maximè idoneis 332. m.

Perſonæ an ſint partes apparatus 216. f.

Perſona loquens ſpectanda vt poëta defendatur 554. f. 555.

Peripetia capitur animus 220. m. quid 304.

Perpeſſio qua & qualis 312. m. num ſit fabulæ implexæ tantùm 312. m. perpeſſione ſublata an tollatur Tragœdia lati finis 312. ſimpliciter etiam dicitur publicè facienda 316. f.

Petrarcha pro ordine naturali 235. m.

Perſona quid 165. f. 167. m.

Perturbatio latiſſimè ſumpta in Tragœdiæ definitione 211. gradus habet multos 211.

Phallica altrix Tragœdiæ 145. m. quæ eſſent 146. p.

Philoſophi veteres Poëtæ 4. f.

Philoſophia auſterior poëſis 3. f.

Philoſtratus de Aeſchilo 152. m.

Phonaſcos imitator qualis 65. p.

Phonitichi cur reticeatur 46. f. 51. f. qualis 52. m. 53. p. m. 53. f. expreſſa ab Ariſtotele 54.

Piccolomineus de imitatione narrantis refellitur 106. f. circa ταλαιπωρῶ reprehenſus 498. m.

Pictor qui ſimiles reddat quos facit meliores 399.

Pictura & ſculptura finitima poëſi 46. 48. p. pictura muta poëſis 52. f. idem de ſimilibus imitantibus artibus 52. f. imitatione excellit & ſimillima poëſi 51. m. in ſuperficie imitatur 65. m. cur morata 90. quaſi altera poëſis quia morata 92. cum poëſi confertur 179. f. 150. f.

Plato contra poëſim 6. m. 30. m. 33. m. pro eadem 34. m. 6. f. 34. m. in eius decretis poëticis qualis Ariſtoteles 12. poëſim facit muſicæ partem 53. f. artem 54. p. imitationem non neceſſariò requirit in poëſi 55. 59. m. de imitatione 60. m. poëſis in imitatione 60. f. dubius 60. exagitatus & defenſus 60. m. f. cur perſona & voce variet imitationem 60. 161. Carmen facit poëtæ proprium 68. p. 80. m. 81. f. eius dialogi non ad poëſim 81. m. idem alij 68. m. Dithyrambicam priuat imitatione 84. m. rhythmus & harmonia illi qualis 85. m. ordo qualis 85. f. 86. carmen poëſi neceſſarium 80. m. quid de carmine ſine fabula 81. f. admittit poëma citra imitationem & ſolo carmine 81. f. rhythmum in ſoluta oratione agnoſcit 87. m. eius Timæus non poëma etſi dialogus 81. m. De figura 90 p. de rhythmo & harmonia quam obſcurè imitentur humanas actiones 90. m. idem aliter 90. f. agentes requirebat ciues & quare 93. p. quando & cur Homerum imitatione faciat vacuum 107. m. de imitatione 705. f. 106. m. 107. m. 110. p. 111. p. Homeri Margitem citat 133. m. quid de eo 133. f. ad deformes quoque cogitationes reuocat ridiculum 163 f. de choro 166. f. poëſi definiendæ obiicit anſam & quo genere videatur eam comprehendere 180. m. eius dialogi ſub poëſi ex Ariſtotele ſed perperã 182. m. cur Homerum eiecerit 187. m. de Mundi purgatione 102. m. de purgatione hominis 203. m. de pulchritudine 248. m. rebus quoque paruis eam concedit 248. f. in rebus quoque maximis pulchritudinem 251. f. Iliadem vocat Tragœdiam cur 299. p.

Platonis Poëtica habetur infra poſt indicem. vide etiam in epiſtola ad lectorem ſtatim poſt initium Ariſtoteleæ Poëticæ.

Platoni inuidiam creat Ariſtoteles 70. m. f.

Platonica de poëſi 7. f.

Platonici de purgatione 203.

Platonis libris de Rep. vnus olim 15. f.

# I N D E X.


Plutarchus de Homero ex Ariſtotele de Poëtica 10.m.f.explicatur 13.m.de poëſi 33.f. muſicam diuidit tripartito 53.f.de imitatione & poëſi 59.p.de figuris 90.m.de voluptate imitationis 125.m. de Margite & alijs Poëmatis 133.contra Iliadem & Odyſſeam an Homeri 133.m. cur neget 134.p.poëſim definit & picturæ ſimilem facit 180.pro ordine artificioſo 234.p.237.exponitur 241.m.

Poëma de rebus naturalibus 14.p. vt inſtitutum 59.p. num ante Homerum 132.cur neget Ariſtoteles 132.f

Poëma num verè ex imitatione æſtimetur 18.p.num dialogus 80.f.Aethyopia Heliodori, Eraſtus, Splandianus & ſimiles num poëmata,an medium teneant locum 80.f.& 84.

Poëſis laus a 3.ad 8.præſtantia 3.p.blanda philoſophia 3.f.eius voluptas, vtilitas 3.m.origo 3.m.eſt emendatrix morum & affinis morali Philoſophiæ.3.f.eius dictionis ſplendor 4.p.cum alijs quibuſdam facultatibus comparatur 4.p. & 5. m.cum Hiſtoria & Eloquentia 4.m.& 5.continet etiam virtutes contemplantis philoſophiæ 4.f.eloquentiæ conducit plurimum 5.p.intelligentiæ Authorum ſeruit 5.p. poëtis iudicandis & poëmatis condendis neceſſaria 5.m. Regina liberalium Artium & eius ſymbolum 3.m.& f.

Poëſis munus tripartitum 9.m.

Poëſis an materia poëticæ 20.m.ad quod doctrinæ genus reuocanda 23.vſque 33.an ſub Grammatica 23.f.26.an ſub Hiſtoria 24.m.27.an eius germen, antiſtrophos ſimulacrum 24.f.an ſub logica 25.p.28.m.an ſub politica 25.f.29. ſolitaria ne 31.m. ad rationalem an & quomodo & cur 31.m. quomodo propter otium & priuationi ſimilis 25.f.30.p.an vtilis 10.p.

Poëſis oppugnatur 5.f.defenditur 6.m. origo duabus cauſis 121.122. cauſa vna 122.p.altera obſcura 122.m.eſſe voluptatem cur 123.125.131.quomodo voluptas ſit cauſa cum ſit affectus 123.f.harmonia & rhythmus videtur altera illa cauſa 122,125,131.refellitur & confirmatur eſſe voluptatē 130 de iiſdem cauſis fusè 372.

Poëſis genus 63.f.differentiæ 63.m.gradus varij 82.m.formæ num rectè diſtinguantur ab Ariſtotele 102 103.definitio ex Ariſtotelis initijs 180.quæ melior a 181. 185. eiuſdem genus 185. eiuſdem finis a 185.m.ad 189

Poëta quomodo non ſe immutet variæ ſententiæ 105.m. an imitatio ſit hic 105.f.

Poëta an & cur attingat campū & vſurpet decreta aliarum doctrinarum 461.f.462.465.b.466.b.467

Poëta accentus ambiguitate qui defenditur 567.ad 569.

Poëtæ boni artificium 24.f.poëta aliena lingua & cur difficiles 68.m.ſimiles imaginum fictoribus & cur 533.res tripartitò imitantur 533.

Poëtæ nomen, quis mereatur apud Ariſtotelem & quales ſatyras, elegias & huiuſmodi poëmata ſeribentes 484.dictione imitatur poëta & qua 533.quæ illis concedantur 533.alia rectitudo poëtica quàm aliarum facultatum 535.

Poëtas naſci oratores fieri num verum 37.p.

Poëtica Ariſtotelis laudatur 7.p.obſcura tamen 7.m.eius interpretes 7.m.

Poëtica dictio qualis 4.

Poëtica hæc an ſit Ariſtotelis 10.non eſſe probatur multis 10.m.eſſe 11.reſpondetur argumentis 12. an ſit integra 9.m.14.f.15.f.15.m.an vnus vel quot libri 14.f.16. m. quid interciderit 13. m. 14.f.15.m.17.m.quomodo diuiſus liber 16.m. eius inſcriptio 16.m.quando diſcenda 37.f.

Poëtica præcepta poëticæ materia 21.m.

Poëtica quo nomine inter exoterica monumenta reponenda 41.p.

Poëtica Ariſtotelea ſalebræ multæ 118.

Poëticæ nomen varius apud Ariſtotelem 41.m.42.m.quod propriè ſignificet 42.m.

Poëticæ vis ac notio 16.f.materia 18.f.ad 23.m.finis 22.ad quod genus 23. ad 33. eius definitio 34.m. an ars, an habitus 35.f.declaratur dicta definitio 35.36.num iure facultas aut ars ſit ſi poëta naſcantur 37.p.an ſcientia 37.m.

Poëtarum accuſationes & defenſiones vide a 531.ad 600.

Poëtici procemij ſumma 57.f.58.

Poëticum peccatum duplex 537.f.538.

Politica num continent ſub ſe poëſim 25.f.26.m.eſt moderatrix diſciplinarum 25.f.quomodo 29.m.

Politica rectitudo qualis 536.

Politiæ varia vſurpatio 71.m.

πολυμερῆ actio reprehenſa 499.f.

πολύμυθος quid 399.f.

Præcepta poëtica ſunt poëticæ materia 21.quæ differunt ab arte 21.f.

Prologi quid proprium 40.m.

# INDEX.


*Proœmium quale in poëtica Ariſtoteles 39.dociles efficit tantùm 39.40.43.de vi proœmij 39.40.43. accuſatum 41.p.*

*Propoſitio cum prologo confertur 40.m.poëticæ propoſitio qualis a 41.m.ad 45.*

*Pulchritudo & alia multa vide infra lit.q.*

*Purgatio an omiſſa 10.f.12.f.18.m.*

*Purgatio animorum 23.vbi tractata 44.f. intercidit eius tractatio in poëtica hinc ſit poëticam eſſe Ariſtotelis 29.*

*Purgatio tragica num concedenda ſeu animi & affectionum & qualis ſit a 201.f.ad 212.conuenit maiori Mundo & minori 102.de maiori 202. de minori ideſt homine 203. muſica ſit purgatio ex Ariſtotele 203.m.cur poëſis adhibeatur purgationi 204.p.cur tragœdia 204.m. Timoclis opinio 204.m. refellitur 204.f.Vtinenſis qui refellitur 205.m.Madius refellitur 206.p.Victorius 206.m.Alexander 206 Mutinenſis 207.f.alij multi 208.authoris ſententia 208,m.nũ vitiorũ quoque purgatio 209.210. cur metus & miſericordia non purgandæ ſed excitanda in tragœdia 210.m.latè tamen ſumuntur perturbationes & qui gradus 200.f.211.purgationi non ab initio deſtinata tragœdia 210.212.*

*Purgatio tragica quæ & qualis a 201.f.ad 212.num purgatio iſta concedenda.*

P.hæc rurſus addas, quæ fuerunt prætermiſſa.

*Partes communes vel propriæ epopœiæ & tragœdiæ 172.173.num partes quantitatis communes 173.p. num peripetia, agnitio, affectus 173.m.num fabula 174.m.num licentia linguarum 174.f.175. num formæ quoque ſint partes communes 175.*

*Partes Tragœdiæ generales qualitatis & quantitatis 214.& 216.m.qualitatis rurſus ſex & quæ a 214.f.ad 216.earum vſus & neceſſitas & cur tot 214.m.f.cur contrariò ordine tractentur quàm inueniantur 217.f.fabula cæteris partibus præſtantior a 219.ad 220.mores ſecundum tenent locum 221. tertium ſententia 222.quid ſit 222.f. quartus dictioni & quid ſit 225.m. apparatui ſextus & quid ſit 225.f.eius neceſſitas a 226.ad 229.*

*Partes quantitatis quot & quæ a 318. ad 326. cur ſic appellentur 318.m. de prologo & cui reſpondeat 318.f.alter ſeparatus alter coniunctus & diſcrimen 318.f.319.de epiſodio & quàm ſit difficilis explicatu 320.f.de exodo & chorico 320. cur ſint partes communes 321. exagitatur Ariſtoteles quod aggrediatur partes quantitatis non abſolutis partibus qualitatis 221.f.Nunc partes quantitatis apparuerit in Epopœia 541.*

*Parua num pulchra eſſe poſſint 248.f.252.p.*

*Paſtoralis Comœdia qualis 17.f.an omiſſa 54.m.*

*Patres & Concilia in poëſim 33.m.*

*Patritius oppugnans Ariſtot.partim refellitur 117.118.dubitationes in Ariſtot,601.m. 462. refellitur priùs vniuerſim 463.tum ſigillatim 465.b.& alibi.*

*Poëſis & eius ſpecies quo nomine in poëtica tractentur 21.p. eius vis & quomodo ad ciuilem facultatem 36.f.eius ſpecierum enumeratio & num omiſſa aliquæ a 54.m.ad 56.p.poëſis genus & differentia 48.p.& an ſoluta oratione 70.m.quibuſdam gradibus ad ſummum aſcendit ac latè patet 82.m. non eſt inſtar ſpeciei aut in puncto ſita 82.f.agentes & quomodo imitetur 92.f.93. id ſigillatim facit tragicus, Comicus, Dithyrambicus 92.m.idem ſæpè contingebat Auletica & Citharistica 92.m.rarò id lyrico 92 m.cur imitetur agentes 93.p.quomodo Epicus interdum non imitetur 93.p.non agentes etiam ſed tamẽ agentes propriè imitatur & meliores 93.m.quomodo deteriores & tamen meliores 93.f.a duabus cauſis profecta & quæ 120.f.121.diuulſa in grauem & humilem & cur 131.m.a graui encomia & hymni vnde epopœia & tragœdia , ab humili iambus & comœdia vetus 131.m.definitio & finis omiſſus 177.p.formas multas diſſimulauit 131.m.Ars num poëſis cauſa 177.f.*

*Poëſis definitio ex Plutarcho & alijs & quam picturæ ſimilis 180.p. definitio ex Ariſtotele a 180.m. 181.explicatur 181.m.ad 185.genus quo continetur 185.p.an definienda humanarum actionum imitatio 180.m.germana definitio 181.p.eius cauſæ inſtrumentales 181.f.cur oratio dicatur 181.f.182. cur actionis ſit 182.f. cur iucunditatem requirat 183.f. quomodo ſoluta quoque oratione delectet & cur 184.p.ad virtutem cur dicitur excitare & ad beatam vitam dirigere 174.m.a ciuili facultate dirigitur 184.m.eius finis a 185.m.ad 189. opiniones de illo 285. m. pro voluptate Ariſtoteles 185.f. alij 187.pro vtilitate idem 186.reſpondetur contrarijs argumentis 186.f. alia diluuntur argumenta 187.m.ortus eius verè voluptatem præferebat 187.p.imitatio aut voluptas & vtilitas ſimul non poteſt eſſe finis 188.*

*Poëtæ naſcuntur an verum 129.m.an afflentur 129. Poëta cum Hiſtorico confertur 177. non carmine ſed imitatione conſtituitur 220.refelluntur diſſentientes 222.alij heroici, alij iambici 398. ſine moribus aliqui 220.m.moribus boni ſabulæ minùs induſtrij 220.f.politicis & rhetoricis ſit imbutus & cur 222.f.priſci poëtæ multas ſimul copularunt actiones in poëmate & vnius facta omnia hiſtorici more*


an

[illegible] 271.m. ſpectat rerum naturam, veriſimile & decorum 247.m. debet noſſe mores & [illegible] alia 278.m. quomodo facta dicatur imitari ſecundum veriſimile cum vnigena il [illegible] 278.f. 279.f. quomodo non dialetici aut Rhetoris munus dum veriſimile dicit 278. [illegible] differat ab Hiſtorico per veriſimile 280.m. Ideas quaſdam an fingere debeat 279.p. 281.m. [illegible] 282. poëtæ & Hiſtorici diſcrimen 283.m. quomodo purgandus vbi res incredibiles [illegible] 284. quà differat ab Hiſtorico 293. cur fabularum effector magis quàm metrorũ 294.p [illegible] 90. & 91. poëtæ ante Homerum qui 389.

[illegible] interpretes eorumque labores 13. poëticæ ſcriptores 14. Authoris in Ariſtotelica conſilium 14. [illegible] dogmata tractanda 15. Controuerſiæ explicandæ 16. ad poëticam cohortatio & quomodo il[illegible] 16. de inertibus 18. poëticam Ariſtotelis dijudicanti duo ſcopuli fugiendi 339. ſalebroſa Ariſtotelis poëtica & cur 340. refelluntur qui perfectum omnino eam dicunt 345. quæ requirenda ſunt in primo capite 346.

Politicè dicere quid 222.

Polybius de muſica 53.f.

Prologus qualis 16. 167.

Prologi definitio exagitatur 322.m. defenditur 322.f. epiſodij ratio oppugnatur, explicatur, defenditur 323. 324.

Prologi definitio exagitatur 322.m. defenditur 322.f. epiſodij ratio oppugnatur explicatur, defenditur 323. 324.

Promethei fabula 306.

Propoſitio Ariſtotelis poëticæ examinatur a 39. ad 45.

Præcepta poëtica per ſe quæri 21.m. quomodo diſtinguantur ab arte 157.

Proœmium quale in poëtica Ariſtotelis 39. dociles efficit tantùm 39.f. 40. 43. de vi proœmij 39. 40. 43.

Pſilometria qualis 97.m.

Pulchritudo in quo poſita & quam varia 248. quatenus candor rubos exiſtens inde decus, lepos, venuſtas gratia requiratur & in quo ſint poſita 250.m.f. ſymmetria & proportio ad ordinem 250.f.

Pulchritudo fabulæ quid requirat 247. 248.

Pythagora laſciuos harmonia coercuit 203.f.

Q

QValitatis partes in Tragœdia a 214. ad 216.f. vbi diuiſio qualis & quanti 216.

Quantitatis partes in Tragœdia 214. ad 217.

Quintilianus poëticen grammatica concludit 23.f. 26.m. & cur 27. de propoſitione 40.m. pro ordine artificioſo 234.p. exponitur 241.m.

R

RApſodia qualis 75.f. 79.p. 79.f.

Regum calamitates & illuſtria facta non ignota 286.m.

Reprehenſiones poëtarum & defenſiones a 531. ad 600. in his exagitatus Ariſtoteles 584. ad 588. ex omonomia & alij ducitur defenſio 596. 597.

Repugnantia declinanda 419.

Reſponſiones Ariſtotelis pro Tragœdia oppugnantur ferè omnes 605. ad 613.

Rhetoricè dicere quid 222.m.f.

Riccobonus reprehenſus dum hiſtoriorum ſpecies interpretatur 149. de epopœia dramaticæ 470.f. & alibi ſæpè.

Ridicula non omiſſa 10.f. 12.f. 18.m. dum deſiderantur indicant Poëticam eſſe Ariſtotelis 12.m. vbi tractanda 44.f. ridicula reijciuntur aliò & cur 162.m. quod genus ſit vitij 163.p. ſine dolore & vi interimendi & turpe 163.m. turpitudinis pars 163.f. num ad riſum requiratur nouitas & admiratio 163.f. De ridiculis vrbanis vide in 111. Rhet. in cap. 10. & 11.

Robortellus defenſus circa exordium 40.p. reprehenſus de imitatione 106.f. tria peccat in verbo vnico 44.m. reliqua vide in Vtinenſis.

Rhythmus qualis 85.m. quomodo metri pars 86. 87. 88. in quo motu 86.m. 87.m. qualis Platoni 85.m. rudis & obſcurus aut apertus qualis 86.m. quam latè pateat 86.f. 87. Auleticæ & aliarum poëſis formarum qualis 89.p. num in quo poëmate rhythmus & harmonia confluant ab vno eodemque authore petenda, an a diſtinctis 252. cum metri, confertur 87.p. rhythmus apertus & obſcurus 228.m. rhythmi & harmoniæ notio prætermiſſa 177.f.

S

SAlomon muſicam diuidit tripartitò 53.f.

Saltatores veteres quàm egregiè imitarentur 66.f. 89. fuſius 90.

*Saltatoriam cur introducat 66.m.cætera vide in Orcheſtria.*
*Sannazarius pro ordine naturali 235.m.*
*Satyra an inter poëticas Ariſtotelis formas 18.p.54.*
*Scaliger pro ordine artificioſo 233.Lucani laudat initium 233.m.refellitur de ordine artificioſo 240.f.*
*Scopuli duo fugiendi in dijudicanda Ariſtotelis poëtica 116.p.215.m.215.f.*
*Sententia Tragica an neceſſaria 217.f.quomodo ab ea differat dictio 217.f.quid ſit & quis ei debeatur locus 218.communis poëtæ cum Oratore 222.eſt indicium mentis aſſentientis vel diſſentientis & eius definitio 224.*
*Sententia qualis 456.457.ex Rhetorica illius præcepta haurienda 457.m.qualis in epopœia 501.m. 504.p.*
*Sermo proſoluta oratione ſæpè 98.p.*
*Sermo primarum partium qui 151.f.152.m.*
*Sermones nudi quales 72.m.73.98.*
*Silius pro ordine naturali 235.m.*
*Simplex fabula non vno modo 335.p.opponitur & implexæ & multigenæ 335.m.parit nauſeam 343.m. 344.f.quam requirat fortunæ commutationem 500.f.vide fabula.*
*Sirenæ quales 5.f.6.m.*
*Socratis dialogi num poëma 18.m.Socrates de Platone mentiente & eius de dialogo 69.m.Socratis ſermones quales 75.f.*
*Sophocles quomodo tres tantùm habeat hiſtriones 149.f.153.*
*Sophron vide mimi.*
*Statius pro ordine naturali 235.m.*
*Stoicorum ἀνάθεια 202.purgatio Mundi 202.m.*
*Strabus de duabus Mundi purgationibus & cur iride deſignentur 202.f.*
*Strabo muſicam diuidit tripartitò 53.m.de poëſis fine in Eratoſtenem 58.m.nō probatur in omnibus 58.f. de Homeri vrſa reprchenſus 566.*
*Stylus Ariſtotelis 10.13.f.*
*Symbolum poëſis 3.m.f.*

T

*TAſſus pro ordine naturali 235.f.expreſſit optimè Ideam Herois 281.f.*
*Terentius ferè ſemper duplicem offert fabulam 344.f.*
*Terribilia & miſerabilia quæ 354.355.*
*Tetrametrum Orcheſtriæ accommodatum & cur 157.quale 158.p.cur difficile proferatur ex tēpore 158*
*Theatri paralogiſmus quid & qualis 415.f.*
*Theophraſto quid Tragœdia 192.f.197.m.*
*Theſpis pro perſona fæcem 191.f.an author Tragœdiæ 192.p.*
*Thimotheus Alexandrum harmonia concitauit 203.m.*
*Thimocles de Tragœdia 197.m.*
*Timæus Platonis non poëma etſi dialogus 81.m.*
*Tractatio poëſis num propoſitioni reſpondeat 42.m.44.f.45.p.*
*Tragœdiæ quibus imitetur & quomodo 84.m.Tragœdiæ & Comœdiæ inuentio ab Ariſtotele non planè cōſtituta dimittitur & cur 120.f.vnde orta 131. eius diſcrimina ab Epopœia 138.m. propagatio & a quibus 140.m.eius figuræ honoratiores Ariſtoteli.140.m.quod attinet ad theatrum tragœdiæ cognitio non eſt Artis 140.m.eius ortus craſſo filo ab Ariſtotele 141.f.figuræ honoratiores quæ 140.f.incremēta & vnde & quomodo a 160.ad 168.quomodo ex Dythyrābicis 144.m.eius parens epopœia.ſed latè ſumpta 145 p.orta ex tempore aucta paulatim 145.m.eius mutationes 147.m.in his an præpoſterus Ariſtoteles & quid interpretes 148.explicatur res 148.f.mutatio in hiſtrionibus anceps 148.f.explicatur a 149.ad 152.mutatio chori 151.m.in ſermone inſtituto primarum partium 151.f.mutationes aliæ 151.f.152.f.ad tres hiſtriones 153.p. mutatio ſcenæ & a quo 163.m.mutatio quæ facta eſt grauis 153.f.anceps tamē 154.magnitudo qualis hic 156.p.quomodo ſatyrica eſſet antea et quā anceps 156.f. mutatio metri 157.p.Tragœdiæ iambus aptus & cur 157.m.an præpoſterè illi locutio propter iambum apta 157.f.epiſodia in eam inuecta 157.p.cur & quid ſit 159.f.mutationes aliæ generatim propoſitæ. 160.quibus Tragœdia conueniat cum epopœia,quibus differat 169.p.ad 172.conuenit in metro vniuerſim & in materia 169.p.diſſidet genere carminis,imitatione breuitate,ab epopœia 166.quomodo præſtantes imitetur 170.p.in metro quomodo ſimiles aut diſſimiles 170.m. 170.f.cum non ſimplici vtatur metro 170.f.171.p.qualis hic ambitus & dies 170.f.171.quomodo bonos , cum crudelitate plena 170.m. 170.f. de partibus ei tum communibus cum epopœia tum proprijs a 172.m.ad 175.f.friuolo*

*prætextu*

prætextu agit priùs de Tragœdia quàm de epopœia 74.75.

Tragica imitatio non variatur tripartitò 106. Tragica Ariſtotelis ſuſpecta materia 102.f. qui ſint ſtudioſi qui ſubijciuntur Tragœdiæ 103.m. cuius inuentio & Authores 113.

Tragicæ formæ quæ meliores 361.f. fuſiùs 372. num fœlicem exitum admiſerit Ariſtoteles in perfecta forma 374.m. 376.m.

Tragici reprehenſi 6.p. defenſi 6.f. qui gratificarentur auditoribus in fabula duplicis conſtitutionis 242.f.

Tragœdia 7. de illa ponuntur theoremata 201.f.

Tragœdiæ ortus incrementa, perfectio 208. quibus mortalibus inſtituta 208.f. non tamen ab initio purgationi deſtinata 210.m. cur in ea non purgandus metus aut miſericordia ſed augenda 210.f. quam latè pateant perturbationes & qui gradus 211. quomodo malorum quæ per errorem & an Tragici id ſolemne haberent 211.m. iubet tamen hoc Ariſtoteles 211.f. in his etiam cautio ex ſpectaculis comparatur 212.p. melos & melodia an ei neceſſaria 115.f. imperfecta ſine ratione & otioſa quod propter rationē & ciuili ſeruiat 228.p. neceſſarius ei apparatus vt diſtinguatur ab epopœia 228.m. comparatè non neceſſarius ſeu expers artis dicitur apparatus non ſimpliciter 228.m. lectio tragica imperfectè admodum finem attingit ſi cum actione conferatur & cur 228.f. Muſica & apparatus non parua tragœdiæ pars 229. Præpoſterus ordo videtur neceſſarius in Tragœdia & a Natura inditus & cur 226.p. exagitatus Ariſtoteles de naturali ordine 226.m.

Tragœdia vna ex Iliade & Odyſſea quomodo 500.m. qui ſimplex, implexa, patetica 500.m.f. qualis in ea apparatus 503.

Tragœdiæ definitio 190. huius vtilitas tractationis 192. ethymologia a 191.f. ad 193. triplex etimon 192.p. quæ probanda 192.m. eius nobilitas 192.m. ab hirco tam nobile poëma 192.f. præſtantiſſima interdum vile nomen ſortita 192. origo, incrementa perfectio 193. num probanda definitio a 193.f. ad 212. cur dicatur imitatio & an rectè genus & cur actionis 194. cur bonæ 194.m. exagitatur 197.p. defenditur 197.m. cur perfectæ 194.f. & 195. cur magnitudinem habentis 195.p. 186. cur ſuaui ſermone 195.m. cur ſeorſim in partibus agente 195.f. & 200. cur non per enunciationem 196.p. 200.f. cur purgationem faciens per miſericordiam & metum 196.p. longitudinis arguitur propoſita definitio 196.m. defenditur 196.m. defenditur etiam vtcunque 197. exagitatur rurſus quia virtute quoque & moribus diſtinguit præſtantes a vilibus 197.m. defenditur vtcunque 197.f. dubitatur de ſic aũ ſermone 199.p. reſpondetur 199.m. cur non dixerit metro 199.f. 200. num ſolui poſſit metro 200.p. finis an delectatio vel vtilitas & an mouere quoque 201. de tragica purgatione a 201.f. ad 212.

Tragœdiæ partito in nexum & ſolutionem 437.m. qualis ſit hæc partitio 438.p. de varijs eius partition ib. 437.f. nexus & ſolutionis nulli planè certi fines 439.m. de eodem nexus fusè 439.440. tragœdiæ formæ, vide formæ. læti finis Tragœdia num probata Ariſtoteli 439.m. tragœdia quando alia vel eadem 445.f. 446.p. quomodo ſeiungatur a nexu & ſolutione 446.m.

Tragœdiæ partes qualitatis & quantitatis. prima 214.p. qualitatis partes ſex & earum neceſſitas 214.m. apparatus vna & qualis 114.m. dictio altera 215.p. melodia, mores, ſententia, fabula, reliquæ 215. de fabula ſigillatim & reliquis 215.f. ad 218. Apparatus ei neceſſarios 226.p. locus itaque actores, auditores neceſſarij 226.m. actuoſum drama & ideò agendum non narrandum 226.m. perfectio Tragœdiæ in choro hiſtrionibus & ſcena 226.f. quando & cur fingit nomina 285. differt ab Hiſtorico 287. cætera vide in verbis fabula, mores, ſententia, dictio, apparatus, melodia.

Tragœdiam qui ſibi vindicent 114. incrementa 140.f. ortus rurſus 143. quomodo aucta ex Dithyrambicis 144. cur ſubito orta 145.m. eiuſdem ortus 146. eius mutationes 147. quomodo conquieuerit 147.f. eius mutationes variè 148.151.153.157. ad 160. quomodo ſatyrica 155.

Tragœdia ficti argumenti an probanda ab 288. ad 292. num de hoc dubitatum apud veteres 289.p. recentiores valde dubitarunt 289.m. probatur ficti argumenti Tragœdiam excipiendã ex Ariſtotele 289.f. veri argumenti Tragœdiæ primas concedendas 290.p. dubitatur ex Horatio qui indicta proferri iubet, & reſpondetur 292.p. dubitatur quî alioquin poëta non eſſet fictor & poëta 292.m. reſpondetur 292.m. vnus flos Agatonis ficti argumenti Tragœdia profertur ab Ariſtotele 289p. apud noſtrates plurimæ 289.m. Italicæ Tragœdiæ multæ & quales 291. de perſonis Tragicis 328.m. pulcherimam Tragœdiam eſſe implexam cur ſiunit 328.f.

Tragicus agentes & quos imitetur 84.f. ideam quandam fingit & hoc differt ab hiſtorico 277.f. cur non imponat nomina 286. hinc differt a Comico & philoſophicam induſtriam refert 286. aliquando etiam imponit 287.f.

Tragicomœdia an excipienda 17.f. an omiſſa 54.f.

Translata & comparata non in omnibus ſibi reſpondent 221.

Tripartita quædam poëtæ imitatio 105.m. refellitur 106.p.

Triſmegiſtus de Mundi purgatione 202.

Turnebus reprehenſus de Virgilianis haſtis 553.f.

# I N D E X.

*V*


*VEneta Reſpublica qualis & unde laudatur* 115.p.m.

*Venuſtas & lepos quomodo ad pulchritudinem* 248.m.

*Vera & facta quo nomine imitanda Poëtæ* 279.843.

*Verba non ſemper ad libitum expendenda* 161.m.

*Veriſimile dicendum poëtæ & cur* 275.ad 277. *quomodo non occupet Dialectica aut Rhetoris veriſimile* 278.280.*non eſſe proprium poëtæ* 845.*reſpondetur a* 283.m.ad 285.*eſt fabulæ* 286.*non deperit in ficta fabula tragica & cur* 290.m.*exagitatur quaſi ocioſe adhibeatur; diſtinguenda poſt ab hiſtoria cũ ſufficiat imitatio* 293.f.

*Victorius reprehenſus de Auletica & Cythariſtica* 29.m.*in Epopœiæ notione* 72.p.89.p.*exagitatus* 99. *imitante narratione* 109.p.*grauiter commotus de initijs Ariſt.* 119.m.*exagitatur de tragœdia mutationibus* 148.m.*de auctis hiſtrionibus* 150.m.*de granditate quam tribuit magnitudini* 154.*dum graues caſ s facit communes Tragœdiæ cum Epopœia* 172.m.*de partibus quantitatis* 173.*de tragica imitatione* 206.*de metro exagitatus* 224 m. *de veriſimili* 276.*de perpeſſione* 318.m.*de duplici aut ſimplici fabula* 367.p.*de formis tragicis* 372.*de agnitione* 406.*de ſimplici forma* 443.m.*de ordine* 444.f.*de epopœia* 448 f.*circa* πολυμερῆ 498.m.*circa* ἄλογα 547 f.*de metaphora* 563.*laudatus de mutatione Tragœdiæ* 154.*& alibi ſæpiſſimè.*

*Veriſimile qui tueatur dum motus fingãtur meliores* 399.f.*quale in epopœia* 524.525.526.*machina veriſimile ne violet* 526.*ſi violetur, remedium oſtenditur* 527.f. *exagitatur Ariſtoteles & Homerus* 527 528 *an violetur ſi res melior exprimatur* 552 f.553

*Vida pro ordine artificioſo vbi Iliadem perperam affert* 223 f.*refellitur* 241.p.

*Virgilius ordinem artificioſum ſeruauit* 232.m.*in Georgicis pro ordine naturali* 235.m.*expreſſit ideã Herois* 281. *excuſatus in veriſimilibus multis* 284.p.*de Ceruis in Africa* 285.p.*eius Aeneis num vnigena* 480 m.*Homerum de Vrſa caſtigat* 565.f.

*Virtutum & vitiorum momenta quàm acutè agnouerit Ariſtoteles* 103.m.

*Vitioſitas & virtus populariter vſurpata ab Ariſtotele* 333.m.

*Vlyſſes erga ſirenas* 5.f.6.f.

*Vnigena actio eaque perfecta in Torquati Gotbofrido* 480.f.

*Vnitas fabulæ a* 260 p.ad 275.*huius conquiſitionis vtilitas & neceſſitas* 260.p.*quomodo nõ ſit vna* 260 m.*quomodo vna* 272.p.*quomodo docet nõ eſſe vnam* 461.*oppugnatur Ariſtoteles quòd probare priùs debuerit vnitatis neceſſitatem non aſſumere* 263.p.*reſpondetur* 264.m.*quod non recenſeat multa multarum facta quemadmodum multa vnius* 263.*reſpondetur* 264.m.*quòd falsò vnitatem Iliadi tribuat & Odiſſeæ* 263.*reſpõdetur* 264.*quòd non agnouerit Arte ne, an Natura excelleret Homerus* 263.*reſpondetur* 285.*quod caſu vnitas aliqua in Homero, quòdque vnitate ipſe Ariſtoteles tandem Homerum ſpoliat* 263.m.263.f.*reſpondetur* 265.*quod exemplo Odyſſea illuſtret vnitatis Naturam* 263.f.264. *reſpondetur* 266 *quod Homerus nuſquam in vna manſerit actione* 283.f.264.*reſpondetur* 266.*Vnitas tandem ex Odyſſea & Iliade tollitur* 267.268.*de vnitatis neceſſitate* 268.*oppugnatur vnitas & ſtatuitur multitudo* 268.*vnitatem retinendam oſtenditur* 269.*reſpondetur contrarijs argumentis* 270 *regula ad vnitatem dignoſcendam* 271.272.*explicatur res Oedipi argumento* 272.*ſigillatim diluuntur argumenta* 273.*num cum adminiſtris pugnet cum vnitate* 273.f.

*Voluptas & pulchritudo cur* 247.251.*Voluptas imitationis num efficiat poëma non ſine carmine* 107. *num finis poëſis* 188.m.*gignenda ex fabulæ conſtitutione a* 347.ad 354.*ſigillatim* 352.m. *voluptas Tragica differt a Comica* 353.p.*voluptas epica qualis* 485.p.

*Vtilitas poëſis* 1.2.10.f.33.m.*oppugnatur & defenditur* 33.m.349.p.79.91.

*Vtinenſis reprehenſus* 44.f.*de nudis ſermonibus* 73.*de origine Comœdiæ* 115.*de figuris Tragicis* 141.*de Tragœdiæ mutationibus* 148.*de auctis hiſtrionibus* 150.*de ſentẽtia & partibus Tragœdiæ* 173.*de partibus quantitatis* 172.f.173.*de purgatione Tragica* 205.*exagitatur de apparatu* 226.*reprehenſus de perpeſſione* 318.*de Homeri loco quodam* 363.f.*laudatur quoque ſæpe. Reliqua in verbo Robortellus.*


*X*


*Xenarchi Mimi. vide Mimi.*


*Y*


Οὐρῆας *valere mulos Homero an negandum* 556.f.557.


Φ


Φάνταστος *qualis imitator* 95.p.

Φωνητικὴ *qualis & cur reticeatur* 46.f.52.f.53.p.m.f.*expreſſa ab Ariſtot.* 54.m.


Ψ


Ψιλομετρία *qualis* 97.m.

Ζωρότερον *quid Homero* 560.m.


*INDICIS FINIS.*

*Errata*

Si quis circa Grecum aut Latinum Ariſtotelis codicem tibi occurrat ſcrupulus, ad vulgatum confugias qui eſt in promptu. Interim mei Commentarij errata corrigito, ita tamen vt ad laterales paginarum numeros confugias, qui, quacunq; forma imprimatur opus, tibi inſeruient.

| | E. | C. |
|---|---|---|
| pag. 6. | Imuuotiatem | impunitatem |
| 7 | diffiden:ibus | diffidentibus |
| 8 | qu e qua | quæſque |
| | ſuſcitarer | ſciſcitaret |
| 13 | Intenionem | mentionem |
| 19 | confugete | confugere |
| 20 | pocſi | poeſie |
| 31 | peruerſi | peruerſi |
| 69 | Philometriæ | Philometriæ |
| 71 | con ogam | coniungem |
| 72 | neceſſitate | neceſſitatem |
| 87 | duo | dico |
| 97 | ſermone | ſermone, ſiue audis metris ſunt, id accidere, vt ſcilicet hæ illis differentiæ ineſſe, ac pro |
| | in IV. | in V. |
| 112 | élli equidem | ille quidem |
| 113 | imitentur | Imitentur agentes |
| 120 | ſolent | ſoleat |
| 131 | Margitem es | Margitam ad riſum fuiſſ. compoſitum, & quàquam Plutarchus graue Author negat Margitem eſſe |
| 147 | Imitationes | mutationes |
| 154 | victorij | victoriaa. |
| 157 | cut | eum |
| | ab inſitio | ab initio |
| | Tragoedia | Tragoediæ |
| 176 | multitudine | multitudines |
| 185 | conſtituens | conſtituentes |
| 188 | a primi | a primis |
| 195 | accepiſſe | accepiſſet |
| 203 | vrgeot | purgent |
| 205 | doloru | dolere |
| 210 | Ea | Et |
| 216 | Grauius | Grauis |
| 224 | nemoribus | ſermonibus |
| 225 | replicandum | reputandum |
| 228 | quandam | quoquam |
| 235 | Patriarcha | Petrarcha |
| 254 | alis | ulije |
| 255 | ad rêi quæ | ad rei corporatæ magnitudinem hâc quo quo modo intelligentia & memoria ad rei quæ |
| 261 | τῷ | τῷ |
| | apto | apto |
| 265 | tamne | tamen |
| | ootare | nutare |
| 266 | Ego | Ergo |
| 267 | imitatricia | imitatrices |
| 276 | tandem id | tandem in id |
| 279 | incredibile | credibile |
| 285 | poſſe | poſſet |
| 290 | parſonæ | perſonæ |
| | ſuperſedêdû aut | ſuperſedendum a |
| | diſputauerit | diſputauerat |
| | colligera | colligeret |
| 296 | præcipiatur | præcipiantur |
| | dicat | dicam |
| 300 | obſeruarl | obſeruare |
| 301 | LXII | LVIII. |
| 304 | conueniret | conuenirent |
| 333 | grauatum | gratum |
| 341 | aduerſario | aduerſarios |
| 360 | limitatue | imitatur |
| 365 | abeſt | adeſt |
| 368 | ſuteatur | feratur |
| 372 | Num | Nam |
| 374 | oſtenderet | oſtendere |
| 376 | affectue es | effectus eſt |
| 377 | conſerentur, | conſcientue |
| 379 | duodecim | docuerim |
| | qua interim | quam interim |
| 380 | mentjonem facerer | mentionem facere |
| | Comœdiam | Comœdia |
| | ac Comœdiam | ad Comœdiam |
| 381 | obtuliſſent | obtuliſſe |
| 382 | es & imitationem | eſſe imitationem |
| 384 | rum | eum |
| 390 | vica | vtes |
| 394 | differunt | differunt |
| 398 | nono | nodo |
| 399 | duodecimus | declarauimus |
| 414 | dicatur | dicatve |
| 417 | ὄυ | ὄ' ἐν |
| 421 | soheres | coherens |
| 422 | facit | ſunt |
| 431 | traducl | traduut |
| | intelligebatur | intelligatur |
| 435 | frrè | verè |
| 437 | contigerat | confugerant |
| 441 | acris | actis |
| | ſuperſedere | ſuperſederet |
| 450 | τὸ ἀλύμυθον | τὸ πολύμυθον |
| 451 | Tragico non | Tragico qui non |
| 455 | Aſtoris | Actoris |
| 478 | ſecundi | ſecundis |
| 489 | Atque ex | Atque hinc |
| 481 | cauſcatur | cenſeantur |
| | diuerit | dixeris |
| 487 | minutus | munitus |
| 488 | militie | militie |
| 493 | in iſtis | alioquin ne in iſtis |
| | medium | mediam |
| 502 | cecinifſet | cecinifſent |
| 506 | pepeteat | pepererat |
| | nauim | nauium |
| 507 | ad Ariſtotele | ab Ariſtotele |
| 527 | Epopotiæ | Epopeia |
| | qua | quibus |
| 529 | picna | plebeia |
| 530 | ſimil | ſimul |
| 533 | cootinerſ | continenti |
| 536 | iuſtius | iuſtus |
| 564 | imitationem | Ioſi rationem |
| 567 | verbo eo | verbo ex |
| 571 | Deas | Deos |
| 573 | viſum | vſum |
| 574 | Troianos inducerec | Troianos ſpectatores induceret enim eſt clamor qui ab hominibus *Dele hæc verba* |
| | depeoditur | deprehenditur |
| 578 | ſie | ſcit |
| 581 | xax | ex xx |
| 585 | Aeoe | Aeneæ |
| 590 | ſi poetæ | ſic poetæ |
| 595 | riguirenda | requirendas |
| | referre | referret |
| 597 | perſonas | profanus |
| 601 | commemoratur | commouentur |
| | voam | voam |
| | ſciſcitare | ſciſciturer |
| 605 | Reſponem | Reſponſionem |
| | Horationum | Horatianum |
| | Epopoeiæ | Epopoeiu |
| 609 | iniectatur | Inſectatur |
| 611 | deſtenderie | defenderit |
| 613 | de imina | de Imitutiona |
| 618 | peruerat | peruertat |
| 619 | fieri | fit |
| | tera | iuxta |
| 620 | intelli | intelligi |
| 626 | ſuppeterent | ſuperena |
| 628 | pari | parit |

Series cartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Hk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt Terniones.

Digitized by Google

# PLATONIS POETICA

## Ex varijs illius locis excepta.

QVam hactenus declarauimus, ac multis iiſque grauiſſimis, CONTROVERSIIS interpoſitis, dilucidauimus Ariſtotelis Poëticam, hæc verò ad omnem Poëſis partes aditum habet ampliſſimum, ac formis omnibus offert documenta: ſed ad Tragædiam inprimis, & Epopæiam quæ flos ſunt ac vertex Poëſeos. quod ſi ea Comædiæ pars quæ pertinet ad ridicula, interijt, hanc ſanè inſtaurarunt permulti: nos etiam de ridiculis, vt ne diminuta tractatio videretur, aliquid præcepimus, præſertim verò de illis egimus in tertio Rhetoricorum, vbi Ariſtoteles ridiculorum vſum cõmunem, etſi vario interuallo, facit Oratori cum Poëta. Denique de riſu tum quà pertinet ad Phyſicum, tum quà pertinet ad Oratorem, tum quà ſeſe effundit, & Comicis ſeruit, tractationes & documenta extant luculenta. Nam de quibuſdam alijs Poëſeos formis, de quibus mentionem facit Ariſtoteles, nihil dixerim, quòd fermè obſoleuerint. & eâdem de cauſa lyricum carmen prætereo quod cum imitatione carere ſoleat, viſum eſt Ariſtoteli non tam perfecti Poëmatis locum obtinere, quàm prælusionem quandam eſſe ac præparationem, vnde ad integrum perfectúmque Poëma exerceamus, & attollamus ingeniũ. Etſi hoc etiam Poëſis ſeu carminis genus, vt hoc tempore frequentatur, apud nos ſua habet præcepta, & Græcorum Latinorúmque Muſis germani Poëmatis teritur nomine. Quanquam verò hæc ita ſint, vt Ariſtotelea Poëtica præclaris documentis in omnem partem instructa ſit, non committam tamen vt ex Platonis ſententia de Poëſi breuiter ſaltem non præcipiam. Platonem enim in Poëſi egregiè fuiſſe verſatũ, ac Dythyrambos inter cætera Tragædiáſque ſcripſiſſe, atque inde plurimum laudis collegiſſe, veterum monumenta teſtantur. Hinc videas Platonis Dialogos Poëticis luminibus eſſe pleniſſimos, interdum etiam a Poëticis numeris non longiùs abeſſe. Atque huc pertinet quòd cum olore ſuauiter canente a Socrate comparatur: huc quòd obſeruatum fuerit ſeptima Thargilionis, hoc eſt eodẽ planè die quo Apollo, in lucem prodijſſe, atque ex Solone inſuper, qui Poëmate quoque claruit, ortum duxiſſe. huc quòd in eius labellis, cum adhuc eſſet infans, apes conſediſſe dicuntur. huc quòd Mithridates Perſa Platonis ſtatuam Muſis dicauit. Hæc enim, quãtumuis extrinſecus arripiãtur omnia, ſatis indicant qualis fuerit Priſcorum de Platone opinio ac ſenſus in Poëmatis ſtudio. ſatis quoque conſtat inter Hiſtoricos ſe ſe cum Iſocrate in Poëticis exercuiſſe aliquando & Epicarmum Comicum Sophronémque Mimographũ ſtudioſiſſimè lectitaſſe. Quanquam clariora extant adhuc Poëticæ illius virtutis indicia, & argumenta. Etenim ſuperſunt adhuc apud Laertium decem Platonis Epigrammata (ſi tamen Epigrammata dicenda ſunt omnia) quæ admirabili lepore venuſtate referta ſunt. Ex quibus vel vnum (eſt hoc illud quo ſtellam ſodalem quî cum Aſtrologiæ operam dederat aliquando, & viuum celebrat & mortuum deplorat) dignum habitum eſt quod non Latini ſolùm, ſed Italici etiam multi & de Græcis ſtudioſè verterẽt, & certatim imitarentur: vſque adeo ingenioſum viſum eſt ac peruenuſtum. Sed agedum illa deſcribamus ne quid prætermittere videamur vnde Platonis Poëticã è tenebris eruere valeamus; ſimúlque latinas interpretationes, quales quales ſunt, ſubijciamus.

*Poſt Ariſtotelicam Poëſim Platonicam aſferendam.*

*Ariſtotelica Poëtica qualis.*

*Quatenus è tenebris eruenda ſit Platonica POETICA.*

*Quam egregiè in Poëſi verſatus ſit Plato.*

*Α᾿στέρας ἐισαθρεῖς ἀστὴρ ἐμὸς εἴθε γενοίμην*
*Οὐρανὸς ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω*
*O utinam cœlum fierem quum ſidera cernis,*
*Mi ſtella, ut multis in te occulis tuerer.*

Καὶ ἄλλο,

*Α᾿στὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,*
*Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.*

*Aliud,*

*Iam dudum uiuis lucebas lucifer, at nunc*
*Extinctus luces Heſperus Eliſijs,*

Εἰς δὲ τὸν Δίωνα ὧδε,

Δάκρυα μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξὶ
 Μοῖραι ἐπέκλωσαν δήποτε γεινομέναις.
Σοὶ δὲ Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων,
 Δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.
Κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι, τίμιος ἀστοῖς,
 Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

In Dionem vero in huncmodum,

*Et lacrymas Hecube & Troianis fata puellis*
 *Decreuere recens ex genitrice ſatis:*
*At tibi poſt partos præclaro Marte triumphos,*
 *Spes reliqua eſt nullis clare Dion ſuperis.*
*Te patria ampla fouet, cumulat te ciuis honore*
 *Quo mihi nunc mentem perdis amore Dion?*

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς
 Ὤπται, καὶ πάντη πᾶς τις ἐπιστρέφεται.
Θυμέ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον, εἶτ' ἀνιήσεις
 Ὕστερον; οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

*Nunc quoniam nihil eſt quoquo ſe verterit omnis,*
 *Solum quòd pulcer viſus Alexis ait,*
*Quid mi anime os canibus prodis: mox inde moleſtus*
 *Detrectas, Phædrum ſiccine perdidimus?*

Καὶ ἄλλο,

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
 Ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ἕζετο δριμὺς ἔρως.
Ἆ δειλοί, νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
 Πρωτοπλόου, δι' ὅσης ἤλθετε, πυρκαϊῆς.

*Aliud,*

*Archeanaſſa mihi eſt meretrix Colophonia, ſeris*
 *Cuius & in rugis ſedit acerbus amor.*
*Quas miſeri flammas, per quanta incendia ab iſtis*
 *Libata illa quibus prima iuuenta fuit.*

Ἀλλὰ καὶ εἰς Ἀγάθωνα.

Τὴν ψυχήν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.
 Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

In Agathonem item

*Suauia dans Agathoni, animam ipſe in labra tenebam;*
 *Aegra etenim properans tanquam habitura fuit.*

Καὶ ἄλλο.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με,
 Δεξαμένη, τῆς σῆς παρθενίης μετάδος.
Εἰ δ' ἄρ' ὃ μὴ γίνοιτο νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
 Σκέψαι τὴν ὥρην ὡς ὀλιγοχρόνιος.
 Μῆλον ἐγώ, βάλλει με φιλῶν σέ τις· ἀλλ' ἐπίνευσον
 Ξανθίππη. κἀγὼ καὶ σὺ μαραινόμεθα.

Item aliud

*Malo ego te ferio, tu me ſi diligis, illud*
 *Suſcipe, me imparti & virginitate tua.*
*Hoc fieri ſi poſſe negas, hoc ſuſcipe malum. &*
*Quàm pereat paruo tempore forma vide.*
*Malum ego, me iaculatur, amat qui te, annue quaſo*
 Xanthippe, *tibi mox nam, & mihi, forma perit.*

Καὶ ἄλλο.

Εὐβοίης γένος ἦμεν Ἐρετρικόν, ἄγχι δὲ Σούσων
 Κείμεθα· φεῦ γαίης τόσσον ἀφ' ἡμετέρης.

*Aliud*

*Euboea*

Digitized by Google

*Eubœa fuimus Eretrum genus: at prope ſuſas*
*Condimur, heu noſtra tam procul a patria?*

Κἀκεῖνο.

Α᾽ Κύπρις Μούσαισι, Κοράσια τὰν Ἀφροδίταν
Τιμᾶτ᾽, ἢ τὸν Ἔρωτ᾽ ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
Αἱ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν, Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα.
Ἡμὶν οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

*Et illud.*

*Hæc Venus ad Muſas, Venerem exhorreſcite nymphæ,*
*In vos armatus aut Amor inſiliet.*
*Cui contra Muſa, lepida hæc ioca tolle, precamur:*
*Aliger huc ad nos non volat ille puer.*

Καὶ ἄλλο.

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν, ἔλιπε βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
Ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν, ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

*Item aliud*

*Aurum qui reperit, laqueum abijcit, alter, amiſſo*
*Auro, collo aptat quem reperit laqueum.*

Hæc vt intelligatur Platonem Muſas quoque coluiſſe, atque egregiè (ſi tamen ex vngue leonem agnoſcere liceat) in Poëtarum curriculo verſatum eſſe.

*Dubitatur*

At enim de Poëſi nihil præcepit ſingillatim: & cum Dialogos ad liberales diſciplinas omnes dilatarit: Poëtica documenta tacitus ferè prætermiſit. Quin Poëtas, inprimis verò Poëtarum Coriphæum Homerum, acriter inſectatus eſt, atque è ſua Repub. eiecit; tantùm abeſt vt huc documenta contulerit. Imò verò cum Poëmata quædam ſcripſiſſet Iuuenis, nihil antiquius habuit, quàm vt illa traderet flammis. Hinc enim illud

Ἥφαιστε πρόμολ᾽ ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.
*Huc ades ò Vulcane, Plato nam te eget in hac re.*

*Reſpondetur.*

Sic ille. Ac rectè quidem dum Philoſophiam ſibi toto pectore amplectendam ſtatueret, & ad eam vnam incumberet. Tametſi dum philoſophatur etiam & ad ciuilem ſcientiam nos Informat, Poëtas qui moderato ſtylo vterentur, non ægrè complectitur & fouet: quantumuis reuera imitatores Poëtas, præſertim eorum temporum, non facilè ſuſtinet. Sed vt vt ſit, illud noſtra intereſt, noſſe quid ſenſerit de Poëſi, quæue præcepta dare viſus ſit. Quod ſanè ex ijs licet coniectare atque ſtatuere quæ tum paſſim de Poëſi Poëtiſque (etſi aliud agere videatur) peruulgat, tum Homero ac Poëtis illis obijcit. Dum enim Poëtas inſectatur aut in medium adducit, tam perſpicua ſuæ ſententiæ nobis offert initia, vt mihi videar inde Poëticam artem ex eius opinione ac ſenſu colligere poſſe, & exarare. Quod vt ritè faciam, rem totam ad quatuor capita reuocabo. Primò enim Poëticæ ſeu potiùs Poëmatis definitionem afferam quam ad eius aures eſſe & ſentio & docebo. Tum ipſius Poëmatis finem, materiam, cauſas denique omnes, perueſtigabo. Inde varias Poëſeos formas ac partes colligam (ſi quo modo potero) & commoſtrabo. Denique Problemata explanabo, quæ de tota hac re non immeritò quæri poſſint & explicari. Ea enim ſine dubio perfecta eſt doctrina, quæ tum rei de qua quæritur, naturam declarat ac proprietates & affectiones, tum Problemata ac dubitationes, quæcunque ſe ſe offerunt, explanat ac diluit. Quibus omnibus alia multa tum addam tum interponam quæ huius ſcriptionis & argumenti propria videri poterunt: præſertim verò dum aliquid ſe ſe obtulerit in quo illum carpere, aut deſerere viſus ſit Ariſtoteles.

*Quatuor capitibus concludenda Platonis Poetica.*

*Explicatur primũ caput: qđ pertinet ad eius definitionem ac natiuã ex Platonis ſẽtentia.*

Dicamus igitur primùm de primo. Vbi vt nullus in definitione ſuperſit dubitandi locus, aut certè ne interim nos Poëmatis notio hærentes habeat, diſtinguamus priùs Poëſim a Poëmate. Etſi enim Poëma nunquam pro Poëſi vſurpatur, Poëſis tamen, quantumuis propriè artem ipſam ſignificat, pro Poëmate a multis capitur. Et tamen reuera Poëſis artem, Poëma opus, ſignificat. Poëſis igitur ex Platone definiri poteſt ratio ac via Poëmatis conſtituendi: breuiùs Ars Poëmatis condendi: breuiſſimè Ars pangendi. nam pangere Poëtis maximè conuenit. Vt enim Poëta ſeu effector, aut fictor nuncupatur per antonomaſiã, eodémque modo facere dicitur ſiue efficere, ita pangere. Sic fermè Cicero, pangere Sophocleũ dixit. Iam verò Poëma eſt rei per carmina repræſentatio inſtituendi hominis gratia. Dixi (repræſentatio) vt genus exprimerẽ, in quo ſanè Poëta cũ pictore

ac Statuario conuenit atque alijs inſuper multis. Neque enim deſunt qui præter iſtos ali-
quid exprimant & effingant: imò verò cum hiſtorico cúmque Phyſico ipſo conuenit non
vulgariter: cum hic naturæ opera deſcribat, & repræſentet, ille artis atque humanas in-
primis actiones nobis obijciat. Etſi enim ij ab Pictoris abſunt imitatione, repræſentãt illi
tamen aliquid narrantes aut diſſerentes. ab his tamen omnibus diſſociatur Poëma dum
additur (per carmina.) Carmen enim Poëtæ proprium cenſuit Plato, vt docebimus. Di-
ximus verò (rem) ne humanarum actionum finibus eius officium terminaremus. ſiqui-
dem ſexcẽta præter humanas actiones exprimit. Id quod Lyrico inprimis accidit. Subieci
ad extremùm (hominis inſtituendi gratia) quia Plato, niſi ad virtutẽ nos informet Poëta,
redarguit illum, ac ſuo muneri deeſſe ſtatuit. Et quanquam delectationem quæ ex Poë-
mate oriri ſolet, non ſpernit, iubet tamen, vt honeſtam vtilitatem quæramus inprimis, &
*Dubitatur.* ad beatam vitam ſpectemus. Sed iam videor mihi audire qui varias huc afferat dubitatio-
*I.* nes. Ac primò aduerſus propoſitam definitionem in vniuerſum; cum, qualis qualis ſit,
haud conſtet ex Platonis fontibus deriuari. deinde aduerſus propoſitum genus: dũ enim
*II.* in generis loco conſtituitur repræſentatio ſanè aduerſus eam illud facit, quòd obſcurum
adhuc ſit num fortè & quo pacto & quatenus pro imitatione vſurpetur repræſentatio.
Siquidem dum Plato affirmat Poëtarũ eſſe imitari, atque illos appellat imitatores, haud
dubiè repræſentatio iſta in imitationem aliquo modo incidat neceſſe eſt. Ac reuera cum
aliquibus, quibus cum Poëtam genere conſociaſti, videtur iſte quidem interim repræſen
tationis nomine omninò conuenire, vt cum pictore & ſtatuario: a quibuſdam tamen ge
nere ipſo diſſentit longiùs, quẽadmodum a Phyſico: picturæ enim & ſtatuaria ſic repræ-
ſentant, vt imitentur: cæteræ quæ commemorabantur facultates, narrant quidem, ſed nõ
imitantur: ita vt repræſentationis iſtius notio nutet vndique; vt omittam a germana &
*III.* celebri vſurpatione fortè ad minùs germanam impelli repræſentationem iſtam. Huc ac-
cedit quòd Plato videtur fabulam Poëtæ tractandam ſubijcere, cuius tamen nulla hîc ha-
betur ratio. Dum enim (rei per carmen repræſentatio) definitur Poëma, quid prohibet
*IV.* quominus carmini res commendetur quæ ſit pleniſſima veritatis & abhorreat a fabula?
Adde quod durius videri poteſt vt carminis potiùs quàm fabulæ fiat mentio in poëſis de
finitione: præſertim verò quòd nihil obſtet quin coniungantur. Quid enim ſi quis dixe-
rit Poëſim eſſe fabulam carmini illigatam, & humanæ inſtitutionis gratia comparatam?
*V.* Quid? An non ex tua iſta definitione illud conſequitur, vt Poëmatis nomine non modò
Epigramma verùm etiam Exaſtichon, Tetraſtichon, Diſtichon ipſum contineatur? pro-
fectò qui diſticho rem aliquam repræſentarit, vnde honeſta vtilitas capi poſſit, ſeu ad ali-
quid honeſtè animus inſtitui, germanum erit Poëma. Et tamen Ariſtoteles non modò
negauit pulchrum Poëma exigua fabula confici poſſe, ac propterea amplitudinem quan-
dam & magnitudinem in fabula & Poëmate exquirebat, verùm etiam Eclogarum, Oda-
rum, ſimiliúmque carminum nullam rationem habuit in ſua Poëtica quòd præluſiones
potiùs quædam ſint Poëmatum quibus ad Poëma reddamur idonei, quàm germanum
inde Poëma, conſtituatur. Dicerem ex tua iſta definitione vel vnicum carmen Poëmatis
*Reſpondetur.* nomen aſſequi, niſi vererer, ne carmen in propoſita definitione pro carminibus vſurpaſ-
ſes. Iam igitur antequam vlteriùs procedat Oratio, lubet his ſatisfacere: atque vt a re-
*Ac prius Ad II.* præſentatione incipiam (quod enim obijciebatur primo loco, explicabitur commodiùs
ad extremùm) ideo hanc in generis loco habeo, quod Plato in X. de Rep. doceat Poëſim
tum narratione, tum imitatione contineri poſſe. Quò fit vt quemadmodum Ariſtotelea
definitio vitanda mihi fuit, qui imitationem in generis habet loco, & Poëſim quamlibet
imitatione concludit, ita prouidendum, vt Lyrico Poëmati eſſet locus, quod vix vnquam
ad imitationem delabitur, verè enim multorum laudes atque huiuſmodi alia plurima
commendat Poëmati, quæ carent imitatione: ita vt repræſentatio Poëſeos campum pera-
gret vniuerſum, ac non ſolùm cum imitatore, vnde cũ pictura conuenit (& ideo loquẽs
pictura dicitur, quemadmodum pictura tacens Poëſis) & ſtatuaria, atque alijs huiuſmo-
di artibus quibuſdam; verùm etiam cũ hiſtoria & huiuſmodi alijs facultatibus quæ nar-
rant ac narrando repræſentant, communicet. nam adhuc vſitata ſignificatione vſurpari,
éaque percommoda ſi non elegantiſſima, nihil eſt quod dubitemus. Atque ab his omni-
bus appoſitè omninò diſtinguitur (carmine.) Is enim eſt Plato qui & carmini obſtringit
Poëtam, & ex carmine illum diiudicat vniuerſim. Quod ſi obijcias Ariſtotelem è Poëta-
tum choro Empedoclem exemiſſe, qui quantumuis carmine vteretur, imitationem ac
fabulam

Digitized by Google

fabulam prætetibat,iam præterquam quod negamus Ariſtotelis authoritate Platonẽ vrgendum,cum præſertim illi infenſus fuerit,ac data opera aduerſetur Magiſtro; profectò hinc Lyricum Poëma (quod tamen in Rhetoricis & alibi ſæpè Ariſtoteles agnoſcit pro Poëmate) cõcideret: Epopœia inſuper,vt ſæpè progreditur narratione, paſſim a Poëmate diſcederet abeſſétque. Et tamen Ariſtoteles ipſe aliquando narrationem quoque illi conceſſit. Sed de hac refuſiùs alibi. Difficilius eſt quod de fabula obijcitur. verè enim viſus eſt Plato fabula Poëtam obſtringere; cum dicat ſermonem alium verum, alium falſum,& hũc attribuat poëtæ. Denique fabulas paſſim Poëtarum proprias facete viſus eſt. Sed tamen ſæpè etiam in Poëmatis loco habuit multa quæ fabulæ eſſent expertia, dummodo carmine continerentur. Quin Ariſtoteles quoque viſus eſt aliquando in eandem ſententiam diſcedere,dum in III. Rhetoric. carmine deſcripſit Poëma: præſertim cum fore dixerit,vt ſi Oratio præter rythmum carmen excipiat, Poëma inde exiſtat. ut omittam carmen ſic ſolutæ orationi oppoſuiſſe vt illud Poëtarum eſſe dixerit. Vbi tamen more maiorum Poëſim vſurpaſſe crediderim, & ex communi ſententia locutum eſſe. Sic Plato in Phædro non modò Poëtis Idiotas oppoſuit quos ſine carmine loqui affirmauit, verùm etiam perſpicuis verbis Poëtæ carmen attribuit quo vteretur,ſolutam orationem ſcriptoribus cæteris. Quin in III. ſuæ Politicæ lib. Socrates, dum ſoluta oratione Homerica quædam referret, id ſe facere affirmabat atque hac differendi ratione vti, quòd non eſſet Poëta.Ita vt ſatis intelligatur carmine iurè obſtringi Poëtam apud Platonem: fabulæ verò ſtudioſos feciſſe Poëtas,ac fabulam illis attribuiſſe;quòd plerumque hanc amplectantur aut fingant: quòdque Poëtarum ſit,ſi ſion omnium,plurimorum ſaltem, fabulã texere:non autem quòd non eam interdum non poſſint prætermittere: præſertim vbi de rebus diuinis verba facerent. Ita profectò idem planè accidit de fabula quod diximus de imitatione. vt enim Plato Poëtas admittit aliquos qui abſtineant imitatione, ſic aliquos facit expertes fabulæ. Quo ſanè fit vt res ſiue fabulæ illigentur, & imitatione concludantur,ſiue ſine fabula ac citra imitationem exprimantur, ſubire poſſint germanæ materiæ locum,quæ deinde per carmen formam ſuſcipiat. Quanquam ſi quis ita deſcribendum cenſeat Poëma, vt dicat eſſe fabulam aut imitationem expreſſam carmine, nõ magnopere repugnarim,dummodo id non perpetuum eſſe dicat in Poëmate ſed frequẽtius. Quin ſi addiderit tum demum Poëma omnibus veluti numeris abſolutum fore, cum nõ modò carmine,ſed fabula & imitatione conſtiterit, id ego non grauatè conceſſerim, dũmodo quandoque carmen & Poëma ſine imitatione aut fabula conſiſtere poſſe concedas & in ſecundis ſaltem numerati. Etſi enim fieri poteſt,vt quis carmen cõdat ac Poëma quod propter argumentum ſit nobiliſſimũ, non tamen non ſimplex ac minùs operoſum Poëma, & Poëticis luminibus minùs inſtructum, non euadere poteſt ſi fabula careat & imitatione. Neque verò indè perturbor quòd ex definitione propoſita videatur vel vnicum Diſtichon Poëmatis locum ſubire poſſe,cum diſticho etiam honeſti aliquid ſæpè repræſentari contingat. Etenim ars ſine dubio naturam imitatur. Quod ſi natura non minùs formicæ,remoræ,ficedulæ,etſi exiguis animantis naturam tribuit,ita vt non minùs quàm leo,aut equus,& bos,animantis naturam referant,ac tueantur, cur non Diſtichon etiam Poëmatis locum obtineat, quantumuis mole a magno Poëmate longo interuallo ſuperetur? Huc accedit quod Diſtichon interdum aut Tetraſtichon tale tantúmque referr ingenium,vt Ars ſeceptui canere videatur. Quis non Virgilij Diſtichon illud demiretur?

*Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane*

*Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.*

quis non illud etiam laudet Platonis?

*Aurum qui reperit, laqueum abijcit, alter, amiſſo*

*Auro, collo aptat quem reperit laqueum.*

certè ſi non latinè at certè græcè leporis & ingenij eſt pleniſſimum. quis igitur inde huic Diſticho Poëmatis deneget nomen quòd exiguum ſit mole? non ne Cupido (id quod Plato nos admonet in conuiuio) exiguus eſt mole: & tamẽ inter Deos a priſcis illis numeratur, & pulchritudine ſeu venuſtate ac virtute maximus exiſtimatur? Debet enim quodque in ſuo genere & ordine quale ſit æſtimari; ac proinde Heroicum in Heroico genere, Tragicum & Dramaticum in Tragico ac Dramatico, Lyricum in Lyrico. Quod ſi è adhuc exigua carminum moles qualis eſt in Diſticho & tetraſticho hærentem habeat, dum in Lyrico quoque genere maiorem magnitudinem offerũt epigrammata, epigrammata

*Ad III.*

*Ad IV.*

*Ad V.*

A 3 quoque

quoque cum Heroico, aut Dramatico conferri nequeunt mole, & tamen ad mellica ſiue Lyrica Poëmata referuntur. Quanquam reputandum quoque eſt Lyricum ſolere paſſim varijs ac multis lucubratiunculis librum explere. ac multitudine & varietate Heroici Poematis vel Tragici magnitudinem æquare & compenſare; ita vt quemadmodum exiguæ animantes fœtus multitudine ſuperãt magnas, in quibus vnum fermè ex vna, ita Lyricus ſuis lucubratiunculis varijs ac multis Epopœiæ vincat aut æquet magnitudine. tam etſi illud arctè tenendum eſt Tetraſtichon & Diſtichon in ſuo genere atque ordine, dummodo aliquid repræſentet ac mortalibus prodeſſe poſſit, & ſummatim ingeniũ referat, Poëmatis locum retinere. Quod ſi nolis illi Poematis nomen impertiri (quod tamen iniquè facias: quemadmodum formicæ atque api ineptè deneges animantis nomen) iam proprio illud appelles ſpeciei nomine, quemadmodum apem & formicam appellas. Dummodo enim de re conſtet, nihil eſt quod de nomine diſputemus. & eâdem de cauſa per me licet vt in propoſita Poematis definitione illud. (carmen) in carmina commutes, vel pro carminibus excipias, ne vnico carmini Poëmatis nomen tribuere cogaris. De qua tamen re, ne minuta conſecter, hæc ſatis. Quæ cum ita ſint facilius iam explicare licebit ac ſtatuere, quod ſecundo loco quærebatur. neque enim cunctandum eſt affirmare finem Poemati propoſitum Platoni eſſe vtilitatem & honeſtatem. Quo circa in Phœdro monebat Poëſim inſtituendæ poſteritati referendum. Vbi non delectandæ ſed inſtituẽdæ illam deſtinauit, & erudiendæ, quòd honeſta vtilitas ſpectanda ſit in artibus ac diſciplinis.

*Explicatur ſecundum caput: quod pertinet ad cauſas Poëſis. De Fine.*

Atque hinc fit, vt cum hunc finem ſpectaret, Homerum (ut dicere cœperam) ac Poëtas inſectaretur, quòd turpiter multa cecinisſent, nec iuuentutem ſuis carminibus ad virtutem prout debuiſſent interim informarent. Hinc etiam vehementem imitationem quã permiſcere animos ait vehementiùs, iudiciúmque perturbare, ſic improbat vt imitatores Poëtas, eorúmque Principem Homerũ è ſua Rep. expellat. Quid plura? ſic inſtituit ſuos ciues in ſua Rep. vt omnia referat ad honeſtatem & virtutem, cum igitur in Muſica ſubindéque in Poëſi (moderata tamen quæque imitationis neruos remittat) eos inſtituat, quis non animaduertat virtutis bonum beatámque vitam huic arti quemadmodum politicæ inſtitutioni vniuerſæ præfixiſſe? quapropter qui delectatione metiuntur Poëſim, ij mihi abuti videntur illa. omnes enim artes ac diſciplinæ ad beatam vitam ſunt referendæ, cui ſæpè obeſt voluptas, tantùm abeſt, vt afferat adiumentum. Quare dum canit Flaccus

*Et prodeſſe volunt & delectare Poetæ.*

id verò tum probarim cũ vtilitas atque illa honeſtatis plena voluptati anteponatur. Iam verò de materia nihil eſt quod dubitemus hanc rebus quæ repræſentari poſſunt carmine contineri.

*De Materia.*

Quò fit vt nihil non materiam offerat Poëmati: quemadmodum Rhetor aut Dialecticus excurrere poteſt quemlibet campum, dum tamen probabili aut veriſimili ratiocinatione vtatur. Ita igitur nihil non argumentum ſuppeditare poteſt Poëtæ quod commendet carmini. Et tamẽ humanas rationes Poëmati inprimis aut plerumque ſubſterni, non ægrè conceſſerim. Da qua re tota in progreſſu pleniùs.

*De forma.*

De forma verò nihil attinet dicere, cum carmen tum Poëticam repræſentationem diſtinguat a cæteris, tum peragret campum Poëſeos vniuerſum. Quare eſt quidem cur in Ariſtotelis ſchola ſolutæ quoque orationi interdum concedatur nomen Poëſeos ac locus, dummodo fabula, aut imitatione concludatur Oratio: ſed in Platonis ſchola non eſt concedendum.

*De effectrici cauſa.*

Nunc ſuccedit vt de effectrici cauſa verba faciam: quam tamen hactenus eò libentiùs prætermiſi, quòd cum Plato cœlitus Poëtas afflari aut furore arripi & inflammari, ad canendúmque prouocari, non ſemel ſcriptum reliquerit, quaſi verò non tam ingenio & arte quàm afflatu quodam contineatur Poëſis, longiorem diſputationem poſtularet dubitatio. ergo (vt huic quoque dubitationi & percunctationi cumulatè ſatisfaciam) varia Platonis loca, etſi quædam videri poſſint longiora, ſubijcere ac deſcribere nõ dubitabo.

*Platonis loca proferuntur, ex quibus tũ effectrix Poëſis cauſa cõſtituatur, tum de tota Platonis ſententia in re*

Cum enim eius Epigrammata deſcripſerim vt plenior eſſet hæc inſtitutio, quidni inſignia quædam loca recitem ac deſcribam, ex quibus tum de Platonis ſententia latiùs doceamur hac in re, tũ quæ nos ex eo decreuimus, vberiùs confirmemus, tum problemata (ut dicere cœperam) explicentur, ac dubitationes quæ proponebantur, aut rurſus proponi poſſent, diluantur? Principiò autem Io Dialogus ſeſe offert, qui item, vt intelligamus Poëtas ferè ex æquo cũ Rapſodis ibi æſtimari, & Poëticum furorem in argumenti loco examinandum proponi, de Poëtico furore inſcribitur. Hic igitur cum Io ſe Homericum Rapſodum profiteretur quique Homeri carmina egregiè tum efferre & canere, tum interpretari poſſet, ſic eum

Socrates

Socrates exaggitabat, vt illemet ignarum ſe fateretur, eorúmque quæ diceret. Quo in loco dum eum eluderet, ac ſupra quàm dici poſſet ventoſum deſcriberet, ſic traducebat Ionē, vt in eâdem veluti naui Poëtas ipſos, ac præſertim Homerum, collocaret. Quocirca etſi optimum ac diuiniſſimum (ironicè ſcilicet ac per iocum) appellabat illum, ignorantiæ tamen ac temeritatis eum inſimulabat nomine. At enim ſic interim artem ac ſcientiam Poëleos ijs denegat, ignaróſque Poëtas facit, vt enthuſiaſmum admittere videatur, quaſi verò cœlitùs afflentur, ac diuino quodam furore corripiantur. idcirco enim illud proferebat Socrates, *Vt bene de Homero loquaris, ars tibi non præſtat, ſed diuina vis eſt quæ te mouet ſicut in lapide quem magnetem Euripides nominauit, nonnulli Eraclium vocant. qui lapis non ſolùm ferreos annulos trahit, ſed vim etiam annulis ipſis infundit qua hoc idem efficere poſſint, ac perinde vt lapis alios annulos trahere. Vnde longa plerumque concatenatio ferri & annulorum inuicem pendet, & omnibus his ex illo lapide vis attrahitur. ita ipſa muſa Poetas diuino inſtinctu concitat, Poetæ concitì alios furore corripiunt. Quare ex his omnibus ſeries ipſa contexitur, Omnes itaque Epici Poetæ boni non arte. ſed diuino afflatu capti, omnia iſta præclara Poemata dicunt, & Medici boni ſimiliter. Nam vt Corybantes non ſana mente ſaltant, ita Mellici Poetæ egregij non ſana mente hos cantus affingunt, ſed ubi in harmoniam & rythmum inſurgunt, & rapti baccantur, quemadmodum Baccantes fœminæ mente non ſana, mel & lac ex fluminibus hauriunt, ſana autem mente haurire nequeunt, idque tum efficit mellicorum animus quod ipſi narrant. Aiunt enim nobis Poetæ quod è fontibus quibus mel ſcaturit, haurientes, & a Muſarum uiridarijs collibúſque decerpentes, carmina ad nos afferant, quemadmodum mel ex floribus apes, & inſtar apum uolare ſe dicunt. Quæ in re uera loquuntur. Res enim leuis, volatilis, atque ſacra, Poeta eſt, neque canere prius poteſt, quàm Deo plenus, & extra ſe poſitus & a mente alienatus ſit. Nam quamdiu mente quis valet, neque fingere carmina; neque dare oracula quiſquam poteſt. non arte igitur aliqua hæc præclara canunt quæ tu de Homero refers. ſed ſorte diuina id quiſque certè efficere poteſt. ad quod Muſa quempiam incitauit.* Atque huc ſpectat illud ēt, quod ſubijcit paulò poſt. *Ob hanc uerò cauſam Deus illis mentem ſurripiens, ipſis tanquam miniſtris utitur, oraculorúmque nuncijs & diuinis vatibus, vt nos qui audimus, percipiamus non eos eſſe qui tam digna referunt, cum ſuæ mentis compotes minimæ ſint, ſed hæc Deum loqui, & per hos nobis hæc inclamare. huic autem rei euidentiſſimo argumento eſſe poteſt Tynichus Chalcidenſis, qui antea Poema nullum memoria dignum compoſuerat, hymnum autem in Apollinem quem omnes cantant, omnium fermè cantilenarum pulcherrimum, Muſarum inſpiratione inueniſſe ſe dicit. In hoc maximè Deus oſtendiſſe videtur nobis dubitandum non eſſe, quin præclara hæc Poëmata, diuina Deorúmque potiùs quàm humana hominúmque ſint opera. Poetæ autem nihil aliud ſint quàm Deorum interpretes, dum ſunt furore correpti, a quocunque tandem numine quis corripiatur. quod quidem Deus oſtendere volens, de induſtria per inepiſſimum Poëtam pulcherrimam cecinit melodiam.* Hæc pro ijs qui afflatum quendam numinis ac furorem, vnde Poëtæ ad pangenda carmina impellantur, in effectricis cauſæ habent loco ex Platonis ſententia. Qui tamen mihi quidem deerrare videntur, dum haud ſentiunt hæc ironicè dici omnia, & ad Poëtarum oſtentationem & vanitatem aperiendā. & idcirco iſthæc Plato eorum refert nomine. vt omittam iſtis ſaltem videndum fuiſſe ne id Socrates interdum vel populariter affirmet, quaſi verò populari huic exiſtimationi ſibi conniuendum exiſtimet, dummodo illorum arguat ignorantiam: vel ad ſummum non ex propria, ſed ex ea quam Poëtæ peruulgaſſent famam, Enthuſiaſmum, non dico admittat, ſed vſurpet. Quod ex Dialogo toto vſque adeo intelligitur, ſi quis rectè æſtimet, vt niſi contentioſum funem trahas, hoc inficiari nequeas. Id quod ex ijs etiam mihi videor confirmare poſſe quæ in Apologia diſſerebat Socrates de Oraculi reſponſo. Cum enim Socratem omnium ſapientiſſimū reputaſſet, Socrates verò ſibi perſuaſum haberet ſe ignatum eſſe, poſt longam conquiſitionem, ne Oraculum falſitatis arguere cogeretur, in eam cogitationem ac ſententiam deuenit; ſe ſapientiſſimum reputari quòd non ſibi ſapientiam arrogaret quemadmodum alij multi. Itaque narrabat ſe dum Oraculi reſponſum examinaret, varia hominum genera conueniſſe, quos omnes perſenſiſſet ſibi ſapientiæ laudem arrogare. Cum igitur totam hanc referret conquiſitionem, de Poëtis, quos item ignaros & arrogantes peruulgare ſtatuerat, atque oſtendere ſapientiæ nomen ſibi falsò vendicare, ſic diſſerebat, *Poſt homines qui in Rep. verſantur ad Poetas me contuli, Tragœdiarum & Dithyramborum aliorúmque carminum authores, quaſi hic perſpicuè admodum deprehenſurus, eſſe me his rudiorem. Acceptis itaque eorum libris, in quibus elaboraniſſe maximè videbantur, ſciſcitatus ſum eorum ſenſa, vt non nihil ab ipſis perdiſcerem. Erubeſco, o viri, verum hic vobis aperire dicendum eſt tamen. Alij penè omnes præſentes, vt ita dixerim, melius de rebus his loquerentur, de quibus ipſi*

*Poëtica doceamur vberius, & primo ſatiſfiat argumēto: Quæ de Poeſi præcipit in Ione.*

*Dubitatur.*

*Reſpondetur.*

*De Poetis item, ex Apologia.*

*In Fic. pa. 320. col. 2. p.*

Poëmata

*Poëmata conſcripſerunt. Deprehendi igitur breui id in Poeſis, eos videlicet non ſapientia facere quæ faciunt, ſed natura quadam ex diuina animi concitatione, quemadmodum & hi qui diuino ſurore afflati, vaticinantur. Nam & hi multa quidem dicunt, atque præclara: ſed eorum quæ dicunt, nihil intelligunt. Tali quodam pacto Poetæ affecti fuiſſe mihi videntur, & ſimul animaduerti eos in alijs quoque propter Poeſim omnium ſe ſapientiſſimos iudicare, in quibus non ſunt ſapientes.* Hæc in præſens noſter Socrates: qui ſine dubio ex propria ſententia ignaros ac vētoſos facit Poëtas: ſed maniam quam in illis admittit, ex vulgari opinione arripit, ac peruulgata ab illis fama. Satis enim erat Socrati eos inſipientes oſtendere dum Oraculum interpretaretur. Num verò diuinitus afflarentur, dum id peruulgarent, diſſimulandum cenſuit. Imò verò hic ne mania quidem percitos facit Poëtas, quaſi cœlitus afflarentur, ſed ijs qui mania percellerentur, ſimiles eſſe ait. nec fortaſſe ironia caret oratio, qua illos, commoueri afflatu quodam per ludibrium ſignificat. Neque verò (vt ad alterum locum deueniam; in quo maximè

Ex Phædro triumphant qui Poëtis afflatum iſtum attribuunt) aliter de ijs ſentiendum quæ leguntur in Phædro, dum ſic ſcribitur. *Tertia verò a Muſis occupatio & furor ſuſcipiens teneram, in tactámque animam, ſuſcitat illam atque afflat. Vnde per cantus aliámque Poeſim infinita antiquorum geſta exornans, poſteros inſtruit. Qui autem abſque furore Muſarum Poeticas ad fores accedit, confidens arte quadam Poetam ſe bonum euaſurum, inanis ipſe quidem atque eius Poeſis præ illa quæ ex furore procedit, quæ quidem hæc quæ ex prudentia fit, euaneſcit.* His inquam verbis, in quibus exultant aliqui, fateor videri Platonem geminum Poëſis genus admittere: vnum quod ſcientia & induſtria contineatur: alterum, idque longè præſtantius, quod a Muſis proficiſcatur, dum furore ac mania percellunt Poëtas. Sed tamen quemadmodum in hoc Dialogo fusè ludit Socrates, & Phædro blanditur, quin ex media vulgi opinione aut Poëtarum fama cætera maniæ arripit genera, ſic quam a Muſis deriuat in Poëtas magiæ formam. Popularibus enim opinionibus, quales quales ſint, amatoriam illam trāſigit diſputationem, vt ne ex Platonis quidem ſententia neceſſe ſit pro certis furores illos concedere; alioquin quæ continentur fabulæ ſubijciuntur, eodem iure pro veris eſſent excipiendæ. Denique Socrates eleganter ludit, ne dicam mentitur, ſæpè. Vt non omnino immeritò, dum Sophiſtas ac Poëtas eleganter deludit, Atticus ſcurra ſit appellatus. Vt omittam Platonem quæ ſcripſit adoleſcens, ex quibus Phædrus Dialogus fuit maximè, Poëticis luminibus, imò fabulis multis, compleuiſſe, ne dicam mendacijs. Itaque ferunt Socratem cum aliquando hoſce Dialogos lectitaſſet, in quibus acutè Sophiſtis ac Poëtis illudit, eóſque ironia traducit eleganter, exclamaſſe, Proh Iuppiter, quàm præclatè multa de me mentitus

Ex Memnone. eſt hic adoleſcens. Nec maius nobis faceſſit negotium quod ſcribit in Memnone: vbi ſic *in Memn. in fin.*
Poëtæ diuini & afflati dicuntur, vt ignorantiæ nomine inſimulentur. Sic magna loqui dicuntur ac multum, vt arrogantes ac verboſi deſcribuntur. Quod etiam redolet vulgarem cuiconniuet exiſtimationem. Et hinc eſt vt Politicos cum ijs coniungat: Sophiſtas enim intelligit qui ſe Politicos appellarent. Hos enim æquè ac Poëtas traducit & inſectatur, &

Ex Timæo. hinc eſt vt in Timæo in quo ſubtiliter diſputat, illud affirmet, Poëtas non eſſe idoneos qui *474. I. f.*
ciuilium hominum exprimerent officia, cum a rerum ciuilium tractatione atque vſu abſtinerent: quod eſt rerum ciuilium experientiam ac ſcientiam non haberēt. Id quod nunquam profectò protuliſſet, vbi eos afflari ac non ſcientia & arte, ſed diuino ſpiritu ad canendum impelli cenſuiſſet. Nec aliter ſentiendum de diuinitate qua ſemel atque iterum *in fin. 3. de legib.*

Ex libr. de leg. ornat illos in lib. de legib. vbi reuera philoſophatur ſeriò. Nam ſic Poëtas celebrat, & a *de varijs poeſis & modulorum formis, in quibus omnib. Poetæ reprehenduntur.*
Muſis commoueri affirmat grauis ille diſputator, vt ſibi interim fabulam permiſcendam affirmet, ac fabulam appellet Encomium, quo Poëtas interim ornat. Sic enim blando quodam ſermone temperat ſeriam diſputationem, ut cautionem adhibeat, ne temerè ludicra interponere videatur. alioquin mirificè illos irridet ac Vatiniano proſequitur odio. Vt propterea non poſſim nō eos demirari qui ad Apollinis ac Muſarum afflatum & permotionem in Poëtis ex Platone tuendam, ad tertium, & quartum de legibus prouocant. Cum enim perſpicuè fateatur in fabulæ loco iſthæc habenda, quis audeat huc confugere

Ex Protagora. ac Platoni ſeriò ſententiam iſtam aſcribere? Id quod ex Protagora quoque licet animaduertere, vbi illos perſpicuis verbis cum circulatoribus confert, & a viris prudentibus arceri longiùs iubet. Nec fortaſſe aliter conijciendum eſt ex his quæ obiter in Phædone *169. I. p.*

Ex Phædone. profert de Poëtis, dum ſic diſputat. *Opportunè id mihi in memoriam reuocaſti Socrates. Cum enim Poëmata compoſueris prius cantum in laudem Apollinis, deinde etiam fabulas Aeſopi carmine modulatus, tum alij multi me interrogauerunt, tum Euenus paulò ante, quonam conſilio poſt quam in* *334. I. f. 335. 2 p.*

*carcerem*

*carcerem deueniſti, ea feceris quæ priùs feceras nunquam. Si igitur tibi curæ eſt vt habeam quid reſpondeam Eueno, quando iterum ex me quæſierit quod certò ſcio facturum, dic quæſo, quid ei ſit reſpondendum. Vera inquit, ò Cebes, reſponde, me id effeciſſe non vt vel cum ipſo, vel cum ipſius carminibus contenderem (ſciebam enim facile id non eſſe) verùm vt inſomnia quædam experirer, minimèque officio meo deeſſem, ſi fortè hæc eſſet ea muſica quam ſæpius iam exercere me iubent, erant autem eiuſmodi: ſæpe mihi in anteacta vita idem inſomnium, licet alia atque alia forma occurrens, ſe ſe obtulit, eadem ſemper ita præcipiens, fac, ò Socrates Muſicam, atque exerce. Ego igitur quod in ſuperiori tempore faciebam, hoc mihi præceptum arbitrabar; & quemadmodum currentes adhortari ſolemus, ſic quod ipſe antea faciebam, ad idem me inſomnium cohortari putabam, quaſi Philoſophia maxima Muſica foret, ego autem in eo elaborarem. Poſtquam verò ſententia de me lata eſſet, & mori me dei feſtum inhiberet, cenſui oportere ſi fortè inſomnium toties iubeat, popularem hanc Muſicam exercere, neque ei repugnare, ſed morem gerere. Tutius enim fore arbitratus ſum antequam è vita migrarem, ab hoc me officio liberare, & parentem inſomnio, Poëmata facere. Itaque primùm quidem in ipſius Dei laudem verſus feci, cuius tunc Sacra celebrabantur: atque poſt Deum iudicans oportere eum qui Poëta futurus ſit, non ſermones ſed fabulas facere; me verò non eſſe fabulatorem, nonnullas ex fabulis Æſopi quas ſciebam, magiſque in promptu habebam, vt in quamque prius incidi modulatus ſum.* Hæc de Socrate Cebes, vel potiùs Plato. Ex quo loco conijcere licet a Platone illud Poëſis genus, quo extrinſecus a Muſis commoueri dicerentur Poetæ, non ſeriò proferri & ex propria ſententia, cum Socratem produxerit, quidum ab Apolline ad Muſicam & Poëma ſollicitaretur; id arte eáque rudi expleuerit. Certè ſi Poëtas ab Apolline & Muſis concitari exiſtimaſſet, Socratem introduxiſſet, qui ab illis corriperetur & ad Poëſim prouocaretur. Si quando enim hoc Poëſis genus opportunè induxiſſet, huc vel maximè induxiſſet. Quod argumento quoque eſt idcirco Enthuſiaſmon & afflatum illum ſæpè commemorari, quòd cum Iuuenes vt in Phædro, aut Sophiſtas & Poëtas, vt alibi ſæpè, ſibi ironicè exagitandos proponeret, commodè caderet cum fabris fabrilia pertractare. Ita vt ſi quando inter ſeria Muſas furorémque profert in medium, id faciat more maiorum, & ex populari ſenſu, vt diſputationem lepore quodam reſpergat, alioquin Poëtas ſobrios ingenioſóſq. requirit ac nauos. Sed iam totam hanc de Poëtis ſententiam ac diſſertationē politicis, vbi ſeriò planè agit ac Rempublicam inſtituit, concludamus: ac paucis ſaltem) manat.n. longiùs *Ex libris de Rep.*
*L.b.2.p. 376.f.* Poetica hęc tractatio) colligamus. Ergo cum in libris de Rep. ciuem a pueritia ſuſcepiſſet erudiendum, Muſicam primò propter animū, Gymnaſticam propter corpus, propoſuit. Vbi quemadmodum Muſicæ nomen non propria ac priuata ſignificatione vſurpauit, ſed fuſiore, pro vniuerſa ſcilicet animi diſciplina, ita ſub hac ſtatim orationem veram & falſam collocauit, ac pueros in falſa priùs erudiendos decreuit. Cum enim Oratio tum nobis ad noſtram ſententiam explicandam tributa ſit, tum auribus hauriatur quæ ſunt ſenſus diſciplinæ, nil mirum ſi Muſicæ, cuius nomine animi diſciplinam intelligebat, Orationem ſubiecit è veſtigio. Cum igitur hanc in veram & falſam diſtribuiſſet, a falſa, quippe quæ pueris a nutricibus per fabellas quaſdam inſtillaretur, aggreſſus eſt. Priùs tamen fabulam in maiorem diſtinxit ac minorem: per maiorem ea intelligens (id quod ipſe ſatis declarat) quibus Epicum Dramaticúmque Poëma continebatur, per minores eas quę a nutricibus fermè, & Apologorum authoribus (tales ſunt Aeſopicæ) conficerentur. Vbi ſtatim de maioribus verba faciens, longo ordine recenſuit illas, in quibus Poëtæ, maximè vero Homerus, peccaſſe viderentur; ídque tum ea percenſens quæ Dijs cœleſtibus turpiter aut perperam affinxiſſent, tum ea ſubijciens quæ de Heroibus, dæmonibus, ac Dijs inferis, déque homine ipſo minùs rectè ceciniſſent. Quæ omnia longo ordine recenſuit ac reprehendit. Cúmque his in II. ac III. libro expeditis, in ſex inſequentibus cætera complexus eſſet quæ ad aliud genus inſtitutionis ac Remp. pertinerent, tandem in X. ad Poëtas rediens, ſic diſſerebat. *Equidem cogitanti mihi de hac quam nuper verbis condidimus ciuitate, cum alia per multa rectè admodum ſtatuiſſe videmur, tum vel maximè quæ de Poëſi ſunt lata.* Ex quo initio occaſione arrepta imitatores Poëtas eiecit è ſua Rep. ac fusè illos inſectatus eſt; ita tamen vt qui ab imitatione abſtinerent Poëtas, libentiſſimè receperit. hac enim de cauſa cùm alia multa in hoc libro pro hoc Poëſis genere ſcripta reliquit, tum ea maximè pronunciauit, *Scito autem hymnos in Deos, & in optimos viros laudationes duntaxat ex Poëſi in Ciuitate admittere oportere.* Quanquam vt huiuſmodi laudationes, idcirco libenter excipit quia carent imitatione, ita quodcunque aliud Poëmatis genus recipit non grauatè, dummodo imitatione careat. Quod ſi fortè careat quidem imitatione, ſed aliunde offenſio-

nem

*Reditur ad Poëſis cauſas altius ſtatuẽdas.*

*Ac primũ cõſtituitur effectrix.*

nem habeat, illud ſaltem apud Platonem compertum eſt, imitatricem Poëſim tanquam animorum perturbatricem reijci. Quæ cum ita ſint, iam licebit nobis germanas Poëſis cauſas ex Platone vel ſtatuere vel altius confirmare: ac cætera commodiùs præſtare quæ propoſuimus. Primùm verò conſtituamus quid de effectrici quam interim agitabamus & requirebamus, ſit ſentiendum. Ergo ſic ſtatuo. Qui ad Poëticum furorem ex Platone reuocant Poëſis initium, ij mihi haud ſatis Authoris mentem videntur perſpexiſſe. Fateor enim Platonem in Dialogo de furore Poëtico, atque alibi ſæpè videri Democriti ſententiam amplecti: qui, niſi diuino furore, Poëtam bonum exiſtere poſſe negauit. Sed tamen ſic interea furorem iſtum profert, vt partim conniueat Poëtis qui eum diſſeminarent ac de ſe iactarent, partim vulgari ſe ſe accommodet multitudini cui videretur perſuaſus furor iſte partim ironicè illum admittat, inde occaſionem captans laudandi quidem verbis Poëtas, ſed re ipſa exagitandi, ac tanquam ventoſos vanóſque inſimulandi. Quocirca dum geminam concedere videtur Poëſis cauſam, atque vnam ad Muſas referre quæ corripiant Poëtas, alteram ad ingenium atque artem vnde Poëtæ labore ac ſcientia aliquam ſibi compareni laudem, facile eſt animaduertere priorem cauſam per iocum, aut more maiorum, alteram ſeriò, in medium afferre. Ita quidem quemadmodum Ariſtoteles vtranque cauſam iſtam protulit, & Poëſim vel *μανικοῦ* ſeu maniaci, vel *εὐφυοῦς* & ingenioſi, eſſe dixit, ſic antea pronunciauerat Magiſter. ac rurſus quemadmodum Ariſtoteles viſus eſt alibi maniam illam exagitare, & ad melancholiam ac naturalem cauſam reuocare, ac melancholiam ingenio aptare (ob id enim Cicero, *Ariſtoteles* (inquit) *ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe*) ex quo fieret vt tacitè palmam ingenio concederet, ita Magiſter tacitè ingenio atque arti hanc tribuerat laudem. Et idcirco ſæpè prætermiſſo furore iſto, artem commendauit, præſertim vbi ſubtiliùs diſputaret. Quapropter dum M. Tullius, vt Archiam Poëtam defenderet commodiùs, viſus eſt Poëticum furorem probare, dum Ennius hac ipſa de cauſa ſanctos appellaret Poëtas, dum Ouidius caneret.

*Eſt Deus in nobis; ſunt & commercia cæli:*
*Spiritus æthereis ſedibus ille venit.*

ac rurſus,

*Eſt Deus in nobis; agitante caleſcimus illo;*
*Impetus hic ſacra ſemina mentis habet:*

dum Flaccus addit

*Quam tu Melpomene ſemel*
*Naſcentem placido lumine videris;*
*Illum non labor Iſthmius*
*Clarabit pugilem: non equus impiger*
*Curru ducet Achaico*
*Victorem: neque res bellica Delijs*
*Ornatum folijs ducem,*
*Quod regum tumidas contuderit minas,*
*Oſtendet capitolio;*
*Sed quæ Tibur aqua fertile perfluunt;*
*Et ſpiſſæ nemorum comæ,*
*Fingent Aeolio carmine nobilem.*

ſubditque

*Totum muneris hoc tui eſt,*
*Quod monſtror digito prætereuntium*
*Romanæ fidicen Lyræ:*
*Quod ſpiro, & placeo: ſi placeo: tuum eſt;*

eleganter quidem iſti: ſed ſibi canunt ac Poëtis quibus fauent: qui tamen ludunt omnes Vt propterea iure illud pronunciauit Plato, Multa mentiuntur Poëtæ. Quapropter dum rurſus dubitat Flaccus num arte an Natura fiat laudabile carmen, poſteriorem hãc percunctationem libentiùs probarim, multò verò magis eius explicatum quo ſtudium commendat ac diuitem venam: maximè verò illum laudauerim, dum alibi fatetur malle ſe melancholiam purgare, quàm inde ad Poëſim ſolertem reddi. Quid moror? Quis futurum fuiſſe cenſeat, vt Plato (iam enim ad illum redeo totus) Homerum ac Poëtas è

*In Poet. ferè ad extrem.*

ſua Republica eijceret, ac probris etiam afficeret, vbi ſanctos ac diuinos eſſe illos, & cœlitus afflari exiſtimaret? Fateamur igitur, atque adeo profiteamur, effectricem Poëſis cauſam ex Platone eſſe hominem, ſiue humanum ingenium arte & ſcientia inſtructum. Etſi enim naturalis quædam propenſio éaque non mediocris, requiritur vt quis bonus euadat Poëta, & nobile condat carmen, niſi tamen acceſſerit ars & induſtria, vix ac ne vix quidem emerget è mediocritate. Itaque ingenium in cauſæ effectricis loco ſic ponimus, vt hoc tum Naturæ, tum Artis, exercitationiſque præſidijs inſtructum intelligamus: ingenium enim non nudum deſignamus & rude, ſed excultum & perpolitum. Neque enim exiſtimamus idcirco illud efferri, *Poëtæ naſcuntur, Oratores fiunt*, quòd Poëta totus in Natura nitatur: ſed quia, vt Poëſis magnam vim ac magnum conatum requirit ingenij, ſine excellenti natura fruſtra quiſpiam ad ſummam Poëſis laudem aſpiret: cum tamen Orator, quoniam eius ars eſt popularior & ad vulgarem ſenſum aptat ſermonem, minùs in natura nitatur. alioquin ipſe etiam Naturæ præſidijs, præſertim memoria, firmis lateribus, præclara voce & ſagacitate in primis indiget. Atque ob id ſanè Cicero de ſuo illo Oratore ſic ſcribit. *Acuto homine nobis opus eſt, & natura vſuque callido, qui ſagacitate peruestiget, quid ſui ciues ijque homines quibus aliquid dicendo perſuadere velit, cogitent, ſentiant, opinentur, expectent.* Et idcirco ſcitè Iuuenalis optat vati vt non ſit publica vena. Quod eſt, vt eius ingenium & natura non communis ſit & vſitata, ſed excellens: ita vt præſidia naturæ in vtroque ſint expetenda, etſi maiora in Poëta. Quæ omnia is ſentiat qui hinc M. Tullium, illinc Ouidium ſpectet diligenter. Hic enim mira Naturæ fœlicitate canit ille quidem: ſed tamen rerum multarum, præſertim Hiſtoriarum & fabularum, Poëtarúmque ſtudium & cognitionem refert, quibus complenerat pectus, præſtantémque naturam illam excoluerat. Cicero contra ſtudio, doctrina, exercitatione veriùs quàm præſtanti corporis natura, cui etiam adiumenta coactus eſt adhibere, ad ſummam eloquentiæ laudem peruenit. Nam Virgilium & Horatium arte item & labore excoluiſſe ac perfeciſſe naturam, nihil eſt quod dubitemus. Quapropter dum noſter Plato duas Poëſeos cauſas profert in medium, Enthuſiaſmon vnde quis afflatur extrinſecus, & Artem vnde quis proprio pangat Marte, ac priùs genus cauſæ tantopere labefactat, nos alterum teneamus & agnoſcamus ex illius ſententia. Ex quo fit vt non neceſſe habeam, illud requirere, num qui percelli viderentur, a mania & naturali furore agitarentur, quem melancholia ſuppeditaret (id quod aliquando ſuſpicari viſus eſt Ariſtoteles) an verò a ſubterraneis quibuſdam halitibus erumpentibus (quod Hiſtorici quidam referunt) dum ab his in Oraculi Tripode mulierculas commotas ſcribunt, an denique a numine quodam citra melancholiam & ſpiritum iſtum. Vt omittam magnopere quoque verendum ne quarta quædam ratio inde afferri poſſit, quòd ij a Dæmone non a numine corriperentur. Certum eſt enim olim cæcis illis mortalibus ſic ſæpè ac diu fuiſſe illuſum. Quin verendum ne quinta quoque ratio quædam interuenerit aliquando: ita ſcilicet vt multi ſe afflatos iactarent, aut ſimularent. Certè vbi conceſſero in Tripode illo conſueuiſſe percelli priſcos illos Ethnicos, horum ferè ſimilitudine ſe compoſuiſſe quoſdam, impoſuiſſéque vulgari multitudini, non repugnabo. Certè Tynicum de quo Plato & Maracus Syracuſanus de quo Ariſtoteles atque alij quidam, num ab hac fraude abſuerint incompertum habeo. Quin ſuſpicor Democritum tum Homeri, aliorúmque vetuſtiſſimorum Poëtarum, qui Muſas inuocarent, tum furentium aliquorum (ſeu fictè, ſeu verè id illis accideret) perſuaſum, pro Muſis pronunciaſſe. alioquin non bonus Philoſophus videri poſſit.

*Lib. 1. de Orat.*

De fine verò perſpicuum eſſe poteſt, quod ſtatuimus ab initio. Nam prætetquam quod ſæpè virtutem ipſam illi proponit & honeſtatem, in Politicis omnia refert ad honeſtam inſtitutionem. Et idcirco Homerum ac Poëtas inſectatur, quòd turpiter multa cecíniſſent, nec iuuentutem ſuis carminibus ad virtutem, prout debuiſſent, informarint. Et hac de cauſa vehementem imitationem quam ait permiſcere animas vehementiùs, iudiciúmque perturbare, improbat: imitatores Poëtas, eorúmque Principem Homerum de ſua Republica expellens. Denique is eſt Plato qui ſiue philoſophetur, ſiue diſputet de eloquentia, quicquid denique præcipit; probitatem ac virtutem extollat, proponátque rebus omnibus. Quid multa? Sic inſtituit ſuos ciues, vt omnia *Finis.*

ad

ad iuſtitiam, ac probitatem, & ad benè beatéque viuendum referat: cum igitur in Muſica ſubindéque in Poëſi (moderata tamen) eos inſtituat, quis non ſentiat Poëſi virtutis bonum beatámque vitam quemadmodum politicæ, præfixiſſe? Neque verò delectationem ab eo contemni affirmauerim cum carmen quod (vt docebo) requirit ad Poëſim, ſuauitatem habeat & voluptatem: ſed tamen hanc honeſtatis ancillam facit ac virtutis ac ſummi boni quod ſpectat in ſua Politica. Quapropter qui delectatione metiuntur Poeſim, ij mihi abuti videntur illa. omnes enim artes ad beatam vitam ſunt referendæ, cui ſæpè obeſt volupias, tantùm abeſt vt afferat adiumentum. Quare dum canit Flaccus

*Et prodeſſe volunt, & delectare Poetæ,*

id verò tum probatum cum vtilitas, atque illa honeſtatis plena, voluptati anteponatur. Niſi fortè voluptatem quæ cum virtute ac ſummo bono coniuncta eſt, proferas, quam in finis quoque loco habeas. nam hæc indiuidua eſt ſummi boni comes & aſſecla.

*Materia.* De Materia verò ſatis conſtare poteſt res eſſe omnes quæ repræſentari poſſunt, ac proinde humana diuináque omnia Poëtæ ſubijci. Atque huc pertinet quod dum enumerat ea in quibus verſantur Poëtæ, diuina humanáque omnia percenſeat vniuerſim: quin Heroës etiam, Dæmones, ac res infernas affirmat decantari. & idcirco omnigenas fabulas examinat, quæ inquam ſiue de Deo, ſiue de hominibus, aut etiam de Heroibus, quicquid tandem cœlo, terra, maríque, vel etiam apud Inferos, occurrat. Paulò difficilius eſt quod pertinet ad formam, quam nos carmen eſſe ſtatuimus. *Forma.* Dum enim Socrates, cum carmen in Apollinis laudem confeciſſet, adhuc ſibi fabulam conflandam diceret, quod fabula ſit Poëtarum propria, videtur fabulam, in formæ locum proferre. Qui neos qui carmen citra fabulam pangerent, videtur inter verſificatores, quos appellant, reponere, & a Poëtis adhuc eximere. Quid eſt enim quod cum carmina in Apollinis laudem confeciſſet, adhuc ſibi fabulam conflandam ſtatueret, vt Poëtam ageret? & ſanè hæc planè ſententia quæ tribuitur Ariſtoteli, dum propterea Empedoclem, qui carmina non obſtrinxiſſet fabula, a Poëtis eiecit, & inter verſificatores coniecit, ſentias Platonis germanam eſſe potuiſſe: nam præterquam quod ſuam probabilitatem habet, ac Platone digna videri poteſt, Ariſtotelis authoritate munitur. Quid plura? ſæpè noſter Plato fabulatores appellat Poëtas; ſæpè ob fabulas eos reprehendit quæ a veritate & honeſtate deerrent: denique cum Orationem in veram & falſam deſtribuiſſet, falſam Poëtis attribuit. Et tamen ex altera parte (vt conſtet quàm ſcopuloſus ſit locus) apertè inter Poëtas refert eos, qui Deorum aut hominum laudes proſequerentur, quas tamen exemit fabula, & veritate obſtrinxit. Itaque Hymnographos tum imitatione, tum fabula interdixit, ſolum carmen illis attribuens. id quod luculentè fecit etiam in Phædro, vbi non ſecus atque in libris de Republica carmine concluſit Poëma, cæteris ſolutam orationem attribuens. quid quod fabulas alias maiores, alias minores facit, ac maiores tantùm tribuit Poëtis, minores ſolutæ orationi, Aeſopo & nutricibus tanquam Apologos relinquens? & tamen vbi fabula eſſet forma, deberent tum maiores tum minores fabulæ Poëmate concludi. Adde quod fatetur Poëtas quoque vera canere; *lib. 2 Po* ita vt carmine illos eximat nunquam, fabula interdum. Sed fateamur id quod eſt, ni- *lit. 386.* mirum idcirco videri Platonem aliquando fabulam cenſere propriam Poëtæ, quod fer- *1. f.* mè omnes vtantur fabula, quódque illud omnibus numeris abſolutum ſit Poëma & præcipua cura elaboratum, quod non modò carmine, verùm etiam imitatione ac fabula cõtineatur, etſi enim ſine fabula & imitatione honeſtiſſimum eſſe poteſt, non tamen operoſum vndique & perfectiſſimum.

Nunc quoniam de cauſis diximus, formas ac ſpecies Poëſis requiramus ex Platone. quod, mea quidem ſententia, non facilem habet explicationem; enitendum tamen rem, quoad eius fieri poſſit, explanare ac definire.

*De Poeſis ſpeciebus ſeu formis.* Ergo, vt in hac conquiſitione, Platonis veſtigia ſaltem atque initia quædam conſectemur, obſeruandum eſt humanam inſtitutionem, præſertim puerorum, a Muſica & Gymnaſtica incœpiſſe Platonem, ac Gymnaſticam corpori, Muſicam animo, deſtinaſſe. Vbi Muſicæ nomine non deſignatur qui ex acuto ſono, & graui concentus oritur, aut quæ ſub Arythmetica collocatur Muſica facultas, vno verbo, canendi ars, quæ proprio ac priuato Muſicæ nomine gaudet; ſed intelligit Plato in vniuersùm quamcunque ani-

que ani-

que animi inſtitutionem: & ideo appoſitè apponit illam gymnaſticæ, qua corpus, quà quà velis, informatur & exercetur. Quanquam enim Ariſtoteles in poſtremo Politicorum, vbi ad pueros erudiendos inſtituendoſque Magiſtri exemplo ac more aggreditur, Muſicam non hac ſignificatione vſurpat, ſed eam ad harmoniam ac voluptatem referens totam & ad feſſum animum honeſto ſolario recreandum, literarum diſciplinam ſubſtituit Platonis Muſicæ, vt inde informetur ad doctrinas comparandas; Plato tamen Muſicæ nomen terit more maiorum, qui pro Encyclopœdia illam vſurpabant (atque hinc muſicè dicere, erat eruditè dicere & enucleatè) liberaliſque doctrina omni accipiebant. Cum igitur vniuerſim animi inſtitutionem Muſicæ nomine comprehendiſſet Plato, ſub hac orationem collocauit continenter: nec immeritò: quandoquidem quæ animo adhibetur inſtitutio ac diſciplina, per aures tranſmittitur ad animum; ita vt oratione indigeat animi diſciplina. Atque idcirco diſciplinæ ſenſus dicitur auditus quo doctrinas omnes ac præceptiones haurimus. Iam verò Plato orationem in veram & falſam diſtribuit primò. Ac rectè. Neque enim commodiorem rationem inuenias qua in principes partes veriùs & commodiùs eam diſtribuas, tum, ne de falſa ageret longiùs, inde fabulam elicuit: quam in maiorem partitus eſt ac minorem. Et minoris quidem nomine (id quod ſubinde docebat) intellexit quas nutrices pueris narrarent fabulas, aut Aeſopus confeciſſet (vt paulò ante dicebam) quæque Apologis continerentur. Vt enim perpaucis & breui narratione continentur, aptè quidem has in minorum fabularum habuit loco: contra verò quas Homerus ac Poëtæ Poëmatis conflandis adhibuiſſent, ad maiores reuocauit. Ex quo fit, vt minores ſoluta Oratione continerentur fermè, maiores carmine ac Poëmate. Et idcirco Socrates talis cuiuſdam minoris fabellæ propoſuit argumentum quod ſoluta Oratione complecti potuiſſet Aeſophus: tum carmen in Apollinem dixit quod fabellæ veluti è regione collocauit. Cúmque ad Muſicam ab Apolline ſæpiùs ſollicitatus, carmen ſeu Poëma ſine fabula decantaſſet: mox etiam Aeſopi fabula obſtrictum, carmen ſeu Poëma, modulatus eſt. Quæ cum ita ſint, videndum eſt iam in quas formas ac ſpecies partiri viſus ſit Plato maiores fabulas: nam minores ſecreuit a Poëmate, & inter Apologos reliquit. Viſus eſt igitur primò maiorem fabulam ac Poëma in Epicum & mellicum (nos Lyricum appellamus) diſtribuere. Nam ideo aiebat in fine, Omnes bonos Poëtas ſiue Epicos ſiue mellicos, Corybantum inſtar furore corripi & agitari, & non ſano animo canere. Ita quidem ſi Epici nomine eas Poëmatum formas intelligamus quæ conſtant Epico carmine, ſiue Hexametro quod ſæpè teritur Epici nomine, erit quod per mellicum quodcunque aliud carminis genus excipiamus. Quò fiet vt nulla Poëmatis forma diſtinctionem iſtam effugiat, ſed ſub illa contineantur omnes. Difficile tamen erit deinde duo iſta genera in ſubiectas ſpecies commodè ac pro dignitate partiri. Etſi enim nulla forma Poëſeos indicaretur vſquam a Platone (indicantur enim ſparſim multæ ac variæ) quæ non huc referri poſſet, veruntamen adhuc incompertum eſſet num omnes fuiſſent deprehenſæ: nam ſi dicas videri in Ione illud Poëſis genus partiri, quòd a dramatico diſiungitur, atque huic ſubſternere Epicum, Mellicum, Dythirambicum, Encomiaſten, Hiporchematicum, ac Iambographum, adhuc quærendum num alias adhuc formas opponat Dramaticæ: quæ planè ſint iſtæ quas enumerabat: quæ item ſuperſint ex Dramatico è regione collocandæ. Illud tamen conſtat has partitiones ex carminis genere & forma deſumptas eſſe. Atque hanc ſanè partitionis rationem viſus eſt Horatius complecti ac proſequi dum in ſua Poëtica ita caneret

*In Phædone.*

*Res geſta Regúmque Ducúmque, & triſtia bella,*
*Quo ſcribi poſſent numero, monſtrauit Homerus.*
*Verſibus impariter iunctis querimonia primùm*
*Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.*

Hæc & alia multa Horatius (vt breuiter dicam) Heroicum primò, tum Elegum, mox Iambum, denique Lyricum afferens in medium. Etſi ſuam quoque formam Tragico (quæ tamen opinor ex granditate ac ſtylo potiùs quàm ex carmine petatur) ſuam Comico attribuit. Sic Horatius. Qui mihi quidem, vt fuit Græcorum Poëtarum ſtudioſiſſimus: videtur omninò Græcorum Poëtarum varietatem intueri, atque hanc ex carminis forma perpendere: ita vt, ſi quas hîc diſtinctas formas prætcrijt Plato, ac vix obi-

ter & ſparſim commemorauit, nobis ſub aſpectum ponat Flaccus. Et tamen non tutiſſimum videatur Poëſis formas è carminis genere deriuare, cum Materia videatur ſpectanda. an igitur tripartita illa varietas huc referenda, qua idem Plato Poëma aliud imitatione totum, aliud ſimplici narratione conflauit, aliud ex narratione & imitatione permiſcuit? ſanè in primo Tragœdia & comœdia, ac dramatica fabula quæque contineretur: altero Lyricum quodcunque: poſtremo Epopœia comprehenderetur. Sed tamen adhuc Iambographi ac Lyrici ob eorum varietatem nobis facerent negotium. Atque idem dixerim ſi eaſdem formas ex Flacco repetamus, dum ex materia quoque illas diſterminat; & Heroico Regum bella & facta, Elego querimonias, alijs alia tribuit argumenta. Sed ne id quidem rem totam expediret, quo fieret vt non incommodè Ariſtotelis diuiſionem ſectaremur: qui Epopœiam, Tragœdiam, Dythirambicam, Auleticam, & Cythariſticam fecit (ſi tamē fecit) Poëſis ſpecies, ac diſtinctionis rationē, in mediū attulit. De qua re tota vide quæ ſcripſimus in Ariſtotelis Poëtica: præſertim quia eaſdem formas (etſi ſparſim) colliges ex Platone. Quanquam verendum ne multæ adhuc formæ eſſent requirendæ, tum ob ingentem mellicorum varietatem, tum quia carminum formæ ſæpè miſcebantur ab antiquis. Sed vt vt ſit, Plato paſſim Heroicos, Tragicos, Comicos, Dythirambicos, Iambographos, Hymnographos, & in vniuerſum mellicos profert: quibus, vix minutis fortaſſe Lyricis Poëmatis quibuſdam exceptis, pleniſſimam diſtributionem habeas. Etſi non ego ijs repugnauerim qui ſaltem tres Poëſis formas præcipuas proferunt, Epicam, Scenicam, Mellicam, ſeu Lyricam: ex quibus deinde ſubiectas formas agnoſcere liceat, ac diſtinguere.

*Proponuntur Problemata & cõtinenter ex ordine explanantur.* Nunc ſupereſt vt ad Problemata deueniamus: quæ lubet etiam ex ordine proponere: eodémque ſubinde prouirili parte mea explanare. Quærendum eſt igitur.

Primò quiaffectus eſſet Plato erga Poëtas, & quid de illis ſentiret. par enim eſt vt illius mentem inſpiciamus vniuerſam.

Secundò cur paſſim Homerum appellet Tragicorum Principem & Coryphæum, cum Epicorum eſſet Princeps.

Tertiò num iure imitatores Poëtas expellat omnes, ac num eorum temporum imitatores Poëtæ huc eum adducerent veriùs quàm quòd imitatio ſine labe & corruptela eſſe non poſſet.

Quartò quoniam de modo etiam quo imitarentur, hoc eſt de Harmonia, rythmo & cantu, verba fecit, qualis hac quoque de re fuerit illius ſententia, dilucidandum.

Quintò num principatus in Poëmate debeatur Heroico ex illius ſententia, non verò Tragœdiæ, vt voluit Ariſtoteles.

Sextò quibus nam cum eo conſentiat Ariſtoteles, quibus diſſentiat. Dicamus autem primùm de primo ac breuiter.

Suſpicor igitur Platonem, cum videret Homerum tantopere celebrari, cæteros etiam tum dramaticos, tum Lyricos, multitudini eſſe gratiſſimos, humani aliquid paſſum eſſe, atque illorum gloriæ inuidiſſe. Video enim Homerum tam ſæpè apud eum vapulare, cæteros etiam tam facilè inſimulari, vt non poſſim non de illius liuore ſuſpicari. Quid eſt enim quòd tam accuratè illorum dicta commemoret & perſequatur quæ carpi poſſe viderentur, alia verò innumera quæ laudari potuiſſent, clauſis prætereat oculis? Quod ſi videatur interdum eorum & dicta aliqua commendare, & authoritate niti, Homerique præſertim, profectò frigida quædam profert ac leuia quæ non bono ſtomacho videantur efferri; idémque dixerim dum videtur illos tantopere laudare. Nam Ironicè id facit: quóſque optimos ac diuiniſſimos appellat, tandem non modò præpoſteros, ſed ignaros, atque impios indicat. Quid quod eos cum circulatoribus confert, errare paſſim ait & vagari, corruptelam eſſe illorum carmina? certè hinc cacoſtomachum referre dixeris. niſi tamen ob publicam vtilitatem hæc efferri cenſeas: quod ſcilicet ij abuterentur arte, quantumuis hæc ſub bono artifice plurimum conducere poſſet mortalibus. Quod vtinam tutò liceret ſuſpicari. Nam reuera eò progreditur, vt vela pandat in imitationem ipſam. Cum tamen a bono imitatore vſurpari poſſit vtiliter ac magna cum laude. Atque hinc factum eſt, vt cum animaduerteret Poëtā ſæpè fabulis cōdere præcepta Philoſophiæ & quibuſdam quaſi velis diuina humanáque documenta, ne ſcilicet profanis auribus paterent, obducere, ac propterea profiteri ſæpè ſe myſte-

ſe myſteria canere quæque in arcanis habenda eſſent, huic vel excuſationi vel aduerſariæ rationi obuiam ierit ſtrenuè. Statuebat enim ſæpè quidem ænygmata continere: quæ tamen leuitatem quandam referrent. Quid plura? Gorgonas inde ac Sphynges ſcatere ait & chimæras ac monſtra, quantumuis obtenderent myſteria. Quin etiam ſi raram victimam aliquam ſacrificarent, haud permittendum vt hæc ad populum efferrent, cum ſaltem ſpecie laſciuiæ viderentur, ac petulantium referrent quæ corrumperent vulgus. Sic ille.

Ad ſecundum illa occurrit ratio, quia in Homeri Odyſſea, & Ilyade ad Tragœdiam argumenta offerantur multa: quæ argumenta enumerat etiam Ariſtoteles in ſua Poëtica. Quod ſi vrgeas non idcirco debuiſſe Tragicotatos appellari, ac tam ſæpè Tragicorum Princeps effici, cum partes illæ Heroico Poëmati planè ſeruirent, iam illud eſt repertum, Platonis tempore ex Homero deſumptis argumentis Tragœdias extaſſe plurimas, ità vt ab Homero tanquam a fonte manaſſe viderentur. Hinc enim maiorem arripere ansam potuit vnde illum Tragicorum Principem facere, etſi magnopere vereor ne hoc eum appellarit titulo quòd nimis effuſus eſſet in tragicis illis commentis, ac nimius in illis diſſeminandis videri poſſet. Hæc occurrit ratio. Niſi fortè Homerum Tragœdias quoque confeciſſe dixeris quæ temporis iniuria interierint. De qua re ne pigeat illa conſulere quæ in Ariſtotelis Poëtica tibi occurrant ex noſtris commentarijs.

Ad tertium equidem crediderim imitationem vſurpari poſſe magna cum vtilitate ac lucro. Cum enim verba non inutiliter alicui cohortando, & ad virtutem impellendo, adhibeantur, quid ni imitatio Poëtica huc quoque referatur, quæ expreſſa quædam & exaggerata eſt oratio? Quod ſi picturæ imitatione docemur & commouemur, cur Poëticam imitationem quæ maiorem quandam ingenuitatem habet, repellamus? Ego ſinè perſpexi multos hinc commoueri atque vtiliter commoueri, & ad gloriam, ad virtute incendi: ita vt quod de Alexandro Macedone legimus, qui Homerici Achillis laude excitaretur ad decus veriſſimè affirmari poſſit. Nec obſtat quòd Poëtica imitatio minus permiſcere dicatur animos. Nam dummodo ad virtutem ficta ſit, nunquam ſit nimia, ſed ſemper vtiliter ad virtutem inflammet. Sed nimirum Plato qui exiſtimabat ſe ſuæ Reipublicæ ciues quorum inſtituebat animos, cæteris præceptis ad virtutem imbuiſſe ſatis, ita vt veritatis ac virtutis pulchritudine allici commodè poſſent, ſpreuit imitationis incitamentum; quaſi verò benè conſtitutus animus illo non indigeret. Et tamen ob humanam corruptelam qua retardatur a virtute, & ad vitium inſtigatur, imitationis quoque indiget incitamento. Itaque iurè vir quidam ſummus doctrina ac iudicio, affirmare ſolebat futurum fuiſſe, vt Platonis Reſpublica innocentiæ ſtatui in multis conueniret magis quàm præſenti. Quanquam verendum ne genio indulſerit interim Plato, & Homeri Poetarúmque gloria & faſtu commotus hæc diſputarit.

Iam verò de modo quo dicendum ſit Poëtis copioſè in III. de Republica qua tamen in re non immorabor: quod etſi multa de Oratione, harmonia, & rythmo docet, veruntamen ad extremùm in X. imitationem omnem repellit è ſua Republica, & imitationis inſtrumenta illa proſternit. Qui tamen imitationem vtiliter retineri poſſe cenſeat quam nos defendimus, hic ex Ariſtotele in primis hauriat: qui ſtatim ad initium totam hanc varietatem obſeruat. De qua re nos etiam ibidem copioſè.

Dum verò quæritur quinto loco, Tragicóne, vt Ariſtoteles, an Epico, vt Plato, deferendus ſit principatus, id verò a nobis in Ariſtotelis Poëtica diſputatum eſt copioſè & pro Platone concluſum. Nihil eſt igitur cur actum agamus, cum Controuerſia in qua id proſequimur (eſt hæc centeſima ſiue vltima) in promptu ſit.

Denique (vt ad poſtremum Theorema deueniamus) quibus Ariſtoteles a Platone in Poëticis decretis diſcedat, quibus conſentiat, id ſanè tum ex his quæ in hac Tractatione habentur, tum maximè ex noſtris Commentarijs & Controuerſijs conſtare poterit. Illud tamen non prætermittam hoc tempore, reuera Ariſtotelem Homero ſupra quàm dici poſſit fauiſſe. Siue enim id fecerit, vt Magiſtro hac quoque in re crearet inuidiam, ac veluti talionem reponeret pro Homero, ſiue vt Græcis blandiretur qui Homerum maximi facerent, & veluti in templo Palladis extollerent, ſiue vt ingenium ille ſuum in illo tuendo ac celebrando oſtenderet, ſiue his omnibus de cauſis adduceretur, nihil anti-

quius habuit in ſuis lucubrationibus, ac præſertim in Poëtica, quàm vt Homeri dicta in meliorem partem interpretaretur, atque ab eius ore pendere videretur. Atque hinc eſt etiam vt ad Poëticæ extremum omnem lapidem moueat, omnem viam ineat, vt nos rationem atque artem doceat, qua poſſimus Poëtas (ſic enim ille: etſi Homerum ſpectat) tueri atque illorum errata quæ proferri ſolerent, ab omni crimine vindicare. Vbi etiam non tam detegit ac refert quæ obijcerentur Homero ac Poëtis, quàm criminibus prætermiſſis, rationem docet qua eludere illa valeamus. Et tamen ſi quis erat qui Homeri errata dignoſcere ac detegere potuiſſet (quod facere recuſauit) ipſe erat qui in omnem partem illum verſauerat. Ita vt quantum Plato viſus eſt in Homerum exardeſcere (quod tamen iure feciſſe videri poſſet ſi non clauſis oculis virtutes prætereijſſet) tantum Ariſtoteles eiuſdem Patrocinio inuigilauerit.

Nunc veluti coronidis & honorarij loco, ac ſummatim vt plenior & vberior ſit Platonis Poëtica, accipe quæ ſequentur. Fore enim ſperamus, vt huiuſce monumenti vtilitatem, augeant plurimum. Etenim præterquam quod ea confirmabunt altiùs quæ ex Platone docuimus, permulta quoque offerent quæ ad propoſita capita non facilè reuocare licuit: etſi Poëtica ſunt vel maximè.

Primò igitur ex Phædone illud obſeruato, Platonem fabulæ argumentum deſignare quo eleganter vti potuiſſet Aeſopus. Ex quo intelligitur Aeſopi fabulas per idem tempus viguiſſe. An verò hæ planè eſſent quas retinemus in præſentia, mihi incompertum eſt. Video enim Socratem Aeſopi fabellam ex primis (quantum quidem ex hoc loco colligitur) carminibus illigaſſe, & in Apollinis laudem decantaſſe, cum tamen non ſatis intelligam quam ex noſtratibus hiſce fabulis Apollini celebrando adhibere potuiſſet. Illud etiam hinc agnoſcendum Aeſopicas fabulas ſoluta oratione fuiſſe conflatas, cum ſe illam modulis expleuiſſe indicet Socrates ac decantaſſe. Illud tamen fatendum eſt fuiſſe breues illas quidem ſed acutas & ad mores ac prudentiam accommodatas: ſiquidem Socrates cum animaduerteret lepidè & ſcitè obſeruari voluptatem & dolorem pugnare mutuò, & tamen ſe mutuò conſequi, ita vt altera ſuccederet alteri, illúdque concepiſſet animo vertice coniungi hoc vnum poſſe: Aeſopo eleganti fabula argumentum ſuppeditare potuiſſe exiſtimauit. Sed cur fabulæ? quia nimirum perſona aut ſermo interim ijs tribueretur quibus verè haud ineſſet, quod eſt fabulæ proprium. Sed quæſò locum, quoniam ſupra fuit prætermiſſus, ſubijciamus, eidémque partem alteram, etſi eam deſcripſerim ſupra, adnectamus, vt quæ interim ex hoc loco colligimus, intelligantur faciliùs. *Quam mira videtur, o viri, hæc res eſſe, quam nominant homines voluptatem, quámque miro naturaliter ſe habet modo ad dolorem ipſum, qui eius contrarius eſſe videtur, quippe cum ſimul homini adeſſe nolint? Attamen ſi quis proſequitur, capitque alterum, ſemper fermè alterum quoque accipere cogitur, quaſi ex eodem vertice ſint ambo connexa. Arbitror equidem Aeſopum, ſi hæc animaduertiſſet, fabulam fuiſſe facturum: videlicet Deum ipſum, cum ipſa inter ſe pugnantia vellet conciliare, neque id facere poſſet, in vnum eorum apicee coniunxiſſe, propterea cuicunque adeſt alterum, eidem mox alterum quoque adfuturum, quod quidem mihi accidit in præſentia. Si quidem modò crus propter vincula afficiebatur dolore, ſed huic ſuccedere voluptas iam videtur. Ad hæc Cebes. Per Iouem, inquit, o Socrates, opportunè id mihi in memoriam reuocaſti. Cum enim Poëmata compoſueris, priùs tantùm in laudem Apollinis, deinde etiam fabulas Aeſopi carmine modulatus, tum alij multi me interrogauerunt, tum Euenus paulò ante, quónam conſilio poſtquam in carcerem deueniſti, ea feceris, quæ priùs feceras nunquam? Si igitur tibi curæ eſt, vt habeam quid reſpondeam Eueno, quando iterum ex me quæſierit, quod certò ſcio facturum, dic quæſo, quid ei ſit reſpondendum. Vera, inquit, ò Cebes, reſponde, me id effeciſſe, non vt vel cum ipſo, vel cum ipſius carminibus contenderem (ſciebam enim facile id non eſſe) verùm vt inſomnia quædam experirer, minimèque officio meo deeſſem, ſi fortè hæc eſſet ea Muſica quam ſæpiùs iam exercere me iubent. Erant autem eiuſmodi: ſæpè mihi in anteacta vita idem inſomnium, licet alia atque alia forma, occurrens ſe ſe obtulit, eadem ſemper ita præcipiens. Fac, o Socrates, Muſicam, atque exerce. Ego igitur quod in ſuperiori tempore faciebam, hoc mihi præceptum arbitrabar; & quemadmodum currentes adhortari ſolemus, ſic quod ipſe antea faciebam ad idem me inſomnium cohortari putabam, quaſi philoſophia maxima Muſica foret, ego autem in eo elaborarem. Poſtquam verò ſententia de me lata eſſet, & mori me Dei feſtum inhiberet, cenſui oportere, ſi fortè inſomnium toties iubeat, popularem hunc muſicam exercere, neque eis repugnare;*

gnare;

*gnare; ſed morem gerere. Tutius enim fore arbitratus ſum, antequam è vita migrarem, ab hoc me officio liberare, & parentem in ſomnio, Poëmata facere. Itaque primum quidem in ipſius Dei laudem verſus feci, cuius tunc ſacra celebrabantur: atque poſt Deum iudicans oportere eum qui Poëta futurus ſit non ſermones, ſed fabulas facere, me verò non eſſe fabulatorem, nonnullas ex fabulis Aeſopi quas ſciebam, magiſque in promptu habebam, vt in quanque priùs incidi, modulatus ſum.* Obſeruandum igitur fabulam, vbi modulis obſtringatur, Poëma effici; ita vt carmen veriùs quàm fabula efficiat Poëma: quandoquidem Aeſopicum illud fabula erat antea, cum tamen accedente carmine in Poëma conuerſum ſit. Nam Poëma inde a ſe effectum profitetur Socrates: quod tamen meros verſus fuiſſe ſtatim affirmat. Quod ſi obijcias Socratem illud etiam continenter fateri, oportere illum qui Poëta futurus ſit, non ſermones, ſed fabulas facere, ex quo ſieret, vt fabula Poëmati eſſet neceſſaria; iam hunc nodum explicauimus antea. Cum enim illud pronunciet alibi, ſe non Poëtam eſſe, ac propterea ſoluta oratione quod inſtituerat, commemorare, ſatis indicat carmine conſtitui Poëtam: quod hîc repetit dum ſe Aeſopi fabulam carmine obſtrinxiſſe & Poëma feciſſe ait. Quare dum ſubdit oportere eum qui Poeta futurus ſit, fabulam facere, hoc ait in perfectum Poëtam intuens (vt dicebam) & in Poëſim quæ omnibus numeris & luminibus abſoluta ſit: alioquin Hymnographos in Poëtarum habet numero,
159.2. m. ro, quos fabula non obſtringit. Sic in Protagora (vt non diſſimilem ſcopulum vitare liceat) Homerum, Heſiodum, & Simonidem Poëtas nuncupat: Orpheum contra, Muſæum & ſectatores ſacris oraculiſque deſcribit: non quòd non hi quoque apud eum non ſint Poëtæ, ſed quia honeſtiorem adhuc & nobiliorem appellationem, atque hanc ex rebus ſacris quas canerent, affectarent. Sed & illud ex recitato Phædronis loco eſt colligendum, Socratem qui ad Muſicam inſomnio inſtigaretur, Muſicæ nomine, non Encyclopædiam intellexiſſe, quemadmodum in 2. de Republica, ſed cantum & Poëma. Nam ideo priùs cecinit hymnum in Apollinis laudem, tum fabulam admiſcuit carmini, vt Muſicam ſibi imperatam efficeret. Quanquam ſatis indicat popularem eſſe hanc Muſicæ notionem: nobilem eſſe illam quæ doctrinis contineretur. Et ideo ſe Muſicæ nomine antea philoſophiæ diſciplinam intellexiſſe, ſic in
159 2. m. Protagora Sophiſtas aliquos qui ſapientiæ affectarent nomen, atque inuidiam declinare niterentur, Muſicæ nomine ſuam ſapientiam vendicaſſe narrat. Sed iam ad Apologiæ locum deuenio: in quo illud vnum obſeruo, Socratem verbis illis, *Ad Poëtas me contuli, et tragœdiarum, & Dythiramborum, aliorúmque carminum authores ſciſcitatus ſum*, Tragicos & Dythirambicos de nomine ac primo loco propoſuiſſe, vt eos in primis carperet, quaſi tumidos & ſapientiam ſibi perperam (ideo enim ſtatim eos ignorantiæ notat nomine) vindicantes. Cum enim per idem tempus Tragici & Dythirambici in pretio eſſent, hos de nomine inſimulandos ac notandos cenſuit. Etſi alioquin cæteros etiam vrget: quos tamen generali comprehendit nomine, fortaſſe ne longiùs faceret in varijs illorum generibus diſtinguendis. Quod etiam argumento eſt in magna varietate fuiſſe poſitos, Iam verò ex eo quem ex Phædro recitauimus loco, tria ſunt animaduertenda. Primum eſt per cantus deſcribi Poëſim in vniuerſum, idque ea de cauſa quod verſus reuera cantum propter modulos contineant. Quo fit vt rurſus Poëma, etſi minùs operoſum, ſolo carmine ac citra fabulam & imitationem, conſtare poſſit. Alterum eſt Inſtructionem poſterorum illi tribuere quòd nimirum vtilitatis, honeſtæ tamen, gratia ſit comparata: & ideo ei tribuit vt inſtruat poſteros, vbi expendenda ſunt diligenter ea verba (ad poſteritatem inſtituendam) ſignificat enim tum excellentem eſſe debere, tum mortalibus erudiendis accommodatam. Quod enim Poëma excellens non fuerit, nec mediocritatem ſuperauerit, ac rurſus vitæ præceptis careat quibus humana ſocietas incendatur ad virtutem, vix ac ne vix quidem ad poſteritatem tranſmittatur, ſed breui intereat. Præſertim verò quia poſteritas non odio & amore ducitur ad Poëma iudicandum, quemadmodum præſentes, qui vel ob laudes, vel alia huiuſmodi de cauſa viuentes fouent Poëtas. Quapropter quod eloquentiæ parens M. Tullius in memoriam reuocabat Cæſari, vt poſte-
In Ora. promp. Marcello. ritatis rationem haberet, dum diceret. *Serui igitur ijs iudicibus, qui multis poſt ſæculis de te iudicabunt: & quidem haud ſcio, an incorruptiùs quàm nos: nam & ſine amore & ſine cupiditate & rurſus ſine odio, & ſine inuidia iudicabunt*, id Poëtis præcipit noſter Plato dum Poſteritatem

ritatem lubet inſtitui. Tametſi prouidendum quoque eſt vt eo conſilio poſteritati vtilia monumenta ac doctrinas inprimis tranſmittamus, vt non tam famam apud homines quàm præmium à Deo exigamus. Quid eſt enim quod te diurnis nocturniſque vigilijs ac laboribus perpetuò frangas, nec ad cæleſte præmium aſpires? Poſtremum ſit antiquorum geſta illi exornanda proponere quòd inter cætera hoc maximè haberent, vt res ab antiquis geſtas exornarent. vt enim Hiſtorici illas narrant, ſic Poëtæ interdum exornant, ita vt ad Oratoris munus accedant. Et idcirco in Gorgia ſic deſcribuntur Poëtæ vt Oratoribus ex altera parte reſpondere cenſeantur. Nec profectò non multa ſeſe offerunt quæ huc ex libris de legibus afferrem: ſed ne longum faciam, tantùm dicam venditare quidem Muſas, Apollinem & Bacchum carminis concelebratores nobis traditos eſſe, ſed tamen varijs deinde in locis Poëſim ac Poëtas in inuidiam adducit & criminatur.

Iam verò etſi multa obſeruauimus ex Politia, vbi tum in ſecundo, & tertio, tum in decimo de Poëſi verba facit, haud tamen non prætermiſſa ſunt multa quæ in hunc locum conueniant optimè. Primò igitur obſeruandum eſt quale quantúmque pondus habeat huiuſmodi inſtitutio. Id quod ex illis verbis intelligere licet. *An neſcis in vnaquaque re maximum quid eſſe principium? præſertim iuueni & tenero cuique. Maximè enim tunc formatur induitúrque figurâ quando quis vnicuique imprimere velit.* Quo in loco ſentit pueros bonis fabulis imbuendos primò, ne malis eorum occupetur animus. & idcirco continenter refert longo ordine quæ Poëtis cauenda fuiſſent, ne adoleſcentes deprauarentur. Ex quibus etiam ſatis conſtat honeſtatem ac virtutem non delectationem in finis loco propoſuiſſe. Et ideo ſcitè monebat ſelectis fabulis imbuendos, vt ijs ipſorum animi multò meliùs informentur, quàm corpora manibus. Quanquam eò tandem progreſſus eſt in X. vt Poëſim quæ imitatione continetur, corruptelam eſſe mentis affirmauerit. De qua re quid ſentiam expoſui, ſimúlque indicaui verendum ne Plato infenſiore animo fuerit erga Homerum, ac Tragicos & celeberrimos Poëtas illos. Quapropter haud mirum ſi in eodem libro ſic diſputat cum aduerſus illos ſtylum conuertit, *dicendum quidem, etſi amicitia quadam & reuerentia a pueritia mihi erga Homerum contractâ me detinet. Etenim inſignium iſtorum omnium Tragicorum Dux & Magiſter priùs extitiſſe videtur. At veritati virum non cenſeo proponendum. Quare quod inſtitui, dicendum eſt.* Sic Plato. quibus verbis vſus eſt deinde Ariſtoteles dum in Magiſtrum, quaſi Homericæ iniuriæ vindex, ſeſe conuertit. Sed & illud deinde ponderandum conſueuiſſe Homerum, Heſiodum, atque huiuſmodi alios per vrbes vagari paſſim, & ſua Poëmata decantare. quod argumento eſt (atque huc ſpectat Plato, dum id recenſet) poſt mortem horum percrebuiſſe nomen; ita vt dum viuerent, exiguo eſſent in pretio, & errare cogerentur. Id quod de Homero ſunt qui omnino teſtentur: imò verò mendicum fuiſſe & vagum. atque hinc Odyſſeæ conſtituendæ occaſionem oblatam & Vlyſſis celebrandi. Cum enim Ithacæ ab Vlyſſis ſucceſſoribus exciperetur benignè, factum eſt vt ad Vlyſſem decantandum appulerit animum. Nec diſſimilem fuiſſe Iliadis ortum. Cum enim ſparſim de Achille ac cæteris alijs Heroibus qui ſub Ilio pro Græcis dimicaſſent, decantaret facta quædam, factum eſt, vt a Piſiſtrato diſiecta illa Iliadis membra collecta, & conſarcinata fuerint. Poſtremò obſeruandum ſubtiliùs multa diſputare de imitatione aduerſus Homerum libro illo toto: quæ fortaſſe multis non probentur omnia: præſertim quia inde artes omnes quæ in Imitatione poſitæ ſunt, improbentur. Nam quod interim ſeſe refert ad ideas, quas in res quoque artificioſas obtrudit, atque hinc tertio, & quarto gradu phantaſticam, & Icaſticam profert quæ maximè diſtent a veritate id ſubtiliùs ne dicam ſophiſticè (quanquam hæc etiam habent ſuā defenſionem) huc importatum ſuſpiceris. eodem quo ferè modo Poëticem Philoſophiæ aduerſariam facit quam alij tum varijs doctrinarum præceptis reſperſam, tum placidam Philoſophiam eſſe prædicant.

Hæc coronidis loco. Nam cur Muſas tam frequenter introduxerit Philoſophorum coripheus Plato quas nos fictas cenſemus & commentitias, nec ad vnam Poëſim eas retulerit ſed ad Eloquentiam etiam, id verò declarabitur in Platonis Rhetorica, vbi concionem, Muſis inuocatis, habet Socrates. Illud tantùm dicam in præſentia, Phædri ſtylum inter Poëſim & eloquentiam ne dicam inter carmen & ſolutam orationem

deſfluere.

Digitized by Google

deſluere. Et hinc factum, vt in Syrenas quoque Muſas conuerterit quas præfecit cœleſtibus conuerſionibus. & hac de cauſa cum per idem tempus octo tantùm cenſerentur cœleſtes globi, nec poſſet ſingulas præficere ſingulis, nonam Muſam ac Syrenam illi dicauit harmoniæ quam ex conuerſionibus omnibus deriuari affirmaret. Vt minimè mirum in legibus, quoniam ſeriùs ageret, Muſas & Apollinem vnà cum Baccho in fabulæ habeat loco.

# F I N I S.

---

*In Platonis Poetica corrige.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| pag. | 1. | venuſtate | at venuſtate |
| | 5 | ſion' | non |
| | 6 | magnitudine | magnitudinem |
| | 8 | continentur | continenter |
| | 10 | partum | partim |
| | | dum | dùmque |
| | | caneret | canit |
| | | Quam | Quem |
| | 16 | facere | faceret |
| | 17 | vendicaſſe | venditaſſe |

Digitized by Google

Digitized by Google